




II
393. c.







II. 393. d

~~IV. 1, 2 c~~

~~f. II. p. 112~~

TERTIVS TO

MVS EPISTOLARVM
DIVI EVSEBII HIERONYMI
STRIDONENSIS,
COMPLECTENS ΕΛΕΓΚΤΙ
ΚΑ ΚΑΙ ΑΠΟΛΟΓΕΤΙΚΑ,
NIMIRVM EA QVAE PERTI
NENT AD REFELLEN
DAS DIVERSAS HAERE
SEIS ET MALEDICORVM
CALVMNIAS,
VNA CVM ARGVMENTIS ET
SCHOLIIS DES. ERASMI ROTE
RODAMI.

Liber Ecclesiae Parochialis Costensis

Collegii Posnaniensis Societatis Jesu

~~II. 416~~

II. 393. d



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

SD 300 IV a

SD 300 IV b

BIBLJOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIW

Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

S. D. 250. IV

II. 393. d

~~IV. 1, 2 c~~

~~I. II. p. 112~~

TERTIVS TO

MVS EPISTOLARVM
DIVI EVSEBII HIERONYMI
STRIDONENSIS,
COMPLECTENS ΕΛΕΓΚΤΙ
ΚΑ ΚΑΙ ΑΠΟΛΟΓΕΤΙΚΑ,
NIMIRVM EA QVAE PERTI
NENT AD REFELLEN
DAS DIVERSAS HAERE
SEIS ET MALEDICORVM
CALVMNIAS,
VNA CVM ARGVMENTIS ET
SCHOLIIS DES. ERASMI ROTE
RODAMI.

Liber Ecclesiae Parochialis Costensis

Collegii Posnaniensis Societatis Jesu

~~II. 416~~

II. 393. d

G.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS LE
CTORI CANDIDO S. D.

TOmus hic duo genera cōplectitur, sed inter se finitima, uidelicet ἐλεγκτικὰ & ἀπολογετικὰ. In priore refelluntur hæretici, in posteriore calumniæ. In utroq; uehemēs & acer Hieronymus, & nonnūq; sic incandescens & conuitijs quoq; debacchans, ut nōnullis parum memor Christianæ modestiæ uideri possit. Verum id facile in bonam partem interpretabitur, quisquis perpenderit, ardens & natura uehemens hominis ingenium, & liberum uerius q̄ cōtumeliosum. Deinde morum integritatem uitæq; innocētiā, quæ ut neminē afficit iniuria, ita impatiēs est iniuriæ. Ad hæc atrocius esse crimē hæreseos, q̄ ut ullius quātumuis mansuetū ingenium ferre potuerit, ut ne quid addā de doctrinæ fiducia, qua sic omneis antecellebat, ut hunc contulisse cū ullo cæterorꝝ, cōtumelia fuerit. Quid quod huius etiam generis, ut cum cæteris in rebus omnibus tolerantem esse uirtus sit, hic dissimulare sit impietas. Iam sæculum hoc omne, quo diuus uixit Hieronymus, incredibile dictu quantopere tumultibus hæreticorum flagrauerit, adeo ut illis tēporibus ingeniosa quoq; res fuerit, esse Christianum. Tot erant Hæresiarcharum nomina, cognomina, dogmata, ut in his etiā recēsendis sudauerint hoīes eruditi. Verū Cataphryges, Borboritæ, Ophitæ, Manichæi, & horū similes hæretici, quoniam portentosa quædam sequebantur, & intantū a diuinis abhorrentia litteris, ut ne cum sensu quidem communi concordarent, facile ceu suapte sponte cōsenuerunt. Cæterum Arrianoꝝ hæresis, cōmunita litteris, ac diuinæ quoq; scripturæ ualidissimis, ut uidebat nixa p̄sidijs, insuper imperatorū, & gentium adiuta studijs, opibusq;, periculosis rerum motibus labefactauit orbem Christianum, intantum ut in dubio foret, utro se inflecteret ecclesiæ synceritas, & factio schismaq; uerius esset q̄ hæresis, quod aduersarij numero ꝓpe pares essent, æloquētia doctrinaq; superiores. Ea pestis utcunq; sopita, rursum in Origenistis renata est, idē malū, sed mutato noīe. Cōtra certatū est acriter synodis ac decretis, & symbolis sexcētis, haud quaq̄ aptissimis, meo iudicio præsidijs ad hæresim opprimendā, nisi res ab authoritate pēdeat. Alioqui quo plus est dogmatum, hoc uberior hæreseon materia. Et nunq̄ fuit syncerior castiorq; Christiana fides, q̄ cum breuissimo illo symbolo contentus esset orbis. Admiscebāt sese rebus hisce, ita ut fit, priuata hominum studia: & sub fidei prætextu, simultates exercebantur. Potissimum autem his malis agitabatur oriens & om̄is Græcia, quæ quo magis fauebat Origenis ingenio, hoc ægrius ferebat illius damnari dogmata. Hisce rebus sic agitatus est uir optimus, ut nec sedes quieta daretur usq̄, nec studiorū ocio frui liceret, iam Ruffini opera, in hæreseos etiā suspitionē & calumniam uocaretur, quod olim Origenis ingenio delectatus, quædam illius tradidisset latinis auribus, nec id sine laude authoris. Quod tam placidū ingenium, ut huiusmodi malis lacessitum nō exardescat? Et tamē si quis propius inspiciat expendatq; libros, in quibus tota libertate uidetur in quosdam inuehi, uelut in Vigilātium, in Ruffinum, in episcopum Hierosolymitanum, is animaduertet multo plus subesse festiuitatis q̄ uirulentiæ, & in medijs illis cōuitijs, sentiet humanissimi ingenij, manifesta uestigia. Porro quēadmodum. M. Tullius nusq̄ est admirabilior in dicendo, q̄ ubi dolor ceu calcar addit æloquentiæ uiribus, ita diuus Hieronymus, cū nusq̄ nō sit eruditus, nusq̄ nō æloquens, tamē haud alibi dicit melius, q̄ ubi maledicit hæreticis aut calumniatoribus, si tamen hoc est maledicere, quod uerum est, acriter defendere. Beneuale lector optime. Basileæ. Nonis Ianuarijs. An. M.D. XVI.

Ꝓpe hieronimi erat multi heretici

Laus hieronimi

S. D. 300 IV a
VD16 H3482
1473577 (N)
1934.1255

ERASMI ROTERODAMI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS IN LIBRVM SEQVENTEM ARGVMENTVM.

A HEluidius Auxentij discipulus, Symmachi imitator, homo nec facundus, nec eruditus, scripsit librũ, in quo testimonijs diuinæ scripturæ non intellectis, probare conabatur, Deiparam Mariam, posteaq̃ Iesum citra coniugis operam pepererat, ex Ioseph marito, cõmuni more, filios aliquot produxisse, eosq; in diuinis litteris fratres domini uocatos fuisse. Et inuenit hic egregius doctor discipulos, hoc est, repperit dignum patella operculum, qui Heluidiani sint dicti, siue quemadmodũ testatur Epiphanius, Antidicomariani, Græco uocabulo, quos latine possis dicere aduersarios Mariæ. Ita refert Augustinus in libello de hæresibus, ad Quoduultdeum. Hunc igitur Heluidium refellit Hieronymus, & confirmat Mariam perpetuo fuisse uirginem, etiam si hoc non est aperte scriptum in litteris diuinis, sed apostolorum ac sanctorum patrum traditione, ueluti per manus ad nos deriuatũ, & omnium Christianorum consensu comprobatum.

Antidicomarianus

HIERONYMVS ADVERSVS HELVIDIVM DE PERPETVA VIRGINITATE BEATAE MARIAE.

NVper rogatus a fratribus, ut aduersus libellum cuiusdam Heluidij responderem: facere distuli: non quod difficile fuerit hominẽ rusticanum, & uix primis quoq; imbutum litteris super ueri assertione conuincere: sed ne respondendo dignus fieret, qui uinceretur. Huc accedebat, quod uerebar, ne homo turbulentus, & solus in uniuerso mundo simul & laicus & sacerdos: qui (ut ait ille) loquacitatem facundiam existimat: & maledicere omnibus, bonæ conscientiæ signum arbitratur: accepta materia disputandi, amplius inciperet blasphemare: & quasi de sublimi loco in totum orbem ferre sententiam: meq;, quia ueritate non posset, laceraret conuicijs. Verum quia hæ om̃es tam iustæ silentij mei causæ, ob scandalum fratrum qui ad eius rabiem mouebantur, iustiori fine cessarunt, iam ad radices infructuosæ arboris, euangelij securis est admouenda: & cum infœcunditate foliorum tradenda flammis: ut discat aliquando reticere, qui nũq̃ didicit loqui. Igit̃ sanctus mihi inuocãdus est spiritus: ut beatæ Mariæ uirginitatem suo sensu, ore meo defendat. Inuocãdus est dn̄s Iesus: ut sacri uentris hospitiũ, cuius nouem mensibus inhabitator fuit, ab omni concubitus suspitione tueatur. Ipse quoq; deus pater est imprecandus: ut matrem filij sui uirginem ostendat fuisse post partum, quæ fuit mater anteq̃ nupta. Non rhetorici campum desyderamus æloquij, non dialecticorum tendiculas, nec Aristotelis spineta conquirimus: ipsa scripturarum uerba ponenda sunt: ut ipsis quibus aduersum nos usus est testimonijs, reuincat̃: ut intelligat se & legere potuisse quæ scripta sunt: & non potuisse quæ pietate roborata sunt cognoscere. Prima eius propositio fuit. Matthæus loquitur: Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, priusq̃ cõuenirent, inuenta est habẽs in utero de spiritusancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Quod em̃ natum est in ea, de spiritu sancto est. Ecce (inquit) habes desponsatam non commendatam, ut dicis, Et utiq; non ob aliud desponsatam, nisi quandoq; nupturam. Neq; em̃ de nõ conuenturis euangelista dixisset: Priusq̃ conuenirent. Quia nemo de non pransuro dicit, anteq̃ pranderet. Deinde ab angelo uxorem appellatam & coniunctam. Audiamus nũc quid scriptura pronunciet. Exurgẽs (inquit) Ioseph a somno, fecit sicut præceperat ei angelus domini: & accepit uxorem suam: & non cognouit eam, donec peperit filium suum. Curramus per singula: & impietatem eisdem quibus ingressa est uestigijs persequentes: pugnantia inter se dixisse doceamus. Desponsatam confitetur: & statim uxorem uult esse, quam confessus est sponsam. Rursum, quam uxorem nominat: dicit non ob aliud desponsatam, nisi quandoq; nupturam. Et ne parum hoc arbitremur: habes (inquit) desponsatam non cõmendatam, id est, necdũ uxorẽ, necdum maritali uinculo copulatam. In eo uero quod ait, neq; enim de non conuenturis euangelista dixisset: Priusq̃ conuenirent: quia nemo de non pransuro dicit, anteq̃ pranderet: doleam ne an rideam nescio: imperitiæ arguam, an temeritatis accusem? Quasi si quis dixerit; anteq̃ in

Hieronymus inuocat trinitatem

Matth: 1.

Prima propositio

C portu pranderem ad Africam nauigaui:non poſſit ſtare ſententia,niſi in eo portu prandendū qūādoq; ſit.Aut ſi uelimus dicere:Paulus apoſtolus añq; ad Hiſpanias pergeret,Romæ in uincula cōiectus eſt:Aut certe illud,Heluidius anteq; pœnitētiā ageret,morte præuentus eſt:ſtatim aut paulo poſt uincula ad Hiſpanias ſit eundum:aut Heluidio pœnitentia agenda poſt mortē: cum ſcriptura dicat: In inferno autem quis confitebitur tibi? Ac non potius ſit intelligendum, quod,ante,præpoſitio licet ſæpe conſequentiam indicet:tamen nōnunq; ea tantum quæ prius cogitabātur,oſtendat. Vnde nec neceſſe ſit,ut cogitata fiant:cum aliud ideo interuenerit, ne ea quæ cogitata ſunt,fierent. Igitur cum euangeliſta dicat:Priuſq; conuenirent:proximum nuptiarum tempus oſtendit:& in eo iam rem fuiſſe,ut quæ prius ſpōſa fuerat,eſſe uxor inciperet. Quaſi dixerit,anteq; oſcula amplexuſq; miſcerent:anteq; rem agerent nuptiarū,inuenta eſt habens in utero. Inuenta eſt aūt a nullo alio, niſi a Ioſeph:qui ſponſæ uterū tumentē pene iam licentia maritali & curioſis oculis deprehēdit. Non tamen ſequitur,ut prioribus docuimus exemplis, eum cum Maria conueniſſe poſt partum:cuius conueniendi deſyderium,uteri conceptione ſublatum eſt. Quod autem in ſomnis dicitur ad Ioſeph: Ne timeas accipere Mariam uxorem tuā. Et rurſum:Exurgens autē Ioſeph a ſomno,fecit ſicut præcepit ei angelus dñi,& accepit uxorem ſuam,nullum mouere debet,quaſi ex eo quod uxor eſt appellata,ſponſa eſſe deſierit: cum hanc eſſe ſcripturæ diuinæ conſuetudinem nouerimus,ut ſponſas appellet uxores. Sicut in ſequentibus Deuteronomij teſtimonijs approbatur. Si quis(inquit)inuenerit uirginem deſpōſatam uiro in campo,& uim faciēs dormierit cū ea, morte moriatur:quia humiliauit uxorem pximi ſui. Et in alio locō: Si autem fuerit adoleſcentula deſponſata uiro:& inuenerit homo eam in ciuitate,& dormierit cum ea:educetis utrūq; ad portam ciuitatis illius, & lapidabuntur lapidibus, & moriētur. Adoleſcentula quidem,quia nō proclamauit cum eſſet in ciuitate:uir autem,quia humiliauit uxorem pximi ſui: & eradicabitis malum ex uobiſmetipſis. Necnō & alibi. Et quis eſt ille homo,cui deſponſata eſt uxor,& non accepit eam? Vadat,& reuertatur in domum ſuam,ne forte moriatur in bello:& forte homo alius accipiat eam. Si cui autem ſcrupulus cōmouet, D quare deſponſata & non potius ſine ſponſo ſiue(ut ſcriptura appellat)marito,uirgo concepe-
rit:ſciat triplicem fuiſſe rationem. Primo, ut per genealogiam Ioſeph,cui Maria cognata erat, origo quoq; Mariæ monſtraret. Secundo,ne iuxta legem Moyſi,ut adultera lapidaretur a populo. Tertio,ut ad Aegyptum fugiens haberet ſolatium,cuſtodis potius q; mariti. Quis em in tempore illo credidiſſet uirgini de ſancto eam ſpiritu concepiſſe,ueniſſe ad eam angelum Gabrielem,dei detuliſſe mandatum,ac non magis quaſi adulteram iuxta exemplum Suſannæ ſententiæ omniū cōdemnaſſent:cum hodie toto iam credente mundo argumētentur Iudæi, Eſaia docente de Maria & uirginitate eius:Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filiū:in Hebræo iuuenculam ſcriptum eſſe, non uirginem, id eſt alma, non bethula: aduerſus quos in alio loco cōpetentius diſſeremus. Deniq; excepto Ioſeph & Eliſabet & ipſa Maria pauciſq; admodum, ſi quos ab his audiſſe poſſumus exiſtimare,omnes Ieſum filium exiſtimabant Ioſeph,intantū, ut etiam euangeliſtæ opinionem uulgi exprimentes,quæ uera hiſtoriæ lex eſt, patrem eum dixerint ſaluatoris:ut ibi:Et uenit in ſpiritu in templum,haud dubium quin Simeon. Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius,ut facerent de illo ſecundum conſuetudinem legis:Et alibi:Et erant pater illius & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de eo. Et rurſum. Et ibant parentes eius per annum in Hieruſalem in ſolenni die paſcæ. Ac deinde:Et completis diebus cū reuerterentur,remanſit puer Ieſus in Hieruſalem:& non cognouerunt parentes eius. Ipſa quoq; Maria quæ ad Gabrielem reſponderat,dicens: Quomodo fiet hoc,quia uirum non cognoui: quid de Ioſeph loquitur auſculta. Fili,quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego,dolētes quærebamus te. Non em hæc Iudæorū,ut plæriq; argumētant,nō illudentium uox eſt. Euāgeliſtæ patrem Ioſeph,dicunt: patrē Maria confitet. Nō quod(ut ſuperius indicaui)uere pater Ioſeph fuerit ſaluatoris:ſed quod ad famam Mariæ conſeruandam,pater ſit ab omnibus exiſtimatus, qui anteq; moneretur ab angelo,Ioſeph fili Dauid,ne timueris accipere Mariam coniugē tuā: quod enim in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt:cogitabat occulte dimittere eam. Intātum ſuū non eſſe,qui conceptus fuerat,confidebat. Sed iam ſatis docendi magis q; reſpondendi ſtudio

diſputa-um

diſputatum eſt:cur Ioſeph pater dñi,cur Maria appellata ſit coniunx:in quo & hoc breuiter cõtinetur,cur fratres eius quidam eſſe dicantur. Verum quia ſuũ locum huic quæſtiunculæ reſeruamus:& ad reliqua feſtinat oratio:nũc illud eſt diſſerendũ,quomodo ſcriptura dicat.Exurgens autem Ioſeph a ſomno,fecit ſicut præcepit ei angelus dñi:& accepit uxorem ſuam & non cognouit eam,donec peperit filium,& uocauit nomen eius Ieſum.In quo primum aduerſarius ſuperfluo labore deſudat,cognoſcẽdi uerbum ad coitum magis q̃ ad ſcientiam eſſe referendũ, quaſi hoc quiſq; negauerit:& eas ineptias quas redarguit,aliquando prudens quiſpiam potuerit ſuſpicari.Deinde uult docere,quod donec ſiue uſq; aduerbia,certum tempus ſignificent,quo completo,fiat id,quod uſq; ad illud temporis quod præſcriptũ eſt non fiebat,uelut in præſenti: Et nõ cognoſcebat eam,donec peperit filium.Apparet(inquit)cognitã eſſe,poſt partũ,cuius cognitionẽ, filij tãtum differebat generatio. Et ad hoc approbandũ cõgerit de ſcripturis exempla q̃plurima,more Andabatarũ gladiũ in tenebris uentilans:& linguæ ſonũ ad confodienda ſui tantũ corporis membra cõcutiens.Ad quod nos breuiter reſpõdemus,& cognoſcebat,& donec & uſq; ad ſermonẽ,in ſcripturis ſanctis dupliciter intelligi:& de eo quidem quod ſcriptũ eſt cognoſcebat,ad coitum eſſe referendũ:ipſe diſſeruit,nullo dubitante,quin ad ſcientiã ſæpe referatur,ut ibi:Remanſit puer Ieſus in Hieruſalem:& nõ cognouerunt parentes eius. Nunc illud eſt oſtendendũ: ut quomodo ibi conſuetudinem ſcripturæ ſecutus eſt:ſic etiam in donec,eiuſdem ſcripturæ authoritate frangatur:quæ ſæpe certum tempus(ut ipſe diſſeruit)in eius aſſumptione ſignificat:ſæpe infinitum,ut eſt illud,quod deus ad quoſdã loquitur in prophetis:Ego ſum,ego ſum:& donec ſeneſcatis,ego ſum.Nunquid poſtq̃ illi ſenuerint,deus eſſe deſiſtet? Et ſaluator in euãgelio ad apoſtolos: Ecce ego(inquit)uobiſcũ ſum omnibus diebus, uſq; ad cõſummationẽ ſæculi.Ergo poſt conſummationẽ ſæculi a diſcipulis ſuis dñs abſcedet:& tunc quãdo in duodecim ſolijs iudicaturi ſunt duodecim tribus Iſrael,dñi conſortio fraudabuntur? Paulus quoq; apoſtolus Corinthijs ſcribens, Primitiæ(ait) Chriſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti,qui in aduentu eius crediderunt:deinde finis,cum tradiderit regnum deo & patri:cum deſtruxerit oẽm principatum & omnẽ poteſtatẽ & uirtutem.Oportet em̃ illum regnare,donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius,omnia em̃ ſub pedibus eius ſubiecit. Eſto de homine dictum ſit:Non negamus,de eo qui paſſus eſt crucem,qui poſtea ſedere iubetur a dextris.Quid ſibi uult hoc quod ait:Oportet em̃ illum regnare,donec ponat oẽs inimicos ſub pedibus eius? Nunquid tãdiu regnaturus eſt dominus,donec incipiant eſſe inimici ſub pedibus eius: & poſtq̃ illi ſub pedibus fuerint,regnare deſiſtet:cum utiq; tunc magis regnare incipiet,cũ inimici cœperint eſſe ſub pedibus? Dauid quoq; in quarto graduum pſalmo.Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum,donec miſereatur noſtri. Ergo tãdiu ꝓpheta oculos habebit ad dñm,q̃diu miſericordiam impetret:& poſt impetratã miſericordiam oculos torquebit ad terras? Qui in alio loco dicit:Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum:& in uerbũ iuſticiæ tuæ. Poteram ſuper hoc innumerabilia exempla cõgerere:& omnẽ laceſſentis procacitatem,teſtimoniorũ nube celare. Verũ adhuc pauca ſubijciam:ut his ſimilia ipſe ſibi lector inueniat. Loquit̃ in Geneſi ſermo diuinus. Et tradiderũt Iacob deos alienos,qui erant in manibus eorum: & inaures quæ erant in auriculis eorum. Et abſcondit eos Iacob ſubter terebinthũ:quæ eſt in Sichimis,& perdidit eos uſq; in hodiernũ diem.Item in fine Deuteronomij. Et defunctus eſt Moyſes ſeruus domini in terra Moab per uerbum domini: & ſepelierunt eũ in Geth prope domũ Phegor:& nemo ſcit ſepulchrum eius uſq; in diem iſtum.Certe hodiernus dies,illius temporis exiſtimandus eſt:quo hiſtoria ipſa cõtexta eſt.Siue Moyſen dicere uolueris authorẽ pentateuchi:ſiue Eſdram eiuſdem inſtauratorẽ operis,non recuſo.Nunc hoc quæritur,an id quod dictũ eſt,uſq; in diẽ iſtum:ad illam referatur ætatẽ,qua libri æditi ſiue cõſcripti ſunt.Doceat igit̃ poſt illã diem tot iam annorũ uſq; ad nos uoluminibus exactis, aut idola quæ ſub terebintho cõdita fuerant reperta:aut Moyſi tumulum inueſtigatũ:quia obnixe aſſerit,poſt,donec & uſq;,eſſe incipere,quod tãdiu non fuit,q̃diu uſq; compleret & donec:quin potius animaduertat ſcripturæ ſanctæ idioma:& nobiſcum,in quo hæſitabat intelligat ea,de quibus poſſet ambigi,ſi nõ fuiſſent ſcripta,ſignari, cætera uero noſtræ intelligentiæ derelinqui. Si em̃ adhuc recenti tempore,

II 393 d

A uiuentibus his qui uiderant Moysen,sepulchrum eius potuit ignorari,multo magis tot sæculis prætereuntibus.Iuxta quod & illud intelligitur de Ioseph,euangelistā id indicasse,de quo scandalū poterat moueri,non eam cognitam esse a uiro suo usq; ad partū:ut multomagis intelligeremus cognitā non fuisse post partū:a qua tunc se abstinuit,cum adhuc de uisione poterat fluctuare.Ad summā,illud requiro,quare se abstinuerit Ioseph usq; ad partus diem. Respondebit utiq;,quia angelum audierit dicentem:Quod em̄ in ea natum est, de spiritu sancto est.Ad quod nos inferimus. Et certe audierat,Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariā uxorē tuā. Prohibitū ei fuerat ne relinqueret:ne adulterā existimaret uxorē.Nunquid & a congressu cōiugis separatus fuerat,cum utiq; ne separaretur magis fuisset admonitus? Et audebat(inquit)uir iustus dei,in utero audiens filiū de uxoris coitu cogitare? Pulchre.Qui ergo somnio tantū credidit, ut uxorem non auderet attingere:is postq̄ pastorum uoce cognouerat angelum dñi uenisse de cœlis,& dixisse ad eos:nolite timere:Ecce euangeliço uobis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia natus est nobis hodie saluator,qui est Christus dñs in ciuitate Dauid:& cū eo laudes militiæ cōcinuisse cœlestis: Gloria in excelsis deo:& super terram pax hominibus, bonæ uoluntatis: qui Symeonē iustum inter amplexus paruuli uiderat prædicantē: Nūc dimittis seruum tuū dñe secundū uerbū tuū in pace:quia uiderunt oculi mei salutare tuū:qui Annā ꝓphetissam,magos,stellam,Herodem,angelos uiderat:qui(inquā)miracula tanta cognouerat:dei tē plum,spiritus sancti sedem,dñi sui matrem audebat attingere? Et certe Maria cōseruabat omnia uerba hæc,conferens in corde suo. Ac ne impudenter neges ista ignorasse Ioseph: Et erant (inquit Lucas)pater illius & mater admirantes super his quæ dicebantur de eo. Licet tu mira impudentia hæc in Græcis codicibus falsata contendas:quæ non solū omnes pene Græciæ tractatores in suis uoluminibus reliquerūt:sed nōnulli quoq; e latinis,ita ut in græcis habētur assumpserint. Nec necesse est nunc de exemplariorū uarietate tractare,cū oīe & ueteris & nouæ scri
B pturæ instrumentū,in latinum sermonē exinde translatū sit:& multo purior manare credenda sit fontis unda,cū riui. Hæc(ais)apud me nugæ sunt,& argumentatiōes superfluæ,& disputatio magis curiosa cū uera. Nunquid non potuit scriptura dicere:& accepit uxorē suā:& nō fuit amplius ausus contingere eam:sicut de Thamar dixit & Iudā? Aut defuerūt Matthæo uerba:quibus id quod intelligi uolebat, posset effari? Nō cognouit(inquit)eam,donec peperit filiū. Post partū ergo cognouit:cuius cognitionē ad partū usq; distulerat. Si tam contentiosus es:iam nūc tua sententia mente superaberis. Nolo mihi aliquod inter partum & coitum tempus interseras; Nolo dicas,mulier quæcūq; concepit & peperit masculum,immūda erit septem diebus,secundum dies secessionis & purgationis suæ immūda erit:& octauo die circūcidet carnem præputij eius:& triginta tribus diebus sedebit in sanguine puro:& omne sanctū nō tanget,& reliqua: Statim eam inuadat Ioseph:statim audiat per Hieremiā:Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi:unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Alioqui quomodo stare poterit, non cognouit eam, donec peperit filiū:si post purgationis tempus expectat:si quadraginta rursum diebus tāto tēpore dilata libido differtur? Polluatur cruore puerpera,obstetrices suscipiant paruulū uagientem,maritus lassam teneat uxorem.Sic incipiant nuptiæ,ne euangelista mentitus sit.Sed absit, ut hoc de matre saluatoris & uiro iusto sit existimandū. Nulla ibi obstetrix: nulla mulierculārū sedulitas interfuit:ipsa pannis inuoluit infantē:ipsa & mater & obstetrix fuit. Et collocauit eū (inquit)in præsepio,quia nō erat ei locus in diuersorio. Quæ sententia & apocryphorū deliramēta cōuincit,dum Maria ipsa pannis inuoluit infantē, & Heluidij expleri non patitur uoluntatē:dum in diuersorio locus non fuit nuptiarū. Verū quia iam satis abundeq; respōdimus ad id quod proposuerat,anteq̄ cōuenirent,& non cognouit eam donec peperit filiū:ad tertiā uenientiā est quæstionē:ut iuxta disputatiōis eius ordinē,etiā nostræ respōsionis ordo procedat. Vult em̄ alios quoq; filios Mariā procreasse: & ex eo quod scriptū est: Ascendit autem Ioseph in ciuitatem Dauid:ut profiteretur cū Maria uxore sua prægnāte:Factū est autem cū ibi essent, impleti sunt dies ut pareret:& peperit filium suū primogenitū:nititur approbare primogenitū nō posse dici,nisi eū qui habeat & fratres: sicut unigenitus ille uocatur, qui parentibus solus sit filius.Nos autem ita diffinimus:Omnis unigenitus,& primogenitus:nō omnis primogenitus,

& unigenitus

A & unigenitus. Primogenitus est, non tantū post quē & alij, sed ante quē nullus. Oīe(inquit) dñs ad Aaron, quod aperit uuluā,ab omni carne quæ offertur dño, ab hoie usq; ad pecus,tibi erūt: Tantūmodo precijs redimāt primogenita hominū, & primogenita pecorū immundorū. Definiuit sermo dei,quid sit primogenitū: Omne(inquit)quod aperit uuluā. Alioqui si nō est primogenitus,nisi is tantū quē sequunt fratres:tādiu sacerdotibus primogenita nō debent, q; diu & alia fuerint,pcreata:ne forte partu postea nō sequēte,unigenitus sit,& nō primogenitus. Redēptio(inquit)ei? erit ab uno mēse:æstimatio quinq; sidor?:Sidus secūdū siclū sanctuarij uiginti oboli sunt. Tantūmodo primogenita uitulorū & primogenita ouium & primogenita caprarū nō redimes,quia sancta sunt. Cogit me sermo dei:ut oīe masculinū quod aperit uuluā, si de mūdis animalibus sit,deo uoueā:si de immundis,redimam,dans preciū sacerdoti. Possum respondere,& dicere. Quid me in unius mensis stringis articulo? Quid primogenitū uocas,quē an fratres sequant,ignoro? Expecta,donec nascat secūdus. Nihil debeo sacerdoti,nisi & ille fuerit procreatus:per quē is qui ante natus est,incipiat esse primogenitus. Nōne mihi ipsi apices loquent,& me stulticiæ redarguēt,eū esse dictū primogenitū,qui aperiat uuluā: nō qui habeat & fratres? Deniq; interrogo de Iohāne quē cōstat esse unigenitū:an & primogenitus fuerit? Vtrū ne & ipse secundū legē,pro toto ei legi fuerit obnoxius? Ambigi nō potest. Certe de saluatore scriptura sic loquit: Cū expleti essent dies purgatiōis eorū, secundū legem Moysi, duxerunt eū in Hierusalē,ut offerrent eū dño:sicut scriptū est in lege dñi. Quia omne masculinū adaperiens uuluam,sanctū dño uocabit:& ut darent hostias secundū quod dictū est in lege dñi:par turturum aut duos pullos columbarū. Si hæc lex tantū ad primogenitos pertinet:primogenitū autē sequentes faciunt:non debuit lege primogeniti teneri,qui de sequentibus ignorabat. Sed quia tenetur lege primogeniti, etiam ille quē fratres cæteri non sequūtur:colligitur eū primogenitū uocari: qui uuluam aperiat,& ante quem nullus sit:non eum,quē frater post genitus subsequatur. Moyses scribit in Exodo:Factum est autē circa mediam noctem:& dñs percussit omne primogenitum in terra Aegypti:a primogenito Pharaonis,qui sedebat super thronum eius: usq; ad primogenitum captiuæ, quæ est ad lacum,& omne primogenitum pecoris. Responde mihi, qui tunc ab exterminatore fuerant interempti, primogeniti fuerunt, an & unigeniti? Si primogeniti tantū illi uocantur,qui fratres habent:ergo ab interemptione unigeniti liberati sunt. Si autem & unigeniti cæsi sunt, contra sententiam factum est, ut inter primogenitos & unigeniti morerentur. Aut unigenitos liberabis a pœna, & ridiculus eris:aut si confiteberis interfectos,ingratis obtinebimus,& unigenitos primogenitos appellari. Extrema propositio fuit(licet idipsum in primogenito uoluerit ostendere)fratres dñi in euangelijs nominari,ut ibi: Ecce mater eius & fratres eius stabāt foris,quærētes loqui cū eo. Et alibi: Post hæc descēdit Capharnaū,ipe & mater eius,& fratres eius. Et ibi: Dixerūt ergo fratres eius ad eū: Trāsi hinc:& uade in Iudæā: ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo eī aliquid in occulto faciēs,quærit ipse in palam esse. Si hæc facis:manifesta teipsum mundo. Iohanne desup inferente: Neq; eī fratres eius tunc credebant in eum. Item Marcus & Matthæus: Et docebat eos in synagoga eorū in patria sua:ita ut stuperent,& dicerent: Vnde huic omnis hæc sapientia & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? nōne mater eius dicitur Maria,& fratres eius Iacobus & Ioseph,& Simon & Iudas, & sorores eius omnes apud nos sunt? Lucas quoq; in actibus apostolorū ita refert. Hi omnes erant instantes unanimes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu & fratribus ipsius. Necnō & Paulus apostolus in eadem historiæ ueritate,pari uoce concordat. Ascendi autē secūdū reuelationē,& neminē uidi nisi Petrū & Iacobum fratrem dñi. Et rursum in alio loco: Nunquid non habemus potestatē manducandi & bibendi? Nunquid nō habemus potestatē uxores circūducendi,sicut & cæteri apostoli & fratres dñi,& Cephas? Et ne forte aliquis Iudæorū testimoniū nō admitteret,q etiā noīa fratrū illius ædiderūt,simili eos asserens in fratribus errore deceptos,quo in patre æstimādo sunt lapsi,argute p̄cauit:& ait: Hæc eadē uocabula ab euāgelistis in alio loco nominari:& eosdē esse fratres domini filios Mariæ. Matthæus loquitur: Erant autem ibi & mulieres (haud dubium quin ante crucem domini)multæ,a longe expectantes quæ secutæ fuerā: Iesum a Galilæa, ministrātes illi. Inter quas erāt Maria magdalene & Maria

B

Sydus 98.

Alia ppositio

C Iacobi,& Ioſeph mater:& mater filiorum Zebedei.Item Marcus.Erāt autem & mulieres a lon
ge aſpicientes:inter quas erant Maria magdalene & Maria Iacobi minoris,& Ioſeph mater Sa
lome:ibiq; poſt modicum.Et aliæ multæ, quæ aſcenderant cum eo in Hieruſalem. Necnon &
Lucas .Erant autem Maria magdalene & Iohanna & Maria Iacobi,& cæteræ cum eis. Hæc id
circo replicauims:ne calumniet & clamitet,ea quæ pro ſe faciant a nobis eſſe ſubtracta:& ſentē
tiam ſuā non teſtimonijs ſcripturarū,ſed lubrica diſputatione conuulſam.Ecce(inquit)Iacobus
& Ioſeph filij Mariæ, quos Iudæi fratres appellauerūt.Ecce Maria Iacobi minoris,& Ioſetis ma
ter.Minoris aūt Iacobi,ad diſtinctionē maioris,qui erat filius Zebedei,ſicut & in alio loco Mar
cus ponit.Maria autem magdalene, & Maria Iacobi,& Ioſetis uiderunt ubi poneretur:& tranſ
acto ſabbato emerunt aromata:& uenerunt ad monumentum.Et utiq; ait: Quā miſerum erit,
& impium de Maria hoc ſentire:ut cum aliæ fœminæ curā ſepulturæ Ieſu habuerint: matrē eius
dicamus abſentem,aut alteram eſſe Mariam neſcio quam confingamus: præſertim cum euan
geliū Iohannis teſtetur præſentē eam illic fuiſſe,quando illam de cruce dñs iam uiduam,ut ma
trē Iohanni cōmendabat.Aut nunquid euangeliſtæ & falluntur & fallunt:ut eorū Mariam ma
trē dicerent,quos Iudæi fratres Ieſu eſſe dixerunt? O furor cæcus & in propriū exitiū mens ue
ſana.Dicis ad crucem dñi matrem eius fuiſſe præſentem:dicis Iohanni diſcipulo ob uiduitatem
& ſolitudinē cōmendatam,quaſi iuxta te non haberet quatuor filios,& innumeras filias,quarū
conſortio frueretur.Viduam quoq; nominas,quod ſcriptura non loquitur.Et cum omnia euā
geliſtarum exempla proponas,ſolius tibi Iohannis uerba non placent.Dicis tranſitorie ad cru
cem domini eam fuiſſe præſentem,ne conſulto præteriſſe uidearis:& tamen quæ cum illa mulie
res fuerint,ſiles.Ignoſcerē neſcienti, niſi uiderem conſulto reticentem.Audi itaq; Iohannes qd
dicat.Stabant autem iuxta crucem dñi mater eius,& ſoror matris eius Maria Cleophæ,& Ma
ria Magdalene.Nulli dubium eſt,duos fuiſſe apoſtolos Iacobi uocabulo nuncupatos:Iacobum
Zebedei,& Iacobum Alphæi.Iſtum neſcio quem minorem Iacobum,quem Mariæ filium,nec
tamē matris dñi ſcriptura cōmemorat, apoſtolum uis eſſe,an non? Si Apoſtolus eſt,Alphæi fi
D lius erit:& credidit in Ieſum,& non erit de illis fratribus,de quibus ſcriptum eſt. Neq; em̄ tunc
fratres eius credebant in eum.Si non eſt apoſtolus, ſed tertius neſcio quis Iacobus: quomodo
eſt frater domini putandus:& quomodo tertius ad diſtinctionē maioris appellabitur minor:
cum maior & minor,non inter tres,ſed inter duos ſoleant præbere diſtantiam, & frater domini
apoſtolus ſit,Paulo dicente: Deinde poſt triennium ueni Hieruſalem uidere Petrum, & manſi
apud illū diebus quindecim.Aliū aūt apoſtolorū uidi neminem, niſi Iacobum fratrem domi
ni? Et in eadem epiſtola: Et cognita gratia quæ data eſt mihi, Petrus & Iacobus & Iohannes,
qui uidebantur columnæ eſſe.Ne autem hunc putes Iacobum filium Zebedei: lege actus apo
ſtolorum.Iam ab Herode fuerat interemptus. Reſtat concluſio, ut Maria iſta quæ Iacobi mi
noris ſcribitur mater,fuerit uxor Alphæi:& ſoror Mariæ matris domini, quā mariam Cleophe
Iohannes euangeliſta cognominat,ſiue a patre ſiue a gentilitate familiæ:aut quacūq; alia cauſa
ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia uidetur, quod alibi dicatur: Maria Ia
cobi minoris mater,& hic Maria Cleophe: diſce ſcripturæ conſuetudinem, eundem hominem
diuerſis nominibus nuncupari.Raguel ſocer Moyſi & Iethro dicitur.Gedeon,nullis cauſis im
mutati nominis ante præmiſſis,ſubito Hieroboal legitur.Oçias rex Iuda uiciſſim Açarias uo
catur. Mons Tabor Itabyrium dicitur . Rurſum Hermon Phœnices cognominant Sanior, &
Amorræus cognominat eum Sanir.Eadem cœli plaga tribus nominibus appellatur, Nageb,
Theman,Darom. Lege Eçechiel.Petrus & Simō dicit & Cephas.Iudas zelotes,in alio euāge
lio Thaddæus dicit: multaq; alia quæ ad exemplū horū ptinent ipſe ſibi de oibus ſcripturis le
ctor poterit congregare.Nunc illud eſt quod conamur oſtendere quemadmodum fratres do
mini appellentur,filij materteræ eius Mariæ:qui antea non credentes,poſtea crediderunt. Licet
fieri potuerit,ut uno ſtatim credente,alij diu increduli fuerint:& hanc fuiſſe matrē Iacobi & Io
ſetis: id eſt Mariam Cleophe uxorem Alphæi. Hanc dictam Mariam Iacobi minoris.Quæ ſi
eſſet mater dñi,magis eam(ut in omnibus locis)matrē illius appellaſſet:& nō alioq; dicendo ma
trē,alterius uoluiſſet intelligi. Verū in hac parte cōtentioſum funem nō traho:alia fuerit Maria

Cleophe

A Cleophæ,alia Maria Iacobi,& Ioſetis,dummodo conſtet non eandem Mariam Iacobi & Ioſetis eſſe, quam matrem domini. Eſunde(ais)fratres domini dicti ſunt,qui nō erant fratres? Iam nunc doceberis, quatuor modis in ſcripturis diuinis fratres dici,natura,gente,cognatione, affectu. Natura, Eſau,Iacob,duodecim patriarchæ, Andreas & Petrus, Iacobus & Iohannes. 1 Gente,qua omnes Iudæi inter ſe fratres uocantur:ut in Deuteronomio:Si autem emeris fratrē 2 tuum qui eſt Hebræus,uel quæ eſt Hebræa,ſeruiet tibi ſex annis:& ſeptimo anno dimittes eū liberum abs te.Et in eodem:Cōſtituendo conſtitues ſuper te principem, quem elegerit dominus deus tuus:eum qui ex fratribus tuis ſit.Non eū poteris conſtituere ſuper te hominem alienigenam,quia non eſt frater tuus. Et rurſum: Ne uiſo uitulo fratris tui uel oue eius errantibus per uiam,negligas ea.Reuerſione reduces ea fratri tuo. Quod ſi non appropinquat tibi frater tuus,neq; noueris eum,colliges ea intra domum tuam: & erunt tecum, donec quærat ea frater tuus,& reddes ei.Et apoſtolus Paulus:Optabam (inquit)egoipſe anathema eſſe a Chriſto,pro Ro. 9. 3 fratribus meis,cognatis ſecundum carnem,qui ſunt Iſraelitæ.Porro cognatione fratres uocantur,qui ſunt de una familia:id eſt patriæ:quas Latini paternitates interpretātur:cum ex una radice multa generis turba diffunditur:ut in Geneſi.Dixit autem Abraham ad Lot:Non ſit rixa Ge. 13. inter me & te:& inter paſtores meos & paſtores tuos: quia oēs fratres nos ſumus:Ibiq; & elegit ſibi Lot regionem Iordanis,& eleuauit Lot ab oriente,& diſceſſerūt unuſquiſq; a fratre ſuo. Et certe Lot nō eſt frater Abrahæ,ſed filius fratris eius Aram. Thara quippe genuit Abraham & Nachor,& Aram:& Aram genuit Lot.Et rurſum:Abraham autem erat annorum ſeptuagintaquinq; cum exiret de Charian. Et ſumpſit Abraham Saram uxorem ſuam,& Lot filium fratris ſui.Quod ſi adhuc dubitas fratrem,fratris filium nuncupari: accipe exemplum. Cum autē audiſſet Abraham,quia captiuus ductus eſt Lot frater ſuus,numerauit uernaculos ſuos trecentos decem & octo. Et cum cædem nocturni impetus deſcripſiſſet,adiecit:Et reduxit omnē equi-
B tatum Sodomorum,& Lot fratrem ſuum reuocauit.Sufficiebāt hæc ad ea quæ diximus approbanda.Sed ne in aliquo cauilleris:& te quaſi lubricus anguis euoluas,teſtimoniorum ſtringendus es uinculis, ne querulus ſibiles:& dicas te magis argumentationibus tortuoſis,q̄ ſcripturarum ueritate ſuperatum. Iacob Iſaac filius ac Rebeccæ,cum fratris inſidias metuens Meſopotamiam perrexiſſet:acceſſit & deuoluit lapidem ab ore putei,& adaquauit oues Laban fratris matris ſuæ.Et oſculatus eſt Iacob Rachel:& exclamans uoce ſua plorauit:& indicauit Rachel,quia frater eſt patris eius:& quia filius Rebeccæ eſt.Ecce & hic eadem lege qua ſupra frater,ſororis filius appellatur.Et iterum:Dixit autem Laban ad Iacob:Quoniam frater meus es:non ſeruies mihi gratis:Dic mihi quæ ſit merces tua? Expletis itaq; uiginti annis,cum ignorāte ſocero,uxoribus filiiſq; comitatus reuerteretur ad patriam,cōſecutus eſt eum Laban in monte Galaad.Et cum idola quæ Rachel occultabat quæſita nō inueniſſet in ſarcinis:reſpondit Iacob,& dixit ad Laban:Quæ culpa mea eſt,& quod delictum meum,quod perſecutus es me? & quare ſcrutatus es omnia uaſa mea? Quid inueniſti de omnibus tuis? Pone hic in conſpectu fratrum tuorum & fratrum meorum:& redarguent inter nos duos.Reſpōde qui ſint iſti fratres Iacob & Laban, qui tunc fuerant in præſenti? Eſau certe frater Iacob abſens erat, & Laban filius Bathuel fratres excepta ſorore Rebecca nō habuit. Innumerabilia ſunt iſtiuſmodi,libris inſerta diuinis: Sed 4 ne longū faciā:ad extræmā diuiſionis partē reuertar:id eſt,& affectu fratres dici:qui in duo ſcindit:in ſpiritale & in cōmune.In ſpiritale, quia oēs Chriſtiani fratres uocamur,ut ibi:Ecce q̄ bonū & q̄ iocūdū habitare fratres in unū.Et in alio pſalmo ſaluator: Narrabo(inquit)nomē tuū fratribus meis.Et alibi: Vade dic fratribus meis.Porro in cōmune, quia oēs homines ex uno patre nati,pari inter nos germanitate coniungimur.Dicite(ait)his qui oderūt uos,fratres noſtri eſtis. 1 ad corin. 10 Et Apoſtolus ad Corinthios.Si quis frater,noīatur fornicator aut auarus,aut idolis ſeruiēs,aut maledicus,aut ebrioſus,aut rapax,cū eiuſmodi nec cibū ſumere.Et cætera his ſimilia.Interrogo nūc,iuxta quē modū fratres dñi in euāgelio intelligas appellari.Iuxta naturā? Sed ſcriptura nō dicit:nec Mariæ eos uocans filios nec Ioſeph.Iuxta gentē? Sed abſurdū eſt,ut pauci ex Iudæis uocati ſint fratres:cū oēs q ibi erāt hac lege Iudæi,fratreſ potuerint appellari.Iuxta affectū hūani iuris ac ſpūs? Verū ſi ſic,q magis fratres q̄ apoſtoli,quos docebat intrinſecꝰ:quos matres uocabat &

C cabat & fratres? Aut ſi oēs,quia homines,fratres,ſtultū fuit nunciari quaſi propriū:Ecce fratres tui quærētes te:cum generaliter omnes homines hoc iure ſint fratres.Reſtat igitur,ut iuxta ſuperiorem expoſitionem fratres eos intelligas appellatos, cognatione,non affectu, nō gentis priuilegio,nō natura:Quomodo Lot Abrahæ:quomodo Iacob Laban eſt appellatus frater:quomodo & filiæ Salphaad accipiūt clerum inter fratres ſuos: quomodo & Abraham ipſe Saram ſororem ſuam habuit uxorem.Etenim ait:Vere ſoror mea eſt de patre,ſed nō de matre: id eſt, fratris eſt filia,non ſororis.Alioquin quale eſt,ut Abraham uir iuſtus,patris ſui filiam coniugē ſumpſerit:cum in primis hominibus propter aurium ſanctitatem idipſum ſcriptura non nominet,malens intelligi,cꝫ proferri:& deus lege poſtea ſanciat ac minetur: Qui acceperit ſororem ſuam de patre ſuo,uel de matre ſua,& uiderit turpitudinem eius,& ipſa uiderit turpitudinem illius,opprobriū eſt:& exterminabūtur coram filijs generis ſui.Turpitudinē ſororis ſuæ detexit, peccatum ſuum recipiet. Imperitiſſime hominum,iſta non legeras:& toto ſcripturarum pelago derelicto,ad iniuriam uirginis tuam rabiem contuliſti,in exemplum eius quem fabulæ ferūt,cum uulgo eſſet ignotus,& nihil boni poſſet facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Dianæ incendiſſe templum:& nullo prodente ſacrilegium,fertur ipſe in medium proceſſiſſe,clamitans ſeſe incēdium ſubieciſſe? Sciſcitantibus Epheſi principibus quam ob cauſam hoc facere uoluiſſet,reſpondiſſe:ut quia bene non poteram,male omnibus innoteſcerem.Et hoc quidem Græca narrat hiſtoria.Tu uero templum dñici corporis ſuccendiſti:tu contaminaſti ſanctuarium ſpiritus ſancti: ex quo uis quadriiugam fratrum & ſororum proceſſiſſe congeriem. Deniq; cū Iudæis uoce ſociata dicis:Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicit Maria, & fratres eius Iacobus & Iohannes & Simon & Iudas, & ſorores eius omnes apud nos ſunt? Omnes,niſi de turba,non dicitur. Quis te oro ante hanc blaſphemiam nouerat: quis dupondij ſupputabat? Conſecutus es quod uolebas:nobilis es factus in ſcelere.Egoipſe qui contra te ſcribo:cum in eadem tecum urbe conſiſtam,albus(ut aiunt)ater ue ſis, neſcio.. Prætermitto uitia ſermonis: quibus omnis liber tuus ſcatet. Taceo ridiculum exordium.O tempora,o mores. Non quæro ælo/
D quentiam,quam ipſe non habens,in fratre Craterio requiſiſti.Non inquam flagito linguæ nitorem,animæ quæro pietatē. Apud Chriſtianos em̄ ſoloeciſmus eſt magnus & uitium,turpe quid uel narrare uel facere. Ad calcem uenio:& te cornuta interrogatione concludo, ſicq; tecum agam,quaſi ſuperius nihil egerim:eodem modo dictos eſſe fratres domini,quo Ioſeph dictus eſt pater.Ego(inquit)& pater tuus,dolentes quærebamus te.Mater hæc loquitur, non Iudæi.Et ipſe euangeliſta referens:Et erant pater & mater illius admirantes ſuper his quæ dicebā/tur de eo:& his ſimilia quæ iam enumerauimus:in quibus parentes uocantur.Ac ne forte de exemplariorum ueritate cauſeris: quia tibi ſtultiſſime perſuaſiſti Græcos codices eſſe falſatos:Ad Iohannis euangelium uenio,in quo pleniſſime ſcribitur.Inuenit Philippus Nathanael:& ait illi:Quem ſcripſit Moyſes in lege,& prophetæ:inuenimus Ieſum filium Ioſeph a Naçareth.Certe hoc in tuo codice continetur.Reſponde mihi quomodo Ieſus ſit filius Ioſeph: quem conſtat de ſpiritu ſancto eſſe procreatū? Vere Ioſeph pater fuit? Q̃uis ſis hebes, dicere non audebis. An putabatur? Eodem modo æſtimentur & fratres,quo æſtimatus eſt pater. Sed quoniā iam e cautibus & confragoſis locis enauigauit oratio,pandenda ſunt uela:& in epilogos illius irruendum,in quibus ſciolus ſibi uiſus, Tertullianum in teſtimonium uocat: & Victorini Pictauienſis epiſcopi uerba proponit.Et de Tertulliano quidem nihil amplius dico,cꝫ eccleſiæ hominem non fuiſſe.De Victorino uero id aſſero,quod & de euangeliſtis,fratres eum dixiſſe domini non filios Mariæ.Fratres autem eo ſenſu,quem ſuperius expoſuimus,propinquitate,non natura.Verum nugas terimus:& fonte ueritatis omiſſo,opinionum riuulos conſectamur.Nunqd non poſſum tibi totam ueterum ſcriptorum ſeriem cōmouere: Egnatium,Polycarpū,Hirenæū, Iuſtinum martyrem:multoſq; alios apoſtolicos & æloquētes uiros, qui aduerſus Hebionem & Theodotum Byçantium, Valentinum,hæc eadem ſentientes,plena ſapientiæ uolumina cōſcripſerunt? Quæ ſi legiſſes aliquando,plus ſaperes.Sed melius puto breuiter ad ſingula reſponde re:cꝫ diutius immorando,uolumen extendere. In illud nūc impetum facio:in quo tu uirginitatē & nuptias comparando,diſertus eſſe uoluiſti.Riſimus in te prouerbium:camelū uidimus ſaltitantem.

A tantem. Dicis: Nunquid meliores ſunt uirgines Abraham, Iſaac & Iacob: qui habuere cõiugia? Nunquid non quotidie dei manibus, paruuli finguntur in uẽtribus: ut merito erubeſcere debea mus Mariam nupſiſſe poſt partum? Quod ſi hoc illis turpe uidetur, ſupereſt ut non credãt etiã deum per genitalia uirginis natum. Turpius eſt eñ iuxta eos deum per uirginis pudenda geni tum, q̃ uirginem ſuo uiro nupſiſſe poſt partum. Iunge ſi libet & alias naturæ contumelias, no uem menſibus uterum inſoleſcentem, faſtidia, partum, ſanguinem, pannos. Ipſe tibi deſcribatur infans, tegmine membranarum ſolito conuolutus. Ingerantur dura præſepia, uagitus paruuli: octauæ diei circũciſio: tempus purgationis: ut probetur immundus. Non erubeſcimus, nõ ſile mus. Quanto ſunt humiliora quæ pro me paſſus eſt: tanto plus illi debeo. Et cum omnia repli caueris: cruce nihil contumelioſius proferes: quã profitemur & credimus: & in qua de hoſtibus triumphamus. Sed ut hæc quæ ſcripta ſunt non negamus: ita ea quæ non ſunt ſcripta, renui mus. Natum deum eſſe de uirgine credimus: quia legimus. Mariam nupſiſſe poſt partum, non credimus: quia non legimus. Nec hoc ideo dicimus: quo nuptias cõdemnemus (ipſa quippe uir ginitas fructus eſt nuptiarum) ſed quod nobis de ſanctis uiris temere æſtimare nihil liceat. Poſ ſumus eñ hac æſtimatione poſſibilitatis cõtendere, plures quoq; uxores habuiſſe Ioſeph: quia plures habuerit Abraham, plures habuerit Iacob, & de his eſſe uxoribus fratres dñi: quod plæ riq; non tam pia q̃ audaci temeritate confingunt. Tu dicis Mariam uirginem nõ permanſiſſe: ego mihi plus uendico, etiam ipſum Ioſeph uirginem fuiſſe per Mariam: ut ex uirginali coniu gio uirgo filius naſceret. Si eñ in uirũ ſanctum fornicatio nõ cadit: & aliam eũ uxorẽ habuiſſe non ſcribitur: Mariæ autem quã putatus eſt habuiſſe, cuſtos potius fuit, q̃ maritus: relinquitur, uirginem eum manſiſſe cum Maria: qui pater domini meruit appellari. Et quia de comparatio ne uirginitatis & nuptiarum ſum aliqua dicturus: obſecro lecturos, ne me putent nuptijs detra

B xiſſe in uirginum laude: & aliquam feciſſe diſtantiam inter ſanctos ueteris teſtamenti & noui: id eſt inter eos qui habuere coniugia, & hos qui a complexu mulierum penitus receſſerunt: uerũ pro conditione temporũ alij eos tunc ſubiacuiſſe ſententiæ: & alij nos, in quos fines ſæculorum decurrerunt. Quãdiu lex illa permanſit, Creſcite & multiplicamini, & replete terram: Et, maledi cta ſterilis, quæ nõ parit ſemen in Iſrael, nubebant oẽs, & nubebantur: & derelictis parentibus, fiebant una caro. Quando uero uox illa pertonuit: Tempus breuiatũ eſt: reliquũ eſt, ut qui ha bent uxores ſic ſint, quaſi non habeant, adhærentes dño, unus cum eo efficimur ſpiritus. Et qua re? Quia qui ſine uxore eſt, cogitat ea quæ dei ſunt, quomodo placeat deo. Qui autẽ cũ uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Et diuiſa eſt, mulier, & uirgo. Quæ non eſt nupta, cogitat quæ ſunt dei: ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nam quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro. Quid oblatras? quid repugnas? Vas electiõis hæc loquitur. Diuiſa eſt dicens, mulier & uirgo. Vide quantæ fœlicitatis ſit, quæ & nomen ſexus amiſerit. Virgo iam mulier non uocatur. Quæ non eſt nupta, cogitat quæ ſunt domini, ut ſit ſan cta corpore & ſpiritu. Virginis definitio, ſanctam eſſe corpore & ſpiritu: quia nihil proſit carnẽ habere uirginem, ſi mente quis nupſerit. Quæ uero nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomo do placeat uiro. Idem tu putas eſſe diebus & noctibus uacare orationi, uacare ieiunijs, & ad ad uẽtum mariti expolire faciem, greſſum frangere, ſimulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior ap pareat, & naturæ bonum infuſcet iniuria. Hæc ad ſpeculum pingitur, & in contumeliam artifi cis conatur pulchrior eſſe q̃ nata eſt. Inde infantes garriunt, familia perſtrepit, liberi ab oſculis & ab ore dependent, computantur ſumptus, impendia præparãtur. Hinc cocorum accincta ma nus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat: nunciatur interim uir ueniſſe cum ſocijs. Il la ad hirundinis modum luſtrat uniuerſa penetralia, ſi thorus rigeat, ſi pauimenta uerrerint, ſi ornata ſint pocula, ſi prandium præparatum. Reſponde quæſo, inter iſta ubi ſit dei cogita tio? Et hæ felices domus. Cæterum ubi tympana ſonant, tibia damitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi dei timor? Paraſitus in contumelijs gloriatur, ingrediuntur expolitæ libidi num uictimæ, & tenuitate ueſtium nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infelix uxor, aut læ tatur, & perit: aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. Hinc diſcordia, ſeminarium re pudij. Aut

Ioſeph & Maria mã fit virgo

Virginis definitio

Vpa cõiugatorũ que indies cogitant

C pudĩ. Aut ſi aliqua inueniẽ domus, in qua iſta nõ fiant: (quæ rara auis eſt) tamẽ ipſa diſpẽſatio domus, liberorũ educatio, neceſſitates mariti, correctio ſeruulorũ, quã a dei cogitatione nõ auocent? Defecerunt (inquit ſcriptura) Saræ muliebria: poſt quod dicitur ad Abraham: Oĩa quæcunq; dicit tibi Sara, audi uocem eius. Quæ non eſt in partus anxietatibus & dolore, quæ deficientibus menſtrui cruoris officijs, mulier eſſe deſijt: a dei maledictione fit libera: nec eſt ad uirũ conuerſio eius, ſed econtrario uir ſubĩcitur ei: & dñi uoce præcipitur: Omnia quæcũq; tibi dicit Sara, audi uocem eius, & ſic incipiunt uacare orationi. Quia cũ diu in cõiugio debitum ſoluit: orãdi ptẽriẽ inſtantia. Nõ negamus uiduas, nõ negamus maritatas, ſanctas mulieres inueniri: ſed quæ uxores eſſe deſierint, quæ in ipſa neceſſitate coniugij, uirginũ imitentur caſtitatẽ. Hoc eſt quod Apſtus breuiter Chriſto in ſe loquẽte teſtatus eſt: Innupta cogitat q̃ dei ſunt, quõ placeat deo: nupta uero cogitat, quæ ſunt mũdi, quõ placeat uiro: nobis ſup hoc campũ intelligẽtiæ de relinquẽs. Neq; tamẽ alicui neceſſitatẽ imponit aut laqueũ: ſed id qd' honeſtũ eſt ſuadet, uolẽs oẽs eſſe ſicut ſeipm. Et quãcũ de uirginitate, dñi pceptũ nõ habeat: quia ultra hoies eſt, & quodãmodo impudẽtis erat, aduerſum naturã cogere: alioq; modo dicere: uolo uos eſſe, qd' angeli ſunt: unde & uirgo maioris eſt meriti: dum id contemnit: quod ſi fecerit, non delinquit: nihilominus in cohærentibus infert: Cõſilium autem do, tancũ miſericordiã cõſecutus a domino: ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quia bonum eſt homini ſic eſſe. Quæ eſt iſta neceſſitas? Væ prægnantibus & nutrientibus in illa die. Ideo ſylua ſuc creſcit, ut poſtea recidatur. Ideo ager ſeritur, ut metat'. Iam plenus eſt orbis, terra nos nõ capit. Quotidie bella nos ſecant, morbi ſubtrahũt, naufragia abſorbẽt, & nihilominus de terminis litigamus? De hoc numero ſunt illi, qui agnum ſequuntur, qui ueſtimẽta ſua nõ coinquinauerũt, uirgines em̃ permanſerunt. Obſerua, quid ſignificet, non coinquinauerunt. Ego non audeo exponere, ne Heluidius calumnieť. Quod autẽ ais quaſdã eſſe uirgines tabernarias, ego tibi plus dico, eſſe in his & adulteras: & (q̃ magis mireris) clericos eẽ caupones, & monachos impudicos. Sed qs nõ ſtatim intelligat, nec tabernariã uirginẽ, nec adulterũ monachũ, nec dericũ poſſe eſſe cauponẽ? Nũqd uirginitatis eſt culpa, ſi ſimulator uirginitatis in crimine eſt? Ego certe (ut alijs perſonis prætermiſſis ad uirginem ueniã, quæ inſtitorias exerret artes) neſcio an corpore, quod ſcio, ſpiritu uirgo non permanet. Rhetoricati ſumus, & in morem declamatorũ, paululum luſimus. Tu nos Heluidi coegiſti: qui iam euangelio coruſcante, eiuſdem uis eſſe gloriæ uirgines & maritatas. Et quia arbitror te ueritate ſuperatum, ad detractionẽ uitæ meæ & ad maledicta cõuerti (ſolẽt em̃ hoc & mulierculæ facere, quæ uictoribus dñis male optant in angulis): illud dico
D præueniens, gloriæ mihi fore tua conuitia, cum eodem quo Mariæ detraxiſti ore me laceres, & caninam facundiam ſeruus domini pariter experiatur & mater.

DES. ERASMI ROTERODAMI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS IN PRAECEDENTEM EPISTOLAM SCHOLIA.

Dignus fieret qui uinceretur.) Sic Aiax apud Ouidium adeo contẽnit aduerſarium Vlyſſem, ut eum hoc quoq; putaret indignum, quod ſecum contenderet. Ille tulit precium, iam nunc certaminis huius. Qui ſi uictus erit, mecum certaſſe feretur. Taxat autẽ Heluidiũ hominẽ alioquin obſcurum, quod hac uia famam affectaret. Et cum infœcunditate foliorum.) Al luſit ad ficum, quæ folijs onuſta, procul eſurienti Chriſto fructum aliquem pollicebatur. Verum ſimulatq; repperit infrugiferã, maledixit illi Ieſus: & exaruit. Deus pater eſt imprecandus.) Aut noue dixit imprecandus pro implorandus: aut precandus legendum eſt, aut certe cõprecandus.

Non rhetorici campum.) Vt apte ſingulis ſua tribuit. Oratoribus campum dicendi, quod horum oratio fuſius explicet ſeſe. Dialecticis tendiculas, quod captioſe diſputent & inſidioſe. Ariſtoteli ſpinas, quod acute refellens omnia, moleſtus ſit argutia ſua. Hæc autem dicit Hieronymus, non quidem damnans omnino Rhetoricam, aut Dialecticam, aut Ariſtotelis acumen, ſed quod aduerſus idiotam Heluidium his fruſtra uteretur. More Andabatarum.) Prouerbialiter dictum eſt. Sumptum eſt autem a ludo quodam, in quo duo committebãtur clauſis oculis, ut non uiderent, qua ferirent. Sic enim colligimus e quodam apud Senecam loco. Significat autem Heluidium, multa cõgerere, ſed temere, & nihil ad rem pertinentia. Demonactes Cynicus de duobus, quorum alter inepte proponebat, alter reſpondebat nihil ad rem. Alter, inquit, mulget hircum, alter ſupponit cribrũ. Vide de hoc puerbio in Chiliadibus noſtris, Andabatæ. Id eſt aalma nõ Bethula.) De his uide Hieronymi diſputationẽ, in ſeptimũ Eſaiæ caput.

In eius

A In eius assumptione.) Id est in usurpatione eius aduerbij donec. Pentateuchi.) πεντάτευχον appellat opus quinq; contextum uoluminibus, Geneſis, Exodi, Deuteronomij, Numerorũ, Leuitici, a πέντε quinq;, & τεῦχος instrumentum siue uolumen. Hic annotandum, quosdam olim in ea fuisse sententia, ut dicerent pentateuchũ a Moyse quidẽ scriptũ, sed postea ab Esdra fuisse instauratum, Moysi scriptis aliquo pacto perditis. Sanctæ scripturæ idioma.) ἰδίωμα ꝓprietas linguæ, siquidẽ unaquæq; lingua, sua quædam habet, ac peculiaria: quoꝝ gustus in alienã linguã transfũdi non possit. Tua mente.) Id est tua sententia, & tua ipsius interpretatione. Secundũ siclũ sanctuarij.) Sic em legimus Leuitici, cap. 27. Ois æstimatio, siclo sanctuarij põderabit. Sicus uiginti obolos habet. Sed hac de re q uolet plenius edoceri, legat opus Gulielmi Budei Parisiensis, hois & diligentis & eruditi, cui titulũ fecit de asse. Id cõmodũ in lucẽ emerserat, cum hæc scriberemus. Iohanne desuper inferente.) Hæc uerba mihi uidentur addita, nisi quod Heluidio digna sunt, ex quo referuntur. Eadem cœli plaga.) Idumæa regio est Idumæorum, uergens ad australẽ partẽ, quæ Hebræis dicit Theman. Vergit eadẽ prouincia, nominatur tribus noibus, Theman, Nageb, Darom, quod obliquo flexu Eurum, Austrũ, Aphricũq; respiciat: ut indicauit Hieronymus enarrans primum caput Amos. Id est patria.) Hoc loco patria Græca uox est non latina. Nam quod latini uocãt patriam, Græci πατρίδα uocant, πατριάν autem, quod nos gentem siue familiam. Vnde patriæ legẽdum apud Hieronymum. Porro quod addit, quas Latini paternitates interpretantur, indicat uulgatam æditionẽ, quæ locũ hũc Pauli ad Ephesios, cap. 3. sic habet. Ex quo ois paternitas in cœlo & in terra nominatur. Vbi paternitas, nõ accipit uulgari significatu, pro abstracto, quod uocant, respõdente patri siue paterno, sed pro gente ac familia ab eodẽ patre ꝓfecta. Est aũt in Græcis uerbis uenusta uocũ allusio, πατρὸς & πατριᾶς, quæ periisset, nisi ꝓ familia uertisset paternitatẽ, quẽadmodũ indicauimus & in ānotationibus nostris Quẽ fabulæ ferũt.) Imo referẽ a Cicerone, a Plutarcho, ab Aulo Gellio, a Valerio maximo, nõ ut fabula, sed ut historia, Erostratũ quendã, cũ omnino nobilis esse cuperet, nec ulla bona re sibi famã parare posset, incendit tẽplũ Ephesiæ Dianæ, quod tũ toto orbe celeberrimũ erat. Deprahẽsus, cõfessus est se gloriæ cupiditate fecisse. Decreuit igit magistrat⁹, ne postea qsq; hoc nomie nominaret. Et prorsus hodieq; nomẽ hois ignotũ erat, nisi Theopompus id suis historijs inseruisset. Ex quo uis quadrigã.) Aut congeriẽ, uerbũ omittendũ est, aut quadrijugam legendũ est, nõ quadrigã. Heluidius quatuor genera fratrũ fecit. Et ea oĩa refert ad Christũ. Dipondij supputabat.) Dipondiũ siue dupõdiũ hic ꝓ nũmulo ponit, q ualebat duobus assibus. Siquidẽ & assis nummus erat uilissimus. Vnde & tressis agaso, Persio dictus est, homo nihili. Quare balbutis & erubescis.) Hæc uerba quæ sequuntur post, consistam, non repperi addita in antiquo quodam exemplari: nec uideo quid ad sensum pertineant: & tamen mirum, unde in hũc uenerint locũ. Fortasse legendũ erat, in qua balbutire nõ erubescis. Nã turpe erat Romæ, hoc est in totius
B orbis theatro, hoiem illiteratũ inter eruditissimos & æloquẽtissimos nõ loqui, sed balbutire Albus (ut aiunt) ater ue sis.) Hoc modo significabãt hominẽ prorsus ignotũ, adeo ut nec faciẽ illius unq; uiderint: ut indicauimus in Chiliadibus. Cornuta interrogatiõe.) Intellígit dialecticũ dilẽmatis genus, in quo duobus ꝓpositis, utrũcũq; elegeris, aduersarius obtineat id qd' cupit. Cautibus & cõfragosis.) Cautes scopulos uocat, & saxa confragosa loca aspera & flexibus difficilia. Sic more suo notat argumẽtationes, in qbus plus est difficultatis q̃ uoluptatis. Pictauiensis.) Hoc addidit, discernẽs eũ a Victorino Afro, cuius meminit diuus Augustinus. Hũc aũt Pictauiensem episcopũ Hieronymus testatur ꝓfundis fuisse sensibus, sed stilo parum composito, quod magis Græce sciret q̃ latine. De Tertulliano quidẽ.) Quod inuidia clericorũ in hæresim postea sit prolapsus, ut in Catalogo testatur Hieronymus. Egnatium.) Quẽ nos Ignatiũ uocamus. Erat Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus. Polycarpũ.) Is Smyrnæ episcopus fuit, a sancto Iohanne ordinatus. Hirenæum.) Hic fuit Polycarpi discipulus, Lugdunẽsem in Gallia rexit ecclesiam. Iustinum.) Hic sub habitu philosophi, Christũ professus est. Hebionem.) hæreticũ, unde Hebionite dicti. Marcionem.) Vnde Marcionite. Vide Augustinum de hæresibus ad Quoduultdeũ. Illud miror in omnibus quæ refert Hieronymus de superioribus in libro de uiris illustribus, cur nihil meminerit de scriptis aduersus Marcionẽ, cũ hũc a Polycarpo Romæ uisum tradat. Theodotũ.) Hunc nisi fallor Augustinus Theodotionẽ uocat, qui Christũ merũ hominem fuisse sensit. Valentinum.) Vnde Valentiniani. De his omnibus uidẽ diuum Augustinum in libro quem modo citaui. Nam Isidorus, in decretis causa. 24. q. 3. qui sua hinc collegit, plane, pene dixeram, nugatur. Camelum saltitantem.) Cum quis affectat indecore ad quod non est aptus. Camelorum est onera gestare, non saltitare. Prouerbiũ est, cuius meminimus in Chiliadib⁹. Et diuisa est mulier & uirgo.) Hunc locũ aliter citat Hieronymus aduersus Iouinianũ libro primo. Nempe ut nos uulgo legimus, sed ita, ut fateatur sese pro loci qualitate in alium sensum interpretatũ fuisse. Verũ hanc lectionẽ putat apostolicæ ueritatis esse. Qui cũ uxore est, sollicitus est, quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Mulier inupta & uirgo &c. In Græcis autẽ codicibus diuisus est, nõ addit, nec referẽ ad uirũ, sed ad sequentia, κεχώρισται καὶ ἡ γυνὴ ἡ παρθένος, id est, diuisa est mulier & uirgo, Ego maluissem uertere uerbum κεχώρισται numero multitudinis, diuisa sunt hæc duo, nempe mulier & uirgo. Ambrosius uerbum repetit, ad hunc modum: Quomodo placeat uxori & diuisus est. Diuisa est mulier & uirgo. Intelligit autem diuisus est, id est in diuersas curas distractus, pietatis & matrimonij. Diuisa est mulier & uirgo, non natura, sed actu. Virgo iam mulier nõ uocat.) Mulier apud Latinos anceps nomen est. Nam & sexum significat, & iunctam uiro ac deuirginatã. Itidẽ apud Græcos, γυνὴ aliquando mulierẽ, hoc est sexum, aliquando uxorẽ declarat. Ego quidẽ hoc loco uxorem uertere maluissem. Verum hac de re copiosius dicemus in annotationibus nostris. Infuscet iniuria.) Iniuriam uocat, cum lædit forma naturalis, nisi mauis legere incuria, id est neglectu. Ad speculum pingitur.) Apte dixit pingitur, propter colores purpurissum & ce-

C russam,quibus faciem fucant,& stibium quo oculos quoq; nigrore tingunt. Parasitus in con.)Cum per fonduntur aqua,aut solea petuntur.Siquidem his modis hoc hominum genus delectat. Expositæ libi dinum uictimæ.) Ita uocare solet publicas prostibulas.

ANTIDOTVS. In hac quoq; parum tribuit matrimonio,nec uidetur probare coniugiũ,nisi in quo stu/dium castimoniæ sit,& imitatio uirginitatis:innuens in Sara,tãdiu mulierẽ obnoxiam esse maledictioni, & subiectã uiri dominio,q;diu coitum appetit.Non negamus,inquit,uiduas,nõ negamus maritatas,sanctas mulieres inueniri,sed quæ uxores esse desierint,quæ in ipsa necessitate coniugij, uirginũ imitẽtur castitatẽ.Quasi bonæ nõ sint,quæ libẽter sunt uxores,quæq; uoluptatem eam amplectũtur. Et paulo post, cũ ait: Ideo sylua succrescit, ut postea recidatur,&c. ſignificat,ne prolis quidem causa,matrimoniũ ꝓbari, cum nunc metendi sit tempus, non serendi: cedendi,non cõserendi. Quid autẽ dicemus? Num immo dico quodam amore castitatis,uere hæc sensisse Hieronymũ,quod toties inculcat? An in his rhetoricatũ esse, sicut ipse mox testatur, Rhetoricati sumus, & in morem declamatorum paululũ lusimus? An in hãc partem ꝓpensior fuit,quod Heluidius nuptias æquaret uirginitati: & iuxta prouerbium,iniquum petit, ut æquum ferat? An satis est,quod in initio huius disputationis testatur se non detrahere nuptijs, cũ laudat uirginitatem,ut hæc semper ad illam regulã sint accipienda,quæ durius dicta uidebuntur?

ARGVMENTVM OPERIS SEQVENTIS.

HOuinianus ex monacho clericus,homo obscurus, sed diues, nec eruditus tamẽ nec æloquẽs, iam olim extinctam Basilidis hæresim,conatus est instaurare,æditis super hac re cõmẽtarijs: quibus ex diuinæ scripturæ testimonijs perperam intellectis,probare nitebatur uirgines, uiduas,& maritatas eiusdem esse meriti,si cæteris uitæ operibus non discreparent.Deinde uere baptiçatos,non posse relabi in peccatum.Quem errorem Augustinus asscribit & Pelagio.Ad hæc nihil interesse inter uescentem cibis & abstinentem, modo cum gratiarũactione sumat.Postremo par omnibus fore præmium in regno cœlorum quicunq; suum baptisma seruauerint. Hæc cum Romæ doceret, neminem sacerdotem aut alicuius nominis clericum in errorem potuit trahere,tantum mulierculas quasdã corrupit,adeo ut hoc audito,quædã uirgines sacræ prouectæ iam ætatis nupserint uiris. Porro quod ipse non duceret uxorem, id negabat se facere, quod hinc præmiũ aliquod speraret,sed ne molestijs matrimoniorum irretiretur, hoc est, non ut melior esset, sed liberior. Diuus Augustinus errores quosdam confert in Iouinianum, quos tamen illi non impingit Hieronymus, utiq; non dissimulaturus, si quid tale docuisset. Nempe Mariam Iesu matrem pariendo fuisse corruptam. Ad hæc,omnia peccata esse paria,quemadmodum habent Stoicorum paradoxa. Verum apparet diuum Augustinum, nec Iouiniani,
D nec in hunc Hieronymi libros legisse,tantũ rumore populari didicisse quod nouerat de Iouiniano. Testatur autem Iouiniani nullam factam esse mentionem,nec apud Epiphaniũ,nec apud Philastrum,in hæresiarcharum Catalogo.Repperisse tamen in quodam libro,qui scriptoris titulum non habebat,Iouinianum inter hæresiarchas annumeratum. Addit,hanc hæresim se iuuene ortam,ac protinus extinctam fuisse, nec ad ullorum sacerdotum deceptionem peruenisse. Apparet autem huius errorem damnatũ fuisse opera Victorini & Pammachij,& anteq; aduersus eũ scriberet Hieronymus. Attamẽ hoc argumẽtũ, nõ illibenter arripuit, impendio semper fauens uirginitati,& ob id nuptijs iniquior,q; episcopi quidam esse uolebant.Nactus itaq; suum campum,omneis ingenij & æloquentiæ uires explicat ac ueluti luxuriat,& ita refellit hominem,ut litterarũ etiam imperitiam,& prodigiosam sermonis infantiam rideat & insectẽ, tota disputatione,quoniam erat prolixior, in duos distributa libros.

DIVI HIERONYMI ADVERSVS IOVINIANVM LIBER PRIMVS.

PAuci ãdmodum dies sunt,quod sancti ex urbe Roma fratres cuiusdam mihi Iouiniani cõmentariolos transmiserũt,rogantes,ut eorum ineptijs respõderem:& Epicurum Christianorum,euangelico atq; apostolico uigore contererem. Quos cum legissem & omnino non intelligerẽ:cœpi reuoluere crebrius:& non uerba modo atq; sententias,sed singulas pene syllabas discutere:uolens prius scire quid diceret: & sic uel probare uel redarguere quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est:& tantis uitijs spurcissimus sermo confusus:ut nec quid loquatur:nec quibus argumẽtis uelit probare quod loquitur,potuerim intelligere. Totus emẽ tumet:totus iacet:Attollit se per singula:& quasi debilitatus coluber,in ipso conatu frangit. Non est contentus nostro,id est,humano more loqui, altius quiddam aggreditur. Parturiunt montes,nascetur ridiculus mus. Quod ipse, Nõ sani esse hominis,nõ sanus iuret Orestes. Præterea sic inuoluit omnia:& quibusdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat,ut illud Plautinarum litterarum ei possit aptari. Has quidẽ præter Sibyllam leget nemo. Nã diuinãdum est.Furiosas Apollinis uates legimus.Et illud Vergilianum. Dat sine mente sonũ.

Heraclitũ

A Heraclitum quoq; cognomento σκοτεινὸν, ſudantes philoſophi uix intelligunt. Sed quid ad noſtrum αἰνιγματιστὴν, cuius libros multo difficilius eſt noſſe, q̄ uincere? Quamquam & in uictoria non parua ſit difficultas. Quis enim ſuperare queat, cuius aſſertionem penitus ignoret? Et ne lectorem longius traham, cuiuſmodi æloquentiæ ſit, & quibus uerborum floribus ornatus incedat: ſecundi libri eius monſtrabit exordium: quod heſternam crapulam ructans ita euomit. Satiſfacto inuitatis, nō ut claro curram nomine: ſed ut rumore purgatus uiuā uano: Obſero agrum, nouellas plantationum, arbuſta teneritudinis, erepta de uitiorum gurgitibus: audientiam, cōmunitam agminibus. Scimus eccleſiam, ſpe, fide, charitate, inacceſſibilem, inexpugnabilem. Non eſt in ea immaturus, omnis docibilis: impetu irrumpere, uel arte illudere poteſt nullus. Rogo, quæ ſunt hæc portenta uerborū? Quod deſcriptionis dedecus? Nōne uel per febrem ſomniare eum putes: uel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis uinculis alligandum? Quotiēſcunq; eum legero: ubi me defecerit ſpiritus, ibi eſt diſtinctio. Totum incipit: totum pendet ex altero, neſcias quid cui cohæreat: & exceptis teſtimoniis ſcripturarū, quæ illo uenuſtiſſimo æloquētiæ ſuæ flore mutare nō auſus eſt, reliquus ſermo omni materiæ cōuenit, quia nulli conuenit. Quæ res mihi aliquam ſuſpitionem intelligentiæ dedit, uelle eum ita nuptias prædicare, ut uirginitati detrahat. Quando enim minora maioribus coæquantur: inferioris comparatio, ſuperioris iniuria eſt. Neq; uero nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti, omnem coitum ſpurcū putamus: qui non ſolum nuptias, ſed cibos quoq; quos deus creauit ad utendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna, non ſolum uaſa eſſe aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia. Et ſuper fundamentum Chriſti quod Paulus architectus poſuit, alios ædificare aurum, argentum, lapides præcioſos: alios econtrario fœnum, ligna, ſtipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & thorum immaculatum. Legimus primā dei ſententiam: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: ſed ita nuptias recipimus: ut uirginitatē quæ de nuptiis naſcitur, præferamus. Nunquid argentum non erit argentum, ſi aurum argēto precioſius eſt? Aut arboris & ſegetis contumelia eſt, ſi radici & foliis, culmo & ariſtis, poma præferantur & fructus? Vt poma ex ar-
B bore, frumentum e ſtipula: ita uirginitas e nuptiis. Centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus q̄ q̄ de una terra & de una ſemente naſcatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli ſe complexans oſculo & fœderans, maritū pingit & cōiugem. Sexaginta uero ad uiduas, eo quod in anguſtia & tribulatione ſunt poſitæ. Vnde & ſuperiori digito deprimuntur, quanto q; maior eſt difficultas experitæ quōdam uoluptatis illecebris abſtinere: tanto maius eſt præmium. Porro centeſimus numerus (diligenter quæſo lector attende) de ſiniſtra tranſfertur ad dexteram: & eiſdem quidem digitis, ſed non eadem manu: quibus in læua nuptæ ſignificantur & uiduæ: circulum faciens, exprimit uirginitatis coronam. Hæc de impatientia magis q̄ iuxta ordinem diſputationis dixerim. Cū em̄ adhuc uix de portu egrediar, & rudentibus uela ſuſtollam, in mediū me quæſtionū pelagus, ſubitus loquendi æſtus abripuit. Vnde cohibebo curſum, & pauliſper ſinus contraham, nec indulgebo mucroni, iam nunc pro uirginitate ferire cupienti. Baliſta quanto plus retrahit̄, tanto fortius mittit. Non eſt damnum dilatio, ubi certior fit ex dilatione uictoria. Proponam breuiter aduerſariī ſententias: & de tenebroſis libris eius quaſi de foueis ſerpentes protraham, neq; ſinam uenenoſum caput, ſpiris maculoſi corporis protegi. Pateat quod noxium eſt, ut poſſit conteri, cum patuerit. Dicit uirgines, uiduas, & maritatas, quæ ſemel in Chriſto lotæ ſunt, ſi nō diſcrepent cæteris operibus, eiuſdē eſſe meriti. Nitit̄ approbare eos, qui plena fide in baptiſmate renati ſunt, a diabolo non poſſe ſubuerti. Tertiū proponit inter abſtinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorū, nullam eſſe diſtantiam. Quartū quod & extremum eſt, omnium qui ſuum baptiſma ſeruauerint, unam in regno cœlorum remunerationem. Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui: his conſiliis draco de paradiſo hominem expulit. Nam & ſaturitatem ieiuniis præferendo: repromiſit eos immortales futuros, quaſi nunq̄ poſſent corruere: & dum diuinitatem æqualem deo pollicetur, expulit eos de paradiſo: ut qui nudi & expe-

C diti,& absq; ulla macula uirgines,domini consortio fruebantur, deiecti in uallem lachrymarũ, tunicis consutis & pelliceis uestirentur.Sed ne lectorem diutius morer:sequar uestigia partitionis expositæ:& aduersus singulas propositiones eius,scripturarum uel maxime nitar testimonijs,ne querulus garriat se æloquentia magis q̃ ueritate superatum.Quod si expleuero,& illum utriusq; testamenti nube oppressero,assumam exempla sæcularis quoq; litteraturæ, ad quam & ipse prouocat.Doceboq; etiam inter philosophos & egregios in republica uiros,uirtutes uoluptatibus, id est Pythagoram, Platonem & Aristidem, Aristippo, Epicuro & Alcibiadi ab omnibus solere præferri.Vos quæso utriusq; sexus uirgines & continentes,mariti quoq; & digami,ut conatus meos orationibus adiuuetis.Cunctorum in commune Iouinianus hostis est. Nam qui æqualia omniũ asserit merita,tam uirginitati facit iniuriam,dum eam nuptijs cõparat,quam & nuptijs:sic eas licitas asserens, ut secũda & tertia matrimonia.Sed & digamis & trigamis aduersarius est,ibi ponens scortatores quõdam libidinosissimos post pœnitentiam, ubi duplicata & triplicata matrimonia:nisi quod in eo digami & trigami dolere non debent, quia idem scortator & pœnitens,in regno cœlorum etiam uirginibus adæquatur. Proponam igitur manifestioribus uerbis & habentibus aliquam consequentiam,argumenta eius & exempla de nuptijs:eodemq; ordine omnia, quo ab eo dicta sunt digeram.Nec molestum lectori sit,si nauseam eius & uomitum legere compellatur. Libẽtius antidotum Christi bibet,cum diaboli uenena præcesserint.Audite patienter uirgines:audite quæso uoluptuosissimum cõcionatorem, imo quasi sirenarum cantus & fabulas clausa aure transite. Vestras ferte paulisper iniurias: putate uos cum domino crucifixo,pharisæorum audire blasphemias. Prima(inquit)dei sententia est:propter quod dimittet homo patrem & matrem suam:& adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una.Ac ne forte diceremus hoc scriptum in ueteri testamento: asserit a domino quoq; idipsum in euangelio confirmari:quod deus coniunxit,homo non separet:statimq; subnectit: Crescite & multiplicamini & replete terram:& per ordinem replicat,Seth,Enos,Cainan, Mala

D lehel,Iared, Enoch,Matusalem, Lamech,Noe,omnes habuisse uxores:& ex dei sententia filios procreasse:quasi generationis ordo & historia conditionis humanæ,sine coniugibus & liberis potuerit enarrari. Iste(inquit)est Enos, qui ambulauit cũ deo,& raptus in cœlum est.Iste Noe, qui cum essent utiq; multi uirgines propter ætatem:solus cum filijs & uxoribus naufrago orbe seruatus est. Rursus post diluuium, quasi altero principio generis humani, uirorum & uxorũ paria iunguntur:& ex integro generationis instauratur benedictio: Crescite & multiplicamini, & replete terram.Insuper etiam comedendarum carnium licentia relaxatur.Et om̃e quod mouetur,erit uobis in escam:sicut holera herbarũ, dedi uobis uniuersa. Currit ad Abraham,Isaac & Iacob: e quibus prior trigamus: secundus monogamus: tertius quatuor uxorum est: Liæ, Rachel,Balæ,Zelphæ:& asserit Abraham ob fidei meritum,benedictionem in generatione filij accepisse, Saram in typum ecclesiæ,cui defecerant muliebria, maledictionem sterilitatis partus benedictione mutasse:quod Rebecca ierit quasi prophetes interrogare dominum: & audierit ab eo: duæ gentes & duo populi in utero tuo sunt:quod Iacob pro uxore seruierit: & existimante Rachel uiri esse dare liberos: ac dicente: da mihi filios: sinautem,moriar: responderit: num pro deo ego sum qui te conclusit? In tantum(inquit)sciebat fructus nuptiarum esse domini, non mariti: Quod Ioseph uir sanctus atq; castissimus, & omnes patriarchæ uxores habuerint,quibus per Moysen æqualiter benedicat deus. Iudam quoq; proponit & Thamar & occisum Onan perstringit a domino, quia fratri inuidens,semen nuptiarum dedita opera perdebat.Moysen proponit & Mariæ lepram,quæ fratri pro uxore detrahens, ilico dei ultione percussa est.Laudat Sampson,& uxorium Naçareum miris effert præconijs.Debboram quoq; replicat & Barach:quod absq; uirginitatis bonis,Sisaram & Iabin & currus ferreos debellarint. Iahel uxorem Chaber Cynei adducit in medium:& palo armatam prædicat manum. Inter Ieptæ patrem & filiam uirginem quæ immolata sit domino: dicit nullam fuisse distantiam: quin potius fidem patris præfert ei,quæ cæsa sit lugens. Venit ad Samuel alterum Naçareum domini:qui ab infantia nutritus in tabernaculo est:& uestitus est ephod bad: quod interpretatur uestibus lineis

Omnes fere viri sancti uxores habuerunt in vet: testa

A ſtibus lineis:dicitq; eos filios procreaſſe:nec ſacerdotalem pudicitiam, uxoris imminutam eſſe complexu. Booç cum ſua Ruth in area collocat:& Ieſſe ac Dauid inde producit:Ipſumq; Dauid centum præputijs etiam cum uitæ periculo,regis filiæ quæſiſſe concubitus. Quid dicam de Solomone,quem ponens in catalogo maritorum, imaginem aſſerit ſaluatoris? & de illo uult eſſe ſcriptum:Deus iudicium tuum regi da:& iuſticiam tuam filio regis. Et dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt pro eo ſemper. Ac repente tranſcendit ad Eliam & Eliſæum: & narrat quaſi grande myſterium, quod requieuerit ſpiritus Eliæ in Eliſæo: & cur hæc dixerit,tacet: niſi forte Eliam quoq; & Eliſæum uxores habuiſſe arbitratur. Tranſit ad Eçechiam: & cum in eius laudibus immoretur, miror cur oblitus ſit dicere: Amodo filios faciam. Ioſiam uirum iuſtiſſimum, ſub quo in templo Deuteronomij liber repertus eſt: ab Holda uxore Sellum inſtructum refert. Daniel quoq; & tres pueros inter maritos ponit:& ad euangeliũ repente tranſcendens, Zachariam & Eliſabet, Petrum ponit & ſocrum eius:cæteroſq; apoſtolos. Et conſequenter infert dicens:Si autem uoluerint aſſumere uanam defenſionem, & obtendere, quod rudis mundus eguerit incremento,audiant Paulum loquentem. Adoleſcentiores uiduas uolo nubere,filios procreare:& honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum:& mulier alligata eſt uiro,q̃diu uiuit uir eius. Si aũt mortuus fuerit: nubat cui uult, tantum in dño. Et Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta,facta eſt in præuaricationẽ. Salua autem fiet per filiorum generationem,ſi permanſerit in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate. Certe ceſſat hic illud apoſtolicum,& qui habent uxores ſic ſint quaſi non habeant:niſi forte dicetis:propterea uult eas nubere, quia iam quædam conuerſæ ſunt retro poſt Satanam, quaſi ex uirginibus nulla cadat,& non ſit earum maior ruina. Ex quo manifeſtum eſt,uos Manichæorum dogma ſectari,prohibentium nubere & ueſci cibis quos deus creauit ad utendum,cauteriatam habentium cõſcientiam. Et poſt multa, quæ nunc ocioſum eſt reuoluere,excutit ſe quaſi in locum rhetoricum:& facit apoſtrophen ad uirginem dicens. Non tibi facio uirgo iniuriam:elegiſti pu
B dicitiam propter præſentem neceſſitatem:placuit tibi ut ſis ſancta corpore & ſpiritu: ne ſuperbias:eiuſdem eccleſiæ membrum es,cuius & nuptæ ſunt. Nimius fortaſſe fuerim in expoſitione propoſitionum eius,& legenti faſtidiũ fecerim:ſed utile ratus ſum cuncta molimina eius, quaſi inſtructam aciem contra me ponere:& totum hoſtilem exercitum cum ſuis turmis ac ducibus congregare:ne poſt primam uictoriam,alia mihi deinceps prælia naſcerentur. Igitur non dimicabo contra ſingulos: nec paucorum ero paſſim congreſſione contentus: toto certandum eſt agmine:& incompoſiti hoſtium cunei,ac latrocinij more pugnantes:inſtructa & ordinata acie repellẽdi. Opponam in prima fronte apoſtolum Paulum:& fortiſſimum ducem, ſuis telis,id eſt,ſuis armabo ſententijs. Sciſcitantibus enim ſuper hac quæſtione Corinthijs:pleniſſime reſpondit doctor gentium,& magiſter eccleſiæ. Quicquid autem ſtatuerit hic, Chriſti in eo loquentis legem putemus. Simulq; ne lectoris tacita cogitatio cum cœperimus ſingula quæ poſita ſunt diluere,ſemper ad apoſtolum ſe reſeruet:& ſtudio ualidiſſimarum quæſtionum prior a negligens, ad extrema feſtinet: inter cætera Corinthij per litteras quæſierant: utrum poſt fidem Chriſti cœlibes eſſe deberent: & continentiæ cauſa quas habebant uxores dimitterent an ſi uirgines credidiſſent,inirent matrimonia:Et cum e duobus ethnicis,unus credidiſſet in Chriſtum:utrum nam credens relinqueret non credentem. Et ſi eſſent ducendæ uxores, Chriſtianas tantum accipi iuberet,an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hæc Paulus reſcripſerit: De his autem quæ ſcripſiſtis mihi:bonum eſt homini mulierem non tangere. Propter fornicatiões autem unuſquiſq; uxorem ſuam habeat:& unaquæq; uirum ſuum habeat. Vxori uir debitum reddat:ſimiliter & uxor uiro. Vxor proprij corporis non habet poteſtatem,ſed uir. Similiter & uir proprij corporis ſui non habet poteſtatem,ſed uxor. Nolite fraudare inuicem: niſi forte ad tempus ex conſenſu,ut uacetis orationi. Et iterũ,ad idipſum reuertimni,ne tentet uos Satanas, propter incontinentiam ueſtram. Hoc autem dico iuxta indulgentiam,non iuxta imperiũ. Volo aũt oẽs homines eſſe ut meipſum:ſed unuſquiſq; proprium donũ habet ex deo,alius quidem ſic,alius autem ſic. Dico autem innuptis & uiduis:bonum eſt eis,ſi ſic permanſerint ut ego.

C Quod si se non continent,nubant. Melius est enim nubere, q̄ uri. Reuertamur ad caput testi/
monij. Bonum est (inquit) homini mulierem nō tangere. Si bonum est mulierem non tangere:
malum est ergo tangere: Nihil enim bono contrarium est,nisi malum. Si autem malum est &
ignoscitur: ideo conceditur,ne malo quid deterius fiat. Quale autem illud bonum est,quod con
ditione deterioris conceditur? Nunquā enim subiecisset,unusquisq; uxorem suam habeat: nisi
præmisisset,propter fornicationes autem. Tolle fornicationes: & non dicet,unusquisq; uxorem
suam habeat. Velut si quis definiat. Bonū est triticeo pane uesci,& edere purissimam similam.
Tamen ne quis compulsus fame comedat stercus bubulum: concedo ei, ut uescatur & hordeo.
Num idcirco frumentum non habebit puritatem suam,si fimo hordeum præferatur? Bonum
est illud naturaliter: quod comparationem non habet mali: quod prælatione alterius non ob/
umbratur. Simulq; animaduertenda est apostoli prudentia. Non dixit bonum est uxorem nō
habere: sed bonum est mulierem non tangere: quasi & in tactu periculum sit: quasi qui illam te/
tigerit,non euadat: quæ uirorum precios as animas rapit: quæ facit adolescentium euolare cor/
da. Alligabit quis in sinu ignem,& non comburetur? Aut ambulabit super carbones ignis,& &
non ardebit? Quomodo igitur qui ignē tetigerit,statim aduritur: ita uiri tactus & fœminæ,sen/
tit naturam suā: & diuersitatē sexus intelligit. Narrant & gentiliū fabulæ Mitram & Erichtoniū,
uel in lapide uel in terra,de solo æstu libidinis esse generatos. Vnde & noster Ioseph,quia tan
gere eū uolebat Aegyptia,fugit ex manib9 eius: & quasi ad morsum rabidissimæ canis,ne paula
tim uirus serperet: pallium quod tetigerat,abiecit. Propter fornicationes autem unusquisq; uxo
rem suam habeat: & unaquæq; uirum suum habeat. Non dixit autem unusquisq; propter for/
nicationes ducat uxorem: alioquin hac excusatione libidini frena laxasset: ut quotiēscūq; uxor
moritur,totiens ducenda sit alia ne fornicemur, sed unusquisq; uxorem suam habeat. Suam
(inquit) habeat,sua utatur, quā habebat antēq; crederet. Quā bonū erat uxorē non tangere: &
post fidem Christi sororem tantum nosse,non coniugem: nisi fornicatio tactum eius excusabi/
lem faceret. Vxor proprij corporis non habet potestatem, sed uir. Similiter & uir sui corporis
D non habet potestatem,sed uxor. Omnis hæc quæstio de his est qui in matrimonio sunt depre/
hensi,an eis liceat uxores dimittere,quod & dominus in euangelio prohibuit. Vnde & Apo/
stolus: Bonum est (ait) uxorem non tangere. Sed quia qui semel duxit uxorem: nisi ex consensu,
non ualet se abstinere: nec dare repudiū nō peccanti: reddat coniugi debitum,sponte quippe se
alligauit ut reddere cogeretur. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus,ut ua
cetis orationi. Oro te quale illud bonum est,quod orare prohibet? Quod corpus Christi acci/
pi non permittit? Quādiu impleo mariti officium,non impleo Christiani. Iubet idem Apostō
lus in alio loco: ut semper oremus. Si semper orandum est, nunq̄ ergo coniugio seruiendum:
quoniam quotiēscunq; uxori debitum reddo,orare non possum. Petrus apostolus experimē/
tum habens coniugalium uinculorum: uide quomodo informet ecclesiam: quid doceat Chri/
stianos: Similiter uiri cohabitantes iuxta scientiam,quasi infirmiori uasculo muliebri tribuen/
tes honorem: & sicut cohæredes multiplicis gratiæ: ut non impediantur orationes uestræ. Ecce
eodem sensu,quia eodem & spiritu,impediri dicit orationes officio cōiugali. Quod autem (ait)
similiter: idcirco ad imitationem prouocat uiros, quia iam supra uxoribus præceperat dicens:
Vt uideant uiri in timore castam uestram conuersationem,quarum sit non exterius composi/
tio criniū & distinctio auri: & in cultu uestis ornatus: sed absconditus cordis homo, in incorru/
ptione mitis & silentis spiritus. Hoc est coram deo placens. Cernis, quale cōiugium inter uiros
uxoresq; præcipiat? Cohabitātes iuxta scientiam: ut nouerint quid uelit,quid desyderet deus:
ut tribuant honorem uasculo muliebri. Si abstinemus nos a coitu: honorem tribuimus uxori/
bus: si non abstinemus,perspicuum est honori contrariam esse contumeliam. Ad uxores quoq;
ut uideant (inquit) uiri castam conuersationem uestram, & ornatum in abscondito cordis ho/
minem,in incorruptione mitis & silentis spiritus. O uere digna uox apostolo & petra Christi.
Maritis uxoribusq; dat legem: & damnato carnis ornatu,castitatem prædicat: & ornatum inte/
rioris hominis, in incorruptiōe mitis & silentis spiritus: quodāmodo hoc dicens: Quoniā exte/

rior

A rior ueſter hõmõ corruptus eſt:& beatitudinem incorruptionis quæ proprie uirginum eſt, ha/
bere deſijſtis,imitamini incorruptionem ſpiritus ſaltem per ſæram abſtinentiam: & quod cor/
pore non poteſtis,mente præſtate.Has enim Chriſtus diuitias:& hos ueſtræ cõiunctionis quæ
rit ornatus.Verum ne quis putet ex eo quod ſequitur:ut uacetis orationi:& iterum reuertimi/
ni ad idipſum,apoſtolum hoc uelle,& non propter maiorem ruinam concedere, ſtatim infert:
ne tentet uos Satanas propter incontinentiam ueſtram.Pulchra nimirꝝ indulgentia:& interim
ad idipſum,quod erubeſcit ſuo uocare nomine,quod tentationi præfert Satanæ, quod cauſam
habet incontinentiam, laboramus quaſi obſcurum diſſerere,cum expoſuerit ipſe quod ſcripſit.
Hoc autem(inquit)dico iuxta indulgentiam,nõ iuxta imperium:& muſſitamus adhuc nuptias
non uocare indulgentiam,ſed præceptum:quaſi non eodem modo & ſecunda & tertia matri/
monia cõcedantur:quaſi non & fornicatoribus per pœnitẽtiam fores aperiãtur eccleſiæ:quodq;
his eſt maius,& inceſtis. Nam illũ uiolatorẽ nouercæ:quẽ in prima ad Corinthios epiſtola tra/
diderat Satanæ,in interitũ carnis, ut ſpiritus ſaluus fieret:in ſecunda retrahit:& ne abũdantio/
ri triſticia abſorbeatur frater,laborat. Aliud eſt uelle quid apoſtolum: aliud eſt ignoſcere. In
uoluntate promeremur,uenia abutimur. Vis ſcire quid uelit Apoſtolus? Iunge quod ſequitur.
Volo autem omnes homines eſſe,ſicut meipſum.Beatus qui Pauli ſimilis erit. Felix qui audit
Apoſtolum præcipientem, non ignoſcentem. Hoc(inquit) uolo, hoc deſydero, ut imitatores
mei ſitis,ſicut & ego Chriſti.Ille uirgo de uirgine,de incorrupta incorruptus. Nos quia homi/
nes ſumus, & natiuitatẽ ſaluatoris nõ poſſumus imitari: imitemur ſaltem conuerſationẽ. Illud
diuinitatis eſt & beatitudinis:hoc humanæ conditionis eſt & laboris. Volo omnes homines ſi/
miles mei eſſe: ut dum mei ſimiles ſunt,ſimiles fiant & Chriſti,cuius ego ſimilis ſum.Qui enim
in Chriſtum credit, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Sed unuſquiſq; proprium do/
num habet ex deo: alius quidem ſic,alius autem ſic. Quid (inquit)uelim perſpicuum eſt. Sed
B quoniam in eccleſia diuerſa ſunt dona:concedo & nuptias,ne uidear damnare naturã.Simulq;
conſydera, quod aliud donum uirginitatis ſit, aliud nuptiarum. Si enim eadem eſſet merces
nuptiarum & uirginum:nunq; dixiſſet poſt præceptum continentiæ:ſed unuſquiſq; proprium
habet donum ex deo:alius quidem ſic,alius autem ſic. Vbi proprietas ſingulorum eſt,ibi altrin
ſecus diuerſitas.Concedo & nuptias eſſe dei donum:ſed inter donum & donum magna diuerſi
tas eſt. Deniq; & Apoſtolus de eodem poſt inceſtum pœnitente econtrario inquit: Donate
ei & conſolamini:& ſi cui quid donaſtis,& ego.Ac ne putaremus donum hominis eſſe contem/
nendum,addidit:Nã & ego quod donaui,ſi quid donaui propter uos,coram Chriſto.Diuerſa
ſunt dona Chriſti.Vnde & Ioſeph in typo eius uariam habet tunicam.Et in pſalmo quadrage
ſimoquarto legimus. Aſtitit regina a dextris tuis,in ueſtitu deaurato, circundata uarietate. Et
Petrus Apoſtolus, ſicut cohæredes,ait,multiplicis gratiæ dei. Quod ſignificantius græce dici/
tur ποικίλης,id eſt,uariæ. Sequitur.Dico autẽ innuptis & uiduis:Bonum eſt eis,ſi ſic perman/
ſerint ut ego.Si autem non ſe continent,nubant.Melius enim eſt nubere,q̃ uri.Poſtq̃ nuptis
conceſſerat uſum cõiugij:& oſtenderat ipſe quid uellet,quidue cõcederet:tranſit ad innuptas &
uiduas:& ſui proponit exemplum:& felices uocat,ſi ſic permanſerint. Si autem non ſe conti/
nent,nubant,idipſum quod ſupra:propter fornicationes autem,& ne tentet uos Satanas, pro/
pter incontinentiã ueſtram. Redditq; cauſam,cur dixerit,ſi ſe nõ continent, nubant. Melius eſt
enim nubere, q̃ uri.Ideo melius eſt nubere,quia peius eſt uri. Tolle ardorem libidinis,& nõ di/
cet,melius eſt nubere.Melius em̃ ſemper ad comparationẽ deterioris reſpicit,non ad ſimplicita
tem incomparabilis per ſe boni. Velut ſi diceret:Melius eſt unum oculum habere, q̃ nullum.
Melius eſt em̃ uno inniti pede:& alteram partem corporis bacculo ſuſtentare, q̃ fractis cruri/
bus repere. Quid ais apoſtole? Nõ tibi credo dicẽti: & ſi imperitus ſermone,non tamẽ ſcientia.
Quõ illud de humilitate deſcendit: quia nõ ſum dignus uocari apoſtolus: & mihi minimo om
niũ apoſtolorꝝ,& tãq; abortiuo:ſic & hoc hũilitatis dictũ puto. Noſti ſermonũ ꝓprietates.Q̃
obrẽ & de Epimenide & de Menãdro & de Arato quædã ſumis teſtimonia. Vbi de cõtinentia

C loqueris & uirginitate.Bonũ eſt(ais)homini mulierẽ nõ tangere:& bonũ eſt eis,ſi ſic pmãſerint ut ego:& puto hoc bonũ eis eſſe ꝓpter inſtantẽ neceſſitatẽ:& quia bonũ eſt homini ſic eſſe.Vbi ad nuptias uenis,nõ dicis,bonũ eſt nubere:quia nõ potes iungere,cꝫ uri:ſed dicis:Melius eſt nubere,cꝫ uri.Si per ſe nuptiæ ſunt bonæ,noli illas incendio cõparare:ſed dic ſimpliciter,bonũ eſt nubere.Suſpecta eſt mihi bonitas eius rei:quã magnitudo alteriꝰmali,malũ eſſe cogit inferius. Ego autẽ non leuius malum,ſed ſimplex per ſe bonũ uolo. Hucuſqꝫ primum capitulum ediſſertum eſt:ueniamus ad ſequentia.His autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus,uxorem a uiro non diſcedere.Quod ſi diſceſſerit:manere innuptam: aut uiro ſuo reconciliari.Et uir uxorem ſuam non dimittat.Nam cæteris ego dico,non dominus.Si quis frater uxorem habet infidelem: & hæc conſentit habitare cum illo: non dimittat illam: & cætera, uſqꝫ ad eum locum,ubi ait:Vnuſquiſqꝫ ſicut uocauit eum deus,ita ambulet.Et ſicut in omnibus eccleſijs doceo.Hic locus ad præſentem controuerſiam non pertinet. Docet enim iuxta ſententiam domini,uxorem excepta cauſa fornicationis non repudiandam:& repudiatam uiuo marito,alteri non nubere:aut certe uiro ſuo reconciliari debere.His autem quos in matrimonio deprehendiſſet fides,hoc eſt,ſi unus credidiſſet e duobus:præcipit ne credens repudiet non credentem.Cauſiſqꝫ expoſitis,quod candidatus fidei ſit infidelis,ſi nolit a credente diſcedere: econtrario iubet,ſi infidelis repudiet fidelem propter fidem Chriſti,diſcedere debere credentem:ne coniugem præferat Chriſto:cui etiam anima poſtponenda eſt.At nunc plæræqꝫ cõtemnentes apoſtoli iuſſionem,iunguntur gentilibus:& templa Chriſti idolis proſtituunt:nec intelligunt ſe corporis eius partem eſſe,cuius & coſtæ ſunt.Ignoſcit apoſtolus infidelium coniunctioni, quæ habentes maritos in Chriſtum poſtea crediderunt:non his,quæ cum Chriſtianæ eſſent,nupſerũt gentilibus:ad quas alibi loquitur.Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? Vos
D enim eſtis templum dei uiui.Licet enim in me ſæuituras ſciam plurimas matronarum: licet eadem impudentia qua dominum contempſerunt,in me pulicem & Chriſtianorũ minimum debacchaturas:tamẽ dicã quod ſentio:loquar quod me apoſtolus docuit:nõ illas iuſticiæ eſſe, ſed iniquitatis:non lucis,ſed tenebrarum:non Chriſti,ſed Belial:non templa dei uiuentis, ſed fana & idola mortuorum.Vis apertius diſcere,quod Chriſtianæ omnino non liceat ethnico nubere? Audi eundẽ Apoſtolũ:Mulier(inquit)alligata eſt uiro quanto tẽpore uir eius uiuit:quod ſi dormierit uir eius,liberata eſt:cui uult nubat,tantum in domino, id eſt, Chriſtiano. Qui ſecundas tertiaſqꝫ nuptias concedit in domino,primas cum ethnico prohibet. Vnde & Abraham adiurat ſeruum ſuum in femore ſuo: hoc eſt in Chriſto, qui de eius ſemine erat naſciturus: ut filio ſuo Iſaac alienigenam non adducat uxorem.Et Eſdras offenſam dei huiuſcemodi uxorũ repudiatione compeſcit.Et Malachias propheta:Præuaricatus eſt(inquit)Iudas:& abominationem fecit in Iſrael & in Hieruſalem.Polluit enim ſanctum domini:& dilexit & habuit filiam dei alieni. Diſperdat dominus uirum qui fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum, de tabernaculis Iacob,& offerentem munera domino uirtutum.Hæc idcirco dixi,ut qui nuptias uirginitati comparant,ſciant ſaltem tales nuptias digamiæ & trigamiæ ſubijciendas. . Ad ſuperiorem diſputationem,in qua docuerat fidelem ab infideli non debere diſcedere,ſed permanere in matrimonio ſicut eos inueniſſet fides:& unumquemqꝫ uel cœlibem uel maritum ita durare, ut eſſet Chriſti baptiſmate deprehenſus,infert ſubito parabolas circũciſi & ethnici,ſerui & liberi: & ſub metaphora earum de nuptis diſputat & innuptis.Circũciſus aliquis uocatus eſt, non adducat præputiũ.In præputio uocatus eſt,non circũcidatur.Circũciſio nihil eſt,& præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorũ dei eſt.Vnuſquiſqꝫ in qua uocatione uocatus eſt, in ea permaneat. Seruus uocatus es,non ſit tibi curæ.Sed & ſi potes liber fieri, magis utere.Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus,libertus eſt domini.Similiter & q liber uocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti. Precio empti eſtis:nolite fieri ſerui hominũ.Vnuſquiſqꝫ ergo in quo uocatus eſt frater,in eo pmaneat

apud

A apud deū. Ac primū, quia nōnullos hanc intelligētiam reprehēſuros arbitror: interrogare libet quæ ſit conſequentia, ut de maritis & uxoribus diſputans, repente tranſiret ad comparationem Iudæi & ethnici, ſerui & liberi: & rurſum hac diſputatione finita, rediret ad uirgines dicens: De uirginibus autem præceptum domini non habeo. Quid ſibi uult inter coniugia & uirginitatē, Iudæi & ethnici, ſerui liberiq; collatio? Secundo, quomodo poſſit intelligi: circūciſus aliquis uocatus eſt, non adducat præputium. Num qui ſemel amputatum habet præputium: poteſt ſi uelit rurſus illud adducere? Deinde quo ſenſu exponendum ſit: qui enim in domino uocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini? Similiter qui liber uocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti? Quarto, quomodo ille qui præcepit ſeruis obedire dominis carnalibus, nūc dicat: Nolite fieri ſerui hominū? Ad extremum, quid pertineat ad ſeruitutem uel circūciſionem: unuſquiſq; in quo uocatus eſt frater, in eo permaneat apud deum. Nam & contrarium eſt ſuperiori ſententiæ. Si enim illud audiuimus: Nolite fieri ſerui hominum: qua ratione poſſumus in ea permanere uocatione qua uocati ſumus: cum multi crediderint habentes carnales dominos, quibus nunc ſeruire prohibētur? Porro ad circūciſionem quid facit permanere in ea uocatione in qua uocati ſumus: cum in alio loco idem Apoſtolus clamitet: Ecce ego Paulus dico uobis: quoniā ſi circūcidamini, Chriſtus uobis nihil proderit. Reſtat igitur, ut circūciſio & præputium, ſeruus & liber, ſuperiori ſeruſui coaptentur, & de antecedentibus pendeant. Circūciſus aliquis uocatus eſt: non adducat præputiū. Eo (inquit) tēpore quo uocatus es & credidiſti in Chriſtū: ſi circūciſus uocatus es ab uxore, & cœlebs eras: noli ducere uxorē: hoc eſt noli adducere præputiū: ne circūciſiōis & pudicitiæ libertatē oneres ſarcina nuptiarū. Rurſum ſi in præputio quis uocatus eſt, nō circūcidatur. Habebas (inquit) uxorē cū credidiſti: noli fidē Chriſti putare cauſam diſſidij, quia in pace uocauit nos deus. Circūciſio nihil eſt, & præputiū nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorū dei. Nihil ēm ꝓdeſt abſq; operibus cœlibatus & nuptiæ: cū etiā fides quæ ꝓprie Chriſtianoꝝ eſt, ſi opera non habuerit, mortua eſſe dicat: & hac lege uirgines quoq; Veſtæ & Iunonis uniuiræ in ſanctarum queant ordine numerari. Vnuſquiſq; in qua uocatione uocatus eſt, in ea ꝑmaneat. Quādo credidit: ſiue habebat ſiue non habebat uxorē: in eo permaneat, in quo uocatus eſt. Ac per hoc nō
B tam uirgines cogit ut nubant, cꝫ repudia prohibet. Et ſicut habentibus uxores tollit licentiam dimittendi eas, ſic uirginibus nubendi amputat facultatem. Seruus uocatus es: nō ſit tibi curæ: ſed & ſi potes liber fieri, magis utere. Etiam ſi habes (inquit) uxorem: & illi alligatus es, & ſoluis debitum: & non habes tui corporis poteſtatem: atq; (ut manifeſtius loquar) ſeruus uxoris es: noli propter hoc habere triſticiam, nec de amiſſa uirginitate ſuſpires. Sed etiam ſi potes cauſas aliquas inuenire diſſidij, ut libertate pudicitiæ perfruaris: noli ſalutem tuam cum alterius interitu quærere. Habeto pauliſper uxorem, nec præcurras morātem. Expecta dum ſequitur. Si egeris patienter, coniunx mutabitur in ſororem. Qui ēm in domino uocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber uocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Reddit cauſas cur nolit uxores deſeri. Idcirco ait præcipio, ut in Chriſtum de gentilitate credentes, inita ante fidem matrimonia non relinquant: quia qui uxorē habens credidit: nō tanto fidei ſeruitio detinetur, quāto uirgines & innuptæ: ſed quodammodo eſt liberior, & ſeruitutis illi frena laxantur: & dū uxoris eſt ſeruus (ut ita dicam) libertus eſt dñi. Porro qui uxorem non habens credidit, & liber a ſeruitute coniugij uocatus eſt a domino, ille uere ſeruus eſt Chriſti. Quanta felicitas non uxoris ſeruum eſſe, ſed Chriſti: non carni ſeruire, ſed ſpiritui? Qui enim adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Ac ne forſitan in eo quod ſupra dixerat, ſeruus uocatus es, non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes liber fieri, magis utere: ſugillaſſe continentiam uideretur, & in famulatum nos tradidiſſe coniugum: infert ſententiam, quæ omnem amputet cauillationem: Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Redempti ſumus precioſo ſanguine Chriſti, immolatus eſt pro nobis agnus: & aſperſi calidiſſimo rore hyſſopi, omnē pituitam noxiæ uoluptatis excoximus. Quibus in baptiſmate mortuus eſt Pharao, & uniuerſus eius ſuffocatus eſt exercitus: cur rurſum Aegyptum quærimus, & poſt manna angelorum cibum, allia & cepe & pepones, & carnes uarias ſuſpiramus?

Maritorum

C Maritorum & continentium disputatione præmissa,tandem ad uirgines uenit,& ait:De uirginibus autem præceptum domini non habeo,consilium autem do,tanq; misericordiam consecutus a domino,ut sim fidelis.Existimo ergo hoc bonum esse propter instãtem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.Hic aduersarius tota exultatiõe bacchatur. Hoc uelut fortissimo ariete,uirginitatis murum quatiens:Ecce inquit Apostolus profitetur de uirginibus domini se non habere præceptum:& qui cum authoritate de maritis & uxoribus iusserat, non audet imperare quod dominus non præcepit.Et recte. Quod enim præcipitur, imperatur: quod imperatur,necesse est fieri:quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur,cui iussum est. Si uirginitatem dominus imperasset: uidebatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium: unde & ipsa uirginitas nascitur. Si præcidisset radicem,quomodo fruges quæreret? Nisi ante fundamenta iecisset:qua ratione ædificium extrueret: & operturum cũcta desuper culmen imponeret? Multo labore fossorum,subuertuntur montes:terrarum pene interna penetrantur,ut inueniatur aurum. Cumq; de granis minutissimis prius conflatione fornacis, deinde calida artificis manu fuerit monile compactũ: non ille beatus uocatur,qui de luto excreuit aurum:sed qui auri utitur pulchritudine. Noli igitur admirari,si inter titillationem carnis, & incentiua uitiorum, angelorum uitam nõ exigimur, sed docemur.Quia ubi consiliũ datur, offerentis arbitriũ est:ubi præceptũ,necessitas est seruiẽtis.Præceputm(inquit) domini non habeo:consilium autem do, tanquã misericordiam consecutus a domino.Si non habes præceptum domini:quare audes dare consilium,de quo non habes iussionem? Respondebit mihi Apostolus:Et uis ut ego iubeam,quod dominus obtulit potius q̃ præcepit? Ille creator & figulus sciens fragilitatem uasculi quod operatus est, uirginitatem in audientis potestate dimisit:& ego doctor gentium qui omnibus oĩa factus sum, ut omnes lucrifacerem,onus perpetuæ castitatis statim in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum? Discant prius ferias nuptiarum,uacent ad tempus orationi, ut accepto gustu pudicitiæ id semper habere desyderent,quo ad modicum delectati sunt. Dominus tentatus a pharisæis utrum secũdum legem Moysi uxores liceret dimittere, omnino fieri prohibuit. D Quod discipuli consyderantes dixerunt ei:Si talis est causa hominis cum uxore,non expedit nubere.Quibus ille respondit:Non oẽs capiunt uerbũ,sed quibus datũ est.Sunt eĩ eunuchi,q de utero matris ita nati sunt:& sunt eunuchi q ab hominib9 eunuchiçati sunt:& sunt eunuchi,q se castrauerũt ꝓpter regnũ cœlorꝝ. Qui potest capere,capiat. In ꝓpatulo est,cur Apostolus dixit: De uirginibus aũt præceptum dñi non habeo,profecto quia præmiserat dominus:Non omnes capiunt uerbum,sed quibus datum est: & qui potest capere capiat.Proponit ἀγωνοθέτικὸς præmium,inuitat ad cursum, tenet in manu uirginitatis brauium,ostendit purissimum fontem,& clamitat:Qui sitit ueniat & bibat, qui potest capere capiat.Non dicit uelitis, nolitis, bibendum uobis est atq; currendum:sed qui uoluerit,qui potuerit currere atq; potare: ille uincet, ille satiabitur.Et ideo plus amat uirgines Christus:quia sponte tribuunt,quod sibi non fuerat imperatum.Maiorisq; gratiæ est offerre quod non debeas,q̃ reddere quod exigaris.Apostoli uxoris onera contemplati,si talis est(inquiunt)causa hominis cum uxore,non expedit nubere.Quorũ dominus sententiam probans:Recte quidem sentitis ait,quod non expediat homini ad cœlorum regna tendenti accipere uxorem:sed difficilis res est:& non omnes capiunt uerbum istud, uerum quibus datum est.Alios eunuchos natura facit,alios uis hominum.Mihi illi eunuchi placent,quos castrauit non necessitas,sed uoluntas.Libenter illos in meos sinus recipio: qui se castrauerunt propter regna cœlorum: & ob mei cultum noluerunt esse quod nati sunt. Simulq; tractanda sententia. Qui se(inquit)castrauerunt propter regna cœlorum. Si castrati mercedẽ habent regni cœlorum,ergo qui se non castrauerunt,locum non possunt accipere castratorum. Qui potest(inquit)capere capiat. Grandis fidei est,grandisq; uirtutis,dei templum esse purissimum:totum se holocaustum offerre domino:& iuxta eundem apostolum esse sanctum & corpore & spiritu. Hi sunt eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putantes, audiunt per

A Esaiam,quod pro filijs & filiabus locum in cœlis habeant paratum.Horum typus est Abdemelech eunuchus in Hieremia,& spado ille reginæ Candacis in actis apostolorũ: qui ob robur fidei,uiri nomen obtinuit. Ad hos & Clemens successor apostoli Petri,cuius Paulus apostolus meminit,scribit epistolas:omnemq; pene sermonem suum de uirginitatis puritate contexuit: & deinceps multi apostolici & martyres & illustres,tam sanctitate quam æloquentia uiri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est. Existimo enim(inquit)hoc opus bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est illa necessitas, quæ spreto uinculo coniugali, uirginitatis appetit libertatem? Væ prægnantibus & nutrientibus in illo die. Non hic scorta:non hic lupanaria condemnantur: de quorum damnatione nulla dubitatio est:sed uteri tumescentes,& infantum uagitus, & fructus atq; opera nuptiarum. Quoniam bonum est homini sic esse. Si bonum est homini sic esse:malum est ergo homini sic non esse. Alligatus es uxori:noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore:noli quærere uxorem. Habet unusquisq; nostrum terminos suos. Redde mihi meum,& tuum tene. Si alligatus es uxori:ne illi des repudiũ. Si solutus sum ab uxore:non quæram uxorem. Vt ego non soluo coniugia si semel ligata sunt:ita tu non liges quod solutum est. Simulq; significantia consyderanda uerborũ est. Qui uxorem habet:& debitor dicitur, & esse in præputio, & seruus uxoris: & quod malorũ seruorũ est,alligatus. Qui autẽ sine uxore est:primũ nullius debitor est,deinde circuncisus,tertio liber:ad extremũ solutus. Curramus per reliqua. Neq; enim nos patitur magnitudo uoluminis diutius in singulis immorari. Si autẽ acceperis uxorem,nõ peccasti. Aliud est non peccare:aliud benefacere. Et si nupserit uirgo,nõ peccauit. Non illa uirgo,quæ semet dei cultui dedicauit. Harũ ẽm siqua nupserit,habebit damnationẽ,quia primã fidem irritam fecit. Si autẽ hoc de uiduis dictum obiecerit,quãtomagis de uirginibus preualebit:cum etiã his nõ liceat quibus aliqñ licuit? Virgines ẽm quæ post consecrationẽ nupserint:nõ tam adulteræ sunt,q̃ incestæ. Ac ne uideretur in eo quod dixerat:
B Et si nupserit uirgo nõ peccauit:rursum cœlibes ad nuptias ꝓuocare,statim se refrenat:& aliud inferendo,infirmauit quod concesserat dicens: Tribulationẽ tamen carnis habebũt huiusmodi. Qui sunt isti,qui tribulationẽ carnis habebunt? Quibus supra indulserat,Si acceperis uxorem, nõ peccasti:& si nupserit uirgo,nõ peccauit. Tribulationem tamẽ carnis habebunt huiusmodi. Nos ignari rerum,putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiam. Si autẽ nubentibus etiã in carne tribulatio est,in qua sola uidebantur habere delitias:quid erit reliquum propter quod nubant: cum & in spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Ego autem uobis parco. Sic ait, obtendo carnis tribulationẽ, quasi nõ maiora sint propter que nubere nõ debeatis. Igit̃ hoc dico fratres: Tempus breue est. Reliquum est,ut qui habent uxores,sic sint tanquã nõ habẽtes. Nequaq̃ iam de uirginibus disputo:quos nulla ambiguitas est esse felices. Ad maritos uenio. Tempus breue est, dominus prope est. Etiam si nongentis uiueremus annis,ut antiqui homines,tamen breue putandũ esset, quod haberet aliquando finẽ & esse cessaret. Nunc uero cũ breuis sit nõ tam lætitia,q̃ tribulatio nuptiarum,quid accipimus uxores,quas cogemur cito amittere? Et qui flent,inquit,& gaudent,& emunt & utuntur hoc mundo,sic sint,quasi non fleant,gaudeant,emant,utantur hoc mundo. Præterit ẽm figura huius mundi. Si mũdus transit,quo uniuersa daudũtur,imo figura et conuersatio huius mundi,quasi nubes præterit,inter cætera mundi opera nuptiæ præteribunt. Neq; enim erunt post resurrectionẽ coniugia. Si autem mors finis est nuptiarum,cur necessitatem nõ in uoluntatem uertimus? Et quod inuitis extorquẽdum est, cur nõ spe præmiorũ offerimus deo? Qui sine uxore est,sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est,sollicitus est quæ sunt mundi,quomodo placeat uxori,& diuisus est. Intueamur curarum uirginis,maritiq; distantias. Virgo domino,maritus uxori placere desyderat:& ut uxori placeat,sollicitus est de his quæ sunt mundi,quæ cum mundo utiq; transitura sunt:& diuisus est,in multas scilicet sollicitudinum partes miseriarumq; distractus. Non est huius loci nuptiarum angustias describere:& quasi in communibus locis rhetorico exultare sermone. Plenius super hac re contra Heluidium,& in eo libro quem ad Eustochiũ scripsi arbitror absolutũ. Certe & Tertullianus cũ adhuc esset adolescens,lusit in hac materia. Et p̃ceptor meus Gregorius Nazianzenus uirginitatẽ & nuptias differẽs,græcis uersib⁹ explicauit.

C cauit. Nūc illud breuiter admoneo in latinis codicib⁹ hūc locū ita legi: Diuisa est uirgo & mulier Quod quāc̄ habeat suū sensum: & a me quoq; p q̄litate loci sic edissertū sit, tñ nō est apostoli/ cæ ueritatis. Si quidē Apostolus ita scripsit, ut supra trāstulimus. Sollicitus est q̄ sunt mūdi: quo modo placeat uxori, & diuisus est: & hac sententia definita, transgreditur ad uirgines & con/ tinentes, & ait: Mulier innupta & uirgo, cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spi/ ritu. Non omnis innupta, & uirgo est. Quæ autem uirgo, utiq; & innupta est. Quāc̄ ob ælegā tiam dictionis potuerit idipsum altero uerbo repetere, mulier innupta & uirgo: uel certe defi/ nire uoluisse quid esset innupta, id est, uirgo: ne & meretrices putemus innuptas, nulli certo ma/ trimonio copulatas. Quid ergo cogitat innupta & uirgo? Quæ domini sunt: ut sit sancta & cor pore & spiritu. Vt nihil aliud esset, ut nulla merces uirginē amplior sequeretur: sufficeret ei hæc sola p̄latio, cogitare quæ dñi sunt. Statimq; docet quæ sit ipsa cogitatio: ut sit sancta & corpore & spiritu. Nonnullæ quippe sunt uirgines carne non spiritu: quarū corpus integrum est, anima corrupta. Sed illa uirginitas, hostia Christi est: cuius nec mentem cogitatio, nec carnē libido ma/ culauit. Econtrario quæ nupta est, cogitat quæ mūdi sunt, quomodo placeat uiro. Sicut q̄ uxorē habet, sollicitus est quæ sunt mūdi, quō placeat uxori: sic nupta res mūdi cogitat, quomodo pla ceat uiro. Nos autem non sumus de hoc mundo: qui in maligno positus est, cuius figura præte/ rit. De quo dicitur ad apostolos: Si essetis de hoc mundo, amaret utiq; mundus quod suū erat. Ac ne forsitan putaret onus grauissimū castitatis nolētibus imponere, statim iūgit causas sua/ dendi, & ait: Hoc autem ad utilitatem uestram dico: non ut laqueum uobis iñjciam, sed ut ad id quod honestum est, & intente facit seruire domino, absq; ulla distractiōe uos adhorter. Pro/ prietatem græcam, latinus sermo non explicat: quibus em̄ uerbis quis possit dicere. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ, ἀπερισπάστως. Vnde & in latinis codicibus ob translationis difficultatem, hoc penitus nō in/ uenitur. Vtamur igitur eo quod nos uertimus. Non imponit nobis apostolus laqueum, nec co/
D git esse quod nolumus: sed suadet quod honestum est & decorum: & intente facit seruire domi/ no: & semper esse sollicitum, & expectare paratum domini uoluntatem: ut cum quid imperaue rit, quasi strenuus & armatus miles, statim impleat quod præceptum est: & hoc faciat sine ullæ distentione: quæ data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, ut distendantur in ea. Si quis aūt cōsyderat uirginē suā, id est carnē lasciuire & ebullire in libidinem: nec refrenare se potest: duplexq; ei incumbit necessitas: aut accipiendæ coniugis, aut ruendi: quod uult faciat, non peccat si nubat, faciat (inquit) quod uult: non quod debet. Non peccat si ducit uxorem: non tamen bene facit, si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, po/ testatem autem habens suæ uoluntatis: & hoc iudicat in corde suo seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Signanter & proprie supra dixerat: qui ducit uxorem, non peccat: hic qui seruat uirginem suā, bene facit. Aliud est autem non peccare, aliud est benefacere. Declina (inquit) a malo: & fac bo/ num. Illud declinamus, hoc sequimur. In altero initium, in altero perfectio est. Verum ne in eo quod dixit: & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: existimet aliquis obseruatio/ nem nostram non stare, protinus hoc ipsum bonum extenuat, & obumbrat comparatione me/ lioris, & dicit: Et qui nō iungit, melius facit. Nisi illaturus esset, melius facit: nūc̄ præmisisset, be/ ne facit. Vbi autem bonum & melius est: ibi boni & melioris nō unum est præmium. Et ubi nō unum præmium: ibi utiq; dona diuersa. Tātum est igitur inter nuptias & uirginitatem: c̄tum inter non peccare & bene facere: imo, ut leuius dicam, c̄tum inter bonum & melius. Finita disputatione coniugiorum & uirginitatis: inter utrumq; cauto moderamine præceptorum, ut nec ad siniſtram, nec ad dexteram diuerteret: sed uia regia graderetur, & illud impleret: Ne sis iu stus multum, rursum monogamiam digamiæ comparat: & quomodo nuptias subdiderat uir/ ginitati: ita digamiam primis nuptijs subjcit, & ait: Mulier alligata est, quāto tempore uir eius uiuit: quod si dormierit uir eius, libera est, cui uult nubat, tātum in domino: Beatior autem erit, si sic permanserit, secundū consilium meum. Puto autem, quod & ego spiritum dei habeam. Cō cedit secundas nuptias, sed uolentibus: sed his quæ se continere non possunt, ne luxuriatæ in

Christo

A Christo, nubere uelint:habentes damnationem,quod primam fidem irritam fecerint:& hoc cõ cedit,quia multæ abierunt retro post Satanam. Cæterum beatiores(inquit)erunt,si sic perman/ serint:continuoq; subiungit apostolicam authoritatem,secundum meum consilium. Porro ne authoritas apostoli quasi hominis leuior uideretur,addidit:Puto autẽ,quod & ego spiritũ dei habeam. Vbi ad continentiã prouocat:ibi nõ hominis,sed spiritus dei consilium est. Vbi autẽ nubendi cõcedit ueniam,spiritũ dei nõ nominat: sed prudentiæ librat consilium:ita singulis re/ laxans, ut unusquisq; ferre potest. Iuxta hunc sensum omnia illa sunt accipienda. Nam quæ sub uiro est mulier,uiuente uiro,alligata est legi:si autẽ mortuus fuerit uir,soluta est a lege uiri. Igit uiuente uiro uocabitur adultera,si fuerit cum altero uiro. Si autẽ mortuus fuerit uir eius:soluta est a lege, ut non sit adultera,si fuerit cum alio uiro. Et illud ad Timotheum. Volo ergo iunio/ res uiduas nubere,filios procreare,matressamilias esse:nullam occasionem dare aduersario ma/ ledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post Satanam:& reliqua his similia. Quo modo eñ uirginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias,& excusabile facit, quod per se non appetitur:ita ob eandem fornicationem uitandam concedit uiduis secũda matrimonia. Melius est eñ licet alterum & tertium,unum uirũ nosse,q; plurimos:id est, tolerabilius est uni homini prostitutam esse,q; multis. Siquidem & illa in euangelio Iohannis Samaritana,sextum se maritum habere dicens:arguitur a domino,quod non sit uir eius. Vbi eñ numerus maritorũ est,ibi uir qui proprie unus est,esse desijt. Vna costa a principio in unam uxorem uersa est. Et erunt(inquit)duo in carnem unam,non tres neq; quatuor:alioquin iam nõ duo,sed plures. Pri mus Lamech sanguinarius & homicida,unam carnem in duas diuisit uxores:fratricidium & di/ gamiam, eadem cataclysmi deleuit pœna. De altero septies, de altero septuagiessepties uindi/ catum est. Quantum distat in numero,tãtum & in crimine. Quã sancta sit digamia,hinc osten/ ditur,quod digamus in clerũ eligi non potest:& ideo Apostolus ad Timotheũ: Vidua(inquit) eligatur nõ minus sexaginta annorum:quæ fuerit unius uiri uxor. Hoc oñe præceptum de his est uiduis,quæ ecclesiæ pascũtur eleemosynis. Et idcirco ætas præscribitur:ut illæ tantũ accipiant pauperum cibos,quæ iam laborare non possunt. Simulq; cõsydera, quod quæ duos habuit ui/
B ros:etiam si anus est & decrepita & egens,ecclesiæ stipes non meretur accipere. Si autem panis illi tollitur eleemosynæ:quantomagis ille panis qui de cœlo descendit:quem qui indigne come/ derit,reus erit uiolati corporis & sanguinis Christi. Quamq; hæc testimonia quæ supra posui: in quibus uiduis conceditur,ut si uelint,denuo nubant,quidam interpretãtur, super his uiduis: quas amissis maritis sic inuenerit fides Christi. Nec enim consequẽs esset,ut apostolus post ba/ ptisma uiro mortuo,iubeat alteri nubere:cum habentibus quoq; uxores præceperit,ut sic sint quasi non habentes:& ob hanc causam non esse uxorum numerum definitum:quia post baptis/ ma Christi,etiam si tertia & quarta uxor fuerit, quasi prima reputetur. Alioquin si post baptis/ ma primo mortuo accipitur secundus:quare non secũdo & tertio & quarto & quinto mortuo, accipiatur sextus, & reliqui? Potest eñ accidere,ut infelicitate quadam uel iudicio dei succiden/ tis nuptias repetitas,adolescentula plures accipiat uiros:& anus primo marito, in extrema sene ctute uiduetur. Primus Adam monogamus:secundus agamus. Qui digamiam probant:exhi/ beant tertium Adam digamum,quem sequantur. Verum fac,ut concesserit Paulus secũda ma trimonia: eadem lege & tertia concedit & quarta,& quotienscunq; uir moritur. Multa compel/ litur apostolus uelle,quæ nõ uult. Circũcidit Timotheum,rasit in se caluitiũ, nudipedalia exer/ cuit:comam nutriuit: & totondit in Cenchris. Et certe castigauerat Galatas:Petrũq; reprehen/ derat,quod se propter obseruationes Iudaicas a gentibus separaret. Quomodo igitur in cæte/ ris ecclesiæ disciplinis,Iudæis iudæus,ethnicis ethnicus:& omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret: sic & digamiam concessit incontinentibus:nec nuptiarum numerum præfiniuit:ut dum uiderent sibi mulieres ita post mortem mariti secundum concedi,ut tertius quartusq; con ceditur:erubescant alterum accipere,ne trigamis & quadrigamis comparentur. Vbi enim unus exceditur:nihil refert secundus an tertius sit:quia desinit esse monogamus. Oñia licent, sed nõ omnia expediũt. Nõ damno digamos,imo nec trigamos:&(si dici potest)octogamos. Plus ali/ quid inferam:etiam scortatorem recipio pœnitentem. Quicquid æqualiter licet,æqua lance pen

C sandum est. Sed quoniã ad uetus nos trahit testamẽtum,& incipiens ab Adã,ad Zachariã & Elisabet peruenit:ac deinde opponit Petrũ & cæteros apostolos habuisse uxores:nos quoq; debemus per eadem currere uestigia quæstionũ: & docere castitatẽ semp operi nuptiarũ fuisse prælatam. Ac de Adam quidem & Eua illud dicẽdum, quod ante offensam in paradiso uirgines fuerint:post peccatũ aũt & extra paradisum protinus nuptiæ. Deinde,quod hoc ipsum interpretetur Apostolus:Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suã,& adhærebit uxori suæ:& erunt duo in carne una.Statimq; subiungit:Sacramẽtum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Christus in carne uirgo:in spiritu monogamus. Vnam em̃ habet ecclesiam:de qua idem Apostolus. Viri(inquit)diligite uxores uestras,sicut & Christus ecclesiã. Si Christus sancte,si caste, si absq; ulla macula ecclesiam diligit: uiri quoq; in castitate uxores suas diligant:& sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificatione & honore,non in passione desyderij, sicut & gentes,quæ nec sciunt deum. Neq; em̃ uocauit nos deus in immundiciam, sed in sanctificationem:exuentes nos ueterem hominem cum operibus suis: & induentes nouũ qui renouatur in cognitionem secundum imaginem creatoris sui:ubi non est masculus & fœmina, Græcus & Iudæus,circũcisio & præputium,barbarus & scytha,seruus & liber, sed & omnia in omnibus Christus.Imago creatoris non habet copulam nuptiarũ. Vbi diuersitas sexus aufertur,& ueteri homine exuimur, & induimur nouo,ibi in Christũ renascimur uirginem, qui & natus ex uirgine,& renatus per uirginem est.Quod autem ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram:necesse fuit prius plantare syluam & crescere, ut esset, quod postea posset excidi.Simulq; consyderanda uis uerbi,replete terram. Nuptiæ terram replent: uirginitas paradisum.Sed & hoc intuendum dũtaxat iuxta hebraicam ueritatem, quod cum scriptura in primo & tertio & quarto & quinto & sexto die expletis operibus singulorũ dixerit.Et uidit deus quia bonum est:in secundo die hoc omnino subtraxit, nobis intelligentiam derelinquens, non esse bonum duplicem numerum,qui ab unione diuidat,& præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde &
D in arca Noe,omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur,immunda sunt. Impar numerus est mundus.Quãc̃p in duplici numero ostendatur & aliud sacramẽtum, quod ne in bestijs quidẽ & in immundis auibus,digamia comprobata sit.Bina enim ingrediuntur immunda:& septena quæ munda sunt:ut haberet Noe post diluuium,quod de impari numero statim deo posset offerre.Si aũt transfertur Enos, & seruatur in diluuio Noe: non reor idcirco translatũ Enos,quod uxorem habuerit: sed quod primus inuocauerit deum, & crediderit in saluatorem : de quo Paulus apostolus in epistola ad Hebræos plenissime docet.Porro Noe qui quasi secũda radix humano generi seruabatur:utic̃p cum uxore & filijs debuit reseruari. Quãc̃p in hoc mysterium scripturarum sit. Arca illa,iuxta apostolum Petrũ,typus ecclesiæ fuit,in qua octo animæ saluæ factæ sunt.Quando ingreditur in eam Noe:tam ipse c̃p filij eius,ab uxoribus separantur.Quãdo uero egreditur in terram,iunguntur paria:& quod in arca,id est in ecclesia fuerat separatũ, in mundi conuersatione sociatur.Simulq; si arca plures habuit mãsiones & nidulos,& bicamerata,& tricamerata,& diuersas bestias:& pro qualitate animalium habitationes quoq; uel maiores uel minores: existimo quod diuersitas illa mansionum,præfigurauerit ecclesiæ uarietatẽ.

Quod autem nobis obijcit in secunda dei benedictione, comedendarum carnium licẽtiam datam,quæ in prima concessa non fuerat:sciat quomodo repudium iuxta æloquium saluatoris,ab initio non dabatur: sed propter duritiam cordis nostri,per Moysen humano generi concessum est:sic & esum carnium usq; ad diluuium ignotum fuisse.Post diluuiũ uero quasi in eremo murmurãti populo coturnices:ita dentibus nostris neruos & uirulẽtias carnis ingestas.Docet Apostolus scribens ad Ephesios: deum proposuisse in adimpletione temporum recapitulare omnia:& ad principium trahere in Christum Iesum,quæ sunt super cœlos & super terrã. Vnde & ipse Saluator in Apocalypsi Iohannis,ego sum inquit α & ω,initium & finis. Ab exordio conditionis humanæ:nec carnibus uescebamur,nec dabamus repudiũ, nec præputia nobis eripiebantur in signũ. Hoc cursu usq; ad diluuiũ peruenimus.Post diluuium autem cum datione legis:quã implere nullus potuit,carnes ingestæ sunt ad uescendum:& repudia cõcessa duritiæ,& cultellus circũcisionis appositus:quasi dei manus plus in nobis creauerit, c̃p necesse est. Post c̃p

Aũ diluuiũ ignotus usus carnium

autem

A autem Christus uenit in fine temporum: & ω reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad princi/
pium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circũcidimur, nec comedimus carnes, dicente
Apostolo: Bonum est uinum non bibere, & carnes non comedere. Et uinum em̃ cum carnibus
post diluuium dedicatum est. Quid loquar de Abraham, ut ipse asserit trigamo, qui signum
fidei in circũcisione suscepit? Si imitamur uxorum illius numerum: imitemur & circũcisionem.
Neq; enim in parte sectandus, & in parte repudiandus est. Porro Isaac unius Rebeccæ uir, Chri
sti præfigurat ecclesiam, & digamiæ suggillat lasciuiam. Si autẽ duas bigas uxorum & concubi/
narum habuit Iacob, & non uult aduersarius acquiescere, lippientem Liam deformẽ atq; fœto/
sam synagogæ typum prætulisse: Rachel uero pulchrã & diu sterilem, ecclesiæ significasse my/
sterium: sciat eo tempore hoc fecisse Iacob, quando erat inter Assyrios, & in Mesopotamia La/
ban durissimo dño seruiebat. Quando autem terram sanctam ingredi uoluit, & in monte Ga/
laad extruxit aceruum testimonij: in quo nihil inter sarcinas eius, Mesopotamiæ possessor in-
uenerat: iurans se nunc̃q; ad locum, in quo seruierat reuersurum: & ad torrentem Iaboch cum
angelo luctatus claudicare cœpit: & ὥλατὺ νεῦρον eius emarcuit, statimq; Israel sortitus est nomẽ,
& illa quondam dilecta coniunx pro qua seruierat iuxta Bethlehem, in qua erat uirginitatis
præco dominus nasciturus, a filio doloris occiditur: & consortia Mesopotamiæ euangelica in
ciuitate moriuntur. Miror autem cur Iudam & Thamar nobis proposuerit in exemplum, nisi
forte & meretricibus delectatur, aut occisum Onam quod fratri semen inuiderit, quasi nos
qualemcunq; seminis fluxum, absq; liberorum opere comprobemus. Perspicuum est de Moy-
se, quod periclitatus esset in diuersorio, nisi Sephora quæ interpretatur auis, filium circuncidis-
set: & præputium nuptiarum, cultro euangelico desecasset. Iste nempe Moyses est, qui cum ui-
disset uisionem magnam: & angelum siue dominum loquentem in rubo: nequac̃q; ualuit ad
eum accedere: nisi soluisset corrigiam calciamenti sui: & abiecisset uincula nuptiarum. Nec mi/
rum hoc de amico & propheta & legifero dei, cum omnis populus accessurus ad montem Sina,
B & dei auditurus æloquiũ, tribus diebus sanctificari iussus sit, & se ab uxoribus abstinere. Quod
quidem scimus (licet præpostere faciam historiæ ordinem confundere) etiam ad Dauid fugien
tem ab Achimelech sacerdote dictum: Si mundi sunt pueri ab uxoribꝰ? Et ille respondit, ab he
ri & nudiustertius. Panes em̃ propositionis quasi corpus Christi de uxorum cubilibus consur-
gentes edere non poterant. Et nobis in transitu est cõtemplandum, quod dixit: Si mundi sunt
pueri ab uxoribus, uidelicet quod ad mundicias corporis Christi, omnis coitus immũdus sit. In
lege quoq; præcipitur: ut pontifex nisi uirginem non ducat uxorem, nec uiduam accipiat. Si ea/
dem uirginis uiduæq; conditio est: quare altera recipitur, altera reprobatur? Et sacerdotalis ui/
dua in domo iubetur sedere patris sui: nec secundum nosse matrimonium. Si soror uirgo mori/
tur sacerdotis: quomodo ipsa ad patris exequias: ita pater ad eam iubetur accedere. Si uero nu/
pta sit, quasi aliena contemnitur. Qui uxorem duxerit: & qui plantauerit uineam, uelut propa/
gines filiorum, prohibetur ad bella procedere. Non enim potest domini seruire militiæ, seruus
uxoris: & de speculis mulierum ieiunantium, quasi de purissimis corporibus uirginum, luter in
tabernaculo funditur: & intrinsecus in sanctuario tam cherubim, q̃ propiciatorium & arca te/
stamenti & mensa propositionis & candelabrum & turibulum ex auro mundissimo sunt. Neq;
enim in sancta sanctorum inferri poterat argentum. Quid moror in Moyse, cum mihi pro
positum sit cursim celeriterq; dictanti, singula breuiter perstringere: & intelligentiæ quasdam li
neas ducere? Transcendam ad Iesum filium Naue, qui ante dictus est Ause: siue ut rectius ha-
betur in Hebræo, Osee, id est saluator. Ipse em̃ secundum epistolã Iudæ saluauit: & eduxit po/
pulum Israel ex Aegypto: & in terram repromissionis induxit. Hic Iesus statim ut uenit ad Ior/
danem, aquæ nuptiarum quæ semper in lege fluxerant, arefactæ sunt & steterunt: & siccis pedi/
bus ac nudis populus omnis transijt: & uenit in Galgala: Ibiq; secũdo est circumcisus. Quod si
iuxta litteram accipimus: penitus stare nõ potest. Si em̃ duplex haberemus præputiũ: uel ex/
cisa pellicula iterum nasceretur: recte secunda circũcisio haberet locum. Nunc autem hoc signi-
ficatur: quod Iesus cultello euangelij, populum qui per desertum uenerat circũcidit: & circũcidit
cultello petrino: ut quod in Moysi filio præfigurabatur ante in paucis: id sub Iesu duce imple/

C ret in cunctis. Sed & ipsa præputia in unum tumulum coaceruata, & sepulta, & terra obruta, & ablatum opprobrium Aegypti, & nomẽ loci Galgala, quod interpretatur reuelatio, ostendunt, dum in præputio ambularet populus per desertum, oculos eius fuisse cæcatos. Videamus & consequentia. Post euangelij circũcisionem: & consecrationem duodecim lapidum in loco reuelationis, statim pasca celebratur: immolatur eis agnus, & sanctæ terræ uescuntur alimẽtis. Egreditur Iesus: occurrit ei princeps militiæ gladium tenens: id est, uel pro circũciso populo pugnare se monstrans: uel dissecans glutinum nuptiarum. Similiterq; ut Moysi præceptũ fuerat, & huic præcipitur: Solue calciamentum tuum. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Quia sic erat domini armatus exercitus in tubis sacerdotalibus, quasi ad euangelicã prædicationẽ, sub typo Hiericho mundus subuertitur. Et ut infinita præteream (neq; eĩ nũc mihi propositũ est omnia ueteris testamẽti aperire mysteria), quinq; reges qui in terra repromissionis ante regnabãt, resistebantq; euangelico exercitui, Iesu pugnante superãtur. Hoc puto intellectu esse perspicuũ, quod antecq; dominus populum suum educeret de Aegypto: & circũcideret eum, uisus, odoratus, gustus, auditus, tactusq; regnauerint: & his quasi principib⁹ fuerint uniuersa subiecta. Quos Iesus ad speluncam corporis confugientes, & ad tenebrosum locum: id est ipsum ingrediẽtes corpus interfecit: ut per id occiderẽtur, per quod ante regnabant. Verũ iam tempus est, ut castitatis Iesu uexillum leuemus. Moyses scribitur habuisse uxorem. Moysen autem, & dominus noster & Apostolus interpretãtur legem: Habent Moysen & prophetas: Et, ab Adam usq; ad Moysen regnauit peccatum, etiam super eos qui non peccauerunt, in similitudine præuaricationis Adæ: nulliq; dubiũ est, in utroq; testimonio Moysen legem significare. Sicut ergo legimus qd Moyses, id est, lex habuerit uxorem, ostende mihi Iesum Naue uel uxorem habuisse uel filios: & si potueris mõstrare, uictum me esse fatebor. Et certe pulcherrimum terræ Iudææ in partitione accepit locum: moriturq; non in uicenario numero: qui semper in scripturis infaustus est: in quo seruiuit Iacob, & uenditus est Ioseph: & quem diligit Esau, accipiens in eo quædam munera: sed in decimo, de cuius laude crebro diximus: sepelituq; in Thamnat sareh, id est, in perfe-
D ctissimo principatu, siue in numero operimenti noui: ut uirginum significaret greges, saluatoris auxilio coopertos, in mõte Ephraim: hoc est in monte frugifero: ab aquilone montis Gaas, qui interpretatur commotio. Mons enim Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni: quæ opposita semp inuidiæ est: & per singulas tẽtationes dicit: Mei uero pene moti sũt pedes. Cũq; in sepultura Iesu, liber q ex noie eius appellat, expletus sit: rursum in Iudicũ uolumine, quasi uiuens resurgensq; describit: & sub ἀνακεφαλαιώσει opera ipsius prædicant: & legit. Misit Iesus populũ: & abierũt filij Israel, unusquisq; in hæreditatẽ suã, ut possiderent terrã. Et seruiuit populus dño cunctis diebus Iesu, &c. Statimq; subiungit, & mortuus est Iesus Naue seruus dñi centũ decem annorũ. Porro Moyses uidit tantum terram repromissionis & intrare nõ potuit: & mortuus est in terra Moab: & sepeliuit eum dominus in ualle terræ Moab contra domum Phegor: & nõ cognouit uir sepulchrum eius, usq; in diem hunc. Cõparemus utriusq; sepulturã: Moyses in terra Moab moritur: Iesus in terra Iudææ. Ille sepelitur in ualle cõtra domum Phegor: quod interpretatur ignominia (Proprie qppe Phegor, lingua hebræa priapus appellat): hic in monte Ephraim ab aquilone montis Gaas. Et est in uerbis simplicibus semper diuinarũ scripturarũ sensus augustior. Quia apud Iudæos gloria erat in partub⁹ & parturitiõibus: & maledicta sterilis: quæ non habebat semen in Israel: & beatus cuius erat semen in Sion: & domestici in Hierusalem: & in benedictione maxima ponebatur: Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus domus tuæ: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circũitu mensæ tuæ: idcirco sepulchrũ eius positũ in ualle describitur contra domum idoli: quod proprie libidini consecratur. Nos autẽ qui militamus sub Iesu duce, usq; ad præsentem diem ignoramus ubi Moyses sit sepultus. Contemnimus eĩ Phegor, & omnẽ ignominiã eius: scientes quod qui in carne sunt, deo placere non possunt. Et dñs ante diluuium quoq; dixerat: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Quapropter obrem & Moyses moriens plangitur a populo Israel: Iesus autem quasi uicturus non plangit. Nuptiæ eĩ finiuntur in morte: uirginitas post mortẽ incipit coronari. Sampson quoq; producit in medium: nec decaluatum quondam dñi Naçaræum a muliere cõsyderat: qui licet typũ

teneat

A teneat ſaluatoris, quod meretricem ex gentibus adamarit eccleſiam: & multo plures hoſtium moriens quam uiuus occiderit, tamen coniugalis pudicitiæ exemplа non præbet. Et certe iſte eſt ſecundum prophetiam Iacob: qui cū concitus equi pernicitate ferretur, a ſerpente percuſſus retrorſum cecidit. Debboram autem & Barach & uxorē Heber Cynei cur enumerauerit, prorſus non intelligo: cum aliud ſit bellorum principes & hiſtoriæ ordinem texere: aliud figuras aliquas ſignificare coniugij: quæ in iſtis omnino non comparent. Porro quod præfert Iepte patris fidem, lachrymis uirginis filiæ, pro nobis facit. Et nos em̄ nō tam uirgines ſæculi, q̄ eas quæ propter Chriſtum ſunt uirgines prædicamus: & a plæriſq; Hebræorum reprehēditur pater uoti temerarij, quia dixerit: Si tradens tradideris filios Ammon in manibus meis: quicūq; exierit de domo mea in occurſum mihi, cum reuerti cœpero in pace a filijs Ammon, erit dño, & offerā illum holocauſtum. Si canis (inquiunt), ſi aſinus occurriſſet: quid faceret? Ex quo uolunt dei diſpenſatione eſſe factum: ut qui improſpecte uouerat, errorem uotorū in filiæ morte ſentiret. Si autem Samuel nutritus in tabernaculo duxit uxorem: quid hoc ad præiudicium uirginitatis? Quaſi non hodie quoq; plurimi ſacerdotes habeant matrimonia: & apoſtolus epiſcopum deſcribat unius uxoris uirum: habentem filios cum omni caſtitate. Simulq; noſcendum, quod Samuel leuita, non ſacerdos, nō pontifex fuerit. Vnde & faciebat illi mater ſua ephod bad, ſuperhumerale uidelicet lineum, qui habitus proprie leuitarū & minoris eſt ordinis. Vnde & in pſalmis non noiatur inter ſacerdotes: ſed inter eos qui inuocant nomē dñi. Moyſes (inquit) & Aarō in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos q inuocant nomē eius. Leui em̄ genuit Caath: Caath genuit Aminadab: Aminadab genuit Chore: Chore genuit Aſſir: Aſſir genuit Helchana: Helchana genuit Sub: Sub genuit Tou: Tou genuit Heliu: Heliu genuit Ieroam: Ieroā genuit Helchana: Helchana genuit Samuelem. Nulliq; dubiū eſt ſacerdotes de Aaron & Eleaçar & Phinees ſtirpe generatos. Qui cum & ipſi uxores habuerint: recte nobis opponerētur, ſi errore Encratitarum ducti, contenderemus matrimonia reprobanda: & non eſſet noſter pontifex ſecundū ordinem Melchiſedek ſine patre, ſine matre ἀγενεαλόγητος, hoc eſt, ſine nuptijs. Et reuera ma-
B gnos fructus ex liberis Samuel capit: ut quia ipſe placuit deo: tales genuerit, qui domino diſplicerent. Quod ſi Booç & Ruth nobis obijcit ad comprobandam digamiā: ſciat in euangelio ob typum eccleſiæ, etiam Raab meretricem in ordine maiorum domini enumeratam. Porro quod Dauid ducentis præputijs emiſſe iactat uxorem, nouerit illum & alias habuiſſe q̄ plurimas: & Michol filiā Saul, quā pater alteri tradiderat, poſtea recepiſſe: & iam ſenem, Sunamitidis puellæ calefactum eſſe complexibus. Nec hoc dico, quod ſanctis uiris quicq̄ detrahere audeam: ſed quod aliud ſit in lege uerſari: aliud in euāgelio. Ille occidit Vriam Ietheum: mœchus extitit in Bethſabee. Et quia erat uir ſanguinarius: non (ut plæriq; exiſtimant) propter bella: ſed propter homicidium, templum domini ædificare prohibetur. Nos autem ſi unum de minimis ſcandaliçauerimus: & ſi fratri dixerimus Raca: & non recte uiderimus: expedit ut mola aſinaria ligetur circa collum noſtrum: & rei erimus gehennæ: & adulterium in ſolo nobis aſpectu reputabitur. Tranſit ad Solomonem per quem ſe cecinit ipſa ſapientia: & cum uxoriū eum dicat, atq; in illius laudibus immoretur: miror cur nō iungat & illud de Canticocanticorū: Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ: & adoleſcentulæ, quarum non eſt numerus. Et illud de regnorum tertio: quod ſeptingentas habuerit uxores, & trecentas concubinas, & alias innumerabiles. Hæ nempe ſunt, quæ auerterunt cor eius a domino: & tamen anteq̄ plures haberet uxores, & carnis uitijs laberetur: in principio regni & adoleſcētiæ, extruit domino templum. Vnuſquiſq; em̄ non de futuris, ſed de præſentibus iudicatur. Quod ſi Solomonis exempla ei placēt, iam nō digamus erit, & trigamus: ſed niſi ſeptingentas habuerit uxores, & trecentas cōcubinas: typum eius & meritum implere non poterit. Obſecro te lector: & idipſum ſæpe cōmoneo: ut ſcias me quæ loquor neceſſitate dicere, nec detrahere his qui in lege præceſſerint: ſed ſeruiſſe eos tēporibus & conditionibus ſuis: & illam dñi impleſſe ſententiam: Creſcite & multiplicamini, & replete terram: & quod his maius eſt, futurorum typos præbuiſſe. Nobis autem quibus dicitur: Tempus in collecto eſt, ſupereſt ut qui habent uxores, ſic ſint quaſi nō habeāt, aliud præcipi, & uirginitatem a ſaluatore uirgine dedicari. Eliam & Eliſæū q̄ ſtulte in Catalogo poſuerit maritorū.

C me tacente manifestū est. Si em̄ Iohannes baptista uenit in spiritu & uirtute Eliæ, & Iohannes uirgo est: utiq; non solū in spiritu eius uenit, sed etiā in corporis castitate. Porro illud quod de Eçechia cōmemorari potest: quāc̄p hoc ille solita stolidítate nō uiderit, qd̄ post uitā recuperatā & quindecim annorū spatia protelata dixerit: Amodo filios faciam: sciat in Hebræis uoluminibus nō haberi, sed legi p hoc: pater filijs notā faciet ueritatē tuā. Nec mirꝝ si Olda uxor Sellum, pphetissa cōsulatur ab Iosia rege Iudæ, iam captiuitate uicina, & ira dñi stillante sup Hierusalē: cū hæc norma sit scripturarū, ut deficiētibus uiris sanctis, mulieres in uirorū laudentur opprobria. Supfluū autē est de Daniele dicere, cū Hebræi usq; hodie autument, & illū & treis pueros fuisse eunuchos: ex illa dei sententia, quā Esaias loquitur ad Eçechiā: Et de filijs tuis qui nascent ex te, tollēt & facient eunuchos in domo regis. Rursusc̄p in daniele legimus: Et dixit rex Aspha-neç principi eunuchorꝝ, ut introduceret de filijs captiuitatis Israel, & de semine regio, & de phorthommim pueros, in quibus nō esset macula, pulchros facie, & intelligentes sapientiā. Et argumētant, si de semine regio electi sūt Daniel & tres pueri, de semine aūt regio eunuchos fore scriptura p̄dixit: hos esse qui eunuchi facti sunt. Si uero & illud opposuerit: quod in Eçechiele dicitur, Noe & Daniel & Iob in terra peccatrice filios & filias liberare non posse: respondendū est, quod iuxta hypothesin dictū sit. Nec em̄ eo tēpore Noe & Iob erāt, quos multis ante sæculis fuisse cognouimus. Et est sensus: si tales & tales uiri fuerint in terra peccatrice: filios suos & filias liberare nō poterūt, quia iustícia patris nō liberabit filiū: nec peccatū alterius alteri imputabit. Anima em̄ quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed & hoc dicendū: Danielē iuxta historiā libri eius, cū Ioachim rege captū eo tēpore, quo Eçechiel quoq; ductus est in captiuitatē. Quomodo ergo potuit habere filios, q adhuc puer erat? & expleto triennio inductus est ad regis obsequiū. Ac ne quis putet Eçechiel iam uiri meminisse Danielis & nō pueri: Factū est (inquit) in āno sexto, regis scilicet Ioachim, in mense sexto, in quinta mensis, & ego sedebam in domo mea, & seniores Iuda sedebāt corā me: Atq; in eadē die ad eū dicit: Si fuerint Noe & Daniel & Iob. Erat igitur Daniel adhuc puer: & notus populo, uel propter interpretationē somniorū regis, uel propter
D Susannæ liberationē & occisionē presbyterorꝝ. Et perspicue cōprobatur eo tēpore quo hæc dicebant de Noe & Daniele & Iob, adhuc puerū fuisse Danielē, nec potuisse habere filios & filias quos sua iustícia liberaret. Hucusq; de lege. Venit ad euangeliū: & pponit nobis Zachariā & Elisabet, Petrū & socrū eius: & consueta uecordia non intelligit istos quoq; inter eos qui legi seruierint debuisse numerari. Neq; em̄ euangeliū ante crucē Christi est, quod passiōe & sanguine ipius dedicat: Iuxta quā regulā Petrus & cæteri apostoli: ut ei ex supfluo interim cōcedā: habuerūt quidē uxores, sed quas eo tēpore acceperant quo euangeliū nesciebant. Qui assumpti postea in apostolatū, relinquunt officium coniugale. Nam cum Petrus ex persona apostolorum dicit ad dñm: Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te: respondit ei dñs: Amen dico uobis, quoniā nemo est qui dimiserit domū, aut parentes, aut fratres, aut uxorē, aut filios, propter regnū dei, qui non recipiat multo plura in sæculo isto, & in sæculo futuro uitam æternā. Si autē nobis illud opposuerit ad probandū, quod omnes apostoli uxores habuerint: nūquid non habemus potestatem mulieres uel uxores circūducendi (quia γυνὴ apud Græcos utrūq; significat) sicut cæteri apostoli & Cephas & fratres dñi: iungat & illud quod in Græcis codicibus est: Nunquid non habemus potestatē sorores mulieres uel uxores circūducendi? Ex quo apparet eum de alijs sanctis dixisse mulieribus: quæ iuxta morē Iudaicū magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quoq; dño factitatum. Nam & ordo uerborum hoc significat: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi, aut sorores mulieres circūducendi? Vbi de comedendo & bibendo ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus infertur: perspicuum est non uxores debere intelligi, sed eas ut diximus, quæ de sua substātia ministrabāt. Quod & in ueteri lege de Sunamitide illa scribitur, quæ solita sit Eliseū recipere, & ponere ei mensam, & panē, & candelabrū &c. Aut certe si γυναῖκας uxores accipimus non mulieres: id quod additur, sorores, tollit uxores: & ostēdit eas germanas in spiritu fuisse, non coniuges. Quamc̄p excepto apostolo Petro non sit manifeste relatum de alijs apostolis, quod uxores habuerint: & cū de uno scriptum sit, ac de cæteris tacitum: intelligere debemus

sine

A sine uxoribus eos fuisse:de quibus nihil tale scriptura significet.Et tamen ille qui nobis obiecit, Zachariam & Elisabet, Petrum & socrum eius: sciat de Zacharia & Elisabet Iohannem fuis/ se generatū,id est de nuptijs uirginē,de lege euangelium,de matrimonio castitatē:ut a prophe ta uirgine,uirgo dominus & annunciaretur & baptiçaretur. Possumus autem de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore quo credidit,& uxorem iam non habuerit:quamq; legatur in περιόδοις,& uxor eius & filia.Sed nunc nobis de canone omne certamen est. Et quia ad apo/ stolos prouocauit,quod principes disciplinæ nostræ & Christiani dogmatis duces,uirgines nō fuerint: ut eos interim uirgines concedamus non fuisse(neq; enim hoc præter Petrum proba/ ri potest):nouerit hos esse apostolos,de quibus Esaias uaticinatur: Nisi dominus sabaoth reli/ quisset nobis semen:quasi Sodoma essemus,& similes Gomorræ fuissemus. Qui ergo erant ex Iudæis:uirginitatem quā in Iudaismo amiserant,in euangelio habere non poterant. Et tamen Iohannes unus ex discipulis,qui minimus traditur fuisse inter apostolos: & quem fides Christi uirginem reppererat,uirgo permansit:& ideo plus amatur a domino,& recumbit super pectus Iesu.Et quod Petrus qui uxorem habuerat interrogare non audet: illum rogat ut interroget. Et post resurrectionem nunciante Maria magdalene,quod dominus resurrexisset:uterq; cucur rit ad sepulchrum,sed ille præuenit.Cumq; essent in naui & piscarētur in lacu Genesareth:Iesus stabat in littore:nec sciebant apostoli quem uiderent:solus uirgo uirginem agnoscit,& dicit Pe/ tro:Dominus est.Rursum post auditam sententiam,quod ab alio cingendus esset Petrus:& du cendus quo nollet:& crucis fuisset illi passio prophetata,& ille diceret:Domine quid iste:nolens deserere Iohannem, cum quo semper fuerat copulatus: dicit ei dominus: Si eū sic uolo esse, quid ad te? Vnde & sermo exiuit inter fratres,illum discipulum non moriturum.Ex quo osten ditur uirginitatem non mori:nec sordes nuptiarum ablui cruore martyrij: sed manere cū Chri/ sto,& dormitionem eius transitum esse,non mortem.Si autem obnixe contenderit Iohannem
B uirginem non fuisse: & nos amoris præcipui causam uirginitatem diximus,exponat ille: si uir/ go non fuit:cur cæteris apostolis plus amatus sit? At dicis:super Petrum fundatur ecclesia: licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat:& cuncti claues regni cœlorum accipiant:& ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur:tamen ꝓpterea inter duodecim unus eligitur:ut ca- pite constituto,schismatis tollatur occasio.Sed cur non Iohannes electus est uirgo? Aetati dela tum est:quia Petrus senior erat:ne adhuc adolescens ac pene puer,progressæ ætatis hominibus præferretur: & magister bonus qui occasionem iurgij debuerat auferre discipulis: & qui dixe/ rat eis:Pacem meam do uobis,pacem relinquo uobis:& qui uoluerit inter uos maior esse, mini mus omnium sit:in adolescentem quē dilexerat causam præbere uideretur inuidiæ. Vt autē scia mus Iohannem tunc fuisse puerum: manifestissime docent Ecclesiasticæ historiæ: quod usq; ad Traiani uixerit imperiū,id est post passionē dñi sexagesimooctauo anno dormierit. Quod & nos in libro de illustribus uiris breuiter perstrinximus.Petrus apostolus est,& Iohānes aposto lus,maritus,& uirgo.Sed Petrus apostolus tantū:Iohānes & apostolus & euangelista & ꝓphe ta.Apostolus,quia scripsit ad ecclesias ut magister:euangelista,quia librū euāgelij condidit:qđ excepto Matthæo, alij ex duodecim apostoli non fecerūt.Propheta,uidit em̄ in Pathmos insu la:in qua fuerat a Domitiano principe ob dñi martyrium relegatus Apocalypsim infinita futu rorum mysteria continentē.Refert autē Tertullianus,quod a Nerone missus in feruentis olei dolium,purior & uegetior exiuerit,q̄; intrauerit.Sed & ip̄m eius euangeliū multū distat a cæte ris.Matthæus quasi de homine incipit scribere: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abrahā. Lucas a sacerdotio Zachariæ. Marcus a ꝓphetia Malachiæ ꝓphetæ & Esaiæ.Primus habet faciem hominis,propter genealogiā.Secundus faciem uituli,propter sacerdotiū. Tertius faciem leonis: propter uocem clamātis in deserto:Parate uiā domini,rectas facite semitas eius. Iohānes uero noster,quasi aquila ad superna uolat,& ad ip̄m patrē peruenit dicēs:In principio erat uerbū,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbū. Hoc erat in principio apud deū &c. Exposuit uirginitas,quod nuptiæ scire nō poterant: & ut breui sermone multa comprehendā, doceamq; cuius priuilegij sit Iohannes,imo in Iohanne uirginitas,a domino uirgine,mater uir go,uirgini discipulo commendatur. Verum casso labore sudamus.Obijcit quippe nobis aduer

C sarius apostolicam sententiam,& ait:Adam primus formatus est,deinde Eua:& Adam non est seductus,mulier autem seducta in præuaricatione facta est.Salua autem fiet per filiorum gene rationem,si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Cõsyderemus cur apostolus ad hanc sententiã.& unde peruenerit. Volo ergo uiros orare in omni loco,leuan/ tes sanctas manus sine ira & cogitationibus. Consequẽter itaq; mulieribus dat præcepta uitæ, & ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & castitate,ornantes se nõ in tor tis crinibus aut auro uel margaritis siue uestę prætiosa:sed secundum quod decet mulieres,pro/ mittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione.Docere au tem mulieri nõ permitto,neq; dominari in uirum:sed subditam esse in silentio. Et ne uideretur mulieris dura conditio,quæ eam in mariti redigeret seruitutem: legis recordatur antiquæ, & ad originale exemplum redit:quod Adam primus factus sit:deinde mulier ex costa eius:& quod Adam diabolus seducere non potuerit, sed Euam: & quod post offensam dei statim uiro sub iecta sit, & ad maritum illius facta conuersio: quodq; errorem ueterem illa quæ semel con/ nubio copulata est,& redacta in conditionem Euæ, filiorũ procreatione deleret:ita tamen si ipos filios erudiret in fide & dilectione Christi,& in sanctificatione & pudicitia. Non enim (ut male habetur in latinis codicibus) sobrietas est legenda,sed castitas,id est σωφροσύνη. Vide igitur quo/ modo ex hoc quoq; ipso testimonio supereris, & quod putabas esse pro nuptijs, p uirginitate sentire cogaris.Nam si saluatur mulier in filiorum generatione: & liberorũ numerus salus ma/ trum est:cur addidit, si permanserint filij in charitate & sanctificatione cũ castitate? Tunc ergo saluabitur mulier: si illos genuerit filios,qui uirgines permansuri sunt: si quod ipsa perdidit,ac/ quirat in liberis:& damnum radicis & cariem,flore cõpenset & pomis. Supra in transitu ubi nobis aduersarius proposuerat Solomonem multinubum, qui templum dei extruxit,strictim responderam,ut per quæstiones reliquas currerem. Nunc ne damitet & hunc & alios in lege pa triarchas, & prophetas & sanctos uiros a nobis esse temeratos, proponamus huiusipsius qui
D multas uxores & cõcubinas habuit,de nuptijs uoluntatẽ. Nemo enim melius scire potest quid sit uxor uel mulier,illo qui passus est.Loquit' ergo in Prouerbijs:Mulier insipiens & audax,in/ ops panis efficitur.Cuius panis? Nempe illius qui de cœlo descendit:statimq; subiungit: Terri/ genæ apud eam pereunt:& in profundum infernum incurrunt.Qui sunt terrigenæ,qui apud eã pereunt? Vtiq; illi,qui sequuntur primum Adam,qui de terra est:& non secundum, qui de cœ/ lo est.Et rursum in alio loco:Sicut in ligno uermis:ita perdit uirum suum uxor malefica.Si autẽ asseueraueris hoc de malis cõiugibus dictum esse: & ego tibi breuiter respondebo.Quæ em̃ mi hi incumbit necessitas uenire in dubium:utrũ bona an mala futura sit quã duxero? Melius est (inquit)habitare in terra deserta,cũq; cum uxore litigiosa & iracunda.Quã rarum sit uxorem sine his uitijs inueniri,nouit ille qui duxit uxorem. Vnde pulchre Varius Geminius sublimis ora/ tor.Qui nõ litigat(inquit),cœlebs est.Melius est habitare in angulo tecti,cũq; cum uxore maledi/ ca in domo cõmuni. Si domus communis mariti & uxoris:erigit uxorem in superbiã,& contu meliã uiro facit:quãto magis si ditior uxor fuerit,& in domo eius uir manserit? Incipit em̃ non uxor esse,sed dña: & uiro si offenderit,migrandũ est.Stillicidia ejciunt hominẽ in die hyemali de domo sua: similiter & mulier maledica de ppria domo.Assiduis quippe iurgijs & quotidia/ na garrulitate facit perfluere domum eius:& ejcit eum de ædibus suis:id est de ecclesia. Vnde & supra ab eodẽ Solomone præcipit'.Fili ne supefluas.Et Apostolus ad Hebræos.Propterea(in/ quit)debemus intẽdere amplius his quæ dicũtur, ne forte supefluamus.Illud uero quis taceat quod sub ænigmate scribit'? Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ,sed istæ nõ saturaue runt eã: & quartæ nõ sufficit dicere satis est: Infernus,& amor mulieris, & terra quæ nõ satiatur aqua,& ignis non dicit satis est. Sanguisuga diabolus est:diaboli filiæ sunt dilectione dilectæ, quæ satiari interfectorum cruore non possunt:Infernus & amor mulieris,& terra arens,& ignis exæstuans.Non hic de meretrice,non de adultera dicitur:sed amor mulieris generaliter accusa/ tur,qui semper insatiabilis est, qui extinctus accenditur, & post copiam rursum inops est,ani/ mum q; uirilem effœminat:& excepta passione quam sustinet, aliud non sinit cogitare. Simile quid & in sequenti parabola legimus: Per tria mouetur terra: quartum autem non potest

ferre

A ferre,ſi ſeruus regnet:& ſtultus ſi ſaturetur panibus: & odioſa uxor ſi habeat bonum uirum:& ancilla ſi eiciat dominã ſuam.Ecce & hic inter malorũ magnitudinem uxor ponitur. Quod ſi reſponderis,ſed uxor odioſa:dicam tibi quod & ſupra.At qui hoc periculum in memet fieri grauue eſt. Qui em̃ duxit uxorẽ,in ambiguo eſt,utrũ odioſam an amabilẽ ducat.Si odioſam duxerit, ferri non poteſt. Si amabilem,amor illius inferno & arenti terræ & incendio comparatur.

Veniamus ad Eccleſiaſten: de ipſo quoq; pauca teſtimonia ponentes. Omnibus tempus eſt,& tempus omni rei ſub cœlo. Tempus pariendi, tempus moriendi,tempus plantandi,tempus euellendi quod plantatum eſt.Peperimus in lege cum Moyſe,moriamur in euangelio cum Chriſto.Plantauimus in nuptijs,euellamus per pudicitiam quod plantatum eſt. Tempus amplexandi,& tempus longe fieri ab amplexu. Tempus amandi,& tempus odiendi.Tempus belli,& tempus pacis.Simulq; nos cõmonet,ne legem euangelio præferamus,ne puritatem uirginitatis,nuptijs putemus æquandam.Meliora ſunt dicens nouiſſima ſermonis,cuiꝰ initium eius.Statimq; ſubiungit.Ne dixeris quid factum eſt:quia dies priores meliores erant,cuiꝰ hi.Quia non ſapienter interrogaſti de hoc:reddit cauſam quare dies poſteriores meliores ſint cuiꝰ priores: quia bona(inquit)eſt ſapientia cum hæreditate.In lege em̃ ſapientiam carnis, mors ſequebatur occidens:in euangelio ſapientiam ſpiritus,hæreditas expectat æterna.Ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes:hominem unum de mille inueni,& mulierem in his omnibus non inueni. Verũtamen reperi,quod fecit deus hominẽ rectum:& ipſi quæſierunt cogitationes malas.Rectum hominem inueniſſe ſe dicit. Conſydera uim uerbi: in homine, & uir & fœmina continetur: & mulierem (inquit)in his omnibus non inueni.Legamus principium Geneſeos:& inueniemus Adam,hoc eſt hominem, tam uirum cuiꝰ mulierem nuncupari. Cũ ergo boni creati ſimus & recti a deo:ipſi uitio noſtro ſumus ad peiora delapſi: & quod in paradiſo rectum in nobis fuerat,egrediẽtibus de paradiſo deprauatum eſt.Quod ſi obieceris,antecuiꝰ peccarent,ſexũ uiri & fœminæ fuiſſe di-

B uiſum : & abſq; peccato eos potuiſſe coniungi. Quid futurũ fuerit incertum eſt.Neq; enim dei poſſumus ſcire iudicia:& ex noſtro arbitrio,illius ſententiæ præiudicare. Hoc quod factum eſt in propatulo eſt,quod qui in paradiſo uirgines permãſerunt,eiecti de paradiſo copulati ſunt. Aut quid nocebat, ſi paradiſus nuptias recipit, & nulla eſt inter maritatã uirginẽq; diuerſitas, etiam in paradiſo eos ante ſociari? Eiciũtur de paradiſo:& quod ibi nõ fecerũt, in terra faciũt: ut ſtatim a principio conditionis humanæ, uirginitatẽ paradiſus, & terra nuptias dedicauerit. In omni tẽpore ſint ueſtimenta tua candida.Candor ueſtium ſempiternus,uirginitatis eſt puritas.In matutino ſeminauimus ſemen noſtrũ,& ad ueſperã nõ ceſſemus.Qui ſeruiuimus in lege nuptijs,uirginitati in euangelio ſeruiamus. Tranſeo ad Canticumcãticorum:& quod aduerſarius totum putat eſſe pro nuptijs,uirginitatis continere ſacramenta monſtrabo. Audiamus quid loquatur ſponſa, anteq; ſponſus eius ad terras ueniat,patiatur, inferos penetret ac reſurgat.Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctiõibus argenti,quoaduſq; rex in accubitu ſuo eſt.Anteq; reſurgeret dominus & euangelium coruſcaret,non habebat aurum ſponſa,ſed ſimilitudines auri.Argentum autem quod in nuptijs habere ſe pollicetur:habebat uarium atq; diſtinctum in uiduis,continentibus ac maritatis. Deinde ſponſus reſpondet ad ſponſam,& eam docet,quod ueteris legis umbra tranſierit,& ueritas euangelij uenerit. Surge ueni ꝓxima mea, ſponſa mea,columba mea,quoniam ecce hyems tranſijt,pluuia abijt ſibi. Hoc de ueteri teſtamento.Rurſum de euangelio & uirginitate:Flores uiſi ſunt in terra, tempus ſectionis aduenit. Nonne tibi uidetur idipſum dicere,quod & Apoſtolus: Supereſt ut qui habent uxores, ſic ſint quaſi nõ habeãt? Et manifeſtius de præconio caſtitatis: Vox(inquit)turturis audita eſt in terra noſtra. Turtur auis pudiciſſima,ſemper habitans in ſublimibus,typus eſt ſaluatoris.Legamus phyſiologos,& reperiemus turturis hanc eſſe naturã: ut ſi parem perdiderit,alteri nõ iungatur: & intelligemus digamiã etiam a multis auibꝰ reprobari. Statimq; turtur dicit ad turturẽ: Ficus protulit groſſos ſuos,id eſt,ueteris legis præcepta ceciderunt:& de euangelio uites florentes dederũt odorẽ. Vnde & Apoſtolus:Chriſti bonus odor ſumꝰ.Surge ueni ꝓxima mea,ſpõſa mea, & ueni. Tu colũba mea in uelamẽto petræ iuxta ꝓmurale:& oſtẽde mihi faciẽ tuã, & auditã fac mihi uocẽ tuã: qm̃ uox tua ſuauis,& facies tua ſpecioſa.Dũ uultũ tuũ tegeres cũ Moyſe, & uelamentum eſſet

C in lege: nec faciem tuam uidebam: nec uocem tuã dignabar audire, dicẽs: Et ſi multiplicaueritis preces ueſtras: nec ſic exaudiam uos. Nunc autẽ reuelata facie contẽplare gloriã meam: & petræ firmiſſimæ tegere promurali. Quod audiẽs ſponſa aperit ſacramẽta pudicitiæ. Fratruelis meus mihi: & ego illi, qui paſcit inter lilia: hoc eſt inter uirginum candidiſſimos choros. Vis ſcire, quale uerus Solomon & pacificus noſter ſoliũ: quales habeat armigeros? Ecce (ait) lectus Solomonis, ſexaginta potentes in circuitu eius de potentibus Iſrael: omnes tenentes frameam & docti bello: uniuſcuiuſq; uiri gladius in femore ipſius. Qui in circuitu Solomonis ſunt: gladiũ habent in femore, ſicut Aoth ille iudex ἀμφιδέξιος, qui interfecit hoſtem pinguiſſimum & totũ carni deditum, oms amputans uoluptates. Ibo (inquit) ad montẽ myrrhæ, ad eos ſcilicet qui mortificauerũt corpora ſua, & ad collẽ Libani ad puriſſimos uirginũ greges: & loquar ſponſæ meæ: Tota ſpecioſa es amica mea: & non eſt macula in te. Vnde & Apoſtolus: Vt exhibeat (inquit) ſibi ſanctam eccleſiam, nõ habentem maculam neq; rugam. Veni a libano ſponſa, ueni a libano: Venies, & pertranſibis ab initio fidei, a capite Sanyr & Hermon, a cubilibus leonum, a mõtibus leopardorũ. Libanus λεύκασμος, id eſt candor interpretatur. Veni ergo ſpõſa cãdidiſſima: de qua alibi dicitur: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata: & tranſit per uiã huius ſæculi: ab exordio fidei: & ex Sanir, quod interpretatur dens lucernæ, iuxta illud quod in pſalmo legimus: Lucerna pedibus meis uerbum tuum dñe, & lux ſemitis meis: & Hermon, id eſt conſecratione: & fuge leonum cubilia, & leopardorũ montes, qui non poſſunt mutare uarietatem ſuã. Fuge (inquit) cubilia leonum, fuge ſuperbiã dæmonum: ut poſtq; mihi fueris conſecrata, poſſim tibi dicere: Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, uulneraſti cor meum, in uno oculorum tuorum, in uno ornamento colli tui. Quod dicit huiuſcemodi eſt. Nõ repudio nuptias, habes & ſiniſtrum oculũ, quem tibi dedi propter imbecillitatem eorũ qui recta uidere non poſſunt. Sed magis mihi dexter uirginitatis oculus placet: qui ſi cæcatus fuerit, omne corpus in tenebris eſt. Ac ne putaremus eum amorem carnis, & nuptias ſignificare corporeas, ilico excludit hunc ſenſum, & ait: Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. D Vbi ſororis nomen eſt, ſuſpitio omnis fœdi amoris excluditur. Quã ſpecioſa ſunt ubera tua a uino, de quibus & ſupra dixerat: Fratruelis meus mihi & ego illi in medio uberum meorum commorabitur: in principali cordis, ubi habet ſermo dei hoſpitium. Quã ſpecioſa ſunt ubera tua uino. Quod iſtud uinum eſt, quod ſponſæ mãmas pulcherrimas facit: & pudicitiæ lacte fœcundat? Nempe illud, de quo ſponſus in conſequentibus loquitur: Bibi uinum meum cũ lacte meo. Manducate proximi mei & bibite, & inebriamini fratres. Vnde & Apoſtoli dicebantur muſto pleni. Muſto (inquit) non uino ueteri: quia uinum nouũ in utres nouos mittitur: & non ambulabunt in uetuſtate litteræ, ſed in nouitate ſpiritus. Hoc eſt uinum quod cũ inebriauerit adoleſcentes & puellas, ſtatim uirginitatem ſitiunt, & in crapulam caſtitatis eructant, & expletur illud uaticinium Zachariæ, dũtaxat iuxta Hebraicam ueritatẽ de eccleſiæ uirginibus prophetantis. Complebũtur infantibus, & puellis ludentibus plateæ eius. Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius: niſi frumentum electorum & uinum germinans uirgines? Iſtæ ſunt uirgines, de quibus in quadrageſimoquarto pſalmo ſcriptum eſt: Adducentur regi uirgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lætitia & exultatione. Adducentur in templũ regis. Sequitur. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus. Quod clauſum eſt atq; ſignatum, ſimilitudinem habet matris domini, matris & uirginis. Vnde & in ſepulchro ſaluatoris nouo, quod in petra puriſſima fuerat exciſum, nec ante, nec poſtea q ſ c̃ poſitus eſt. Et tamẽ hæc uirgo perpetua multarũ eſt mater uirginũ. Sequit̃ em̃: Emiſſiones tuæ paradiſus malogranatorum cum fructu pomorum. In malogranatis & pomis, omniũ uirtutum ſignificatur in uirginitate concentus. Fratruelis meus candidus & rubicundus: candidus in uirginitate, rubicundus in martyrio. Et quia rubicũdus & candidus eſt, idcirco ſtatim addit̃, guſtus eius dulcedines, & totus cõcupiſcentia. Sponſus uirgo laudatus a ſponſa uirgine: laudat uiciſſim uirginẽ ſponſam, & dicit ei: Specioſi facti ſunt greſſus tui in calciamentis filij Aminadab, qd̃ interpretat̃ populi ſe ſponte offerẽtis. Virginitas em̃ uolũtaria eſt: & ideo greſſus eccleſiæ in caſtitatis pulchritudine collaudant̃. Nõ eſt huius tẽporis in morẽ cõmẽtarij oia de Cãticocanticorũ uirginitatis pandere ſacramẽta: quia & hæc ipa faſtidioſo lectori nares contractura

non ambigo

A nō ambigo. Loquat Eſaias ſpei noſtræ fideiq; myſteriū. Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabis nomē eius Emanuel. Scio Iudæos opponere ſolere, in Hebræo uerbū alma, non uirginem ſonare, ſed adoleſcentulam. Et reuera uirgo proprie bethula appellatur: adoleſcentula autem uel puella, non alma dicitur, ſed naara. Quid eſt igitur quod ſignificat alma? Abſconditam uirginem, id eſt, non ſolum uirginem, ſed cum ὑπερβάσει uirginem: quia non omnis uirgo abſcondita eſt, nec ab hominum fortuito ſeparata conſpectu. Denicq; & Rebecca in Geneſi ob nimiam caſtitatem & eccleſiæ typum, quem in ſua uirginitate ſignabat, alma ſcribitur non bethula, ſicut manifeſtum eſſe poterit ex ſermonibus pueri Abraham: quos loquitur in Meſopotamia & dicit: Domine deus domini mei Abraham, ſi tu dirigis uiam meam per quam ego ingredior, ecce dum ſtetero ſuper fontem aquæ, uirgo quæ egredietur ut hauriat aquam, & dixero ad eam: Da mihi paululum aquæ, ut bibam de hydria tua: & reſponderit, & tu bibe, & camelis tuis hauriam, hæc erit uxor, quam præparauit dñs filio domini mei. In eo enim loco, in quo ait: Virgo quæ egredietur, ut hauriat aquam, in Hebraico ſcriptum eſt alma, id eſt, uirgo ſecreta, & nimia parentum diligentia cuſtodita. Aut certe oſtendant mihi ubi hoc uerbo appellentur & nuptæ, & imperitiam confitebor. Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium. Si non præfertur nuptijs uirginitas, ſpiritus ſanctus, cur maritatam, cur uiduam non elegit? Nam illo tempore erat Anna filia Phanuelis de tribu Aſer inſignis pudicitiæ, & ſemper uacans orationibus & ieiunijs in templo dei. Si conuerſatio tantum & bona opera & ieiunia abſq; uirginitate, ſpiritus ſancti ad ſe merentur aduentum, potuit & iſta mater eſſe domini. Curramus ad reliqua. Spreui te (inquit) & deſpexi, uirgo filia Sion. Quam filiam dixerat, appellauit & uirginem: ne ſi tantum filiam nominaſſet, arbitrareris & nuptam. Hæc eſt uirgo filia ad quā alibi dicitur: Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filij deſertæ magis, cq; eius quæ habet uirum. Iſta eſt de qua per Hieremiā loquitur deus dicens: Nunquid obliuiſcetur ſponſa ornamenti ſui; aut uirgo faſciæ pectoralis ſuæ? De hac in eadem prophetia grande miraculum eſt, quia fœmina circūdederit uirum, & uniuerſitatis parentem, uirgi-

B nis uenter incluſerit. Eſto (inquit) nuptiarū & uirginitatis ſit diuerſa conditio: quid ad hoc potes dicere? Si uirgo & uidua fuerint baptiçatæ: & ita permanſerint: quæ erit inter utramq; diuerſitas? Quod de Petro & Iohanne, Anna & Maria dudum diximus: hoc præſenti loco proficiat. Si em̄ inter uirginem & uiduam baptiçatas nihil intereſt, quia baptiſma nouū hominē facit: eadem conditione & ſcorta atq; proſtibula ſi fuerint baptiçatæ, uirginibus æquabuntur. Si em̄ præteritæ nuptiæ nihil nocent uiduæ baptiçatæ: & præteritæ in meretricibus uoluptates, expoſitaq; publicæ libidini corpora, poſt lauacrum uirginitatis præmia conſequentur. Aliud eſt puriſſimam mentem, & nulla recordatione pollutam deo iungere: aliud meminiſſe amplexuū uiri, fœdæ neceſſitatis: & quod corpore non agas, recordatione ſimulare. Hieremias qui in utero ſanctificatus eſt & cognitus in uulua matris; ideo hoc priuilegio fruitur, quia uirginitatis erat beatitudini deſtinatus. Et cū oēs capti ſint: uaſa quoq; tēpli Babylonio rege uaſtante direpta: iſte ſolus liber ab hoſtibus eſt: & captiuitatis neſcit iniurias: & a uictoribus accepit ſtipendia: & Nabuçardan, cui de ſanctis ſanctorum Nabuchodonoſor non præceperat, præcepit de Hieremia. Hoc em̄ uerum templum dei eſt: & hæc ſancta ſanctorum, quæ uirginitatis puritate domino conſecrantur. At econtrario Eçechiel qui captiuus tenebatur in Babylone, qui tempeſtatem ab aquilone uenientem uiderat & turbinem cuncta rapientem ait: Mortua eſt uxor mea ad ueſperam: & feci mane ſicut præceptum mihi erat. Prædixerat enim ei dominus: quod in die illa aperiretur os eius: & loqueretur, & non taceret amplius. Diligenter attende, donec uxor uiueret, non habebat libertatem populum cōmonendi. Moritur uxor, & coniugale uinculū ſoluitur: & abſq; ulla trepidatione ſemper in officio ꝓphetali eſt. Qui em̄ liber uocatus eſt, uere eſt ſeruus Chriſti. Non nego beatas eſſe uiduas, quæ ita poſt baptiſmum manſerint: nec illarum detraho merito, quæ cum uiris in caſtitate perdurant: ſed ſicuti hæ maioris apud deum præmij ſunt, quam nuptæ coniugali officio ſeruientes: ita & ipſæ æquo animo patiantur uirginitatem ſibi præferri. Si enim illas ſæra pudicitia poſt deſpumatas corporis uoluptates erigit contra maritatas, cur nō infra perpetuā caſtitatē eſſe ſe nouerint? Fruſtra (inquit) hæc loqueris, quia & epiſcopi

& preſbyteri

C & presbyteri & diaconi,unius uxoris uiri,& habentes filios,ab apostolo cõstituuntur.Quomodo de uirginibus apostolus dicit se non habere præceptum:& tamen dat consilium, quasi misericordiam consecutus a dño: & hoc agit in omni illa disputatione,ut uirginitatẽ præferat matrimonio:& suadet quod imperare non audet:ne iniũcere uideatur laqueũ,& plus imponere ponderis,q̃ potest hominum sustinere natura:ita & in ecclesiastico ordine constituẽdo, quia rudis ex gentibus constituebatur ecclesia,leuiora nuper credentibus dat præcepta:ne territi ferre non possent.Deniq; & apostoli & seniores de Hierosolymis litteras mittunt:ut non amplius imponatur oneris his,qui de gentibus crediderũt:nisi ut abstineant se ab idololatria, & fornicatione, & a sanguine & a suffocatis:& quasi paruulis atq; infantibus lac potum dant,nõ solidum cibũ: nec præcipiunt de continentia:nec de uirginitate significant:nec ad ieiunia prouocant: neq; dicunt illud quod in euangelio ad apostolos dirigitur,ne habeant duas tunicas,ne peram, ne æs in çonis,ne uirgam in manu,ne calciamenta in pedibus: aut certe illud:Si uis perfectus esse:uade & uende omnia tua,& da pauperibus: & ueni sequere me. Si enim adolescens ille qui se iactauerat cuncta fecisse quæ legis sunt,audiens hoc tristis abiit,quia habebat possessiones multas:& pharisæi huiusce modi domini sententiam subsannabant: quanto magis tanta gentium multitudo,cui summa uirtus erat aliena non rapere:non habebat necesse præceptum de castitate & continentia perpetua,quibus scribebatur,ut abstinerent se ab idolis,& a fornicatione,& in quibus audiebatur fornicatio:& talis fornicatio,quæ ne inter gentes quidem est? Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit.Non eñ dicit:eligatur episcopus,qui unam ducat uxorem,& filios faciat:sed qui unam habuerit uxorem,& filios in omni subditos disciplina.Certe confiteris non posse esse episcopũ,qui in episcopatu filios faciat.Alioqui,si deprehensus fuerit,non quasi uir tenebitur,sed quasi adulter damnabitur.Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum,ut idem sint uirgines quod mariti:aut si sacerdotibus non licet uxores tangere:in eo sancti sunt,quia imitantur pudicitiam uirginalem.Sed & hoc inferendum.Si laicus & quicunq; fidelis orare non potest,nisi careat officio coniugali:sacerdoti cui semper pro populo offerenda sunt sa-
D crificia,semper orandum est. Si semper orandum est:ergo semp carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege qui pro populo hostias offerebant:non solũ in domibus suis non erant,sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati:& uinum & siceram non bibebant: quæ solent libidinem prouocare.Eliguntur mariti in sacerdotiũ,nõ nego:quia non sunt tanti uirgines,quanti necessarij sunt sacerdotes.Nũquid quia in exercitu fortissimus quisq; eligendus est:idcirco nõ assumentur & infirmiores:cum omnes fortes esse non possint? Si exercitus uiribus tantum constaret, & non etiam numero militum:abiicerentur imbecilliores.Nunc & secundarum & tertiarum uirium gradus assumitur:ut turba & numero exercitus compleatur.Et quomodo(inquies) frequenter in ordinatione sacerdotali uirgo negligitur,& maritus assumitur? Quia forte cætera opera non habet uirginitati congruentia:aut uirgo putatur,& non est:aut est uirginitas infamis:aut certe ipsa uirginitas ei parit superbiam:& dum sibi applaudit de sola corporis castitate, uirtutes cæteras negligit.Non fouet pauperes:pecuniæ cupidior est.Euenit interdum,ut tristior uultus,adductum supercilium,incessus pomparum ferculis similis, offendat populum: & quia nihil habet quod reprehendat in uita,habitum solum oderit & incessum. Multi eliguntur non amore sui,sed alterius odio.In plærisq; suffragium meretur sola simplicitas: & alterius prudentiæ & calliditati quasi maliciæ opponuntur.Nonnunq̃ errat plæbis uulgiq; iudicium, & in sacerdotibus comprobandis,unusquisq; suis moribus fauet: ut non tam bonum, q̃ sui similem quærat præpositum. Euenit aliquoties, ut mariti, quæ pars maior in populo est, maritis quasi sibi applaudant:& in eo se arbitrentur minores non esse uirginibus, si maritum uirgini præferant.Dicam aliquid quod forsitan cum multorum offensa dicturus sum,sed boni mihi non irascentur,quia eos peccati conscientia non remordebit.Interdum hoc & pontificum uitio accidit, qui non meliores,sed argutiores in clerum allegunt:& simpliciores quosq; atq; innocẽtes inhabiles putant: uel affinibus & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiuntur, siue diuitum obediũt iussioni.Quodq; his peius est:illis clericatus donant gradum, quorum sunt obsequijs deliniti.Alioquin si iuxta sententiam apostoli nõ erũt episcopi nisi mariti, ipse apostolus epi-

scopus

A ſcopus eſſe non debuit,qui dixit: Volo autẽ omnes ſic eſſe,ſicut ego ſum.Et Iohannes indignus hoc gradu exiſtimabitur, & omnes uirgines & continentes:quibus quaſi pulcherrimis gemmis eccleſiæ monile decoratur.Epiſcopus & preſbyter & diaconus non ſunt meritorum nomina,ſed officiorum.Nec dicitur:Si quis epiſcopatum deſyderat,bonum deſyderat gradum, ſed bonum opus deſyderat:quod in maiori ordine conſtitutus,poſſit ſi uelit,occaſionem exercendarum habere uirtutum. Oportet ergo epiſcopum irreprehẽſibilem eſſe:ut nulli uitio mancipatus ſit: unius uxoris uirum: qui unã uxorem habuerit non habeat. Sobrium, ſiue(ut melius in Græco dicitur)uigilantẽ,id eſt νηφάλεον: Pudicum,hoc eſt ſignificat σώφρονα: ornatum,& caſtitate & moribus: Hoſpitalem,ut imitetur Abraham, & cũ peregrinis,imo in peregrinis Chriſtũ ſuſcipiat. Doctorem:Nihil enim prodeſt conſcientia uirtutum frui:niſi & creditum ſibi populũ poſſit inſtruere:ut ualeat exhortari in doctrina: & eos qui contradicunt redarguere. Non uinolentum, quia ſemper in ſanctiſſanctorum eſt:& qui offert hoſtias,uinum & ſiceram nõ bibet:quia in uino luxuria eſt.Sic bibat epiſcopus:ut an biberit,ignoretur. Nõ percuſſorem,id eſt qui conſcientias non percutiat ſingulorum.Neq; eẽ pugilem deſcribit ſermo apoſtolicus,ſed pontificem inſtituit,quid facere non debeat.Docet nũc e regione quid faciat.Sed modeſtum,non litigioſum, non cupidum,domum ſuam bene regentem,filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Vide quanta pudicitia exigatur in epiſcopo: ut ſi filij eius impudici fuerint,ipſe epiſcopus eſſe nõ poſſit: & eodem uitio offendat deum: quo offendit Heli pontifex, qui corripuerat quidem filios,ſed quia non abiecerat delinquentes:retrorſum cecidit & mortuus eſt:lucerna dei antecq; extingueretur.Mulieres ſimiliter pudicas,& reliqua.In omni gradu & ſexu,tenet pudicitia principatũ. Cernis igitur,quod epiſcopus,p̃ſbyter & diaconus nõ ideo ſint beati,quia epiſcopi uel p̃ſbyteri ſint,aut diaconi:ſed ſi uirtutes habuerint nominũ ſuorum & officiorum. Alioquin ſi diaconus ſanctior epiſcopo ſuo fuerit:non ex eo quod inferior gradu eſt,apud Chriſtum deterior erit.Aut Stephanus diaconus qui primus martyrio coronatus eſt, minor futurus eſt in regno cœlorum multis epiſcopis & Timotheo ac Tito:quos ut ſubijcere non audeo:ita nec anteponere.Quomodo in legionibus & exercitu ſunt duces,ſunt tribuni,ſunt centuriones,ſunt ferentarij:ac leuis armaturæ,& miles gregarius,& manipuli,commiſſaq; pugna uacant nomina dignitatum:& ſola fortitudo quæritur: ita in hoc campo & prælio:quo contra dæmones dimicamus: non quæruntur nomina,ſed opera:& glorioſior ille ſub uero imperatore Chriſto, non qui nobilior,ſed qui fortior eſt. At dices.Si omnes uirgines fuerint:quomodo ſtabit humanum genus? Par pari referã. Si omnes uiduæ fuerint,uel in matrimonio continentes:quomodo ſtirps mortalium propagabitur? Hac ratione nihil omnino erit,ne aliud eſſe deſiſtat. Verbi gratia.Si cuncti philoſophi ſint,agricolæ non erunt. Quid loquar de agricolis? non oratores,non iuriſcõſulti,non reliquarũ artiũ præceptores.Si uniuerſi principes,quis erit miles? Si oẽs caput,cuius uocabũtur caput,cũ cætera membra defuerint? Vereris, ne ſi uirginitatẽ plures appetierint, ceſſent lupæ, ceſſent adulteræ,ne infantes in urbibus uilliſq; non uagiant. Quotidie mœchorũ ſanguis effunditur, adulteria damnantur:& inter ipſas leges & ſecures ac tribunalia,flagrans libido dominatur. Noli metuere ne oẽs uirgines fiant,difficilis res eſt uirginitas: & ideo rara, quia difficilis:Multi uocati,pauci electi. Incipere plurimorum eſt, perſeuerare paucorum. Vnde & grande præmium eorum,qui perſeuerauerint.Si omnes uirgines eſſe poſſent,nunq; & dñs diceret:Qui poteſt capere,capiat:& Apoſtolus in ſuadendo non trepidaret: De uirginibus autẽ præceptum dñi non habeo. Et cur inquies,creata ſunt genitalia:& ſic a conditore ſapientiſſimo fabricati ſumus,ut mutuum noſtri patiamur ardorem:& geſtiamus in naturalẽ copulam? Peri clitamur reſponſionis uerecundia:& quaſi inter duos ſcopulos,& quaſdam neceſſitatis & pudicitiæ συμπλήγαδας hinc atq; inde,uel pudoris,uel cauſæ naufragium ſuſtinemus.Si ad propoſita reſpõdeamus,pudore ſuffundimur. Si pudor impetrarit ſilentium:quaſi de loco uidebimur cedere,& aduerſario feriendi occaſionem dare.Melius eſt tamẽ clauſis(quod dicitur)oculis Andabatarum more pugnare,q; directa ſpicula,clypeo non repellere ueritatis. Poteram quidem dicere:Quomodo poſterior pars corporis & meatus,per quem alui ſtercora egeruntur relegatus eſt ab oculis,& quaſi poſt tergum poſitus:ita & hic qui ſub uentre eſt,ad dirigendos humo-

B

C res & potus,quibus uenæ corporis irrigantur,a deo conditus est. Sed quoniam ipsa organa & genitalium fabrica,& nostra fœminarumq; discretio,& receptacula uuluæ,ad suscipiendos & co alendos fœtus condita,sexus differentiam prædicant:hoc breuiter respõdebo.Nunc̃q; ergo ces/ semus a libidine:ne frustra huiuscemodi mẽbra portem⁹. Cur em̃ maritus se abstineat ab uxo/ re? Cur casta uidua perseueret,si ad hoc tantum nati sumus,ut pecudum more uiuamus? Aut quid mihi nocebit,si cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium est mandere:& in aluum ea quæ sunt mansa transmittere:& non habet crimen qui cõiugi meæ pa/ nem dederit:ita si genitalium hoc est officium,ut semper fruantur natura sua, meam lassitudi/ nem alterius uires superent:& uxoris(ut ita dixerim)ardentissimã gulam,fortuita libido restin/ guat. Quid sibi autem uult Apostolus,ut ad cõtinentiã cohortetur,si cõtra naturam est? Quid ipse dominus, qui eunuchorum præcipit uarietates? Certe Apostolus: qui ad suam nos pro/ uocat pudicitiam,debet constanter audire:cur portas ueretrum o Paule? Cur a sexu fœminarũ barba,pilis,aliaq; membrorũ qualitate distingueris? Cur tuæ non intumescunt papillæ,non di/ latantur renes,nõ pectus artatur? Vox obsoletior est,sermo ferocior & hirsutius superciliũ.Fru/ stra hæc omnia uirorum habes,si complexu non uteris fœminarum. Compellor aliquid loqui & insipiens fieri: sed uos me ut loqui audeam coegistis. Dominus noster atq; saluator: qui cũ in forma dei esset,formam serui dignatus est assumere:factus obediens patri usq; ad mortem, mortẽ aũt crucis: quid necesse erat, ut his membris nasceretur,quibus usurus nõ erat? Qui cer/ te ut sexum ostenderet,etiam circũcisus est. Cur Iohannem apostolum & baptistam sua dile/ ctione castrauit,quos uiros nasci fecerat? Qui ergo in Christum credimus,Christi sectemur ex/ empla.Et si noueramus illum iuxta carnem: sed iam non nouimus eum secundũ carnem. Cer/ te in resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nũc utimur, licet auctior gloria. Nam & saluator intantum ipsum corpus habuit post inferos,in quo & crucifixus est:ut manus perfo ratas clauis & lateris uulnus ostenderet.Porro si clausis ingressus est ostijs: quod humanorum D corporum natura non patitur:ergo & Petrum & dominum negabimus uera habuisse corpora: quia ambulauerunt super aquas:quod cõtra naturam est.In resurrectione mortuorum,non nu bent neq; nubentur:sed similes erũt angelis.Quod alij postea in cœlis futuri sunt: hoc uirgines in terra esse cœperunt.Si angelorum nobis similitudo promittitur:inter angelos autẽ nõ est se/ xus diuersitas:aut sine sexu erimus,quod angeli sunt:aut certe quod liquido comprobatur, re/ surgentes in proprio sexu,sexus non fungemur officio. Verum quid agimus argumentis: & propositiones aduersarij callida cupimus responsione superare? Vetera transierunt:ecce facta sunt omnia noua. Curram per apostolorum sententias: & quomodo in Solomonis exemplis breues expositiunculas subdidi,ob intelligendi facilitatem:ita & nunc castitatis & continentiæ Christianæ exempla replicabo:& de multis testimonijs quasi unum corpus efficiam: quo & ni/ hil quod ad pudicitiam pertineat prætermittam:& nimiæ prolixitatis declinem fastidium.Scri/ bit inter cætera Paulus apostolus ad Romanos:Quem ergo fructũ habuistis tunc in illis in qui/ bus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.Nunc uero liberati a peccato:serui autem dei facti,habetis fructum uestrum in sanctificationem: finem uero uitam æternam. Puto quod & nuptiarum finis mors sit.Fructus autem sanctificationis:qui uel ad uirginitatem, uel ad conti/ nentiam pertinet,uita pensatur æterna.Ac deinde.Ita q; fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi:ut sitis alterius,qui ex mortuis resurrexit:ut fructificemus deo. Cum em̃ es/ semus in carne,passiones quæ per legem erant,operabantur in membris nostris ut fructificarẽt morti:Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ut seruiamus in nouitate spiritus,& non in uetustate litteræ.Cum(inquit)essemus in carne,& nõ in nouitate spiritus, sed in uetustate litteræ, faciebamus ea quæ carnis erant, & fructificabamus morti. Nunc autem quia mortui sumus legi,per corpus Christi:fructificemus deo,ut simus eius, qui ex mortuis re/ surrexit.Necnon & in alio loco cum prædixisset:Scio quia lex spiritalis est,& cum de uiolẽtia car nis quod crebro nos impellat facere quod nolimus,latius disputasset:ad extremum intulit: In/ felix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum do/ minum nostrum.Et iterum:Ipse igitur mente seruio legi dei: carne autem legi peccati. Et,nihil

dãnationis

A damnationis est his:qui sunt in Christo Iesu,qui nō secundū carnē ambulant. Lex em̄ spiritus in Christo Iesu,liberauit me a lege peccati & mortis.Ac manifestius in cōsequētibus docet Christinos nō ambulare secundū carnē,sed secundū spiritū,dicens:Qui em̄ secundū carnē sunt:quæ sunt carnis,sapiūt.Qui uero secundū spiritū,quæ sunt spiritus,sentiunt.Nam prudentia carnis, mors est:prudētia aūt spiritus,uita & pax:quoniā prudētia carnis,inimicitia est in deū.Legi em̄ dei non subiȷcitur,nec enim,potest.Qui autem in carne sunt,deo placere non possunt.Vos aūt in carne non estis:sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in uobis:& reliqua usq; ad illum locū,in quo ait:Ergo fratres debitores sumus non carni,ut secundū carnem uiuamus.Si em̄ secundum carnem uixeritis,moriemini.Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.Quicūq; em̄ spiritu dei aguntur, hi filiȷ dei sunt.Si prudentia carnis,inimicitia est in deum: & q in carne sunt,deo placere nō possunt:arbitror eos qui seruiunt officio coniugali,quod prudentiā carnis diligant, & in carne sint. A qua nos retrahens Apostolus,& iungens spiritui,deinceps loquitur:Obsecro uos fratres per misericordiam dei,ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentē, sanctam,deo placentem,rationabile obsequium uestrum.Et nolite conformari huic sæculo,sed reformamini in nouitate sensus uestri,ut probetis quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacens,& perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi,omnibus qui sunt inter uos:non plus sapere q̄ oportet sapere:sed sapere ad pudicitiam:non ad sobrietatem,ut male in latinis codicibus legitur:sed sapere,inquit,ad pudicitiam.Si quidē Græce scriptum est,εἰς τὸ σωφρονεῖν.Consydere mus sententiam apostoli:Reformamini,inquit,in nouitate sensus uestri:ut probetis quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacens, & pfecta.Quod dicit,huiuscemodi est.Cōcedit quidē deus nuptias,concedit digamiam:& si necesse fuerit,fornicationi & adulterio præfert etiam trigamiam. Sed nos qui corpora nostra exhibere debemus,hostiā uiuā,sanctam,placentē deo,rationabile obsequiū nostrū:non quid cōcedat deus,sed quid uelit cōsyderemus:ut probemus, quæ sit uoluntas dei bona & beneplacens & perfecta.Ergo quod cōcedit,nec bonū, nec beneplacens est, nec perfectum,Redditq; causas,cur hoc suadeat:scientes tempus,quia hora est iam nos de somno surgere.Nūc autem propior est nostra salus,q̄ cū credimus.Nox processit,dies autē appro
B pinquauit.Et in extremo.Induimini dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desyderiȷs.Aliud est uoluntas dei,aliud indulgentia.Vnde & ad Corinthios scribens ait: Ego fratres non potui loqui uobis sicut spiritalibus:sed sicut carnalibus,sicut paruulis in Christo,lac uobis potum dedi non escam:Nondum enim poteratis:sed neq; nunc potestis. Adhuc em̄ carnales estis. Qui animalis est, & non recipit ea quæ spiritus dei sunt: stultitia enim illi est: nec potest intelligere,quia spiritaliter diȷudicatur:iste non perfecto castitatis cibo, sed rudi nuptiarum lacte nutritur.Sicut per hominem mors,sic & per hominē resurrectio mortuorū.Quomodo in Adā omnes morimur: sic in Christo oēs uiuificabimur.Seruiuimus in lege ueteri Adam: seruiamus in euangelio nouo Adam.Factus est enim primus homo Adam,in animam uiuentem,& nouissimus Adam in spiritum uiuificantem.Primus homo de terra terrenus.Secundus homo de cœlo cœlestis.Qualis terrenus,tales & terreni:& qualis cœlestis,tales & cœlestes.Sicut portauimus imaginem terreni,portemus & imaginem cœlestis.Hoc autem dico fratres,quia caro & sanguis regnū dei possidere nō possunt, neq; corruptio incorruptionē possidebit. Hoc tā clarum est,ut nulla expositione queat manifestius fieri.Caro (inquit)& sanguis regnū dei possidere non possunt,neq; corruptio incorruptionem.Si corruptio ad omnem coitū pertinet, incorruptio autem proprie castitatis est:præmia pudicitiæ nuptiæ possidere non possunt.Scimus em̄ quoniā si terrena domus huius habitationis destructa fuerit,ædificationem habeamus ex deo,domum non manufactam,sempiternam in cœlis. In quo ingemiscimus, habitaculum nostrum quod de cœlo est superindui cupientes.Cupimus em̄ egredi de corpore,& habitare cum Christo:propter quod & studiosissime nitimur,siue in corpore siue extra corpus placere deo.Et ut plenius exponeret,quales nos esse uellet:in alio loco docet dicens:Despondi enim uos uni uiro,uirginem castam exhibere Christo.Quod si ad totam ecclesiam credentium uolueris referre:& in hac despōsiōe Christi,& maritatas & digamas & uiduas & uirgines cōtineri: hoc quoq; pro nobis facit.Nam dum omnes ad pudicitiam & præmium uirginitatis inuitat: ostendit cunctis

C ctis gradibus uirginitatem esse potiorem. Rursum q; ad Galatas: Ex operibus (inquit) legis, nō iustificabitur omnis caro. Opera legis & nuptiæ sunt: unde & maledicuntur in ea, qui non habent filios. Quæ si conceduntur etiam in euangelio: aliud est indulgentiam infirmitati tribuere: aliud uirtutibus præmia polliceri. Dicam & ego nuptiatoribus meis: qui post castitatem & diuturnam continētiam subant ad coitum, & pecudum more lasciuiunt: sic insipientes estis: ut cum cœperitis spiritu, nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa? Apostolus quod continentiæ quibusdam nodos relaxat, & dimittit frena currentibus, propter infirmitatem carnis hoc facit. Contra quam scribens denuo loquitur: Spiritu ambulate, & desyderia carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Non necesse est nunc de operibus carnis dicere: quia longum est, & facile potest de apostoli epistola sumere, qui uoluerit. Dicam tantum de spiritu: cuius fructus sunt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Omnes uirtutes spiritus, quasi solidissimum fundamentum & sublime culmen, continentia sustentat & protegit. Aduersum huiusce modi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Qui cum Christo carnem nostram & passiones eius desyderia q; crucifiximus: quid rursum ea quæ carnis sunt agere cupimus? Quodcunq; seminauerit homo: hoc & metet. Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem. Qui aūt seminat in spiritu: de spiritu metet uitam æternam. Existimo quod qui uxorem habet, cū p̄ diu reuertitur ad idipsum, ne tentet eū Satanas: in carne seminet, & non in spiritu. Qui autem in carne seminat: non ego, sed Apostolus loquitur: metit corruptionem. Elegit nos in Christo deus pater ante mundi cōstitutionem: ut essemus sancti & immaculati coram eo. Ambulauimus in concupiscentijs carnis, facientes uoluntatem eius, & cogitationum: & fuimus filij iræ, sicut & cæteri. Nunc autem cōresuscitauit & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu: ut deponamus secundū priorem conuersationem ueterem hominē: qui corrumpitur iuxta desyderia erro
D ris, & aptari nobis illa benedictio possit, quæ missam ad Ephesios epistolā, tali fine cōcludit. Gratia uobis cum omnibus qui diligunt dominum in incorruptione. Conuersatio nostra in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum: qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, conforme fieri corpori gloriæ suæ. Quæcū q; ergo sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; ad castitatem pertinentia: his copulemur, hæc sequamur. Reconciliauit nos Christus in corpore suo, deo patri per mortē: & exhibuit sanctos & immaculatos & absq; ulla reprehensione coram se: in quo & circūcisi sumus circūcisione non manufacta, in expoliationem corporis carnis: sed circūcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & consurreximus. Si ergo cōsurreximus cum Christo: ea quæ sursum sunt quæramus: ubi Christus est in dextera dei sedens: ea sapiamus quæ sursum sunt, non quæ super terram. Mortui enim sumus, & uita nostra abscondita est cum Christo in deo. Cum em̄ Christus apparuerit uita nostra: tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Nemo militans deo, implicat se negotijs sæcularibus: ut possit ei placere, qui se elegit. Apparuit em̄ gratia dei saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desyderia, caste & iuste & pie uiuamus in præsenti sæculo. Dies me deficiet, si uoluero omnia castitatis de apostolo præcepta memorare. Ista sunt, de quibus ad apostolos dominus loquebat̄: Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis ea portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Post crucem Christi: statim in Actis apostolorum una domus Philippi euangelistæ, quadrigam producit uirginum filiarum: ut Cæsarea, in qua ex gentibus ecclesia per centurionem Cornelium fuerat dedicata: etiam uirginum puellarum præberet exempla. Cumq; dominus in euangelio dixerit: lex & prophetæ, usq; ad Iohannem: istæ quia uirgines erant, etiam post Iohannem prophetasse referuntur. Neq; enim poterāt ueteris testamenti lege retineri, quæ uirginitatis fulserant daritate. Transeamus ad Iacobum qui frater domini dicebatur: tantæ sanctitatis, tantæq; iusticiæ & perpetuæ uirginitatis: ut Iosephus quoq; historicus Iudæorum, propter huius necem Hierosolymam subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudæis Hierosolymæ credentis ecclesiæ: ad quem Paulus cū Tito Barnabaq; pergebat: loquit̄

in epistola

A in epistola sua. Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datum bonum: & omnis perfecta dona/
tio, de sursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est differentia, aut cõuersionis
obumbraculũ: Volens genuit nos uerbo ueritatis: ut simus primitiæ creaturarũ eius. Virgo my
stice uirginitatem docet. Omne perfectum donum, de sursum descendit, ubi nõ sunt nuptiæ: &
descendit, non a quolibet, sed a patre luminũ, qui dicit ad apostolos: Vos estis lux mundi: apud
quem non est differentia Iudæi siue gentilis: nec illa umbra quæ uersabatur in lege, premit eos
qui de nationibus crediderunt: sed uerbo nos genuit, & uerbo ueritatis: quia umbra & imago
& species quædam ueritatis præcessit in lege: ut simus primitiæ creaturarum eius. Et quomodo
ipse primogenitus ex mortuis, oms in se mortuos suscitauit: sic ipse uirgo, primitias uirginum
suarum in se uirgine dedicauit. Petrus quoq; quid de uocatione gentium sentiat, contẽplemur:
Benedictus (inquit) deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericor
diam suam, regenerauit nos in spem uitæ, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis: in hære/
ditatẽ incorruptã & immaculatã & immarcescibilẽ, quæ seruatur in cœlis, in uos qui uirtute dei
custodimini per fidem, in salutem quæ præparata est reuelari in tempore nouissimo. Vbi incor/
rupta prædicatur hæreditas, & immaculata, & immarcescibilis, & præparata in cœlis, & in tem/
pus nouissimum reseruata, & spes uitæ æternæ, quando non nubent neq; nubentur: ibi alijs uer
bis uirginitatis priuilegia describuntur. Nã & in sequentibus hoc ipsum docet. Propter hoc ac/
cincti lumbos mentis uestræ uigilantes perfecte: sperate in eam gratiam, quæ uobis deferenda
est in reuelatione Iesu Christi. Quasi filij obedientiæ non conformemini prioribus ignorantiæ
uestræ desyderijs: sed secundum eum qui uos uocauit sanctum, & ipsi sancti estote, in omni cõ/
uersatione. Scriptum est em̃: Sancti estote, quia ego sanctus sum. Neq; em̃ corruptibili auro &
argento redempti sumus, sed precioso sanguine immaculati agni Iesu Christi: ut castificemus
animas nostras in obedientia ueritatis, renati non ex coitu corruptibili: sed ex incorruptiõe, per
uerbum uiuentis dei & permanentis: & sicut lapides uiui ædificemur in domum spiritalem, san
ctum sacerdotium, offerentes spiritales uictimas, per Christum dominum nostrum. Nos enim
B sumus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Christus pro no
bis carne mortuus est. Armemur eadem conuersatione qua Christus: quoniam qui passus est
in carne, quieuit a peccato: ut nequaq̃ in desyderijs hominũ: sed in uoluntate dei, reliquũ in car/
ne tempus exigamus. Sufficit em̃ nobis præteritũ tẽpus: quãdo ambulauimus in luxurijs & de/
syderijs cæterisq; uitijs. Grandia nobis & precioſa uirginitatis promissa donauit, ut per hanc ef/
ficiamur diuinæ consortes naturæ, fugientes eam quæ in mundo est concupiscentiã corruptio/
nis. Nouit dñs pios de tentatione eripere, & iniquos cruciandos in diem reseruare iudicij: præ/
cipue eos qui post carnem in desyderijs pollutionis ambulant, & dominationes despiciunt, au/
daces & procaces. Isti em̃ quasi irrationabilia iumenta in uentrem & libidinem proni sunt, blas
phemantes: qui & in corruptione sua corrũpentur: recipientq; mercedẽ iniquitatis luxuriã, qui
putant delitias esse, iniusticiam, sordes, & maculas: & nihil aliud nisi de uoluptatibus cogitãtes.
Qui habent oculos plenos adulterio & insatiabili libidine, & decipiunt animas necdum Chri/
sti charitate robustas: Loquuntur enim uerba tumentia: & indoctos facile illecebris carnis irre/
tiunt: repromittentes eis libertatem, cũ ipsi serui uitiorũ sint atq; luxuriæ & corruptionis. Vnus
quisq; enim ei subiacet passioni, a qua uincitur. Quod si fugientes coinquinationes mundi per
scientiã saluatoris nostri Iesu Christi, ijsdẽ rursum superantur, quæ ante superauerãt: facta sunt
eis nouissima peiora prioribus. Meliusq; eis erat non nosse uiã iusticiæ, cq̃ post agnitionẽ retror
sum cõuerti: & relinquere sanctũ mandatũ, quod eis traditũ fuerat. Cõpletũq; est in eis uerissi/
mũ illud prouerbium: Canis reuersus ad uomitum suum. Et sus lota in uolutabro luti. No/
lui omnẽ locũ secundæ Petri epistolæ ponere, ne longum facerẽ: sed tantũmodo ostẽdi spiritus/
sancti uaticinio huius tẽporis & doctores & hæresim p̃nunciatã. Deniq; manifestius eos deno/
tat dicens: Venient in nouissimis diebus illusores seducentes, iuxta propria desyderia ambu/
lantes: &c. Descripsit sermo apostolicus Iouinianum loquẽtem buccis tumẽtibus, & inflata uer/
ba trutinantem, repromittentẽ in cœlis libertatem, cum ipse corruptiõis seruus sit atq; luxuriæ,
canis reuertens ad uomitum suum. Nam cum monachũ esse se iactitet, & post sordidã tunicã

C & nudos pedes,& cibariũ panem,& aquæ potũ,ad candidã ueſtem, & nitidam cutem, ad mul/ ſum,& elaboratas carnes,ad iura Apitij & Paxami, ad balneas quoq; ac fritillas, & popinas ſe conferat: manifeſtũ eſt, quod terrã cœlo,uitia uirtutibus, uentrẽ præferat Chriſto, & purpurã coloris eius,putet regna cœlorum.Et tamen iſte formoſus monachus,craſſus,nitidus, dealbat⁹, & quaſi ſponſus ſemper incedẽs,aut uxorẽ ducat,ut æqualem uirginitatem nuptijs probet:aut ſi non duxerit,fruſtra contra nos uerbis agit:cum opere nobiſcum ſit. Sed & Iohannes in eadẽ uerba concordat.Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo ſunt.Si quis diligit mundũ, non eſt charitas patris in eo.Quoniã omne quod in mundo eſt,deſyderiũ carnis eſt, & deſyde/ rium oculorũ,& ſuperbia huius uitæ,quæ non eſt de patre,ſed de mundo eſt.Et,mundus præte rit,& deſyderium eius.Qui autem facit uoluntatem dei,manet in æternum. Mandatum nouũ ſcripſi uobis:quod eſt ueriſſimũ,& in Chriſto,& in nobis:quia tenebræ præterierunt & lux iam lucet.Et rurſum:Chariſſimi nunc filij dei ſumus:& necdum apparuit quid futuri ſumus.Scimus autẽ, quia cũ apparuerit, ſimiles ei erimus:quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt: Et omnis qui habet hanc ſpem:caſtificat ſemetipſum,ſicut & ille caſtus eſt.In hoc perfecta eſt noſtra charitas,ſi fidu ciam habeamus in diem iudicij:ut quomodo ille eſt: ſic & nos ſimus in hoc ſæculo. Epiſtola quoq; Iudæ tale quid ſignificat.Odientes & carnis pollutam tunicam. Legamus Apocalypſim Iohannis,& ibi reperiemus agnũ ſuper montẽ Sion: & cum eo centũ quadraginta quatuor mi lia ſignatorũ,habentiũ nomen eius,& nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis:qui cantant canticũ nouũ,& nemo poteſt dicere canticum illud,niſi hi qui empti ſunt de terra. Iſti ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinauerunt:uirgines em̃ permanſerunt.Hi ſequũtur agnum quo cunq; uadit:Empti ſunt em̃ ex hominibus primitiæ deo & agno:& in ore ipſorũ non eſt inuen- tum mendacium,& ſine macula ſunt.De ſingulis tribubus,excepta tribu Dan,pro qua reponi/ tur tribus Leui, duodena milia uirginũ ſignatorũ creditura dicuntur,qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. At ne putaremus de his dici, qui ſcorta non norunt, ſtatim intulit: Virgines em̃ permanſerunt. Ex quo oſtendit omnes qui uirgines non permanſerunt,ad cõparationẽ pu
D riſſimæ & angelicæ caſtitatis,& ipſius dñi noſtri Ieſu Chriſti eſſe pollutos. Hi ſunt qui cantant canticũ nouum:quod nemo poteſt canere,niſi qui uirgo eſt.Hi ſunt primitiæ dei & agni,& ſine macula.Si uirgines primitiæ dei ſunt:ergo uiduæ & in matrimonio continentes,erunt poſt pri/ mitias:id eſt in ſecundo & tertio gradu:nec prius perditus populus ſaluari poterit,niſi tales ho/ ſtias caſtitatis deo obtulerit:& immaculatum agnũ,puriſſimis uictimis reconciliauerit.Infinitũ eſt de euangelio decem uirginum exponere ſacramentũ:quinq; ſtultarum, & quinq; ſapientũ. Hoc ſolũ nũc dico, quod quomodo abſq; cæteris operibus uirginitas ſola non ſaluat:ſic om̃ia opera abſq; uirginitate,puritate,continentia,caſtitate,imperfecta ſunt.Ex quo nequaq; nos il- lud poterit impedire, quod aduerſarius obijcit:fuiſſe dñm in Cana Galileæ: & nuptiarũ feſta celebraſſe,quando aquas uertit in uinũ.Hoc em̃ breuiſſime reſpõdebo:quod q octaua die cir/ cũciſus eſt,& pro quo par turturũ & duo pulli colũbarũ die purgatiõis oblati ſunt: cum cæteris anteq; pateret Iudaicam cõſuetudinẽ cõprobauit:ne illis occaſionẽ iuſte ſe interficiẽdi tribue- re uideret,quaſi legẽ deſtruens damnãſq; naturã.Qz q & hoc pro nobis faciat. Qui em̃ ſemel uenit ad nuptias:ſemel docuit eſſe nubẽdũ.Et tũc uirginitati poſſet officere:ſi nuptias poſt uir/ ginitatẽ & uiduitatis caſtimoniã nõ in gradu tertio poneremus.Nũc aũt cũ hæreticor̃ ſit dam nare cõiugia,& dei ſpernere conditionẽ:quicquid de laude dixerit nuptiarũ, libenter audimus. Eccleſia em̃ matrimonia nõ dãnat,ſed ſubijcit:nec abijcit ſed diſpenſat:ſciens, ut ſupra diximus in domo magna nõ ſolũ eſſe uaſa aurea & argẽtea:ſed & lignea & fictilia:& alia eſſe in honorẽ: alia in cõtumeliã: & quicũq; ſe mundauerit, eũ futurũ eſſe uas honorabile,& neceſſariũ in om̃e opus bonũ p̃paratũ. Satis abundeq; Chriſtianæ pudicitiæ & uirginitatis angelicæ, de diui/ nis libris exẽpla p̃buimus:Sed quoniã intellexi in cõmentarijs aduerſarij, prouocari nos etiã ad mundi ſapientiã:quod nũq; hoc genus in ſæculo ſit p̃batũ:& nouũ dogma cõtra naturã religio noſtra prodiderit,percurrã breuiter Græcas & Latinas Barbaraſq; hiſtorias,& docebo uirgini tatẽ ſemp tenuiſſe pudicitiæ principatũ. Referũt fabulæ Atalantã Calydoniã uirginẽ ſemp in uenatibus,ſemp in ſyluis,nõ tumẽtes uteros fœminarũ faſtidiaq; conceptuũ,ſed expeditã & ca/

ſtam

A ſtã amaſſe uirtutẽ. Harpalicen quoq; uirginẽ Thraciã, inſignis poeta deſcribit: & reginã Volſcorũ Camillam: quã Turnus cui auxilio uenerat, laudare uolens, nõ amplius habuit quod diceret, niſi uirginem nominaret. O decus Italiæ uirgo. Chalciœcus quoq; filia illa Leo uirgo ppetua, peſtilentiã patriæ ſcribit ſpontanea morte ſoluiſſe, & Iphigeniæ uirginis ſanguis aduerſos placaſſe uentos. Quid referam Sibyllas Erythræam atq; Cumanã, & octo reliquas (Nam Varro decem fuiſſe autumat) quarum inſigne uirginitas eſt: & uirginitatis præmiũ diuinatio? Quod ſi Aeolici generis ſermonis Sibylla θεοβόυλη appellat, recte cõſiliũ dei ſola ſcribit noſſe uirginitas. Caſſandram quoq; & Chryſein uates Apollinis, ac Iunonis uirgines legimus. Et ſacerdotes Dianæ Tauricæ, & Veſtæ, innumerabiles extiterunt. Quarũ una Minutia propter ſuſpitionẽ ſtupri uiua defoſſa eſt: iniuſta (ut reor) pœna: niſi grande crimen putaret læſa uirginitas. Certe Romanus populus quãto honore uirgines ſemp habuerit: hinc apparet, quod cõſules & imperatores, & in curriḃ triũphantes: q de ſuperatis gẽtibus trophœa referebãt: & oĩs dignitatis gradus, eis de uia cedere ſolitus ſit. Claudia uirgo ueſtalis cũ in ſuſpitionẽ ueniſſet ſtupri: & ſimulacrũ matris Idææ in uado Tyberis hæreret, ad cõprobandã pudicitiã ſuã ferẽt cingulo duxiſſe nauẽ: quã multa milia hominũ trahere nequiuerãt. Melius tamẽ (inquit) Lucani poetæ patruus cũ illa eſſet actũ: ſi hoc quod euenit, ornamentũ potius exploratæ fuiſſet pudicitiæ, cẽp dubiæ patrociniũ. Nec mirũ hoc de hoibus, cũ Mineruã quoq; & Dianã uirgines deas finxerit error geſtiliũ: & inter duodecim ſigna cœli, quibus mundũ uolui putant, uirginẽ collocarint. Magna iniuria nuptiarũ, ut ne inter ſcorpios quidẽ, & centauros, & cancros, & piſces & ægocerotas: uxorem maritumq; contruſerint. Triginta Athenienſium tyranni cum Phidonẽ in conuiuio neceſſent: filias eius uirgines ad ſe uenire iuſſerunt: & ſcortorũ more nudari: ac ſuper pauimenta, patris ſanguine cruentata impudicis geſtibus ludere: quæ pauliſper diſſimulato doloris habitu, cũ temulẽtos cõuiuas cernerent, quaſi ad reqſita naturæ egrediẽtes: inuicẽ ſe cõplexæ

B ꝑcipitauerũt in puteũ, ut uirginitatẽ morte ſeruarẽt. Demotionis Areopagitæ principis uirgo filia, audito ſponſi Leoſthenis interitu, qui bellũ Lamiacũ cõcitarat, ſe interfecit, aſſerẽs quã cẽp intacta eſſet corpore, tamen ſi alterũ accipere cogeretur, quaſi ſecundũ acciperet: cũ priori mẽte nupſiſſet. Spartiatæ & Meſſenij diu inter ſe habuere amicitias, intãtũ ut ob quædã ſacra etiã uirgines ad ſe mutuo mitterent. Quodã igitur tẽpore cum quinquaginta uirgines Lacedæmoniorũ Meſſenij uiolare tentaſſent: de tanto numero ad ſtuprũ nulla cõſenſit: ſed oẽs libentiſſimæ ꝑ pudicitia occubuerũt. Quãobrem graue bellũ & longiſſimũ concitatũ eſt: & poſt multũ tẽporis Mamertia ſubuerſa eſt. Ariſtocides Orchomeni tyrãn⁹ adamauit uirginẽ Stymphalidẽ: quæ cũ patre occiſo ad templũ Dianæ cõfugiſſet: & ſimulacrũ eius teneret, nec ui poſſet auelli, in eodẽ loco cõfoſſa eſt. Ob cuius necem, tanto omnis Arcadia dolore cõmota eſt, ut bellũ publice ſumeret, & necẽ uirginis ulciſceretur. Ariſtomenes Meſſenius uir iuſtiſſimus, uictis Lacedæmonijs, & quodã tẽpore nocturna ſacra celebrãtibus, quæ uocabant Hiacynthina, rapuit de choris ludentiũ uirgines quindecim, & tota nocte gradu cõcito fugiens exceſſit de finibus Spartanorũ. Cũq; eas comites eius uellent uiolare: monuit quantũ potuit, ne hoc facerent: & ad extremũ quoſdã nõ parentes interfecit, cæteris metu coercitis. Redemptæ poſtea a cognatis puellæ: cũ Ariſtomenẽ uiderent cædis reum fieri, tãdiu ad patriã nõ ſunt reuerſæ, cẽp diu iudicũ aduolutæ genibus defenſorẽ pudicitiæ ſuæ cernerẽt abſolutũ. Quo ore laudãdæ ſunt Scedaſi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditũ eſt abſẽte patre duos iuuenes prætereũtes iure hoſpitij ſuſcepiſſe. Qui multũ indulgẽtes uino, uim per noctem intulere uirginibus. Quæ amiſſæ pudicitiæ nolẽtes ſupuiuere, mutuis cõciderũt uulneribus. Iuſtũ eſt & Locridas uirgines nõ tacere, quæ cũ Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obſcœni rumoris & pollutæ uirginitatis ullam fabulã dedit. Quis ualeat ſilentio præterire ſeptẽ Mileſias uirgines: quæ Gallorũ impetu cũcta uaſtãte, ne quid indecens ab hoſtibus ſuſtinerẽt, turpitudinem morte fugerũt: exemplum ſui cunctis uirginibus relinquentes: honeſtis mentibus magis pudicitiam curæ eſſe, cẽp uitã. Nicanor uictis Thebis atq; ſubuerſis, unius uirginis captiuæ amore ſuperatus eſt. Cuius cõiugiũ expetens & uolũtarios amplexus, quod ſcilicet captiua optare debuerat: ſenſit pudicis mentibus plus uirginitatem eſſe cẽp regnũ: & interfectã propria manu, flens & lugens amator te

C nuit. Narrant ſcriptores Græci & aliam Thebanã uirginẽ, quã hoſtis Macedo corruperat, diſſimulaſſe pauliſper dolorem: & uiolatorẽ uirginitatis ſuæ iugulaſſe poſtea dormientẽ, ſeq; interfeciſſe gaudio: ut nec uiuere uoluerit poſt perditam caſtitatem: nec ante mori, q; ſui ultrix exiſteret. Apud gymnoſophiſtas Indiæ, quaſi per manus huius opinionis authoritas tradit: qd Buddam principem dogmatis eorum, e latere ſuo uirgo generarit. Nec hoc mirũ de barbaris, cũ Mineruã quoq; de capite Iouis, & Liberũ patrẽ de fœmore eius procreatos, doctiſſima finxerit Græcia. Speuſipp⁹ quoq; ſororis Platonis filius: & Clearchus in laude Platonis, & Anaxilides in ſecundo libro philoſophiæ, Perictionẽ matrẽ Platonis, phãtaſmate Apollinis oppreſſam ferunt, & ſapientiæ principẽ non aliter arbitrantur, niſi de partu uirginis æditũ. Sed & Timæus ſcribit Pythagoræ uirginẽ filiã choro uirginũ præfuiſſe: & caſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis. Diodorus ſocraticus quinq; filias dialecticas inſignis pudicitiæ habuiſſe narrat, de qbus & Philo Carneadis magiſter, pleniſſimam ſcribit hiſtoriã. Ac ne nobis dñm ſaluatorẽ de uirgine procreatũ Romana exprobraret potentia, authores urbis & gentis ſuæ Ilia uirgine & Marte genitos arbitrantur. Hæc de uirginibus ſæculi, currens per multiplices hiſtorias, & properans ſermo perſtrinxerit. Veniam ad maritatas, quæ mortuis uel occiſis uiris, ſuperuiuere noluerunt, ne cogerentur ſecundos noſſe concubitus: & quæ mire unicos amauerũt maritos: ut ſciamus digamiã, apud ethnicos etiã reprobari. Dido ſoror Pygmalionis multo auri & argẽti põdere cõgregato, in Africam nauigauit, ibiq; urbem Carthaginẽ condidit: & cũ ab Iarba rege Libyæ in coniugiũ peteret, pauliſper diſtulit nuptias, donec conderet ciuitatẽ: Nec multo poſt extructa in memoriã mariti quõdã Sichæi pyra, maluit ardere q; nubere. Caſta mulier Carthaginem condidit: & rurſum eadẽ urbs in caſtitatis laude finita eſt. Nam Haſdrubalis uxor capta & incenſa urbe: cum ſe cerneret a Romanis capiendam eſſe: apprehẽſis ab utroq; latere paruulis filiſ: in ſubiectũ domus ſuæ deuolauit incendiũ. Quid loquar Nicerati cõiugem? Quæ impatiens iniuriæ uiri, mortem ſibi ipſa cõſciuit: ne triginta tyrannorũ, quos Lyſander uictis Athe
D nis impoſuerat, libidinẽ ſuſtineret. Artemiſia quoq; uxor Mauſoli inſignis pudicitiæ fuiſſe prohibetur. Quæ cum eſſet regina Cariæ, & nobilium poetarum atq; hiſtoricorum laudibus prædicetur: in hoc uel maxime effertur, quod defunctum maritum ſic ſemper amauit, ut uiuum, & miræ magnitudinis extruxit ſepulchrum: intantum ut uſq; hodie omnia ſepulchra precioſa ex nomine eius mauſolæa nuncupentur. Teuta Illyricorũ regina, ut longo tempore uiris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret, miraculo utiq; meruit caſtitatis. Indi & oẽs pene barbari uxores plurimas habent. Apud eos lex eſt, ut uxor chariſſima cũ defũcto marito cremetur. Hæ igitur contendunt inter ſe de amore uiri: & ambitio ſumma certantiũ eſt: ac teſtimonium caſtitatis, dignam morte decerni. Itaq; uictrix in habitu ornatuq; priſtino iuxta cadauer accubat: amplexans illud & deoſculans: & ſuppoſitos ignes, pudicitiæ laude contemnens. Puto quæ ſic moritur, ſecundas nuptias nõ requirit. Alcibiades ille ſocraticus, uictis Athenienſibus, fugit ad Pharnabaçum. Qui accepto precio a Lyſandro principe Lacedemoniorũ iuſſit eũ interfici. Cũq; ſuffocato caput eſſet ablatum, & miſſum Lyſandro in teſtimonium cædis expletæ: reliqua pars corporis iacebat inſepulta. Sola igitur concubina contra crudeliſſimi hoſtis imperium: inter extraneos & imminente diſcrimine, funeri iuſta perſoluit: mori parata pro mortuo, quem uiuum dilexerat. Imitentur matronæ, & matronæ ſaltem Chriſtianæ concubinarũ fidem: & præſtent liberæ, quod captiua ſeruauit. Strato regulus Sidonis, manu propria ſe uolens cõfodere: ne imminẽtibus Perſis ludibrio foret: quorũ fœdus Aegyptij regis ſocietate neglexerat: retrahebatur formidine: & gladiũ quẽ arripuerat circũſpectans, hoſtiũ pauidus expectabat aduentũ. Quẽ iam iãq; capiendũ uxor intelligens: extorſit acinacem de manu, & latus eius tranſuerberauit. Cõpoſitoq; ex more cadaueri, ſe moriens ſuperiecit: ne poſt uirginalia fœdera, alterius coitũ ſuſtineret. Xenophon in Cyri maioris ſcribit infantia, occiſo Abradote uiro, quẽ Pãthea uxor miro amore dilexerat, collocaſſe ſe iuxta corpus lacer: & cõfoſſo pectore, ſanguinem ſuũ mariti infudiſſe uulneribus. Iuſtã cauſam regis occidẽdi putauit uxor, quã maritus nudã amico ſuo & ignorãtẽ monſtrauerat. Iudicauit enim ſe non amari: quæ & alteri poſſet oſtendi.

Habet Xenophon ſuprà

Rhodogune filia Darij poſt mortem uiri, nutricem quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat occidit. Alceſtin

A dit. Alceſtin fabulæ ferunt pro Admeto ſponte defunctam: & Penelopes pudicitia Homeri carmen eſt. Laodamia quoq; poetarum ore cantatur, occiſo apud Troiam Proteſilao, noluiſſe ſuperuiuere. Ad Romanas fœminas tranſeam: & primam ponam Lucretiam: quæ uiolatæ pudicitiæ nolens ſuperuiuere, maculã corporis cruore deleuit. Duellius qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam uirginem duxit uxorem, tantæ pudicitiæ, ut illo quoq; ſæculo pro exemplo fuerit: quo impudicitia monſtrum erat, non uitium. Is iam ſenex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum: & triſtis ſe domũ cõtulit: Cũq; uxori queſtus eſſet, quare nunc̃q; ſe monuiſſet, ut huic uitio mederetur: feciſſem (inquit) illa, niſi putaſſem omnibus uiris ſic os olere. Laudanda in utroq; pudica & nobilis fœmina, & ſi ignorauit uitium uiri, & ſi patienter tulit: & quod maritus infelicitatem corporis ſui, non uxoris faſtidio, ſed maledicto ſenſit inimici. Certe quæ ſecundum ducit maritum, hoc non poteſt dicere.

Martia Catonis filia minor, cum quæreretur ab ea, cur poſt amiſſum maritũ, denuo non nuberet: reſpondit non ſe inuenire uirum, qui ſe magis uellet, c̃q ſua. Quo dicto oſtendit, diuitias magis in uxoribus eligi ſolere, c̃q pudicitiam: & multos non oculis, ſed digitis uxores ducere. Optima ſane res, quã auaricia cõciliat. Eadem cum lugeret uirum, & matronæ ab ea quærerẽt, quem diem haberet luctus ultimum: ait, quem & uitæ. Arbitror, quæ ita uirum quærebat abſentem: de ſecundo matrimonio non cogitabat. Brutus Portiam uirginem duxit uxor: Martiam Cato nõ uirginem: ſed Martia inter Hortenſium Catonemq; diſcurrit: & ſine Catone uiuere Martia potuit, Portia ſine Bruto nõ potuit. Magis enim ſe unicis uiris applicãt fœminæ: & nihil aliud noſſe, magnum arctioris indulgentiæ uinculum eſt. Anniam cum propinquus moneret, ut alteri uiro nuberet: eſſe enim ei & ætatem integram & faciem bonam: nequac̃q (inquit) hoc faciam. Si enim uirum bonum inuenero: nolo timere ne perdam: Si malum, quid neceſſe eſt, poſt bonum peſſimũ ſuſtinere? Portia minor cum laudaretur apud eam quædã bene morata, quæ ſecundum habebat maritum: reſpondit: Felix & pudica matrona, nũc̃q præter

B c̃q ſemel nubit. Marcella maior rogata a matre ſua, gauderet ne ſe nupſiſſe: Reſpõdit, ita ualde, ut amplius nolim. Valeria Meſſallarũ ſoror, amiſſo Seruio uiro, nulli uolebat nubere. Quæ interrogata cur hoc faceret: ait ſibi ſemper maritum Seruium uiuere. Sentio in catalogo fœminarum multo me plura dixiſſe: c̃q exemplorũ patitur conſuetudo: & a lectore erudito iuſte poſſe reprehẽdi. Sed quid faciam, cum mihi mulieres noſtri temporis, apoſtoli ingerant authoritatem: & necdum elato funere prioris uiri, memoriter digamiæ præcepta decãtent? Vt quæ Chriſtianæ pudicitiæ deſpiciunt fidem: diſcant ſaltem ab ethnicis caſtitatem. Fertur Aureolus Theophraſti liber de nuptijs: in quo quærit, an uir ſapiens ducat uxorem. Et cum definiſſet, ſi pulchra eſſet, ſi bene morata, ſi honeſtis parentibus, ſi ipſe ſanus ac diues: ſic ſapientem aliquando inire matrimonium, ſtatim intulit: Hæc autem in nuptijs raro uniuerſa concordant. Non eſt ergo uxor ducenda ſapienti. Primum enim impediri ſtudia philoſophiæ: nec poſſe quem c̃q libris & uxori pariter inſeruire. Multa eſſe quæ matronarum uſibus neceſſaria ſint, precioſæ ueſtes, aurũ, gemmæ, ſumptus, ancillæ, ſupellex uaria, lecticæ & eſſeda deaurata. Deinde per noctes totas garrulæ conqueſtiones: Illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conuentu fœminarum miſella deſpicior. Cur aſpiciebas uicinam? Quid cũ ancillula loquebaris? de foro ueniens quid attuliſti? Non amicum habere poſſumus, nõ ſodalem. Alterius amorem, ſuum odium ſuſpicatur. Si doctiſſimus præceptor in qualibet urbiũ fuerit: nec uxorem relinquere: nec cum ſarcina ire poſſumus. Pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. Adde, quoniam nulla eſt uxoris electio, ſed qualiſcunq; obuenerit, habenda. Si iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſupba, ſi fœtida: quodcũq; uitij eſt, poſt nuptias diſcimus. Equus, aſinus, bos, canis, & uiliſſima mancipia, ueſtes quoq; & lebetes, ſedile ligneum, calix & urceolus fictilis probantur prius, & ſic emuntur: Sola uxor non oſtenditur: ne ante diſpliceat, c̃q ducatur. Attendenda ſemper eius eſt facies & pulchritudo laudanda: ne ſi alteram aſpexeris, ſe exiſtimet diſplicere. Vocanda domina, celebrandus natalis eius, iurandũ per ſalutem illius: ut ſit ſuperſtes optãdum, honoranda nutrix eius, & gerula, ſeruus, patrimus, & alumnus, & formoſus aſſeda, & procurator calamiſtratus, & in longã ſecurãq; libidinẽ exectus ſpado: ſub quibus noibus adulteri

delitescunt.

C delitescunt. Quoscūq; illa dilexerit, ingratis amandi. Si totam domum regendam ei cōmiseris seruiendum est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi non putabit, sed in odiū uertet ac iurgia: & nisi cito consulueris, parabit uenena. Anus & auruspices & hariolos & institores gemmarum sericarumq; uestium si intromiseris, periculum pudicitiæ est: si prohibueris, suspitionis iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum uxor seruari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas: & illa uere pudica dicenda est, cui licuit peccare si uoluit. Pulchra cito adamatur, fœda facile concupiscit. Difficile custoditur, quod plures amant. Molestum est possidere, quod nemo habere dignetur. Minore tamē miseria deformis habetur, quā formosa seruatur. Nihil tutū est, in quod totius populi uota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facetijs, alius liberalitate sollicitat. Aliquo modo uel aliquando expugnatur, quod undiq; incessitur. Quod si propter dispensationem domus & languoris solatia & fugam solitudinis ducuntur uxores: multo melius seruus fidelis dispensat, obediēs authoritati domini, & dispensationi eius obtemperans, cūq; uxor, quæ in eo se existimat dominam, si aduersum uiri faciat uoluntatem, id est quod placet, non quod iubetur. Assidere autem ægrotanti magis possunt amici & uernulæ beneficijs obligati: cūq; illa quæ nobis imputat lachrymas suas, & hæreditatis spe uendit illuuiem: & sollicitudinem iactans, languentis animum desperatione conturbat. Quod si ipsa languerit, coegrotandum est, & nūcq; ab eius lectulo recedendum. Aut si bona fuerit & suauis uxor: (quæ tamē rara auis est) cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. Sapiens autem nuncq; solus esse potest. Habet secum omnes qui sunt, quiq; uncq; fuerunt boni, & animum liberum quocunq; uult transfert. Quod corpore non potest, cogitatione complectitur. Et si hominum inopia fuerit, loquitur cum deo. Nuncq; minus solus erit, cq; cum solus fuerit. Porro liberorum causa uxorem ducere, ut uel nomen nostrū non intereat, uel habeamus senectutis præsidia, & certis utamur hæredibus, stolidissimum est.

uxore ducere ne nō intereat stolde

Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo, si nomine nostro alius nominetur: cum & fi-
D lius non statim patris uocabulum referat: & innumerabiles sint qui eodem appellentur nomine? Aut quæ senectutis auxilia sunt, enutrire domi, qui aut prior te forte moriat, aut peruersissimis sit moribus? Aut certe cum ad maturam ætatem uenerit, tarde ei uidearis mori? Hæredes autē meliores & certiores amici sunt & propinqui, quos iudicio deligas: cq; quos, uelis nolis, habere cogaris. Licet certior hæreditas sit, dum ad uiuis bene abuti substātia tua, cq; tuo labore quæsita in incertos usus relinquere. Hæc & huiuscemodi Theophrastus differens, quem non suffundat Christianorum, quorum conuersatio est in cœlis: qui quotidie dicūt: Cupio dissolui & esse cum Christo? Hæredem nimirum desyderabit hominem, cohæres Christi: & optabit liberos, nepotumq; serie delectabitur, quos forsitan sit occupaturus Antichristus: cum legamus Moysen & Samuelem filijs suis alios prætulisse: nec putasse liberos, quos uidebant domino displicere? Cicero rogatus ab Hircio, ut post repudium Terentiæ, sororem eius duceret: omnino facere supersedit: dicens non posse se uxori & philosophiæ pariter operam dare. Illa interim coniunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauserat sapientiam, nupsit Salustio inimico eius: & tertio Messallæ Coruino: & quasi per quosdā gradus æloquētiæ deuoluta est. Socrates Xantippen & Myron neptem Aristidis duas habebat uxores. Quæ cum crebro inter se iurgarētur: & ille eas irridere esset solitus: quod propter se fœdissimum hominē, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus, disceptarent: nouissime uerterunt in eum impetum: & male mulctatum fugientemq; diu persecutæ sunt. Quodam autem tempore cum infinita conuitia ex superiori loco ingerenti Xantippæ restitisset: aqua perfusus immūda, nihil amplius respondit: cq; capite detorso, sciebam inquit futurū, ut ista tonitrua hymber sequeretur. L. Syllæ Felicis (si non habuisset uxorem) Metella coniunx palam erat impudica: & (quia nouissimi mala nostra discimus) id Athenis cantabat: & Sylla ignorabat, secretaq; domus suæ primū hostiū conuitio didicit. Cn. Pompeio Mutiā uxorē impudicā quā Pōtici spadones & Mithridaticæ ambiebāt cateruæ, cū eū putarēt cæteri scientē pati, indicauit in expeditiōe cōmilito: & uictorem toti⁹ orbis, tristi nuncio cōsternauit. M. cato cēsorius habuit uxorē Actoriā Paulā, humili loco natā: uinolentā, impotentē: & (qd nemo posse credere) Catoni supbā. Hoc ideo dico: ne qs putet

si pauperē

A si pauperem duxerit, satis se concordiæ prouidisse. Philippum regem macedonum, contra quē Demosthenis philippicæ tonant, introeuntem ex more cubiculum uxor excluſit irata: qui exclusus tacuit: & iniuriam ſuam uerſu tragico conſolatus eſt. Gorgias rhetor librum pulcherrimum de concordia Græcis tunc inter ſe diſſidentibus recitauit olympiæ. Cui Melanthius inimicus eius: hic nobis (inquit) de concordia præcipit: qui ſe & uxorem & ancillulam treis in una domo concordare non potuit. Aemulabatur quippe uxor eius ancillulæ pulchritudini, & caſtiſſimum uirū, quotidianis iurgijs exagitabat. Totæ Euripidis tragœdiæ, in mulieres maledicta ſunt. Vnde & Hermione loquitur: Malarū me mulierū decepere cōſilia. In Lepti urbe ſemibarbara, poſita in ſolitudine, moris eſt, ut nurus altera die ſocrum ollam mutuum poſtulet. Cui illa ſtatim negat: ut ſcias illud uerum eſſe Terentij, quod conſulto ambigue extulit: Quid eſt hoc? omēs ſocrus oderunt nurus. Legimus quendam apud Romanos nobilem, cum eū amici arguerēt quare uxorem formoſam & caſtam & diuitem repudiaſſet, protendiſſe pedem, & dixiſſe eis: Et hic ſoccus quem cernitis, uidetur uobis nouus & elegans, ſed nemo ſcit præter me ubi me premat. Scribit Herodotus quod mulier cum ueſte deponat & uerecundiam. Et noſter comicus fortunatum putat, qui uxorē nunc̄ duxerit. Quid referam Paſiphaen, Clytemneſtram, & Eriphylā: quarum prima delitijs diſſluens, quippe regis uxor, tauri dicitur expetiſſe concubitus: altera occidiſſe uirum ob amorem adulteri: tertia prodidiſſe Amphiarum: & ſaluti uiri monile aureum prætuliſſe. Quicqd tragœdiæ tument, & domos, urbes, regna q̄ ſubuertit, uxor̄ pellicū q̄ contētio eſt. Armant parentū in liberos manus, nefandæ apponunt epulæ: & ꝓpter uni⁹ mulierculæ raptum, Europa atq; Aſia decēnali bello confligunt. Quaſdam repudiatas, altero nuptiarū die ſtatim nupſiſſe legimus. Vterq; reprehendendus maritus, & cui tam cito diſplicuit, & cui tā cito placuit. Epicurus uoluptatis aſſertor (c̄ꝫ c̄ꝫ Metrodorus diſcipulus eius Leontiū habuerit uxorē) raro dicit ſapienti ineūda cōiugia, quia multa incōmoda admixta ſunt nuptijs. Et quomodo diuitiæ & honores & corpor̄ ſanitateſ: & cætera quæ indifferētia nominamus, nec bona nec mala

B ſunt: ſed uelut in meditullio poſita, uſu & euētu uel bona uel mala fiūt: ita & uxores ſitas in bonorū malorumq; confinio. Graue autem eſſe uiro ſapienti uenire in dubium, utrum bonā an malam ducturus ſit. Ridicule Chryſippus ducendam uxorem ſapienti præcipit: ne Iouem Gamelium & Genethlium uiolet. Iſto em̄ modo apud latinos ducenda uxor non erit, quia Iouem nō habent nuptialem. Quod ſi deorum (ut putant) nomina, uitæ hominum præiudicant, offendet ergo ſtatorem Iouem qui libenter ſederit. Scripſerunt Ariſtoteles & Plutarchus & noſter Seneca, de matrimonio libros, ex quibus & ſuperiora nōnulla ſunt, & iſta quæ ſubijcimus. Amor formæ, rationis obliuio eſt & inſaniæ proximus: fœdum minimeq; cōueniens animo ſoſpiti uitium. Turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit: a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit: querulos, iracūdos, temerarios, dure imperioſos, ſeruiliter blandos, omnibus inutiles, ipſi nouiſſime amori facit. Nam cum fruēdi cupiditate inſatiabilis flagrat: plura tempora ſuſpitionibus, lachrymis, cōqueſtionibus perdit, odiū ſui facit: & ipſe nouiſſime ſibi odio eſt. Tota amoris inſectatio apud Platonē expoſita eſt: & om̄ia eius incōmoda Lyſias explicat: qd̄ non iudicio, ſed furore ducatur: & maxime uxorum pulchritudini, grauiſſimus cuſtos accubet. Refert præterea Seneca, cognouiſſe ſe quendam ornatum hominem: qui exiturus in publicū, faſcia uxoris, pectus colligabat, & ne puncto quidē horæ præſentia ei⁹ carere poterat: potionēq; nullam, niſi alterius tactam labris uir & uxor hauriebāt: alia deinceps non minus inepta facientes: in quæ improuida uis ardentis affectus erūpebat. Origo quidem amoris honeſta erat, ſed magnitudo deformis. Nihil autē intereſt c̄ꝫ ex honeſta cauſa quis inſaniat. Vnde & Xyſtus in ſententijs: Adulter eſt (inquit) in ſuā uxorem amator ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens uir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Reget impetus uoluptatis: nec præceps feretur in coitum. Nihil eſt fœdius c̄ꝫ uxorem amare quaſi adulteram. Certe qui dicunt ſe cauſa reipublicæ, & generis humani uxoribus iungi, & liberos tollere: imitentur ſaltem pecudes: & poſtc̄ꝫ uxorum uenter intumuerit: non perdant filios, nec amatores uxoribus ſe exhibeant, ſed maritos. Quorundam matrimonia adulterijs cohæſerunt: & (o rem improbam) ijdem illis pudicitiā præceperunt qui abſtulerant. Itaq; cito eiuſ

modi

C modi nuptias ſatietas ſoluit. Cum primum lenocinium libidinis abſceſſit: quod libebat euiſuit. Nam quid (ait Seneca) de uiris pauperibus dicam: quorum in nomen mariti, ad eludendas leges quæ contra cœlibes latæ ſunt, pars magna conducitur? Quomodo poteſt regere mores & præcipere caſtitatem, & mariti authoritatem tenere, qui nupſit? Doctiſſimi uiri uox eſt, pudicitiam in primis eſſe retinendam, qua amiſſa omnis uirtus ruit. In hac muliebrium uirtutũ principatus eſt. Hæc pauperem cõmendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram: bene meretur de maioribus, quorum ſanguinem furtiua ſobole non uitiat: bene de liberis, quibus nec de matre erubeſcendum, nec de patre dubitandum eſt. Bene in primis de ſe, quã a contumelia externi corporis uindicat. Captiuitatis nulla maior calamitas eſt, ꝙ ad alienã libidinẽ trahi. Viros cõſulatus illuſtrat: æloquentia in nomẽ æternum effert: militaris gloria triũphuſq; nouæ gentis conſecrat. Multa ſunt quæ præclara ingenia nobilitent. Mulieris uirtus proprie pudicitia eſt. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, neſcias an & prætulerit: quoniam Brutus non poſſe ſeruire a fœmina didicit. Hæc æquauit Corneliam Graccho. Hæc Portiã alteri Bruto. Notior eſt marito ſuo Tanaquil. Illũ inter multa regũ nomina, iam abſcondit antiquitas. Hãc rara inter fœminas uirtus, altius ſæculorum omnium memoriæ, ꝙ ut excidere poſſit, infixit. Imitentur ergo nuptæ Theano, Cleobulinam, Gorgunten, Timodiam, Claudias atq; Cornelias: & cum apoſtolum malis mulieribus digamiam uiderint ignoſcentem: legant anteꝙ religio noſtra fulgeret in mundo: unicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus: per illas Fortunæ muliebri ſacra fieri ſolitum: nullum ſacerdotem digamum: nullum flaminem bimaritum: hierophantas quoq; Athenienſium uſq; hodie cicutæ ſorbitione caſtrari: & poſtꝙ in pontificatũ fuerint electi, uiros eſſe deſinere.

Laus pudicitiæ

IN PRIMVM LIBRVM ADVERSVS IOVINIANVM SCHOLIA.

D Sancti ex urbe.) In ipſo ſtatim ingreſſu præparat nos ad cauſam. Siquidem honorifica mentio eorum, qui libros attulerunt Iouiniani, facit huius cauſam deteriorem. Et cum addit, cuiuſdam Iouiniani, cõtemptum authorem, & obſcurum ſignificat. Porro fratres accipe, non ex hoc genere, quos uulgo fratres appellãt: ſed olim omnes Chriſtiani fratres inuicem appellabant. Epicurum Chriſtianorum.) Epicurus philoſophus, finem boni conſtituit in uoluptate, non animi tantum, ſed etiam corporis, quæ pecudũ eſt potius ꝙ hominis. Nacti ſunt & Chriſtiani ſuũ Epicurum, Iouinianum, qui tantopere fauerit nuptijs, & eſui carnium. Eſt autem elegans μετονομασία, nec mediocrem habet Emphaſim. Apoſtolico uigore.) In alijs ſcriptũ erat, rigore: utraq; lectio tolerabilis. Vigor opponitur, molli & languido: rigor, molli & effœminato. Tantis uitijs.) Vbi ſunt iſti, qui ſanctũ & Chriſtianum putant ruſtice dicere? Hieronymus quibus cõuitijs inſectatur huius infantiã? Quid autẽ dicturus erat, ſi ſophiſticos iſtos audiſſet theologos: ad quos collatus Iouinianus, Meſſalla uideri queat? Totus em̃ tumet.) Exponit ipſe, quare copularit hæc inter ſe pugnantia, tumere & iacere. Tumebat, quia affectabat grandiloquentiam: iacebat, quia deerant nerui. Solent enim infelices affectatores, in proximũ incidere uitium. Ita qui grandes uideri ſtudent, euadunt turgidi. Qui preſſi, ieiuni & frigidi. Parturiunt montes.) Verſus eſt Horatij ex arte poetica, referens apologum Aeſopicum. Priſci rudeſq; mortales, cum forte terram intumeſcentem uidiſſent, concurrerũt, expectantes, ut ingens aliquod mõſtrum naſceretur. Tandem prodijt mus, magno omniũ riſu. Quæ res in prouerbium abijt. Eſt autem uerſus Horatianus ex arte poetica, in ſcriptorem tumido utentem exordio, cum cætera nõ reſpondeant, Vt ſcriptor, inquit, Cydicus olim: Fortunã Priami cantabo & nobile bellum: Quid dignum tãto feret hic promiſſor hiatu? Parturient mõtes, naſcetur ridiculus mus. Quin & apud rhetores inter uitioſa ponit exordium elaboratum. Non ſani eſſe hominis.) Annexuit Perſianum uerſum e Satyra tertia. Eſt autem mira exaggeratio inſaniæ, cum rem ait eiuſmodi, ut inſano quoq; qualis fuit Oreſtes, uideatur inſana. Nã eſt in fabulis, Oreſtem, ob interfectam matrem, a furijs ultricibus agitatum fuiſſe. Plautinarum litterarum.) Nam apud hunc quiſpiam, cum litteras reſignatas, quod ineptæ ſcriptæ eſſent non poſſet legere, iocatur ad hunc modum. Sibylla uates erat, quæ diuinare poſſet, quid eſſet ſcriptum. Furioſas appollinis uates.) Plato triplicem poſuit furorem, uatum, poetarum & amantium. Dat ſine mente ſonum.) Nam correpti a numine, proloquũtur, quod ipſi non intelligunt. Hemiſtichium eſt Maronis. Heraclitum.) Is philoſophus fuit Epheſius, ἀυτοδίδακτος, id eſt, qui nullo præceptore fuerat uſus. Affectauit obſcuritatem in ſcriptis, cum poſſet ſi libuiſſet, perſpicue rem explicare. Vnde cognomen additum σκοτεινοῦ, id eſt, tenebricoſi. Ad huius libros intelligẽdos Socrates dixit, δεῖ δηλίου κολυμβητοῦ, id eſt, opus eſſe Delio natatore. Cũ hydrope laboraret, adijt medicũ rogãs, nũ ex hymbri poſſet facere ſiccitatẽ. Ad noſtrũ αἰνιγματιστήν,) Aenigmatiſtes, Græcis eſt, q loquit̃ p ænigmata: reſq; p ſe dilucidas, data opa obſcurat: cuiuſmodi ſunt carmina Lycophronis apud Græcos. Satisfacto inuitatis.) Apparet Iouinianũ ita finxiſſe, quaſi ſermo ſuperioris libri ſit habit⁹ in cõuiuio. Quẽadmodũ fecit Macrobi⁹ & Athenæus. Et hui⁹ libri ſermo ſit habitus poſtridie apud amicos. Et ob eam cauſam dixerat paulo ante, heſternam crapulã ructans

euomuit

A euomuit. Est em̃ & hoc Epicureum, in conuiuijs & in hortis philosophari. Quamꝯ hoc loco pro satisfacto, quidam habebant satisfacio. Quid autem attinet huius hominis sentẽtiam uelle exponere, quã Hieronymus negat se percipere potuisse? Tum sermo est adeo barbarus, adeo incompositus, & insulsus, ut non solũ indoctum: sed uel ebrium, uel phreneticum loqui putes, qui nec ipse sua uerba intellexerit. Diuino tamen hunc illius esse sensum. Posteaꝯ heri satisfeci meis cõuiuis, refellens ac diluens quæ mihi falso obijciebantur, non quo mihi famam ac gloriam ea pararem disputatiõe, sed ut a calumniatorũ suggillationibus nomẽ meũ purgarẽ: Nunc obsecro neophytos, hoc est nouitios Christianos, qui nuper plãtati in Christo, & adhuc ueluti teneræ quædã arbusculæ sunt, quiꝯ iam per baptismũ ablati sunt a uitijs, ut me constanter audiant, nec cedant ullis hæreticorum uocibus. Siquidem ecclesia Christi, his tribus ducibus munita defensaꝯ est, fide, spe, charitate. Et idcirco in hac nullus est tã infans quin possit discere, sed omnes dociles sunt. Et Christi fides quæ est in ecclesia, nec ui potest expugnari, nec dolis opprimi. Hoc operæ libuit sumere, quo magis rideret lector, utcunꝯ intellectis Iouiniani uerbis. Pro obsecro, quidã codices habebant obsero, præsertim uetusti, quam lectionem non improbamus: ac tum hic erit sensus. Heri refelli calumnias: nunc instituam nouitios Christianos, quæ est audientia cõmunita agminibus. Est autem hoc unum Iouiniani dogma, qui semel in baptismate renatus sit, a diabolo non posse superari.

Quod descriptionis dedecus.) Eleganter lusit deprauatione uerbi, dedecus ponẽs ꝓ decus. Est em̃ & hoc iocandi genus, ut cũ ꝓ Tyberio dicimus Biberium, pro Claudio Caldium, pro Tullio Tolliũ. Hippocratis uinculis.) Hippocratem, pro quouis medico posuit, ac ridicule quidam hoc loco nodum in scirpo quærunt. Quæ res.) Nempe uerba sacræ scripturæ admixta. Hic autem proponit summam argumẽti. Marciõis & Manichæi.) Marcion Cerdonis dogma fere sequebatur. Manichæus persa quispiã eius hæreseos author, docebat, ut si quis uellet uti coniugio, conceptum tamen & generationem deuitaret. Atqꝯ ita prorsus damnauit nuptias, cũ id prohibuerit, cuius causa matrimonium est institutũ: author Augustinus in Catalogo Hæresiarcharũ. Nec Tatiani principis.) Encratitæ dicti sunt a tẽperantia, quod abstinerent a carnibus, & ab omni coitu, nec recipiebant in numerum suorum uel marem uel fœminam utentẽ coniugio: nihil interesse putantes inter coitum cõiugatorum, & aliam quãuis fornicandi speciem. Testis diu⁹ Augustinus. Paulus architectus.) Locus est in priore ad Corinthios epistola, capite. 3. Hic palam Hieronymus indicat aurum, argẽtum & lapides pertinere ad pios: lignum, fœnũ, stipulam, pertinere ad impios. Hoc obiter admonui, quod quidã recentiores hũc locũ secus exponant. Honorabiles nuptias.) Ita Paulus ad Hebræos, cap. 13. Honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus: Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sed ita nuptias.) Hic constituit controuersiam, & quid in summa sit acturus, ostendit. Iouinianus æquabat nuptias uirginitati, Hieronymus nuptias nõ damnat, sed eas tertio ponit loco, uirginitatẽ primo. Triginta referuntur ad nuptias.) Locus est apud Matthæũ

B cap. 13. Christus in parabola seminantis, triplicem differentiam proponit bonæ terræ, quæ trigecuplũ reddat, quæ sexagecuplum, & centuplum. Maximus numerus pertinet ad uirginitatem, medius ad uiduas castas, minimus ad honestum matrimonium. Quidam iniquiores nuptijs, centenarium numerum referunt ad martyrium, proximum ad uirginitatem, tertium ad uiduarum cõtinentiam, excluso matrimonij statu. Quã opinionem diuus Hieronymus non admodum execratur, in cõmentarijs hunc euangelistæ locũ enarrans: & illic, ut semper amore pudicitiæ, durior in nuptias. Quidam (inquit) nostrorum centesimum fructum, ad martyres referunt. Quod si sunt sancta consortia nuptiarum, cur excluduntur a bono fructu? Cum ait, si sunt, non affirmat, nisi, si coniunctionẽ, accipias ratiocinatiue. Nam ipsa digitorum coniunctio.) Veteres non solum notulis quibusdam numeros significabant, uerumetiam gestu digitorũ, quos aut explicabãt aut contorquebant, & in aliam atqꝯ aliam figurã uariabant. Ac fuisse quidẽ huiusmodi signãdoꝝ numeroꝝ rationẽ, facile multis ex locis deprehẽdit. Cæterũ quæ nã ea fuerit, id nõ perinde facile sit explicare. Etem̃ Donatus explicans illũ Terentij locũ in Adelphis. Nũcꝯ quiscꝯ ita bene subducta ad uitam ratione fuit: admonet poetam ad uetustum numerandi morẽ respicere, qui complicandis, aut subducẽdis digitis cõstabat. Clari⁹ aũt Plinius libro trigesimoquarto, capite. 7. de Iani statua loquẽs. Præterea (inquit) Ianus geminus a rege Numa dicatus, qui pacis belliꝯ argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum quinquagintaquinꝯ dierum nota, per significationem annui temporis, & æui se deum indicet. Item Macrobius Saturnaliũ libro primo, similia ferme de Iano prodidit, quãꝯ numerorum ratione, parum consentiente cum Plinio, sed scriptura sicut opinor, uitiata. Præterea Iuuenalis in Satyra decima, de Nestore loquẽs, quẽ poetæ fingũt ætates uixisse treis. Felix nimiꝯ, q ꝑ tot sæcula moratẽ distulit. Atqꝯ suos iã dextra cõputat ãnos. Simile quiddã colligit ex Epigrammate Græco, quod Nicandri fertur titulo. Η ϖολιὴ κροτάφοισι κοκυτ̃αρὶς, ἡ πολύμυθος γραῦς, δ' ἤμ νέσως ὄυκ ἔτι πρεσβύτας. Η φάος ἀθρήσασ' ἐλάφου πλέον, ἢ χερὶ λαιῇ ῥῆξας ἀριθμ̃σθαι δεύτερον ἀρξαμένη, ζώει, Ⓒ λεύασσα, καὶ ἀρτί πος, οἵαπε νύμφη ὡσε με δισάζειν, μήτι ϖέπονδ' ἀίδης. Quorum carminum hic est sensus, si quis forte Græce nesciat. Cana illa uertice Cocyttaris, illa multiloqua anus, ꝓpter quã Nestor non iã natu maximus, illa quæ lucẽ aspexit plus ceruo, illa quæ manu leua, senectutem numerare iterum cœpit, uiuit, & uidens, & integris pedibus, ueluti nympha: adeo ut dubitẽ, ne quid acciderit Orco. Apuleius in Apologiæ secunda oratione, in aduersariũ, qui dixisset mulierem quadraginta annos natam nupsisse, cum nõ esset maior annis uiginti: scribit ad hunc modum. Quid multis? ut cum quadruplatore agam, bis duplũ quinquẽnium faciam, uiginti ãnos semel detraham. Ac paulo inferius: O mendacium uiginti annorum exilio puniendum. Dimidio tanta Aemiliane mentiri, falsa audeas sesquialtera? Si triginta annos pro decem dixisses, posses uideri pro computationis gestu errasse, & quos circulare debueras digitos, aperuisse. Cum uero quadragin-

C ta, quæ facilius cæteris, porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta in dimidio auges, nō potes digitorū geſtu erraſſe, niſi forte triginta ānorum Pudentillam ratus, binos cuiuſq; anni conſules numeraſti. Ex his uerbis tametſi nonnihil deprauatis, licet colligere Pudentillam uiginti annos fuiſſe natam cum nuberet, & totidem ferme annos cum Apuleio uixiſſe. Quod ſi nupſiſſet quadragenaria, iam oportebat eſſe ſexagenariam, duplicatis conſulibus, ſi triginta putaſſet annorum. Nec deſunt qui ferant extare Bedæ libellū in quo huiuſmodi numerādi ratio tradatur: uerum eū nondum potuimus nanciſci. Quāq; nō uſq; adeo ad rem Theologicam pertinet hæc anxie diſquirere, quod Hieronymus elegāter magis, q; ſerio uideatur id ad ſenſum euangelicum detorquere. Nec em̄ ueriſimile eſt, eandem ſupputandi rationem fuiſſe apud omnes nationes. Atqui iſta ratio non aliunde q; ab Hebræis erat petenda, quibus propoſita fuit parabola, nō a Romanis: unde Hieronymus opinor eſt mutuatus. Quin huiuſmodi res ætatibus quoq; nouant. Quandoquidem his quoq; temporibus extat huiuſmodi ſupputatio, ſed longe diuerſa ab ea, quam ætate Hieronymi colligimus in uſu fuiſſe. Sane nec ex Plinio, nec ex Macrobio quicq; poteſt elici certū, quod ad hanc rem pertineat. Ex Apuleio & Iuuenale nōnihil conīcere licet, ſed multo magis ex ipſo Hieronymo. Primū illud ſatis perſpicuū eſt, hanc ſupputandi rationem, duabus in rebus potiſſimum conſtitiſſe, in mutanda manu & geſtu digitorum. In dextra numerabant uſq; ad quinquaginta. Deinde in ſiniſtra uſq; ad centum. Rurſus ad dexteram redibatur, uelut alterius initium centenarij. Inde Neſtorem fingunt treis hominum ætates uixiſſe, quod annum centeſimum eſſet egreſſus, hoc eſt duas ætates, & tertiam ingreſſus. Proinde dictum eſt a poeta, Atq; ſuos iam dextra computat annos: nempe numero a ſiniſtra reciprocante in dextram. Atq; anus illa, denuo cœpit in ſiniſtra numerare ſenectutem, quod iam cētum & quinquaginta ānos eſſet prætergreſſa, & tertios qnquaginta aggrederet. Et triginta circulatis digitis notari ſolere, ſatis indicat Apuleius, quod Hieronymus complexum & coniunctionem digitorū uocat. Ac rurſus hic numerus duplicabatur, ſi coniunctos ac circulatos digitos, ſuperiore digito preſſiſſet aliquis, uerū id non in eadē manu, ſed in leua, q; q; eiſdem digitis, ſed aliter cōpoſitis: ut intelligas aliquid eſſe affinitatis, matrimonio cum uiduitate. Porro uirginitas, ueluti nouo numero redit ad dextram, & centenarium incipit numerum ceu circulo quodam recurrens, ad id unde cœptum erat, hoc eſt ad naturam incorruptam, in qua cōditi ſumus. Quāq; haud me præterit, quibuſdam eruditis uiris diuerſam eſſe ſententiā, exiſtimantibus a ſiniſtra numerum incipi, in qua numeratis nonagintanouem, ita demū ad dextrā tranſiri. Cui ſane nec ipſe refragor admodū, imo propemodū mihi magis probatur q; illa ſuperior, quod ſatis quadret, Primum ad illud Iuuenalis, Atq; ſuos iam dextra computat annos, de Neſtore, qui ad centeſimū peruenerit annum. Deinde ad Græcum epigramma quod citauimus, de anu, quæ iterum exorſa eſſet in
D ſiniſtra numerare ætatis annos, utpote iam annum egreſſa ducenteſimum. Poſtremo cum ipſius Hieronymi uerbis, pulchre conuenit, ex quibus palam eſt, digitis in leua molliter coniunctis, ſignificari triginta. Rurſus hos ipſos coniunctos ſi premas ſuperiore digito, ſignificari ſexaginta. Poſtremo ijſdem digitis, circulatis & uelut in coronam collectis, ut in triginta, ſed iam in dextra, repreſentari numerum centenarium. Tantum coniecturis utcūq; colligere licuit: & ſatis arbitror ad huius intellectum loci. Cui data ſit copia codicis, fortaſſis apud Bedā ſup hac re, cōpertiora reperiet. Attigit Hieronymus & in epiſtola ad Gerontiā de Monogamia, ſed leuiter ac paucis. Cū em̄ uix adhuc.) Mire luſit hac metaphora, & item ſequentibus: nam & curſus nautarum dicitur. Noue autem dixit prohibere, cū Ciceroni magis placuerit inhibere, quēadmodum ipſe teſtatur in epiſtolis ad Atticum. Nam prohibemus ne quid fiat, Inhibemus, quod iam cœptū eſt, ne progrediat. Loquēdi æſtus.) Eſtus eſt fluxus ac refluxus maris. Sinus contraham.) Sinus carbaſorum ſentit: unde & ſinuoſa uocantur. Iam nunc.) Vt ſubito mutauit metaphoram, planeq; duriuſcule. Baliſta.) Bellicum eſt inſtrumentum, quo trabes funibus adducta, magno impetu telum, aut ſimile quippiam emittit. Spiris maculoſi corporis.) Habent hoc ſerpentes, ut in metu conuoluto corpore caput tegant, quo leſo ſciant ſibi pereundum. Spiræ dicuntur tortuoſi flexus funium. Dicit.) Quatuor dogmata Iouiniani proponit, per diuiſionem. Deinde per enumerationem oſtendit ſe primum ad hæc reſponſurum teſtimonijs diuinæ ſcripturæ: Deinde adhibiturū litteras ſæculares. Pythagoram.) Is deterruit ab eſu carnium, nouo cōmēto, quod diceret hominum animas in brutorum animantium corpora demigrare: unde periculum eſſe, ne forte cum gallum occidis, patris animā uioles. Platonem.) Hic a uulgi uoluptatibus ſemper auocat ad amorem eorum quæ ſemper ſunt. Et uoluptatem appellauit τὸ δέλεαρ τῶν κακῶν, id eſt, eſcam malorum, quod per hanc mortales in omnem miſeriam pelliceantur. Ariſtidem.) Is ob uitæ integritatem uulgo iuſti cognomen meruit, & ob huius cognominis inuidiā oſtraciſmo in exiliū actus eſt. Ariſtippo.) Tribus laudatis opponit treis illaudatos. Ariſtippus Cyrenæus fuit philoſophus, Socratis auditor, ſed ubiq; uoluptatem amplectens. Hic eſt quē Diogenes ſolitus eſt appellare canem regium. Epicuro.) Et hic aſſertor eſt uoluptatis. Alcibiadi.) Hunc oppoſuit Ariſtidi, corruptum integro, diuitem pauperi. Sicut Epicurū oppoſuit Platoni, quod hic uoluptatem ceu rem peſtiferam deteſtetur: ille aſſerat, ut fontem ſummi boni. Ariſtippum oppoſuit Pythagoræ, quod ille uiueret holuſculis, hic regiæ mēſæ canis fuerit. Prima inquit dei ſerui.) Refert nōnihil, ut admonet etiam Fabius, quomodo proponātur aduerſarij rationes. Nam Hieronymus ita refert argumenta Iouiniani, ut ſic cōmemoraſſe propemodum ſit diluiſſe. Et per ordinē.) Hoc dixit per Ironiam, nihil enim attinebat ad probationem ille Catalogus, niſi ſiquis forte nō crederet humanum genus primum uſu matrimonij fuiſſe propagatū. Iſte, inquit, eſt Enos.) Et hoc habet irriſionem. Nec em̄ ob matrimoniū iſti tantopere deo placuerūt, ſed ob pietatē, etiā ſi ſic euenit, ut habuerint uxores. Intantū, inquit ſciebat.) Stultū hoc epiphonema Iouiniani riſit, quaſi deus gignat filios nō maritus. Prior triga-

mus.)

A mus.) Quia treis habuit uxores. Quarꝝ prima fuit Sarai, postea dicta Sara, ex qua iã senex suscepit Isaac. Secunda Agar, ex qua sustulit Ismaelem. Tertia Cetura, ex qua plures habuit liberos. Quanꝯ Hiero/nymus in Hebraicis traditionibus, testatur quibusdam Ceturam eandem esse cum Agar, quæ mortua Sara, in ius transierit uxoris, uidelicet ne iam decrepitus aliena ætate lasciuisse uideatur. Iudam quoꝙ.) Is fuit unus ex filijs Iacob, qui primogenito filio suo Her, uxorẽ dedit noie Thamar. Sed Her ob impie/tatem suam occisus est a dño. Iussit itaꝙ pater Onã natu secundum Her maximum, suscipere fratris uxo/rem: ille cogitans liberos qui nascerentur fratri imputandos non sibi, semen effudit in terram. Et hũc itaꝙ percussit dns, ob tam execrabile facinus. Locus est Geneseos cap. 38. Dedita opera.) In hoc erat mali/cia. Nam fieri potest & casu. Vxorium Naçaræum.) Quod damnandum erat in Sampsone, id ille stul/te laudarat. Vxorius dicitur, uxori addictior, quod Sampson indulserit Dalidæ, amantium more. Et hũc tamen miris effert preconijs, qui reprehensionem merebatur. Debboram quoꝙ replicat.) De Debbo/ra & Barach, legis iudicũ cap. 4. De Iahel quoꝙ legis eodem cap. Quod absꝙ uirginitatis bonis.) Nec hoc sine naso dictũ est: quid em̃ ad uirginitatis negocium pertinet, si qua non uirgo facinus aliquod stre/nuũ quomodocũꝙ designauit? Fidẽ patris.) Quod damnandũ erat in Iepte, laudat. Quod in uirgine laudãdũ, dãnat. Ille impie uouerat & impie occidit. Illa dolet ut Iudæa, nullã ex se relictã sobolẽ. Ephod Bad.) אפוד Ephod Hebræis sonat, uestis genus, & בד Bad lineum. Et his subest tacita irrisio. Quid em̃ Ephod Bad ad uirginitatem facit? Quasi quis nesciat omnes sacerdotes ueteris instrumenti habuisse uxores. In area collocat.) Nihil hic recẽsetur ab Hieronymo sine tacita irrisiõe. In area dixit, pro in Ca/talogo, quod ea spicas sublegisse legatur. Centum præputijs.) Hac lege Saul pactus est Michol filiam suam uxorem, si Dauid adduxisset centum præputia Philistæorum, ut legis libro Regum primo & itẽ se/cundo. Odiosius autem rem explicauit, præputijs quasi ea fuerit dos: & concubitus dicit, non matrimo/nium. Imaginem uult esse.) Ridiculum est, imaginem non conuenire cum eo quod representat. Solo/mon enim uxorius fuit, Christus uirgo, & uirginum princeps. Solomon in hoc quod pacificus fuit, gessit Christi typum, non in hoc quod uxorius. Deus Iudicium.) Psalmus est septuagesimus primus. Hiero/nymus ostendit hunc non quadrare prorsus in Solomonem, nec conuenire, quod is non maneat cum so/le & luna. Solus enim deus manet in æternum. Dabitur ei de auro.) Primũ quid aurum Arabiæ ad nu/ptias, de quibus hic agitur? Deinde qui quadrat in Solomonem adorari semper? Ac repente.) Nem/pe a regibus ad prophetas & ætatibus disiunctos. Atꝙ obiter notat duram digressionẽ. Elisæum uxo/res.) Stulticiam uocant rhetores, ubi quis adducit ea, quæ non solum nihil conferunt ad causam, uerũetiã quæ nocent: ut hoc exemplum Eliæ & Elisæi, quorũ uterꝙ caruit uxore. Deinde quid spiritui domini, cũ nuptijs quas instituerat laudare? Quintilianus admonet, ne quid extra causam dicamus. Nã quicquid su/
B perfluum est, uel hoc ipso officit, quod onerat auditorem. Quanto igitur stultius ea congerere, quæ con/tra te faciant? Obijcit & Origenes stulticiam Celso. Amodo filios faciã.) Velut illud ex laudibus esset consequens, ut louinianus quoꝙ daret operam liberis, posteaꝙ Eçechias uir tantus habuit uxorem. Sed Eçechias nec admodum laudatur in sacris litteris, & filium reliquit illaudatum: ut legis libro Regũ quar/to, capite. 21. Allusit autem ad id quod est in Cantico Eçechiæ: Pater filijs notã faciam uoluntatem tuam, pro quo septuaginta uerterant, Ab hodie filios faciam qui annunciabũt iusticiam tuam, ut indicat Hiero/nymus enarrans Esaiæ caput. 38. Iosiam uirum.) Sub Iosia rege, Helchias sacerdos repperit in templo librum legis domini, qui datus fuerat per manum Moysi. Sic em̃ legis Deuteronomij libro secundo, ca/pite. 34. Sed quomodo librum Deuteronomij repertũ legis in ipso Deuteronomij libro? Nisi dicas plu/res fuisse Deuteronomij libros. Ab Holda uxore.) Holda erat uates, cuius maritus dictus est Sellum: quem Helchias de libro reperto consuluit: ut legis eo quem modo diximus loco. Daniel quoꝙ.) Quid hoc stultius oratore, qui castitatis exempla profert in laudem matrimonij? Et repente transcendens.) Rursum notat duram transitionem, a ueteri testamento ad nouũ, tot in medio relictis. Et socrũ eius.) Locus est Lucæ, capite quarto. Ex quo cognoscimus Petro fuisse uxorem, qui socrũ habuerit. Est em̃ so/crus uxoris tuæ mater. Certe cessat hic.) Scilicet diluit, quod e Paulo poterat obijci, sed omnia stulte. Sic em̃ agit, quasi Paulus pugnãtia scripserit, ut alter locus alteri debeat cedere, ac uelut abrogari. In lo/cũ rhetoricũ.) Hic em̃ mos oratoribus, post molestam argumentationẽ, expatiantur in locũ amœnũ, quo reficiant auditorem, & tediũ abstergant. Hæc oia cum ironia dicuntur ab Hieronymo. Facit Apostro/pham.) Apostrophe est, cũ uertimus sermonẽ ad alterã personã uel absentem. Nihil autem fingi poterat hac apostropha stultius. Eiusdem ecclesiæ membrũ.) Stultissima conclusio: quasi uero non sit discri/men inter membrũ & membrũ. Non tangere.) ἅπτεσθαι hoc est non habere cõmertium cum uxore, & abstinere a matrimonio. Tangimus em̃ a quo nõ abstinem⁹. Ne quis dũtaxat accipiat de cõtactu digitoꝝ.

Si bonum est.) Meo quidem iudicio Paulus hoc loco non accipit bonum, ut opponatur propriæ uitio, sed bonũ est, dixit pro expedit. Et malum uocat, quod incõmodum est. Sicut dicimus bonus bello & ma/lus urbi, pro utili & inutili. Alioqui non consequitur necessario, præsertim in contrarijs, quæ medium re/cipiunt, ut admonet diuus Augustinus: Quãꝯ id quoꝙ dialectice magis ꝯ grauiter. Esto non consequa/tur iuxta rationem dialecticã, certe consequitur hoc loco accedentib⁹ circũstantijs. Etenim si quis rogatus utrum expediat, iter ingredi sarcinis onustum, an absꝙ sarcinis, respondeat, bonum est expeditum iter in/gredi, nonne palam sentit, alteram partem de qua tacet, aut incommodam esse, aut certe eiusmodi, ut de ea pronunciare non ausit? Deinde cum colligit incõmoda coniugij, non commemorat flagitia, quæ ma/trimonio coniuncta sint, sed necessitatem & occupationes, quibus auocentur a libertate Christiana.

Mithram & Erichtonium.) De Erichtonio meminit Vergilius libro Georgicon tertio. Primus Erich/tonius currus & quatuor ausus Iungere equos: de quo Seruius hanc ascribit fabulam. Vulcanus impetra/

C to a Ioue Mineruæ cõiugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terram, Inde natus eſt puer dra/
conteis pedibus, qui appellatus eſt Erichtonius, quaſi de lite ac terra procreatus. Nam ἔρις lis eſt, χθὼν terra. Apparet autem ex Hieronymi uerbis ad conſimilẽ modũ natũ fuiſſe Mithram, ſemine genitali ſaxis excepto. Quãꝯ ea fabula mihi nondũ comperta eſt apud authores, niſi forte apud Barbaros huiuſmodi quippiã traditũ eſt de Mithra, de quo, libros æditos poſtea citat Hieronym⁹. Ex petra Chriſti.) Reſpexit ad nomẽ Petri. Nã πέτρος Græcis, lapis eſt. Multiplicis gratiæ ποικίλης.) Id eſt uariæ. Nõ em̃ ſignifi cat copioſum, ſed diuerſi generis, diuerſiꝯ habit⁹. Quod em̃ uarijs colorib⁹ aut gẽmis diſtinctũ ſit, id Græ ci ποικίλον uocãt. Sunt autẽ uaria dona ſpiritus. Etſi imperitus.) Seruit cauſæ ſuæ: quãꝯ alias nõ ſemel affirmat Paulũ, nõ calluiſſe Græci ſermonis elegantiã, adeo ut grãmatices etiã fuerit ignarus, qui cõiũctio ni μὲν non reddiderit ſuã comitem, δὲ. De Epimenide.) Ex Epimenide ſumpſit illud, Cretenſes ſemp mẽdaces, malæ beſtiæ, uentres pigri. Ex Menandro, corrũpunt bonos mores, colloquia praua. Ex Arato ſumpſit illud in Actis apoſtolorũ, Cuius & genus ſumus. Candidatus fidei.) Candidati uocant̃, qui nõ dum aſſecuti ſunt honorẽ, ſed ambiunt, & ſpes eſt eos aſſecuturos eſſe. De luto extulit.) Nõnulli codi/
ces habebant, excreuit. Nam excernere, eſt ſeparatum ab alijs eĳcere. Vnde & excrementa uocantur. Vide num legendum ſit, eruit. Ἀγωνοθέτης.) Ita Græci uocant eum qui certamini præſidet, ꝓpoſitis præ/
mijs. Hunc latini munerariũ appellant. Nam munus uocant aliquoties ſpectaculũ exhibitũ populo, ue/
luti gladiatorũ. Lignum aridũ.) Eſaias capite quinquageſimo ſexto. Et nõ dicat eunuchus: Ecce ego li/
gnum aridũ. Ac paulo poſt: Dabo eis in domo mea & in muris meis locũ & nomen melius a filijs & filia/
bus. Abdemelech.) Huius eunuchi opera Hieremias eductus fuit e lacu, ſicut legis Hieremiæ, cap. 38.
Spado ille.) Eunuchi uocantur, quod eſſent cuſtodes cubilis uxorij. Spadones, quod exectis genitali/
bus. De hoc eunucho baptiçato a Philippo, legis in Actis apoſtolicis, cap. 8. Viri nomẽ.) Sic em̃ refert Lucas. Et ecce uir Aethiops eunuchus: cũ inter ſe pugnent uirũ eſſe & eſſe eunuchum. Ad hos & Cle mens.) Hic tertius fuit Romanæ eccleſiæ pontifex, ſecundũ aliquos quartus. Etiam ſi Petrus hũc ſibi iuſ/
ſerit ſuccedere: uerũ is mortuo Petro, ceſſit Lino & Cleto modeſtiæ gratia, haud iuxta mores horũ tẽpo/
rũ. Vtinã huius uiri lucubratiões extarent. Simulꝯ ſignificantia.) Quã Græci uocant ἐμφασιν, ea eſt pe culiaris quædã uis & ꝓprietas uerborũ aut ſermonis, quæ ſentiri poſſit magis ꝯ explicari. Et quod ma/
lorum.) Nam fugitiui ſerui habebantur in compedibus, & notis inurebantur. Horatius item amicam cõ/
pedem uocat: Tenetꝯ grata compede uinctum. Et Seneca de uxore: Stulti eſt compedes ſuas ꝯuis au/
reas amare. Luſit in hac materia.) Ludere dicuntur, non ſolũ qui rem non ſeriam agunt, uerũ etiam qui ſeſe exercent. Vnde ludus, in quo exercentur artes. Ita ad Auguſtinũ ſcribẽs optat ut ſine dolore mutuo ludant in campo ſcripturarũ. Explicauit.) Teſtatur & in huius Catalogo, hũc ſcripſiſſe librum hexame tro uerſu, in quo uirginitatẽ & nuptias fecerit inter ſe decertantes. Ita concludens.) Hæc nõ habebant̃
D in ullis exemplaribus, una cum quatuor uerſibus ſequentibus συζυγίαν ποθέοντες, ὅμως σέφουσι κάρηνον, παρ/
θενίης χρισὸς δὲ διδοὺς γέρας ἀμφοτέροισι, τὴν μὲν δεξιτερῇ παρσήσεται ἐντύθι χθρὶ τὴν δ' ἑτέρην λαιῇ, κῦδος δ' ἕξει, καὶ τὸ μέσσον. Quæ quo planius intelligãtur ab omnibus, ad uerbũ quoad licet tranſferemus Coniugiũ de/
ſyderantes, tamẽ coronant caput uirginitatis. Chriſtus autẽ q̃ dat præmiũ utriſꝯ, hanc quidẽ ad dextram aſſiſtere faciet, prope manum: alterã uero ad leuam. Honos autẽ & his maximus. Verũ hos uerſus, quo/
niã olfecimus a ſtudioſo quodam audacius ꝯ rectius aſſcriptos, nõ uiſum eſt in contextũ referre. Qui/
bus em̃ uerbis.) Græca ſic habent. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχίνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερίσπαστως. Horum ſententiam explicuit modo Hierony/
mus: ad uerbum ita reddi poſſunt, ſi quis forſitan hoc requirat. Hoc autem ad ueſtram ipſorum utilitatẽ dico, non ut laqueum uobis in ĳciam, ſed ad honeſtatẽ & aſſidentiam dño indiuulſe. Hæc aſſcripſi ut in/
telligat lector, quãobrẽ Hieronymus dixerit Græcam ſententiã non poſſe cõmode reddi latine. Quod honeſtum & decorum.) Nam utrũꝯ ſignificat εὔσχημον, A σχῆμα figura, & εὖ bene, quaſi dicas compoſitũ & boni habitus, unde ἀσχημονεῖν dicuntur, qui ſe gerũt indecore. Et intente facit.) Ita reddit εὐπρόσεδρον quod ferme ſonat bonam aſſidentiam ſiue adhærẽtiam. Et expectare paratam.) Paratum haud dubie legendum eſt, ut referatur ad expectantem, non ad uoluntatem. Secundum eccleſiaſten.) Nempe ca/
pite tertio, uide inquit afflictionem, quam dedit dominus filijs hominum ut diſtendantur in ea. Aut ruendi.) Nempe in fornicationẽ. Sed prudẽtiæ librat.) Cum expendit pro cauſarũ ratiõe, quid minus aut magis expediat. Et erũt, inquit, duo in carnẽ unã.) Locus hic haud dubie nõnihil deprauatus eſt a librarijs: reſtituetur ad hunc modum, ut legas: Et erunt, inquit, duo in carnem unã, non in duas, non in treis, neꝯ in quatuor, alioqui iam non duo, ſed plures. Nam Hieronymus notat hoc uerbum, unã. Et ad conſimilem modum citat hunc locum in libro ad Gerontiam de monogamia, quod & illic in ſcholijs an/
notauimus. Primus Lamech.) Hic primus omnium digamus fuit, & fratricida ſecundus a Cain, Legis de hoc Geneſis, cap. quarto. Cataclyſim.) κατακλυσμός diluuiũ ſiue inũdatio Græcis. Quã ſancta ſit di gamia.) Per Ironiã accipiendum eſt. Succidentis nuptias repetitas.) Repeti dicitur ad quod reditur, Ita mare repetitur, aut patria. Secundus agamus.) Prima ſyllaba acuta pronunciandum eſt, ἄγαμος, id eſt cœlebs, & expers matrimonĳ Circũcidit Timotheum.) Legis in Actis apoſtolorũ, capite decimo ſexto, ſed addit propter Iudæos, quod omnibus notum eſſet Timotheum natum eſſe patre gentili.
Raſit in ſe caluitium.) Legis in actis apoſtolorum, capite uigeſimo primo quemadmodum Paulus ob plæbis tumultum conſilio Iacobi aſſumpſerit quatuor uiros uoti reos, cumꝯ illis caput raſerit. Nudipe dalia.) De q̃bus & Iuuenalis Obſeruãt ubi feſta mero pede ſabbata regis. Nutriuit comã.) Quod erat Naçareorũ, & nutritam totondit. Totondit in Cenchris.) Nempe uoti cauſa, ſicuti legis in Actis apo/
ſtolorum, capite decimooctauo. Quomodo igitur.) Hic aperit diſcrimen inter Paulum, & alios aſſe/
rentes

A rentes legem Moysi. Paulus exercuit aliquoties legis cerimonias,sed coactus & inuitus:cum sciret alio-
qui nihil ad rem pertinere:cæteri putabant hæc oportere coniungi cũ Christo. In passione desyderij.)
Passionem,animi morbum uocat ἐμ πάθ{,quod alij affectum. Non esse bonum duplicem numerũ.) Pri
ma numeri compositio est in dyade. Verum is numerus accedente uno,ad simplicitatẽ suam redit.Qua
ternarius bis compositus est. Vnde hic erat numerus mulieris in coniugio. Ternarius uiri,quod illa cor-
pus,hic animũ representet.Corporea cõposita sunt:animus simplex & incõpositus, ut indicauit & Mar-
tianus capella,libro primo de nuptijs Philologiæ & Mercurij. Et o reuoluit ad alpha.) ω Græcis extre
ma littera est,alpha prima. Vnde præcipuos ac summos alpha uocant. Martialis,Alpha penulatorum.
Finis legis Mosaicæ,initium erat euangelij. Et in monte Galaad.) Hic extructus est aceruus testimonij,
monumentum fœderis inter Iacob & Laban:ut habes Geneseos cap.31. Mesopotamiæ possessor.) Op-
ponit Mesopotamiam campestrẽ & humilem,monti in quem iam ascenderat Iacob,ad ardua tendens.
Ad torrentem Iaboch.) De uado Iaboch,quo trãsmisso Iacob luctatus sit cũ angelo,legis Geneseos cap.
trigesimo secundo. Significat illi tum denicq; commutatum nomen, posteaq; libido in eo fuit extincta.
πλατὺ νεῦρον.) Id est,latus neruus. Historiæ ordinem confundere.) Hac loquẽdi figura usus est,& ali
bi:licet noua latinis. Si soror uirgo.) Legis de his Leuitici,cap.21.Etiam si hoc loco citatio diui Hiero
nymi,nostra æditio,& Græca exemplaria,nõnihil discrepant in sententia.Hoc obiter admonendũ puta-
uimus,quo docti,quibus plusculum ocij fuerit,hunc locum diligentius expendant. Luter in tabernacu
lo.) λουτὴρ a lauando, quod latini labrum indidem uocant, eo uerbo usa est æditio nostra uulgata. Lo
cus autem est Exodi.38. Quasdam lineas.) Translatum a pictoribus qui primũ imaginem lineis extre
mis signant,deinde coloribus inductis exprimũt. Secundum epistolam.) Legis capite primo: Cõmo
nere autẽ uos uolo, scientes semel omnia,quoniam Iesus populũ de terra Aegypti saluans secundo,eos q
nõ crediderũt perdidit. In unum tumulũ.) Ita melius q; cumulũ.Vult em̃ uideri sepulta præputia.Lo
cus est Iosue quinto. Nomen loci Galgala.) Id quidã interpretantur,collem præputiorũ.At Galgal,aiũt
significare rotam siue reuolutionẽ. Duodecim lapidum.) De his legis in eodem libro,cap.4.& admo
nuimus alias. In tubis sacerdotalibus.) Quomodo septem sacerdotibus,septem item tubis canẽtibus
corruerint muri Hierocho,legis Iosue,capite sexto. Quos Iesus.) Quinq; reges,quinq; sensus corpo-
ris interpretatur,quos Iesus interficit in his,qui spiritu ducũtur nõ carne.Historia est Iosue,cap. decimo.
In partitione.) Nempe in monte,& in mõte Ephraim. Non in uicenario.) Pro Rachel pactus erat
seruitutem septem annorũ, supposita Lia, rursus alteros septem durauit,anno uigesimo fugit. Historia
est Geneseos,cap.29. Et uenditus est Ioseph.) Nam Ioseph uiginti aureis uenditus est fratribus, ut legis
Geneseos cap.37. Et quẽ diligit Esau.) Sic habes Geneseos,capite trigesimo secũdo: Separabat de his quæ
habebat munera fratri suo, capras ducentas,hircos uiginti,oues ducentas,& arietes uiginti,camelos fœ
B tas cum pullis suis triginta, uaccas quadraginta,tauros uiginti,asinas uiginti & pullos earum. Infaustus
est.) Quia par & cõpositus.Decas aũt ex imparib⁹ est numeris. Sed in decimo.) Quia mortuus est na
tus annos centum & decem.Centenarius ex decem constat decadibus,& decas ex decem henadibus.
In Thamnatsareh.) Ciuitas est Iesu nauæ in monte sita,quo loco & sepulchrũ illius olim ostendebat.
Montis Gaas.) Bene opponitur aquiloni,a qua parte uenit omne malũ. גַּעַשׁ Gaas Hebræis sonat con-
motionem. Ανακεφαλαιώσ{.) Id est recapitulatione,quã Græci uocant etiam epilogum,latinis quoq; re-
cepto nomine, quo summatim rerũ capita repetuntur. Et legitur.) Nempe Iosue,capite ultimo. Vi-
dit tantũ.) In monte Nebo,in uertice Phasga procul aspexit terrã.Sed in campestribus sepultus est.Deu
teronomij,capite ultimo. Contra domum Idoli.) Idem enim mons appellatur בֵּית פְּעוֹר Bethphegor,
בֵּית Beth aũt domus est, פְּעוֹר Phegor idoli nomẽ est.Mons est Moabitarũ,in quo Balã conatus est ma
ledicere populo Israelitico. Errore Encratitarũ.) Hæretici sunt abstinentes ab esu carnium, & ab omni
coitu,de quibus iam diximus. Sine matre,ἀγενεαλόγητος.)Quod perinde ualet, ac si dicas, cuius originis
ordo reddi non possit. Nam composita sunt etiam quæ præcesserunt,sine patre,sine matre,ἀπάτωρ,ἀμή-
τωρ. Ducentis præputijs.) De centum legimus in libris Regũ. Sunamitidis puellæ.) De Abysag sen
tit,quã Dauid senex sibi asciuit,quo cũ ea dormiens incalesceret. Tempus in collecto est.) ὁ καιρὸς συνε{
σαλμένος,id est tempus contractũ est,quasi dicas in angustũ adductũ & coartatũ. Stulte in Catalogo.)
Non accipit hic stulte uulgari more,sed iuxta id quod rhetores usurpant.Nam & stulticiã appellant ui-
tium oppositum uirtuti,quã Fabius appellat cõsilium:ea cõmittitur,cum orator ea dicit,quæ officiũt suæ
causæ,de quo superius admonuim⁹. Amodo filios faciam.) Sic em̃ uerterant septuaginta uersum canti
ci Ezechiæ: Ab hodie filios faciam, qui annunciabunt iusticiam tuã. Cur autem decepti sint interpretes,
causam aperit Hieronymus exponens Esaiæ caput,trigesimũoctauum. Ex illa dei sententia.) Esaiæ ca
pite trigesimo nono. Quẽ locum explanans Hieronymus,admonet idem quod hic dicit de tribus pue-
ris euiratis. De tyrannorũ pueris.) Sic habent Hebræi, פַּרְתֳּמִים parthomim, quã uocẽ Hieronymus
uertit in tyrannos,ut ipse testatur.Hoc Hebræi referunt ad Ezechiam,de cuius stirpe uolunt pueros hos
descendisse,ut admonet Hieronymus,enarrans primum huius prophetæ caput. Iuxta Hypothesin.)
ὑποθεσίς Græce suppositionem sonat,cum exempli causa fingimus esse quod non est.Locus autẽ est Eze-
chielis cap.decimo quarto. γυνὴ apud Græcos.) Vt uir apud latinos,aliquãdo maritũ significat,aliquan
do marem:ita γυνὴ apud Græcos,nunc sexum significat,nunc coniugẽ. In periodis.) περίοδος circulus,
aut circuitus est.Indicat hoc opus in circulis hominũ haberi,non in concilio ecclesiastico.Nam Petri no
mine ferebantur cõplura opuscula,quæ non cõprobauit authoritas ecclesiæ. Si eum uolo sic esse.) Quã
q; dissentiebant exemplaria, tamẽ satis liquet ex uestigijs,Hieronymum citasse locum,ut habent Græci,

C Si eum uolo manere,& nō ſic eum,quemadmodum nunc uulgo legunt.In nōnullis tamen germana ſcriptura erat integra. Quod & non in libro.) Sic habet.Quartodecimo igitur anno,ſecundam poſt Neronē perſecutionem mouente Domitiano,in Pathmos inſulam relegatus,ſcripſit Apocalypſim,quā interpretantur Iuſtinus martyr & Hirenæus.Interfecto autem Domitiano,& actis eius ob nimiā crudelitatem a ſenatu reſciſſis,ſub Pertinace principe redit Epheſum,ubi uſq; ad Traianū principem perſeuerans,totas Aſiæ fundauit rexitq; eccleſias:& cōfectus ſenio,ſexageſimo octauo poſt paſſionē domini anno mortuus,iuxta eandem urbē ſepultus eſt. Sine ira & cogitationibus.) Græce eſt,χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ,id eſt,abſq; ira & diſceptatiōe.Quod tamen aliquoties uertitur in cogitationem,ut illic,euanuerunt in cogitationibus ſuis. Locus autem eſt primæ ad Timotheum cap. ſecundo. Non enim ut male habetur.) Vox hæc σωφροσύνη Græcis ſignificat aliquando ſobrietatem ſiue temperantiā,aliquando modeſtiam aut uerecūdiam,aliquando pudicitiam,quod iſta ferme cohæreant. Quāq; bene habebat ſobrietas,ſed Hieronymus captat cōmodum argumentationis ſuæ,& torquet hanc dictionem ad patrocinium partis ſuæ. Cur addidit ſi permanſerint.) Hinc palam eſt nos deprauate legere locum hunc,Si permanſerit,quaſi referatur ad mulierē.Et Græce eſt,ἐὰν μείνωσιν,id eſt ſi manſerint, numero multitudinis: referē em̄ ad filios. Et Cariē.) Radix putris eſt & ſordida, ſed ob utilitatē toleratur,quod flores & poma hinc naſcantur. Multinubum.) Finxit uocem ridiculam,qua tamē uſus eſt alibi quoq;,Græcis eſt πολύγαμος, a multitudine coniugiorum. Qui nō litigat cœlebs eſt.) Cœlebs qui caret uxore. Significat nō abeſſe litē,ſi adſit uxor. In domo eius.) Nā uiri dicūtur ducere, quod in ædes ſponſi abduceretur uxor. Talē inducit Terentius Chremetem in Phormione. Atqui hoc periculum.) Hic locus uarie fuerat depraua tus.In nōnullis ſic habebaī: Acp hoc periculū imminet, ferri graue eſt. In alijs ſic,Ad hoc piculū memet ferri graue eſt. Reſtituim⁹ad hūc modū, At q hoc periculū in memet fieri graue eſt.Rettulit em̄ haud dubie uerba Chremetis ex Andria Terētiana.At iſtud periculū in filia fieri graue eſt.Periculū aūt uocat experimentū. Adā hoc eſt hominē.) Id em̄ ſonat Hebræis אדם Adā ab אדמה Adama terra,unde finxit illū deus.Locus quē hic notat eſt Geneſis,capite primo,Maſculum & fœminam creauit eos. Phyſiologos.) Id eſt qui de rerum naturis diſputant. Ἀμφιδέξιος.) Vocatur qui utrauis manu pro dextra utitur, id quod paucis uiris contingit,mulierum nulli.Quidam codices habebant ἀμφοτεροδέξιος.De Aoth legis Ioſue,capite tertio. Λευκασμός.) Id eſt dealbatio,a uerbo λευκαίνω.Hebræi candidum uocāt לָבָן Laban. Hermon.) Mons hebræis ita dictus,idem Saron Sidonijs.Amorræis Sanir,ut legis Deutero.3.Interpretationē nōnihil torquet Hierony. Duntaxat iuxta.) Locus eſt apud Zachariā cap.8. In uirginitate cō centus.) Quod infinita grana pomū hoc mire cōcinnata cōplectit̄. Alma.) עַלְמָה Alma Hebræis puel
D lam ſonat,ætatem magis ſignificans q̄ integritatem, ut putant plæriq;, quamq̄ diſſentiente Hieronymo. Cæterū בְּתוּלָה Bethula dicitur puella dum adhuc eſt intacta uiro. נַעֲרָה Naara autem ætatem dūtaxat ſignificat non integritatem. Sed cum epitaſi.) ἐπίτασις intenſio ſiue uæhementia,a uerbo ἐπιτείνω. In clerum allegunt.) Id eſt cooptant,unde allecti in ſenatum dicuntur quibus eſt datus locus in ſenatu. Νηφάλεον.) Quod utrūq; ſignificat Græcis,& ſobrium & uigilantem,quod hæc duo ferme cohæreant, & νήφω ſobrium eſſe & uigilare,hoc eſt attentum & diligentem eſſe. σώφρονα.) Agit ſuum negociū Hieronymus,ut par eſt in pugna,alioqui nihil uetat,quo minus σώφρονα ſobrium interpretemur. Cum omni caſtitate.) Græce eſt σεμνότητος, quæ uox ut eſt uaria,ſignificat uerecundiam & grauitatē ac ſeueritatem morum,qualis eſt in uirginibus & in adoleſcentibus pudice ac probe inſtitutis. An biberit ignoretur.) Vt æque ſobrius ſit a potu atq; ante potū. Lucerna dei.) Sic em̄ legimus primo libro Regū capite quarto de Heli,Nec poterat uidere lucernam dei,anteq; extingueretur. Sunt ferentarij.) A ferendo dicti, qui in militia ferrent pugnantibus cibū,aut potum:aut qui leuibus inſtructi armis,auxiliū ferebant feſſis. Miles gregarius.) Dicitur non inſignis,ſed undecunq; collectus,ad explendū numerū. Et manipuli.) Manipulus eſt manus militum parua & unum ſequens ſignū.Terentius,Et manipulus furum. Cōmiſſa pugna.) Eleganter: nam proprie committi dicūtur,qui conſerunt manus. Ceſſent lupæ.) Lupas hic meretrices uocat. συμπλήγαδας.) Anguſtias uocat,Sūt em̄ duæ inſulæ,de quibus fabulis proditum eſt eas aliquando concurriſſe,quod anguſto ſpatio inter ſe diſſitæ,procul intuentibus collidi uideantur: Vnde & nomen habent apud Græcos. Clauſis,quod dicitur.) Id eſt,nullo iudicio,nulloq; delectu.A luſu quodam ſumptum,in quo duo obtectis oculis congrediebantur pugnaturi,qui a concurſu Andabatæ dicti uidentur.De his copioſius dictum eſt in Chiliadibus prouerbiorum,& ſuperius memínimus. Officium eſt mandere.) Expreſſit elegantiam uerbi:nam mandere, non eſt idem quod edere, quemadmodū uulgo putant,ſed cibū dentibus cōminuere:inde cibum manſum uocamus,& nutrices præmandūt cibum pueris. Tuæ non intumeſcunt.) Nam hæc ſunt peculiaria ſexui fœmínino.Turgent papillæ,renes dilatantur & pectus eſt anguſtius,ut intelligas ad fœturam natas. Vox obſoletior.) Obſoletum uocat minus tenerum & exile,lam em̄ recenſet ſigna maſculi. Sermo ferocior.) Id eſt,minus ſupplex, minuſq; blandus. Quidā habebant fortior,ſed ferocior mihi magis arridet. Inimicitia eſt in deū.) Hinc palam eſt a nobis corrupte legi,inimica eſt deo.Nam Græca ſic habent ἔχθρα εἰς θεόν: Quāq̄ ceperant & hunc deprauare locum ſcribæ,qui nihil non corrumpunt. Rationabile obſequium.) τὴν λογικὴν λατρείαν, id eſt cultum ſiue ſacrificium,non brutum, quale mactabant Iudæi bouem aut hircum,ſed rationis particeps,hoc eſt ipſum hominem,quod iam ſæpius admonuimus:quoniam Theologi nimium ſæpe perperā citant hoc Pauli dictum. Alluſit autem Paulus ad quorundam gentium morem,apud quas humana uictima litabatur,id ſi a nobis fiat eo modo quo Paulus ſentit,nulla uictima deo gratior. Vt male in latinis.) Torquet nonnihil hunc locum Hieronymus,ad cōmoditatem ſuæ cauſæ:Nam hic certe magis quadrat

uertere

A uertere,modestiam uel sobrietatē,ꝗ pudicitiam,εἰς τὸ σωφρονεῖν,id est ad hoc ut sobrij sint & modesti,nō insolentes & elati. Locus est in epistola ad Romanos cap.12. Nec agit illic de pudicitia,sed de concordia, quæ nō cōstat inter elatos,sed inter modestos. Nox præcessit.) Lego processit,nō præcessit. Nam pro cessisse dicit,quod in suo tēpore progressum est & consenuit. Est em̄ Græcis προέκοψεν. Nuptiatoribus meis.) Hac uoce usus est & alibi, quā cōtūeliæ causa cōfinxit,a uerbo nuptiari,ut a iuuene iuuenari dixit Horatius. Subant ad coitū.) Nōnulli habebāt sudant,sed subant arbitror ab Hieronymo fuisse scriptū, qui in cōsimili sententia eodem alibi quoꝗ est usus uerbo. Est autem subare,suum more ad coitum tumul tuari. Reperitur in eum sensum,apud Plautū & Horatiū. Verbū est obscœnius & ad exaggerandā rei tur pitudinē adhibitū. Benignitas bonitas.) χρηστότητα uertit benignitatē ἀγαθωσύνην bonitatē. Hic Pauli lo cus habetur nōnihil diuersus apud theologos,ut indicauimus in nostris annotationibus. Continētia.) Ita reddidit ἐγκράτειαν,quā fere temperantiā uertere solemus. Ad castitatē pertinentia.) Sic apparet eū reddidisse Græcā uocē, προσφιλῆ. Vulgata æditio habet amabilia. Vna domus Philippi.)Hic erat unus e septem euāgelistis,in urbe Cesarea,cui domi alebantur quatuor uirgines filiæ ꝓphetantes,in huius do mum diuertit Paulus,ut legis in actis apostolicis cap.21. Centurionē Corneliū.) Hūc Cesareæ baptiça uit Petrus admonitus uiso,primū gentiliū. Nō est differentia.) Græcis est παραλλαγή,quod nos legim⁹ transmutatio. Qui post carnē.) Locus quē reddit,est in epistola Iudæ cap.1. Et dn̄ationes despiciūt.) Græcis est δόξας,id est glorias. Verba trutinātem.) Alluſit ad illud Persianū,quod dictū est in fastuosum & arroganter sua uerba promentē. Atꝗ exporrecto trutinantur uerba labello. Ad iura Apitij.) Api tius nobilis est inter artifices gulæ, Cuius meminit Plinius & Iuuenalis. Extāt hodieꝗ Apitij lucubratio nes de condiendis cibis. Ad candidas uestes.) Olim pullis uestibus utebantur monachi: Nā candidis uti aulicū erat ac triūphale. Notat autē & Augustin⁹ in libello ad Quoduultdeū,Iouinianū,quod a mona chorū institituto ad reliquos clericos desciuisset. Quod ne fieret in suis,olim statuerat,sed postea coactus mutauit decretū,quod mallet languidū,ꝗ extinctū: ut ipse testatur in sermone quodā ad populū de suis clericis. Paxami.) Et is fuit apud Græcos,quod Apitius apud Romanos. Scripsit libros de cōdiendis obsonijs,de tincturis, atꝗ huiusmodi de rebus quæ ad luxū & uoluptatē ptinēt. Huius meminit Suida.

Ad balneas.) Olim inituri conuiuiū prius utebantur balneo,uel calido,uel frigido. Ab his delitijs absti nebāt monachi. Ac fritillas.) Quidā habebāt friticulas: uide num legendū sit fritillos,ut intelligas alea rū lusum,quāꝗ fritillū inuenio,ꝓ cibi genere frixo. Et olim frixa in delitijs erant: sequit em̄ de popinis.

Ad mulsum & elaboratas.) Mulsum uinū est factīcium,nempe melle dilutū,id quod olim mire in deli tijs erat. Carnes elaboratas arte appellat cōtusas,ut forberi quoꝗ possint, nō solū edi. Et purpurā eius coloris.) Hoc sane loco duo uerba,ei⁹ coloris,mihi uidēt supesse,fortassis addita ab interpretari uolēte,

B Legēdū arbitror: Et purpurā putat regna cœlorū,hoc est sūmū bonū existimat purpura uestiri,nisi mauis de cibo ostreorū accipere,qđ paulo ante uentris meminit. Nā antiqtus ostreorū esus in luxu ponebat,te ste Iuuenale. Ostrea callebat primo deprendere morsu. Atꝗ hic sensus hoc magis arridet, quod superius de candidis uestibus meminit,nō de purpura. Porro purpura nō solū colorē significat, uerūetiam ipsum piscē, e cuius succo purpureo colore lanæ inficiunt. Atalantam.) De hac puella proditū est in fabulis quod inter plurimos præstanti uirtute iuuenes Calydoniū aprum prima uulnerauerit,cuius amore post ea captus est Meleager, is qui aprū cōfecit. Addidit aūt Hieronymus Calydoniū,quo distingueret a cæte ris, quod plures inueniant huius nois. Harpalicen quoꝗ.) Hæc patrē a Getis captū,incredibili celerita te liberauit, Hebro flumine trāsmisso. Nā a celeritate cursus, nomē quoꝗ a Græcis inditū uidet puellæ.

Insignis poeta.) Vir tam sanctus ac doctus,ut honorifice citat Maronem,etiā in disputatione theologi ca. Depingit aūt hāc Aeneidos libro primo,ad hunc modū: Virginis os habitūꝗ gerens,ac uirginis arma Spartanæ, uel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, uolucremꝗ fuga præuertit Hebrū. Nāꝗ humeris de more habile suspenderat arcū, Venatrix,dederatꝗ comā diffūdere uentis, Nuda genu nodoꝗ sinus collecta fluēteis. Hæc asscripsi,quod Hieronymus hypotyposin notarit,cū ait,describit. Volscorū camil lam.) Hæc uirago ductrix Volscorū, Turno duci Rutiloꝝ aduersus Troianos auxilio fuit. Quam Vergi lius undecimo Aeneidos libro, miris effert laudibus,quo quidem ex loco hoc desumpsit hemistichium, quod hic citat. O decus Italiæ uirgo. Chalcœcus.) Id cognomē inditū erat palladi Spartanorū, siue qđ ædem haberet æream,siue quod a Chalcidensibus fuerit extructa,χαλκὸς æs sonat,οἶκος domus. Non ex tat hæc historia, apud ullū scriptorē, qui supersit. Nec mirum,cū omnes ferme rerū scriptores perierint. Res aūt ipsa satis liquet ex Hieronymi uerbis,cū publica peste laboraretur, & cōsulti uates respondissent, immolata uirgine placandam esse deorū irā, Chalcœcus ultro sese ad mortē obtulit. Simile quiddā legi mus de filiab⁹ Erichthei uirginib⁹,quaꝝ duæ nempe Protogenia & Pandora,se pro liberāda ab hostibus patria mactādas obtulerūt. Has uirgines appellāt Hyacinthidas,quod in pago,cui nomē Hyacintho fue rint interfectæ. Cæteꝝ pro illa Leo,forte legēdū Philolai,aut aliud simile. Nā mihi quidē locus uidet nō uacare mendo. Iphigenia.) Filia fuit Agamemnonis,quā immolauit in Aulidæ,cum illic collecta Græ corū classe,per uentos nō liceret adire Troiam. Extat super hac re Euripidis tragœdia,quā nos olim lati nam fecimus. Quid referam.) Nam & Vergilius Cumanam illā honoris causa uirginem appellat. Nō ulla laboꝝ o uirgo noua mi facies inopinaue surgit. Aeolici genere sermonis.) Quinꝗ ferunt sermo nis species,quas Græci uocāt διαλέκτους, Ionica,Dorica,Attica,Aeolica,& cōmunis. Aeoles sua lingua ꝓ θεοὺς dicunt σίους. Porro βουλὴ consilium significat,quod illi forte uariant βυλή. Quandoquidem Aeolicū est e diphthongis alterā abijcere uocalem,& conduplicare consonantes immutabiles: Vnde pro θεοβούλη,σιοβύλη dicunt illi,quod ita ferme sonat, quasi dicas diuini cōsciā consilij. Succurrit hoc loco ridere Sui dā,aut qsqs is fuit hominūue deūue: qui Sibyllā scripserit uocē esse Romanā. Cassandra.) Filia Priami

C quã urbe Troiana capta adamatã ſecũ abduxit Agamẽnon: eã Euripides phœbada uocat in hecuba, qđ uates eſſet Apollinis & futuri præſcia. Chryſin.) Lego Chryſein. Chryſes ſacerdos & uates erat Apollinis, cuius filiã Chryſeidem habebat Agamemnon. Quãobrem iratus Apollo, peſtẽ immiſit in exercitũ Græcorum, ut tandem ſuo malo coactus ſit puellam reſtituere. Iunonis uirgines.) Cum ipſa maritũ habeat, tamẽ a uirginibus quædã eius ſacra peragi mos erat. Dianæ Tauricæ.) Nã huc raptã legimus Iphigeniam uirginem, & deæ eius loci in ſacerdotem adoptatam. Huic ſacrificabatur corporibus humanis.

Veſtæ.) Veſtales uirgines Romæ inſtituit Numa, quæ primis decem annis diſcerẽt ritus ſacrificiorũ, alteris exercerent, tertio decennio docerent. Quibus annis exactis permittebantur nubere: uerum præmonitæ nuptias fore inauſpicatas. Has ſacris & cerimonijs honorabiles fecit. Minutia.) Virgo ueſtalis, primum ſuſpecta propter mundiorem iuſto cultũ: deinde inſimulata apud pontifices ab indice ſeruo, cũ decreto eorum iuſſa eſſet ſacris abſtinere familiamq; in poteſtate habere, facto indicio, uiua ſub terrã de foſſa eſt ad portam Collinam dextra uia ſtrata. Loco nomen inditum ab inceſtu, campus ſceleratus. Ita Liuius Decadis primæ libro octauo. Eis de uia cedere.) Honoris cauſa de uia cedere, & hodie mos eſt, præſertim apud Italos. Claudia uirgo Veſtalis.) Meminit huiꝰ hiſtoriæ Titus Liuius Decadis tertiæ libro nono. Item Ouidius in faſtis. Meminit & Valerius maximus, libro octauo, capite de reis infamibus. Suetonius in duodecim Cæſaribus. Plinius in libro de uiris illuſtribus recenſet ad hunc modum, Hannibale Italiam deuaſtante, ex reſponſo librorum Sibyllinorum mater deum e Peſſimonte accerſita, cum aduerſo Tyberi ueheretur, repente in alto ſtetit: & cum moueri uiribus nullis poſſet, ex libris cognitum eſt, caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſe. Tum Claudia uirgo Veſtalis falſo inceſti ſuſpecta, deã orauit, ut ſi pudicam ſciret, ſequeretur: & çona impoſita, nauim mouit, ſimulacrum matris deum aduexit, templum ædificauit Naſica, qui uir optimus iudicabatur. Lucani poetæ patruus.) Senecam intelligit Neronis præceptorẽ: cuius hæc de Claudia ſententia eſt. Sentit autem hoc ipſum eſſe infelicitatis genus fuiſſe in uirgine, quod eguerit patricinio numinis ad purgandam infamiam impudicitiæ. Nam ueſtalem ita caſtam oportet eſſe, ut nec falſus rumor ullus de illa poſſit oriri. Virginem collocari ue.) De Erigone ſentit, quæ inter leonem & libram habet locum, ariſtam manu geſtans. Hanc quidam eſſe putant Iuſticiam, quæ offenſa uitijs mortalium, poſtea ſe receperit in cœlũ. Magna iniuria.) Ironice dictum eſt. Nam ueteres illi qui fabularum inuolucris omnia contexerũt, huiuſmodi monſtris cœlum expleuerunt. Nam eſt ſcorpius inter Zodiaci ſigna, a quo fingunt occiſum Orionem. Eſt & Cẽtaurus, quẽ ſagittariũ uocant: quãcq; eſt & alius centaurus, Chiron præceptor Achillis. Taurum autem fingunt a Iunone inter çodiaci ſigna collocatum, quod hic a mari progreſſus, Herculis cum hydra depugnantis pedem momorderit. Aegocerotẽ uocat, quẽ latini appellant capricornũ, ad Græcæ uocis imitationẽ, αἴξ em̃ capra dicit & κέρας cornu. Porro numerus feſtiuitatis gratia cõmutatus eſt, cũ horũ animantiũ ſingula tantũ ſint in çodiaco. Contruſerint.) Mira Emphaſis in ipſo uerbo. Nã contrudere eſt, cũ locus deeſt, tamen infulcire quẽpiã, quod Græci uocant παραβύσαι, quaſi dicas confulcire. Indignũ em̃ uidet, cũ uirgo locũ habeat amplũ, uxori aut marito nec inter mõſtra illa locũ quãtũuis anguſtũ datũ eſſe. Cũ Phidonẽ necaſſent.) Meminit huiꝰ Herodotus in Eratone, indicans fuiſſe tyrannũ Argiuorũ, & Græcorũ omniũ inſolẽtiſſimũ appellans, a quo menſuras & pondera reperta tradit Euſebius. Verũ hoc loco magis apparet ciuem quẽpiam fuiſſe Atheniẽſem, eum opinor qui nauale fabricatus eſt mille capax nauium. Celebratiſſima hiſtoria eſt, Athenienſes ab Euagora Lacedæmoniorũ duce uictos, triginta tyrãnos in urbẽ recepiſſe, qui Alcibiade ac Theramene interfecto, oia cedibꝰ ac uiolẽtia miſcuerũt: quos deinde Thraſybulus ſuſtulit. Vide lector, num forte legendũ ſit Philonẽ non Phidonem. Nam huius meminit Plutarchus in uita Scyllæ qui armamẽtariũ Athenis extruxerit opere admirando. Demotionis Areopagitarũ.) Lamiacum bellũ appellat, quod circa Lamiam urbẽ geſtũ ſit: ea eſt in Theſſalia. Spartiatæ & Meſſenij.) Mamertiã appellat regionem omnem ad Mamertum oppidum pertinentem. Ariſtoclides Orchomeni tyrannus.) Orchomenum Bœotiæ pars eſt. Ariſtomenes Meſſenius.) Hic dux Meſſeniorum diu Lacedemoniorũ hoſtiũ uictoriã remoratus eſt. Scedaſi filiæ.) Eſt apud Plutarchũ in Amatorijs narrationibus. Scedaſus quidam pauper ac probus habitabat in Leuctris. Ei duæ fuerũt filiæ. In harum amorẽ exarſerant duo Spartani Iuuenes, a Scedaſo hoſpitio excepti, uerum pudore cohibiti ſunt, ne quid in eas molirentur. At eadem redeuntes abſente iam Scedaſo, a filiabus nihilominus excepti ſunt, ceu noti iam hoſpites. At illi uim inferunt puellis, quas cum conſpicerent non paſſuras eam contumeliam inultam, interfectas ambas in puteum conijciunt. Pater cum fruſtra magiſtratus Ephoros atq; item reges ad ultionem ſollicitaſſet, ſibi mortem conſciuit. Qua quidem ex re grauiſſima clades accidit Lacedemonijs. Quod autem ait Hieronymus in Leuctris Bœotiæ, ad loci ſitum explicandum eſt dictũ, & ad hiſtoriæ fidem pertinet: nã Leuctra uicus eſt Theſpienſis. Porro Theſpia Bœotiæ pars eſt. Sciolus quiſpiã pro Leuctris mutarat lecturis. Deinde quod ait: Quo ore laudatæ, ſignificat hãc rem ſummis laudibus ab æloquẽtiſſimis ſcriptoribus fuiſſe celebratam. Quod autem nonnihil uariat Hieronymus a Plutarcho, nil mirum eſt, quando quidẽ ne de nominibus quidẽ uirginũ cõuenit inter authores. Et Locridas uirgines non tacere.) Locri populi ſunt Italiæ ex Græcis tamen oriundi. Apud hos mos erat, ut quot annis uirgines aliquot religionis cauſa mitterentur ad Troiam. Porro tam longum iter, & religionis prætextus, ſolet alijs labẽdi dare occaſionẽ. Septẽ Mileſias uirgines.) Olim Gallorũ gens, non Italiam modo, uerũ etiam Græciã peruaſit, unde & Galatarũ & Gallogræcie uocabula. Nicanor uictis Thebis.) Rem ipſe diuus Hieronymꝰ clarius explicat, cũ ut ſit aliter explicanda. Tantum lector ãnota emphaſin & auxeſin, ex contentione cõtrariorũ. Qui tam potẽtem uicit ac ſubuertit urbem, & tam multos uiros ſuperauit, ab una uirgine ſuperatus eſt. Porro Nicanor hic præfectus fuit Alexandri, cuius mentionẽ facit libro ſecundo. Budda.) Gymnoſophiſtæ

D

A nosophistæ,philosophorũ est genus apud Indos:de quo mira produnt apud authores. Horum origo re fertur ad Buddam quendam,quem ob sapiẽtiæ miraculũ,fingunt prodigioso more natum. Mineruã.) Est in fabulis Mineruam,quæ eadẽ Pallas, e cerebro Iouis natam fuisse,cui deæ placuit perpetua uirgini/tas. Et Bacchum.) Hunc bis natum fingunt, primum e matre,quanquam nondum perfecto fœtu:de inde rursum e fœmore Iouis. Doctissima Græcia.) Addidit honorificum epitheton,ut ostendat hæc a doctissimis uiris,non temere fuisse conficta. Perictionen.) Hæc fabula celebris fuit apud Græcos,Ari/stonem Platonis,ut putant,patrem frustra conatum congredi cum Perictione sponsa, cum esset formosis/sima: quod in somnijs uidisset Apollinem cum ea coeuntem.Proinde abstinuit ab uxore, quoad pare/ret Platonem, ex Apolline scilicet conceptum. Ita Laertius,citans eosdẽ authores,quos hic citat Hiero/nymus. Diodorus Socraticus.) Socraticum appellat, ut distinguat ab historiographo. Huic tribuit Syllogismi qui cornutus dicitur inuentionem:& Chronius per contumeliam dictus est,quod in cõuiuio propositis ab alio quodam quæstiunculis,non potuit ex tempore respondere.Sectæ fuit Stoicæ. Philo Carneadis magister.) Et hoc addidit ut distingueret a Philone Iudæo. Ex Ilia uirgine.)Hæc eadem & Rhea Syluia uocatur, Numitoris filia. Eam Amulius per honoris speciem,uirginẽ Vestalem legit,quo perpetua uirginitate spem partus adimeret fratri, cuius regnũ occuparat. Verum hæc cum incerto patre concepisset,finxerunt ex Marte grauidam factam. Authorem autem urbis Romulum uocat,qui Romã condidit & eius gentis princeps fuit. At dicet quispiam,quid hæc fabulosa ad uirginitatis commendatio/nem? Plurimum haud dubie. Nam ut maxime conficta sint,tamen in hoc conficta sunt a doctis, ut excel lentiam uirorum aut mulierum,huiusmodi natiuitate illustrarent. Vnde consequitur,ethnicos quoq; ne/scio quid magnum ac diuinum tribuisse uirginitati,alioqui non ista ficturos. Dido soror Pigmaleonis.) Reliqua nota sunt ex Aeneide Maronis. Illud unum annotandum Hieronymum hic in eadem esse opi/nione,in qua fuit Macrobius,qui in quinto Saturnalium libro,testatur hanc historiæ partẽ de amore Ae/neæ a Vergilio fuisse confictam.Nam illam sibi manus iniecisse,ne pateretur damnum pudoris.Et diuus Augustinus in confessionum libris, indicat adeo non fuisse uerum, quod tradidit Vergilius,ut Dido & Aeneas,sæculis quoq; fuerint disiuncti. Et eadem urbs.) Mira argutia:per transitionem,exempla dua rum fœminarum connexuit. Nam Hasdrubalis.) Hunc deuicit Scipio:quanq; hoc quoq; aliquanto secius refert Valerius Maximus libro rerũ memorabilium tertio,capite secũdo.Nempe Carthagine ca/pta uxorem Hasdrubalis indignatam,quod is soli sibi uitam impetrasset,neglecta uxoris ac liberorũ inco lumitate,sese cum tribus filijs in ignem coniecisse,sed prius exprobrata uiro impietate. Nicerati con/

B iugem.) Hos triginta tyrãnos Lysander Lacedemoniorum dux imposuerat Atheniensibus, multaq; & flagitiose & crudeliter patrauit in ciues Athenienses. Eo insolentiæ uenerat, ut propemodum diuinos honores sibi uindicaret, Chœryli & Antilochi uersibus decantari gaudebat, ea per Niceratum Hera/cleoten,& Antimachum Colophonium certatim agebantur. Hanc ni fallor Hieronymus iniuriam uiri uocat,quod tyranno tam abiecte cogeretur adulari. Meminit Plutarchus in Lysandri uita. Artemisia quoq;.) Mausolus rex fuit Cariæ: unde Mausoleum uocatum illius monumentum, quod operis,opera quatuor summorũ artificum fuit extructum,tanto sumptu tantoq; apparatu,ut inter septem orbis mira/cula fuerit commemoratum.Illa sic uirum etiam extinctum adamauit,ut iuxta quosdam dolore cõtabue/rit: iuxta alios mariti cineres,potui aspersos imbiberit,ceu uiuum mariti sepulchrum factũ. Meminit præ ter alios Valerius libro quarto. Teuta Illyricorũ regina.) Hanc Iulius Florus in Epitomis Teusam ap/pellat.Illyrici(inquit)siue Liburni sub extremis alpiũ radicibus agunt,inter Arsiam Tyriũq; flumẽ lõgis/sima per tota Adriatici maris littora fusi.Hi regnãte Teusa muliere populationib⁹ nõ cõtenti, licentiæ sce lus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant iure agentes,ne gladio quidem, sed ut uictimas securi percutiunt, præfectos nauium igne comburunt, idq; quo indignius foret,mulier impe/rabat. Indi ut omnes.) Attingit & hanc historiam Valerius maximus libro secundo,cap. de institutis: Protrahe,inquit, in mediũ Cymbricã audaciã,adijce Celtibericã fidẽ,iũge animosam Thraciæ sapientiã, annecte Lyciorum in luctibus abijciendis callide quæsitam rationẽ,Indico tamen rogo nihil eorum præ feres,quem uxoris pietas in modum genialis thori, propinquæ mortis secura conscendit. Alcibiades ille Socraticus.) Non quod esset philosophiæ professor,sed quod Socratis & auditor fuisset & amicus: Is incitante Critia,& iubentibus Lacedemoniorũ litteris,authore Lysandro per Pharnabaçum phrygiæ præfectum, ad quẽ in periculo confugerat, huius opera ad Artaxersen Persarum regem perrecturus,in/terfectus est.Huic cum insepultum cadauer relinqueretur,capite uidelicet ad Lysandrũ perlato,Aman/dra concubina satis magnificũ pro suis facultatibus sepulchrũ extruxit,ut refert in huius uita Plutarchus. Suffocato caput.) Plutarchus narrat eũ iaculis procul fuisse cõfossum,Hieronymus eos sequit authores quibus placet Alcibiadem,non a Pharnabaçi militibus interemptum,sed ab alijs quibusdam, qui illũ cum sua sorore cubantem deprehenderũt. Regulis Sidon.) Quondam opulentissima fuit urbs Phœ nices,quẽadmodũ & Tyrus,postea dicta Stratonis turris,quod ab hoc esset instaurata. Extorsit acina/cem e manu.) Acinaces genus est gladij Persici:ipsa quoq; uox eiusdẽ uidetur esse gentis,cuius est res, Vtitur hac uoce Horatius in Odis & Lucianus in Toxaride. Post uirginalia fœdera.) Quod illi uir/go nupsisset:& ob hoc a secũdis nuptijs abhorreret. Xenophon in Cyri maioris infantia.)Maioris ad/didit quod duo fuerint Cyri, Maior Cambyse & Mãdanes filius Astyagis nepos, Minor Darij filius Ar taxersis nepos. Res narrat apud Xenophontẽ plurimis uerbis| libro septimo. Panthea quædã habebat apud Syrũ captiua,ea impetrauit ut uiro remitteret: Remissa induit eũ armis magnificis quæ ex suo mũ do parauerat,adhortãs ut Cyro,a quo benigne fuisset habita,se præberet fidũ amicũ.Is in bello perijt:illa diu cõplexa defũcti cadauer, spadones iussit secedere: uni nutrici mandat,ut se mortuã eodẽ cũ uiro lin/

teo te

C teo tegeret. Deinde adacto in pectus gladio, capite reclinato in uiri pectus, mortua est. Qd' ubi cõspexe re tres spadones, & ipsi sibi necẽ consciuerũt, eodẽ in loco in quẽ iussi fuerãt abire. Meminit Pantheæ & Philostratus Græcus in imaginibus. Iustã causam.) Candaules siue Myrsilius Sardiũ Tyrannus, uxorẽ Gygi amico nudã ostẽdit, sed ita ut illa nõ sentiret se cõspici. Quod ubi illa sensisset, indignata marito, Gygen accersit, proponẽs, ut e duobus alterũ eligat, aut pereat ipse, aut occiso marito regnum suscipiat. Hic igitur insidijs adortus Candaulẽ, obtruncat & regnũ occupat. Narrat Herodotus libro primo. Rhodogunæ.) Et huius fœminæ meminit Philostratus in imaginib⁹. Alcestis.) Admeti regis uxor, apud hunc quoniam benigne habitus est Apollo, impetrauit illi a fatis, ut mortẽ effugeret. Nam fatalis dies iam aderat, si repperisset qui pro se mori uellet. Cũ nullum inueniret huius functiõis uicariũ, sola uxor, mariti uitã sua morte redemit. Extat sup hac re Euripidis tragœdia. Penelopes pudicitia.) Penelope fuit uxor Vlyssis inter exempla pudicitiæ cõmemorata. Nam ea mariti absentis reditũ, uiginti annos expectauit, nec ab ullis procis ad secundas nuptias perpelli potuit. Elegãter autẽ dixit carmen est, pro argumẽto carminis. Siquidem in Odyssea nihil fere tractat Homerus, nisi quibus iactatus casibus Vlysses, ad Penelopen suam reuersus sit. Maculam corporis.) Quod animus esset incorruptus, & per uim stuprata, corpore dũtaxat uitiato fuerit stuprata. Historiã recenset Liuius, & Valerius libro sexto, cap. 1. Duellius.) Gn. Duellius imperator delectus aduersus Carthaginenses, iniectis in hostiũ naues manibus, uictoriã reportauit, ac primus ex huiusmodi uictoria Romæ triumphũ egit. Quin & illud honoris additũ, ut solus prælucente teda, & præcinente tibicine rediret a cœna. Porro quod hic narrat de Duellio & Bilia, Plutarchus alijs accõmodat. Meminit huius Iulius Florus in Epitomis. Martia Catonis.) Imo Plutarchus tradit Martiã secundã Catonis Vticensis uxorem fuisse. Portiam autẽ filiam quæ Bibulo nupserit ab Hortẽsio petitã in matrimoniũ: cæterũ id Catonẽ recusasse. Verũ in hac parte diuersa feruntur de Catone, quẽadmodum testatur & Plutarchus. Vnde non mirum si quam Hieronymus Portiam appellat, hic Martiam uocat. Nõ oculis, sed digitis.) Oculis forma perspicitur: Digitis numeratur pecunia. Hoc est illud Iuuenalis. Protinus ad cẽsum, de moribus ultima fiet. Quæstio. Optima sane res.) Per Ironiam accipiendũ est. Martiam Cato nõ uirginẽ.) Quod añ nupsisset alteri. Inter Hortensiũ Catonẽq;.) Hortensius cupiens cum Catone, summam contrahere necessitudinem, Portiam ut diximus Bibulo nuptam, tãtisper uxorem postulauit, donec ex ea sobolem susciperet. Id cum nõ impetraret, palam cœpit ipsius uxorem usurariã petere, quandoquidẽ ipse iam nõ daret operam liberis, & mulier adhuc esset idonea ferendo utero: id impetrauit, sed assentiente patre. Deinde ubi peperisset Hortensio, ad Catonem est reuersa, nimirũ hoc erat inter duos maritos discurrere. Portia sine Bruto nõ potuit.) Hæc ubi uidit maritũ Bru

D tum secum agitasse de consciscenda sibi morte, tonsorio gladio sibi sponte manum pupigit: id ubi ille sensisset, dixissetq;, cur tõsori suas parteis prærípis? Imo inquit periculũ facere uolui, & æquo animo tecũ latura sim mortẽ, si tu perstiteris in proposito moriendi. Tandẽ extincto marito, cum obseruaretur a familiaribus, amotis gladijs, ardentes ex igni fauillas plenis hausit faucibus, atq; ita secuta maritũ est. Anniã.) Recenset aliquot matronarum Apophthegmata. Portia minor.) Apparet Catonem duas habuisse filias nomine Portias, & de nominibus uariant Historici. Valeria Messallarũ soror.) Duo fuerũt Messallæ, maior & minor. Id autem adiũxit, ut hanc distingueret a Valeria Publicolæ filia. Quã & de Valeria longe diuersa prodidit Plutarchus in uita Syllæ. Elato funere.) Nam efferri proprie dicebantur, qui ad sepulturam deportabantur, quod olim extra portam cadauera sepeliri mos fuerit. Lectícæ & esseda.) In lectícis accumbebant, aut etiam uectabantur nobiles matronæ. Essedum uehiculi genus, uox autẽ ipsa Britanica est, & usurpata iam latinis. Illa ornatior procedit.) Hæc ob μίμησιν, fiũt gratiora. Nec cũ sarcina.) Sarcinam uocat ipsam uxorẽ cum sua pompa. Vsus est autem duobus dilemmatis, sed tectius. Explicuisset ad hũc modum: Si domi relinquitur illa, offenditur: sin adducit, grauis est sua pompa. Item si pauper est, grauaris sumptu: si diues, nõ fers superbæ fastidiũ. Vocanda domina.) Notat & hoc Epictetus, quod uiri uxoribus coitus gratia adulantur, dominas eas appellãtes: atq; ita superbiam docẽt ipsi.

Celebrandus natalis.) Id olim in honorem amicorum aut potentum fieri consueuit. Iurandum per salutem illius.) Ita Vergilius. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. Et in pandectis puniũtur, qui per principis genium iurassent. Et gerula.) Id est baiula, quæ gestasset infantulam. Et patrimus.) Patrimi dicũtur quorum patres adhuc in uiuis sint: ut Matrimi quorum matres adhuc supersunt. At hic uidetur uulgato more patrimum appellare, quem Dionysius uocat susceptorem, uulgus compatrem.

Et alumnus.) Incertũ an de nutricio dicat, an de alio quopiam, quem alendum ipsa susceperit. Adoptant eñ mulieres nonnunq; adulescentulos benignitatis specie tanq; alendos: de quo alias Hieronymus.

Et formosus assecla.) Assecla dicitur ab assectando, qui officij causa deducit. Hic mos durat & hodie Neapoli, ut nobiles fœminæ aliquot habeãt iuuenes elegãtes ac festiuos q comitentẽ, horũ manibus fulciatur innitens delicatula matrona. Porro nõ sine emphasi addidit formosus, quod ea res bis molesta sit marito, & ob sumptũ & ẽlotypiã. Procurator calamistratus.) Procurator, q res alienas administrat, & hoc prætextu mulieres adducũt adulteros. Nã calamistrati dicunt̃, q candẽti acu crispant capillos. Et in longũ securã.) Notat & Iuuenalis quasdã matronas quas eunuchi imberbes ac mollia tãtũ oscula delectent. Longã uocat libidinẽ, quod hoc hominũ genus semp pruriat: securã, quod periculũ non sit, ne quid illinc nascat̃. Spado.) Nã ꝓprie Spadones dicũt̃ q ui castrati sunt, a uerbo græco σπάω, quod his testes euellerent̃. Nã eunuchus potest & natura esse. Si totã ei.) Rursum est usus dilẽmate. Cõsulueris.) Id est ꝓspexeris & caueris tibi. Si aliqd tuo.) Ludit crebris dilemmatis, & quidẽ elegãtissime. Et illa uere.) Iuxta illud Ouidianũ. Quæ qa nõ licuit nõ facit, illa facit. Difficile est cu.) Est dilẽma Theophrasti, quẽ paulopost citat, quo ꝓbare nitit̃ nõ eẽ ducẽdã uxorẽ. Q: & reprehẽdit̃ ab Aulo Gellio in noctib⁹ Atticis.

Est eñ

A Eſt em̃ & ſtata forma,quam uocant uxoriam,nec obnoxia amoribus multorum,neq; moleſta uiro. Et uernulæ.) Hanc uocem reſtituimus in prima epiſtola ad Heliodorum. Vernulæ ſunt ſerui domi tuæ nati,hi ꝓpemodũ filiorũ inſtar erant. Imputat lachrymas.) Tantũ flet uxor,nihil ſubleuat,& hoc ipſum imputat marito uelut officium, cum obſit etiam egrotanti. Et hæreditatis ſpe.) Illuuiem uocat ſumptus immodicos uxoris, quibus exhaurit & exedit maritum,Hos ille tolerat,ſperans futurũ,ut illa mortua lucrifaciat dotem.Nam ſunt qui non in aliud ducant uxores. Sollicitudinem iactans.) Cum feſtiuis ſermonibus alij ſubleuent & erigant egrotantis animam,illa moleſtis ac putidis fabulis morbum exaſperat,& miſerum adducit in deſperationem uitæ. Rara auis eſt.) Prouerbialiter dici ſolet de re quauis inuentu rara:ductum a ſpectaculis Romanorum,in quæ ſolent populo aues peregrinæ exhiberi.Ita Perſius.Si forte quid aptius exit,Quando hæc rara auis eſt. Habet enim ſecum.) Quod horum memoriam in animo ſemper circumferat.Ita Scipio dicere ſolebat,ſe nunq; minus eſſe ſolum, q̃ cum ſolus eſſet. Vel nomen noſtrũ.) Nã olim parentũ noia trãſibant ad liberos,ut Cicero filius,& Tullia filia Ciceronis. Nõ ſtatim.) Non ꝓpetuo ſiue ſemp,Nã aliquoties uſurpãt alia noia.Quod ſi maxime referat, nullum eſt uocabulũ nõ cõmune plurimis. Occupaturus.) Nempe priuſq; fiant Chriſtiani. Moſen & Samuelẽ.) Moſes inſtituit Aaron & filios illius, non ſuos. Deinde moriens,Ioſue uoluit ſucceſſorem, non filios.Samuel autem abdicatis filijs ſuis,qui illo iam ſene adminiſtrabant rem populi,Saul unxit regem. Ab Hircio.) Hic conſul fuit collega Panſæ. Repudium Terentiæ.) Ad hanc multa ſcripſit in exilio,uerum reuerſus repudiauit.Repudiatam duxit Saluſtius,ut ex ea Ciceronis arcana cognoſceret. Per quoſdã gradus.) Nam & Saluſtius orator fuit,ſed inferior Cicerone,& hoc rurſum inferior Meſſalla,ita ueluti paulatim deuoluta eſt. Socrates Xanthippen.) Plato quoq; in Dialogis indicat Socratẽ fuiſſe ridicula corporis ſpecie. Vnde Alcibiades illũ, ſilenis & ſatyris cõfert in Sympoſio.Dicere ſolitus eſt,cum plures hortarentur,ut Xanthippen repudiaret,imo ab hac domi diſco tolerantiam,qua mihi foris opus eſt. Et Alcibiadi demiranti,quod talem ferret uxorem,Iam his(inquit)aſſueui.Num tu domi toleras anſerum clamorem. Cũq; ille reſpondiſſet,at mihi domi anſeres ponunt oua. Et hæc(inquit)mihi ponit oua.Ad hæc,cum die quadam haberet cõuiuam philoſophum, & in longum progreſſa diſputatione,commota uxor menſam ſubuertiſſet,abire paranti conuiuæ:Mane mane inquit,Quid nouæ rei accidit? Nunq; ne domi tuæ gallina ſubuolans cyathos ſubuertit? Reſtitiſſet.) Non quod repugnaret uxori,ſed quod ibi ſubſtitiſſet,nec abiſſet : a reſtando nõ a reſiſtendo. Syllæ felicis.) Nam id cognominis ſibi uſurpauit infelix.Nam plures habuit uxores,primum Ceciliam Metelli pontificis maximi filiam,Deinde Aeliam. Tertio loco Celiam,paulopoſt Metellam,quam uehementer adamauit,ſed tamen moriẽtem repudiauit. Et quia nouiſſimi.) Ad eundem modum Iuuenalis: Dedecus ille domus ſciet ultimus.

B Athenis cantabatur.) Refert enim Plutarchus,cum obſideret urbem Athenienſium,Græcos de muris conuitia quædam in Metellam uxorem huius iactitaſſe:qua re prouocatus,crudelius exercuerit ſuam uictoriam. Cn.Pompeio.) Rebus aduerſus Mithridatem & in plæraq; Aſia feliciſſime geſtis, cum Italiam repeteret,de uxoris infamia certior factus eſt: moxq; eam repudiauit,nec uſq; repudij cauſam faſſus eſt. Teſtis Plutarchus in huius uita. Pontici ſpadones.) Eunuchi Aſiatici. Nam pontus Aſiæ pars eſt. Mos autem huic genti uxoribus eunuchos addere pudicitiæ cuſtodes.Incertum eſt autẽ,an hoc & quod ſequitur, Mithridaticæ ambiebãt cateruæ,hũc habeat ſenſum: eunuchos & milites Aſiaticos ambiſſe & affectaſſe cõcubitum Mutiæ,an illam more barbarico his cuſtodibus cinctam,tamẽ impudicam fuiſſe. Scientem pati.) Et ob id non audebant indicare,ne quid offenderent. Totius orbis.) Nam maximam orbis partem ſubegerat. M. Cato.Cenſorius.) Cenſorius dictus eſt maior,ob cenſuram ſeueritius geſtam.Plutarchus prodidit huic ductam uxorem genere magis q̃ diuitijs commendatam, in quã tamen comiter ſe geſſerit: nec admirabatur laudatam illam Socratis patientiam, qui Xanthippen moroſam, & filios immorigeros pertuliſſet.Sed haud ſcio,an hæc fuerit Salonij ſcribæ filia,quã Cato iam admodum ſenex,puellam duxit uxorem,non ſine infamia. Violentam impotentem.) Nonnulli codices habebant, uiolentam,Et pro impotentem, quod non intelligerent, mutarant mentis impotem, ipſi mentis impotes. Impotentes em̃ uocamus qui animo ſuo non temperant,ſed quicquid libuerit id pertinaciter urgent. Catoni ſuperbam.) In quem nec uiri ſolent audere. Tantus erat hominis rigor & authoritas. Philippum regem.)Is fuit Alexandri magni pater,uir ciuilis ingenij,multoq; q̃ filius fuit moderatior.Duxerat autem Olympiadem uxorem,quam adamatã adoleſcens ſibi iunxerat, mediocri ſicut uidetur,fortuna. Verſu tragico conſolatus eſt.) Apparet uerſum Tragicum hic aſſcriptum fuiſſe. Totæ Euripidis Tragœdiæ.) Hic Tragœdiarũ ſcriptor, olim dictus eſt μισογύνης, id eſt, oſor mulierũ.Duxit duas uxores,Choerinam Mneſilochi filiã, ex qua duos ſuſtulit filios:deinde repudiauit.Deinde ducta altera cum hanc quoq; comperiſſet impudicam, & ipſam repudiauit.Hinc opinor odiũ in oẽs, quod duas expertus,utrãq; malam comperiſſet.Huius tragœdiæ plenæ ſunt conuitiorum in fœminas, q̃q̃ id quidẽ habet cũ Heſiodo cõmune. Et Hermione loquitur.)Carmen eſt in Euripidis Andromacha,etiã ſi Hieronymus ſententiam magis reddidit quam uerba. Nam Hermione perſuaſa a cæteris mulieribus nupſerat Neoptolemo,cum is haberet uxorem Andromacham,id indignans illius frater Oreſtes,loquit ad hũc modũ, ὥς οὖμ τάδ᾽ ὡς ἔιπκτις ἐξημάρτανες; id eſt,quõ igitur hæc ut dixerit aliquis peccaſti? Illa reſpõdet in hũc modũ, κακῶμ γυναικῶμ ἴσοδοι μ᾽ἀπώλεσαμ, ἅι μοι λέγουσαι τοὺς δ᾽ἐχαύνωσαμ λόγους, id eſt, malarũ mulierũ ingreſſus me perdiderunt:quæ mihi loquentes hos blande perſuaſerunt ſermones. In Lepti.) Leptis oppidulũ eſt Africæ,cuius meminit & Pomponius Mela. Cõſulto ambigue extulit.) Vt ſignificaret eſſe mutuũ odiũ,& utrinq; par,Nã & ſocrus inuiſæ ſunt nuribꝰ,& nurus ſocribus.Locus eſt in Ecyra Terentiana

C ra Terētiana. Legimus quēdā.) Apparet Hieronymo cū hæc ſcriberet,nō ſuccurriſſe nomē.Nā id qui dē proditū eſt de Paulo Aemilio, qui Papyriam Mnaſonis uiri conſularis filiam,cū qua diu uixerat,& ex qua Maximum illum ſuſceperat Scipionem,tandem repudiauit. Nec unq̄ adduci potuit,ut diuortij cauſam æderet.Hunc cum rogarent amici,quid illum offendiſſet in ea fœmina,dicerentq̄:An nō formoſa eſt,an non fœcunda,an non nobilis,an non caſta? Ille porrecto pede:uidetis(inquit)hunc calceum non ne nouus eſt,nonne bellus? Atqui nemo ueſtrū ſentit,qua parte,pedem meum torqueat. Scribit Herodotus.) Verba ſunt Gygis apud Herodotum libro primo,diſſuadere conātis Candauli,ne ſibi nudam uxorem oſtenderet,ἅμα δ'ἐ χιτῶνι ἐκδυομένῳ,συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή,id eſt,una cum exuta tunica,ſimul & pudorem exuit mulier. Et noſter comicus.) Sic apud Terentium Mitio:Et quod fortunatum iſti putant,uxorē duxi nūq̄. Paſiphae.) Ea fuit uxor Minois tyranni Cretenſis,quam poetæ fingūt adamaſſe taurum,ex cuius concubitu natus ſit Minotaurus. Clytemneſtram.) Vxorem Agamemnonis,quæ dū ille belligeratur apud Troiam, Aegiſthum adulterum adduxit, & huius adiuta ope, maritū reuerſum occidit. Eriphylam.) Hæc uxor fuit Amphiari auguris,qui cum detrectaret ad obſidionē Thebanæ ciuitatis proficiſci,quod præſciret ſe illic periturum,& ob id abdidiſſet ſeſe,monili quodam elegāti conducta eſt,ut maritum proderet.Ille ad bellum protractus periit. Quicquid Tragœdiæ tument.) Nō ſine Emphaſi dictum eſt: tument,pro narrant:indicauit enim tragicorum grandiloquentiam. Vxorum pellicūq̄.) Hoc dictū eſt propter Medæam,quæ filios occidit,& puellam quam laſon ducere parabat. Et propter Clytemneſtram,quæ ob Caſſandram adductam occidit maritum,propter Helenam &c. Armātur parentū.) Hoc ad Medeā pertinet ut diximus. Nefandæ.) Hoc ad Thyeſtē pertinet, cui frater Atreus ob ſtupratam uxorē, treis filios epulandos appoſuit.Extat hoc argumento Senecæ tragœdia. Vniuus mulierculæ.) Helenam ſentit. Porro Troia in Aſia eſt, Græcia in Europa. Quaſdam repudiatas.) Iuuenalis, Sic fiūt octo mariti, Quinq̄ per autumnos. Vterq̄ maritus.) Et qui repudiauit,& cui repudiata nupſit. Epicurus uoluptatis aſſertor.) Cū laudandus fuerit magis quem citat authorem:tamē nō ſine cōſilio additum eſt,uoluptatis aſſertor.Adeo res eſt miſera matrimonium,ut nec Epicuro placuerit, qui finem bonorum conſtituerit in uoluptate:& tamen uulgus hominum uoluptatis gratia potiſſimū ducit uxorem. Metrodorus Leontium.) Hic Metrodorus certiſſimus amicus Epicuri & diuturnus auditor,cui moriens filios ſuos cōmendauit.Haud ſcio,an hæc fuerit Leontium meretricula, quæ ſcripſerit aduerſus Theophraſtū. Laertius indicat Leontium meretriculam Athenienſem a Metrodoro pellicem aſcitam. Ne Iouem Gameliū.) Iuppiter apud Græcos multis cognomentis uariat,uocatur ἱκεσίος,quē offendi putant,ſi quis ſupplicem reiiciat: ξένιος,ad quem hoſpitij religio pertineat: φίλιος,cui cura ſit ſeruā-
D dæ amicitiæ: γαμήλιος,cui cura ſit nuptiarum: γάμος em̄ Græcis matrimonium ſonat: γενέθλιος,ad quem pertineat cura gignendorum liberorū. Statorem Iouem.) Alluſit ad hiſtoriam,quam prodidit Titus Liuius libro primo. Romulus pugnans aduerſus Sabinos,cum uideret altero e ducibus occiſo,nempe Hoſtio, Romanorum aciem inclinari,Ioui ſtatori uouit ſe templū extructurū,ſi fugientem militem inhibuiſſet.Deinde quaſi certus, preces auditas a Ioue,cohortatus eſt ſuos,ut intrepido animo redirent in hoſtē, Iouem polliceri uictoriam: pugnatum eſt feliciter.Hoc loco quidam inſulſiſſime notant diuum Hieronymum uirum tanto q̄ ipſi ſunt doctiorem,quaſi putarit Iouem ſtatorem a ſtando dictum, non a ſiſtendo, propterea quod ſubijcit,qui libenter ſederit. At non intelligunt illum per iocum alludere ad uocem ſtandi. Quod ſi uox ipſa quemq̄ cōmouet, is timebit ne ſtatorem offendat,qui plærumq̄ ſedere gaudeat,cū a ſtando uideatur habere nomen. Ad hæc cum ſiſto ſignificet idem quod ſtare facio,non dicetur proprie ſiſti,qui ſubſederit,ſed qui ante fugiens ſtare cœperit.Offendet igitur non ſolum qui non ſteterit, uerum etiam qui ſederit. Verum iocus fit argutior ob ineptiam ſuperſtitionis,ſiquis inani uocula cōmoueatur. Pudet me,ſimulq̄ piget iſtiuſmodi rabularum,qui non uereantur tāto ſupercilio cenſere uirum,ut omittamus ſanctimoniam,infinitis partibus eruditiorem, indigni profecto,qui Hieronymo matulam porrigant. Scripſerunt Ariſtoteles.) Huius operis,non meminit Laertius,niſi forte ſentit de œconomicis, ubi tradidit officia maritorū & uxorū. Et Plutarchus.) Extat hic liber inſcriptus, γαμικὰ παραγγέλματα.

Et noſter Seneca.) Noſtrum uocat,quia latinus. Hoc opus intercidit,quemadmodum & illud de ſuperſtitione,ex quo nōnulla rettulit Auguſtinus in opere de ciuitate dei,item de terræ motu,quod ipſe cōmorat in naturalibus quæſtionibus. Tota amoris inſectatio.) Locus eſt in Phædro Platonis,ubi Socrates corrigit orationem Lyſiæ,qui ſuaſerit utiliores eſſe nō amātes quam amantes. At ille diſtinguit inhoneſtum amorem ab honeſto,illius incōmoda,huius commoda commemorans. Xyſtus in ſententijs.) Verſus eſt Xyſti Pytagorici γνωμογράφου,cuius extant fragmenta quædam Alterius tactam.)Nam & illud amatorium. Ita Paris: Et qua tu biberas hac ego parte bibi. Liberos tollere.) Tollere dixit pro educare. Nō perdat filios.) Quod mulieres aliquoties,ſi coeant a conceptu,abortiunt. In eadem ſententia fuit diuus Auguſtinus,maritōs a conceptu,abſtinere debere a ſuis uxoribus,ut refertur in decretis.

Amatores.) Amator eſt concubinæ. Adulterijs cohæſerūt.) Quod rem habuerunt cū ea quā poſtea ducūt uxorē. Rem improbā.) Id eſt impudentē. Impudētiſſimū em̄,illū ab uxore requirere pudicitiam, quam ante matrimonium docuit eſſe impudicam. Lenocinium libidinis.) Lenocinium uocat, quicquid aliqua uoluptate pellicit. Quorum in nomen.) Senſus eſt, Quoſdam pauperes,ut effugiant pœnam quam leges irrogabant ciuibus,qui non duxiſſent uxores,aliquoties diuites matronas accipere, qbus ſerui ſint potius q̄ mariti,tāq̄ dote conducti ut coeant. His nō nubit mulier,ſed ipſi nubunt mulieri. Talis inducitur Chremes in phormione Terentiana. Deformem redimit.) Incertum an a redimendo,an a redimiēdo. Redimere penſare eſt. Redimire,ornare. Aut igit intellige pudicitia quaſi tegi cōueſtiriq̄

A ſtiriq; deformitatem mulieris,aut penſari damnum formæ,dote pudicitiæ. Bruto æquauit.) Ille Tyran/ num expulit,uerum ne pateretur indignam ſeruitutem,a Lucretia didicit,quæ mortem prætulit impudi/ citiæ.Eſt autem ingens contumelia uxori,ab alieno corpore pollui. Cornelia Graccho.) Cornelia Ti/ berij Gracchi uxor,inſigni pudicitia,quã ſic amauit maritus,ut illius uitã ſuæ prætulerit,ex anguibus duo bus occiſo mare. Portiam alteri Bruto.) Nam qui Tarquiniũ expulit,Iunius Brutus dictus: Portiæ ma/ ritus,Decius Brutus,de quo ſuperius facta eſt mentio. Tanaquil.) Vxor Tarquinij priſci regis Roma ni, miro in uirum amore,ut cui uulnerato omnem admouerit curam quo reuiuiſceret.Populum ingenio ſuo cohibuit,ac Seruium licet ex ancilla natum ſubſtituit,mortis mariti uindicem,ſi mori contigiſſet.Re/ fert Liuius primæ Decadis libro primo. Theano.) Multæ fuerũt huius nominis,eruditæ mulieres.Ve rum opinor hic ſignari eam quam quidam putant Pythagoræ fuiſſe uxorem. Meminit huius Lucianus in imaginibus.Extant aliquot epiſtolæ huius nomine. Cleobulinam.) Hæc gente Lindia fuit,filia Cleo buli philoſophi qui inter ſeptem ſapientes refertur,cuius mulieris opera quondã celebrabantur,ut teſta/ tur Suidas. Gorgunten.) De hac nihil adhuc compertum legi,uerum apparet & hanc unam fuiſſe ex eruditarum numero mulierũ. Timocliam.) Huius meminit Plutarchus inter claras mulieres,ſoror erat laudatiſſimi uiri Theagenis Thebani,qui apud Cheroniam pro totius Græciæ ſalute fortiter pugnãs oc cubuit.At ubi Thebas cœpiſſet Alexander,& milites alius alio per urbem populabundi diſcurrerent,qui dam Thracũ equitum præfectus in Timocliæ ædes irrupit,Iam multo cibo potuq; ferox, non ueritus eſt nobilem & pudicam mulierem de concubitu ſollicitare, ac coniugium etiam pollicitus, expiſcari nititur, ſi quid opum reconditum haberet.Illa ſimulans ſe aſſentiri,ducit hominem in hortum, ſemotis arbitris, mentiens in puteo quodam ſicco magnam pecuniarum uim abditam eſſe:credit barbarus, occluditur oſtiũ horti,tollitur operculum putei,deſcendit in puteum.At illa adiuuantibus pediſequis hominem ſa/ xis e ſummo deiectis puteo,obruit.Alexander ubi cognouit factum,mulieris uirtutem admiratus,& im punitate donat Timocliam, & omnes illi conſanguinitate coniunctos immunes eſſe iubet. Claudias atq; Cornelias.)Feſtiuitatis gratia mutauit numerũ.De Claudia uirgine Veſtali,de Cornelia matre Grac chorum iam dictum eſt. Fortunæ muliebri.) Fortuna Romæ & in Italia nõ uno nomine colebatur ex/ tructis phanis.Nam erat Fors fortuna,Fortuna præneſtina,& Fortuna muliebris,cui templum dicatum, & cognomen additum, ob rem publicam mulierum beneficio adiutam. Etenim cum Coriolanus exul Volſcis hoſtibus adiũxiſſet ſeſe,atq; ita immineret,ut actũ uideretur de Romanis, Veturia mater,& Vo lumnia uxor duos cõplexa filios, una cum ingenti mulierum agmine uenit in hoſtiũ caſtra, & mater au/ thoritate,uxor & liberi blanditijs,Coriolani flexere animum,effeceruntq;,ut exercitũ ex agro Romano deduceret.Populus Romanus huius officij memor,tẽplũ Fortunæ muliebri ſtatuerũt,dicarũtq;. Author
B Liuius,libro ab urbe condita ſecundo. Nullũ flãminem.) Flamen genus eſt ſacerdotij apud Romanos.

Hierophantas.) ἱεροφάντης,Græcis dicitur ædituus,nõnũq; pro ſacrifico accipitur,inde dictus, uel quod oſtendat ſacra, uel quod ueſcatur ſacris.

Appendix Scholiorum primi aduerſus Iouinianum libri.

Inter omnia quæ ſolet obſeruare mortalium ſuperſtitio,nullã ego auem, nec præpetem, nec oſcinem, nullũ ſoliſtimum tripudiũ auſpicatius eſſe puto,q; ſit boni uiri & amici occurſus.Cum ſuperiores paginæ iam formulis eſſent excuſæ, commodum occurrit mihi,Ludouicus Berus,inclytæ Baſileæ,non tam ciuis q; ornamentum,ac ſui generis,& alioqui cum primis clari lumen ac decus,theologus inſignis,ac uir mo/ dis omnibus eiuſmodi,ut haud facile ſit pronunciare,magis ne ſit ſuſpiciẽdus,ob egregiam eruditionem: an uenerandus,ob undiq; inculpatam uitæ integritatem:an amandus,ob incredibilem quãdam morum comitatem & conſuetudinis iucunditatẽ. Ac uix ſolenni ſalutatione ultro citroq; dicta ac reddita, neſcio quis deus mihi miſerit in mentem,ut repente de numeris inijcerem mentionem.Nam quemadmodum iuxta Græcorum adagionem,ubi dolet,ibi quiſq; manum habet:ita ſi quid uehementer torquet animum, ibi quiſq; linguam habet.Rogabam ecquid legiſſet unq; de priſca in digitis numerandi ratione, de qua Beda præcepiſſet.Reſpondit ilico ſibi domi eſſe quædam ex eo Bedæ libro enotata.Id quo magis præter ſpem,hoc gratius accidit. Mittit protinus codicem,ut eſt ſingulari cãdore prædítus. Quæ tametſi paucu la ſunt,tamen quoniam magnopere pertinent ad rem,hic uice coronidis adijcienda putaui. Sunt autem huiuſmodi. Cum dicis unum, minimũ in leua digitum inflectẽs,in medium palmæ artum figas.Cum di cis duo,ſecundũ a minimo ibidẽ impones. Cũ dicis tria,tertiũ ſimiliter inflectes.Cũ dicis quatuor,mini/ mũ leuabis. Cũ dicis quinq;,ſecũdũ a minimo ſimiliter eriges. Cũ dicis ſex,tertiũ nihilomin⁹ eleuabis,me dio dũtaxat,qui medicus appellatur,in mediũ palmæ fixo.Cũ dicis ſeptem,minimũ ſolũ ſupra palmæ ra/ dicem cæteris interim leuatis impones:iuxta quẽ cũ dicis octo,mediũ.Cũ dicis nouẽ,impudicũ e regiõe compones.Cum dicis decem,unguem indicis in medio figes artu pollicis.Cum dicis uiginti,ſummitatẽ impudici inter nodos indicis & pollicis arcte figes.Cũ dicis triginta,ungues indicis & pollicis blãdo cõ/ iũges amplexu.Cũ dicis quadraginta, interiora pollicis lateri uel dorſo indicis ſuperduces, ambobus dũ taxat erectis.Cũ dicis quinquaginta, pollicem exteriore artu,inſtar Græcæ litteræ.r.incuruatũ ad palmã inclinabis.Cum dicis ſexaginta, pollicem ut ſupra curuatum indice circũflexo diligenter a fronte præcin ges.Cum dicis ſeptuaginta,indicem ut ſupra circũflexũ,pollice in lõgum tenſo implebis,ungue illius dũ taxat erecto trãs mediũ indicis artũ. Cũ dicis octoginta, indicẽ ut ſupra circũflexũ pollice in lõgũ extẽſo implebis,ungue uidelicet illius in mediũ indicis artũ fixo.Cũ dicis nonaginta,indicis inflexi unguem ra dici pollicis erecti infiges.Atq; hactenus in leua. Cẽtum uero in dextra,quomodo in leua decem facies. Ducẽta in dextra,quomodo uiginti in leua.Eodem modo & cætera uſq; ad nongenta.Item mille in dexi

C tra, quomodo unum in leua. Duo milia in dextra, quomodo duo in leua, & cætera usq; ad nouem milia. Porro decem milia cum dicis, leuam in medio pectoris supina mappones, digitis tantum ad cœlum erectis. Viginti milia cum dicis, eãdem pectori late expansam superpones. Triginta milia cum dicis, eadẽ prona, sed erecta, pollicem cartilagini mediĩ pectoris immittes. Quadraginta milia cum dicis, eandẽ in umbilico erectam supinabis. Quinquaginta milia cũ dicis, eiusdẽ pronæ, sed erectæ pollicẽ umbilico imponES. Sexaginta milia cum dicis, eadem prona femur leuum comprehendes. Septuaginta milia cum dicis, eandem supinam femori superimpones. Octoginta milia cum dicis, eandem pronam femori superimpones. Nonaginta milia cum dicis, eadem lumbos comprehendes, pollice ad inguina uerso. At uero cẽtum milia, ducenta milia, & cætera usq; ad nongenta milia, eodem quo diximus ordine in dextera corporis parte complebis. Decies autem centena milia cum dicis, ambabus sibi manibus consertis inuicem digitos implicabis. Hactenus quæ comperimus in eo quo dixi libello excerpta ex monumentis Bedæ, atq; hoc uelut auctario, uel serius impartiendum lectorem duximus. Cæterum an omnia quadrent cum his quæ prodidit Apuleius, non est huius loci disquirere. Certe cum his quæ scripsit Hieronymus, de triginta, sexaginta & centum adamussim concinunt. Coeũtibus em̃ molli contactu pollicis & indicis unguibus, ueluti matrimonium depingitur. Rursum ijsdem digitis aliter iunctis, sic ut inflexum pollicem præcingat index, uiduas in afflictione constitutas ac desolatas exprimis. Postremo a sinistra manu demigras ad dextram, & indicis ungui in medium pollicis artum infixo, coronam exprimis, & uirginum felicitatẽ repræsentas.

DIVI HIERONYMI ADVERSVS IOVINIANVM LIBER SECVNDVS.

SEcunda propositio est: eos qui fuerint baptiçati, a diabolo non posse tentari. Et ne hoc stulte dicere uideretur, adiecit: Quicũq; autem tentati fuerint: ostendit eos aqua tantum, & non spiritu baptiçatos, quod in Simone mago legimus. Vnde & Iohannes dicit: Omnis qui natus est ex deo, peccatum nõ facit, quoniã semen ipsius in eo manet: & nõ potest peccare, quia ex deo natus est. Et in hoc manifesti fiunt filij dei, & filij diaboli. Et in fine epistolæ. Omis qui natus est ex deo non peccat: sed generatio dei cõseruat eũ: & malignus nõ tangit eũ. Reuera fortis obiectio, & quæ indissolubilis permaneret, nisi ipsius Iohannis testimonio solueretur. Statim em̃ intulit: Filioli custodite uos a simulacris. Si omnis qui natus est ex deo, nõ peccat, & a diabolo tentari non potest, quomodo præcipit, ut caueant ne tententur? Et in eadem
D rursus epistola. Si dixerimus, quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus: mendacem facimus eũ, & uerbum eius non est in nobis. Existimo quod Iohannes baptiçatus ad baptiçatos scripserit: & qd̃ omne peccatũ a diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionẽ post baptisma peccatorum: & Iouinianus meus dicit: Ne tangas me, quoniam mundus sum. Quid ergo? cõtraria sibi Apostolus loquit̃? Minime. In eodẽ quippe loco cur hoc dixerit, statim edisserit: Filioli mei hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ, & ipse est ppiciatio pro peccatis nostris. Nõ pro nostris aũt tantũ, sed etiam pro totius mũdi. Et in hoc scimus, quod cognouimus eũ, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eũ, & mandata eius nõ custodit, mendax est, & in eo ueritas non est. Qui autẽ seruat uerbũ eius, uere in hoc charitas dei pfecta est. In hoc scimus, quoniã in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Propterea (inquit) scribo uobis filioli mei: Omis qui natus est ex deo, nõ peccat, ut nõ peccetis: & tamdiu sciatis uos in generatiõe dñi permanere, q̃diu nõ peccaueritis. Imo qui in generatiõe dñi perseuerant, peccare non possunt. Quæ em̃ cõmunicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quõ dies & nox misceri non queũt: sic nec iusticia & iniquitas, peccatũ & bona opa, Christus & antichristus. Si susceperimus Christũ in hospitio nostri pectoris, ilico fugamus diabolũ: Si peccauerimus, & p peccati ianuã ingressus fuerit diabolus: protinus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatũ: Redde mihi (ait) læticiam salutaris tui, scilicet quã peccando amiserat. Qui dicit se nosse eũ, & mãdata eius nõ custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. Christus ueritas appellat̃: Ego sum (inquit) uia & ueritas. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata nõ facimus. Scienti bonũ & nõ facienti illud, peccatũ est. Quõ corpus sine spũ mortuũ est: sic & fides sine operibus mortua est. Nec grande putemus unũ deũ nosse: cũ & dæmones credãt & cõtremiscãt. Qui dicit se in ip̃o manere: debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat aduersarius e duobus quod uult: optionẽ em̃ damus. Manet

A mus. Manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet ut Christus. Si autem temerarium est similitudinem uirtutum dñi pollíceri: nõ manet in Christo, quia non ingreditur ut Christus. Ille peccatum non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, nõ remaledixit: & tanq; agnus coram tondente sic non aperuit os suum: ad quem uenit princeps mũdi istius, & inuenit in eo nihil: Qui cũ peccatũ nõ feciſſet, pro nobis peccatũ eum fecit deus: nos autem iuxta epistolam Iacobi: multa peccamus omnes, & nemo mundus a peccatis: nec si unius quidem diei fuerit uita eius: Quis em̃ gloriabitur castum se habere cor? Aut quis cõfidet mundum se esse a peccatis? Tenemur q; rei in similitudinem præuaricationis Adam. Vnde & Dauid: Ecce (ait) in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et beatus Iob: Si fuero iustus, os meum impia loquetur: & si sine crimine, prauus inueniar. Et si purificat⁹ in niue & lotus mundis manibus, satis me sorde tinxisti: & execratum est me ueſtimẽtum meũ. Verũ ne penitus desperemus, arbitrãtes nos post peccata baptismi nõ posse saluari: statim hoc ipsum temperat. Et si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christũ iustũ: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Nõ pro nostris aũt tantum: sed etiam pro totius mũdi. Hoc ad credentes post baptisma loquitur: & aduocatum pro delictis eorũ dñm pollicetur. Nec dicit: Si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis uestris: ne eos diceres non plena fide baptisma cõsecutos: sed aduocatũ (inquit) habemus Iesum Christũ, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: & non solum pro Iohannis illorum q; peccatis: sed etiam pro totius mundi. In toto autem mundo & apostoli sunt om̃es q; credentes. Ex quib⁹ liquido cõprobat̃, post baptisma posse peccari. Frustra em̃ habemus aduocatũ Iesum Christũ, si peccari nõ potest. Petrus apostolus ad quẽ dictũ fuerat: Qui lotus est, nõ necesse habet ut iterũ lauet. Et, tu es Petrus, & sup̃ hanc petrã ædificabo ecclesiam meam: ab ancilla perterritus negat. Et ipse dñs: Simon, Simon: Ecce (inquit) Satanas postulauit uos: ut cribraret sicut triticũ. Ego aũt rogaui p̃ te, ne deficeret fides tua. Et in eodẽ loco. Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationẽ: sp̃us quidẽ promptus est, caro aũt infirma. Quod si ante crucẽ dictũ respõderis: certe post crucẽ in oratione dñica dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Si non peccamus post baptisma: cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam dimissa sunt? Quid oramus ne intremus in tentationem, & ut liberemur a malo, si diabolus tentare nõ potest iam baptiçatos? Aliud autem est, si ad catechuminos hæc oratio pertinet, & non conuenit fidelibus & Christianis. Paulus electionis uas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alĩs prædicans, ipse reprobus inueniatur. Et datus est mihi (inquit) stimulus carnis, angelus satanæ, qui me colaphiçet. Et ad Corinthios. Timeo (inquit) ne sicut serpens decepit Euã in astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri a simplicitate quæ est in Christo. Et alibi: Cui autem aliquid donastis & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter uos, in persona Christi, ut non circũueniamur a Satana. Non em̃ eius ignoramus astutias. Et rursum: Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem deus, qui non dimittet uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cũ tentatiõe etiam prouentum, ut possitis sustinere. Et qui sibi uidetur stare: uideat ne cadat. Et ad Galatas. Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati non obedire? Et alibi: Voluimus uenire ad uos: ego quidem Paulus, & semel & iterum, sed impediuit nos Satanas. Et ad maritos: Et iterum reuertimini ad idipsum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiã uestram. Et rursum. Dico autem, spiritu ambulate: & desyderia carnis non perficietis. Caro em̃ concupiscit aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnem: hæc em̃ inuicẽ aduersantur sibi: ut non quæ uultis illa faciatis. Ex utro q; compacti, necesse est, ut utriusq; contra se substantiæ bella patiamur. Et ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principatus & potestates: aduersus rectores tenebrarũ istarum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus: Et existimat aliquis securos & dormientes nos esse debere post baptismum? Necnõ ad Hebræos: Impossibile est em̃ eos qui semel sunt illuminati: & gustauerunt donũ cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt q; nihilominus bonũ dei uerbũ: uirtutes q; sæculi futuri, & prolapsi sunt: renouari iterum ad pœnitentiam: rursum crucifigentes sibimetipsis fi-

B

C lium dei,& oſtentui habentes.Certe eos qui illuminati ſunt & guſtauerunt dei donũ cœleſte:& participes facti ſunt ſpiritus ſancti:guſtauerunt q; bonũ dei uerbum:negare non poſſumus baptiçatos.Si aũt baptiçati peccare nõ poſſunt:quomodo nunc Apoſtolus dicit,& prolapſi ſunt? Verũ ne Montanus & Nouatus hic rideant:qui contẽdunt nõ poſſe renouari per pœnitentiã eos q crucifixerunt ſibimet filiũ dei,& oſtentui habuerũt:cõſequenter hunc errorẽ ſoluit, & ait: Confidimus aũt de uobis dilectiſſimi meliora & uiciniora ſalutis,tametſi ita loquimur.Nõ em̃ iniuſtus eſt deus:ut obliuiſcat᷑ boni operis ueſtri & dilectiõis,quã oſtendiſtis in noie ipſius,qui miniſtraſtis ſanctis,& nũc miniſtratis.Et reuera grandis iniuſticia dei, ſi tantũ peccata puniret, & bona opera non ſuſciperet.Ita locutus ſum(inquit Apoſtolus)ut uos a peccatis retraherem, & deſperationis metu facerem cautiores.Cæter; cõfido de uobis dilectiſſimi meliora & uicinio ra ſalutis.Neq; em̃ iuſticiæ dei eſt:ut obliuiſcat᷑ bonor; oper;,& miniſteri; quod ꝓpter nomen eius exhibuiſtis,& exhibetis in ſanctos:& tantum meminerit peccator;.Sed & Apoſtolus Iacobus ſciens baptiçatos poſſe tentari,&,ꝓpria corruere uoluntate:Beatus(ait)uir qui ſuffert tentationẽ:quia cum ꝓbatus fuerit:accipiet coronã uitæ,quã repromiſit deus diligẽtibus ſe.Ac ne putaremus ſecundum illud Geneſeos,ubi ſcribitur Abrahã a deo fuiſſe tentatum:nos quoq; tẽtari a deo:nemo(inquit)cum tentat᷑ dicat,quoniã a deo tentor.Deus enim intentator malor; eſt: ipſe autẽ neminẽ tentat. Vnuſquiſq; uero tentat᷑ a cõcupiſcentia ſua abſtractus & illectus:Deinde cõcupiſcentia cum cõceperit, parit peccatum:peccatũ aũt cum conſummatũ fuerit,generat mortẽ.Liberi arbitri; nos condidit deus,nec ad uirtutes,nec ad uitia neceſſitate trahimur.Alioquin ubi neceſſitas eſt,nec damnatio,nec corona eſt.Sicut in bonis operibus perfector eſt deus (non eſt em̃ uolentis,neq; currentis:ſed miſerentis & adiuuantis dei)ut peruenire ualeamus ad calcem:ſic in malis atq; peccatis,ſemina noſtra ſunt incentiua & ꝓfectio diaboli.Cũ uiderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum,ligna,ſtipulã,tunc ſupponit incendium. Aedificemus ergo aurum,argentum,lapides precioſos:& tentare non audebit:q̃q̃ & in hoc nõ ſit certa & ſecura poſſeſſio.Sedet quippe leo in inſidi;s & in occultis,ut interficiat innocentẽ. Et uaſa figuli probat fornax:hoies autẽ iuſtos tentatio tribulationis. Et in alio loco ſcribit᷑:Fili accedens ad ſeruitutẽ dei,præpara te ad tentationẽ.Rurſum idem Iacobus loquitur:Eſtote factores uerbi,& non auditores tantum.Si quis auditor eſt & non factor:iſte ſimilis eſt uiro,qui conſyderat uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.Conſyderauit illud: & ſtatim recedens oblitus eſt qualis ſit. Fruſtra monuit, ut iungerent opera fidei, ſi poſt baptiſma peccare non poterant. Qui totam legem (inquit) ſeruauerit, & peccauerit in uno: factus eſt omnium reus. Quis noſtrum abſq; peccato? Concluſit deus omnia ſub delicto,ut omnibus miſereatur.Petrus quoq;:nouit(inquit)dominus pios de tentatione eruere. Et de falſis doctoribus: Hi ſunt fontes ſine aqua: & nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum reſeruatur . Superbia enim uanitatis loquentes pelliciet in deſyderi;s carnis luxuriæ,eos qui paululum effugerant,& ad errorem reuerſi ſunt . Nonne tibi uidetur pinxiſſe ſermo apoſtolicus nouam imperitiæ factionem? Aperiunt em̃ quaſi fontes ſcientiæ,qui aquã non habent doctrinarũ:promittũt hymbrem,uelut nubes propheticæ,ad quas perueniat ueritas dei:& turbinibus exagitant᷑ dæmonũ atq; uitiorũ. Loquunt᷑ grãdia, & totus eor; ſermo ſupbia eſt. Immũdus eſt autẽ apud deũ omnis qui exaltat cor ſuũ: ut qui paululũ refugerant a peccatis,ad ſuũ reuertant᷑ errorẽ:& ſuadent in luxuria,ciborũ carniſq; delitias.Quis em̃ nõ libenter audiat:manducemus & bibamus, & in æternũ regnabimus? Sapientes & prudentes,prauos uocant: eos uero qui dulces ſunt in ſermonibus, plus audiunt.Iohannes apoſtolus,imo in Iohanne ſaluator ſcribẽs angelo Epheſi eccleſiæ: Scio (inquit)opera tua,& laborem & patientiam tuã,& quia ſuſtinuiſti ꝓpter nomẽ meũ,& non defeciſti:ſed habeo aduerſus te,quod charitatem tuam primam reliquiſti.Memor eſto,unde ceciderís:& age pœnitentiam, & prima opera fac.Sinautẽ,ueniã tibi,& mouebo candelabrũ tuum de loco,niſi pœnitẽtiã egeris.Similiter & cæteras eccleſias,Smyrnã,Pergamũ, Thyatirã, Sardis, Philadelphiã,Laodiciã ad pœnitentiã prouocat,& niſi reuertant᷑ ad opa priſtina, cõminat᷑. Et in Sardis paucos habere ſe dicit,qui nõ coinquinauerũt ueſtimẽta ſua,& ambulaturi ſunt cũ eo in albis,quia digni ſunt. Cui aũt dicit:Memẽto unde ceciderís, & ecce miſſurus eſt diabolus ex

D

uobis

A uobis in carcerẽ,ut tẽteminí:& ſcio ubi habitas:ubi ſedes eſt Satanæ: & in mente habe, qualiter acceperis,& audieris,& ſerua,& pœnitentiam age,& reliqua:utiq; ei dict qui credidit & baptiça tus eſt,& ſtans quondã,corruit per delictum. Pauliſper de ueteri teſtamento exempla diſtu/leram,quia ſolent ubicũq; contra eos facit dicere:lex & prophetæ uſq; ad Iohannem. Cæterum quis ignorat ſub altera diſpenſatione dei,omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti,cuius nunc Chriſtiani ſunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio:ſic nunc uirgines placent in perpetua caſtitate. Seruiuit ille legi & tempori ſuo:ſeruiamus & nos euãgelio & tempori noſtro,in quos fines ſæculorum decurrerunt. Dauid electus ſecundum cor dñi,qui omnes eius fecerat uoluntates:& qui in quodã pſalmo dixerat:Iudica me dñe, quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum:& in dño ſperãs nõ infirmabor:Proba me dñe & tenta me,ure renes meos,& cor meũ: poſtea tentatur a diabolo,& poſt peccatũ pœnitens loquit:Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuã. Magnũ peccatũ,magna deleri uult miſericordia. Solomon amabilis dñi,& cui bis deus fuerat reuelatus:quia amator mulierũ fuit,a dei amore diſceſſit. Manaſſen impiiſſimum regẽ poſt captiuitatẽ Babylonicã,in priſtinã dignitatem liber dierũ reſtitutũ refert. Et Ioſias uir ſanctus,in cãpo Magedo ab Aegyptio rege cõfoditur. Ieſus quoq; filius Ioſedech ſacerdos magnus,quanq; in typo pceſſerit ſaluatoris,qui noſtra peccata portauit,& alienigenã ſibi ex gentibus eccleſiã copulauit:tamen ſecundũ litteram poſt ſacerdotiũ ſordidatus inducit, & ſtat diabolus a dextris eius:& candida illi ueſtimenta deinceps redduntur. Superfluũ eſt de Moyſe & Aaron ſcribere,quod ad aquã cõtradictionis offenderint deũ, & terrã repromiſſiõis non intrauerint:cũ beatus Iob angelos quoq; & omnem creaturã peccare poſſe cõmemoret dicens:Quid emi,nunquid homo corã deo mũdus eſt? Aut in operibus ſuis ſine macula uir? Si cõtra ſeruos ſuos nõ credit,& aduerſum angelos ſuos prauum quid repperit:quãto magis habitãtes in domibus luteis:de quibus & nos ex eodẽ luto ſumus? Tẽtatio eſt uita hominũ ſup terrã. Et cecidit Lucifer,qui mittebat ad uniuerſas nationes. Et ille qui in paradiſo delitiarũ inter duodecim nutritus eſt lapides:uulneratus a monte domini,ad inferna deſcendit. Vnde & ſaluator
B in euangelio:Videbam(inquit)Satanam,quaſi fulgur de cœlo cadentẽ. Si altiſſima illa ſublimitas cecidit:quis cadere non poſſit? Si in cœlo ruinæ,quanto magis in terra? Et tamen cũ ceciderit Lucifer,imo poſt caſum coluber antiquus:uirtus eius in lumbis eius,& poteſtas eius ſuper umbilicum uentris:obumbrantur in eo arbores magnæ,& dormit iuxta iuncũ, & calamũ & caricẽ. Ipſe eſt rex omniũ quæ in aquis ſunt:ubi ſcilicet uoluptas & luxuria,& propago,& irrigatio nuptiarũ. Quis emi denudabit faciẽ ueſtitus eius? Et portas uultus eius qs aperiet? Saginant in eo nationes Aethiopũ,& patiunt eũ Phœnicũ gentes. Ac ne forſitan tacite legentis cogitatio putaret eas tantũ Phœnicũ gentes & populos Aethiopũ ſignificari, qbus draco in eſcã datus ſit,ſtatim de his q per mare huius ſæculi tranſierũt,& ad portũ ſalutis peruenire feſtinant, dicit:Et in nauibus piſcatorũ caput eius ſtat,ſicut incus infatigabilis:reputat ferrũ ut paleas, & ſicut lignũ putre æs. Et omne aurum maris,ſub eo eſt ſicut lutum. Feruefcere facit abyſſum,ſicut uas æneũ, æſtimat mare ſicut deletum,& tartarũ abyſſi ut captiuum. Omne altum uidet. Et arbitratur Iouinianus meus facile ſibi eũ poſſe ſuccũbere. Quid loquar de ſanctis uiris & de angelis: qui cũ creaturæ dei ſint,poſſunt utiq; recipere peccatum? Filium dei tentare auſus eſt: & prima eius & ſecunda ſententia repercuſſus,nihilominus caput leuat,& tertio uulneratus uſq; ad tempus recedit,differens magis tentationẽ q; auferẽs:& nos nobis blandimur de baptiſmate: quod ſicut priora peccata dimittit:ſic in futurũ ſeruare nõ poteſt:niſi baptiçati omni cuſtodia ſeruauerint cor ſuum? Tandem peruenimus ad cibos: & tertiæ quæſtionis nobis opponitur difficultas,ad hoc creata eſſe omnia ut uſui mortalium deſeruirent. Et quomodo homo rationale animal,quaſi quidã habitator & poſſeſſor mundi deo ſubiacet,& ſuum uenerat authorẽ: ita cuncta animantia,aut in cibos hominũ,aut in ueſtitum,aut ad ſcindendam terram, aut ad ſubuectionem frugum,aut ipſius hominis eſſe creata:unde & iumenta ab eo quod iuuent appellentur. Quid eſt(ait Dauid)homo quod memor es eius,aut filius hominis quoniam uiſitas eum? Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronaſti eũ,& cõſtituiſti eũ ſuper opa manuũ tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius,oues & boues uniuerſas,inſup & pecora cãpi. Volucres

C pi. Volucres cœli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Eſto (inquit) bos ad arandũ, ad ſedendũ equus, canis ad ſeruãdum, capræ ad lac, oues ad lanitia conditæ ſint. Quis uſus porcorũ abſq; eſu carniũ? Quid capreæ, ceruuli, damulæ, apri, lepores, & huiuſmodi uenatio? quid anſeres ſylueſtres & domeſtici? quid anates? quid ficedulæ? quid attagen? quid fulica? quid turdus? Cur in domibus gallina diſcurrit? Si non comedũtur, hæc omnia fruſtra a deo creata ſunt. Verũ quid opus eſt argumẽtis, cũ manifeſtiſſime ſcriptura doceat oẽ quod mouetur, ſicut holera herbarum, data nobis in eſcam: & Apoſtolus clamitet: Omnia munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur: & uenturos in nouiſſimo, qui prohibeãt nubere & ueſci cibis, quos deus creauit ad ũtendum. Ipſe dñs uini potator & uorator a phariſæis appellatur: & publicanorũ conuiua & peccatorũ: Zacchæi prandium nõ recuſans: uadens ad nuptiarum epulas. Porro aliud eſt, ſi ſtulta contentione dicitis eum iſſe ad nuptias ieiunaturũ, & impoſtore more dixiſſe, hoc comedo, illud non comedo: nolo uinum bibere quod ex aquis creauit. In typo ſanguinis ſui non obtulit aquã, ſed uinum. Poſt reſurrectionem piſcem & fauum comedit, non ziçania, nuces & ſorbitiunculas. Petrus apoſtolus non expectans ſtellam more Iudaico: ſed hora ſexta in ſolarium pranſurus aſcendit. Paulus in naui panem frangit, nõ caricas. Timotheo dolenti ſtomachum, uinum ſuadet bibere, non piracium. De ciborum ſibi placẽt abſtinentia, quaſi non & ſuperſtitio gentilium coſſum matris deum obſeruet & Iſidis. Sequar ergo ueſtigia propoſitionis expoſitæ: & anteq; ad ſcripturas ueniã, doceamq; ex eis deo grata ieiunia, & acceptabilem continentiã: argumentis philoſophorum argumenta componam: & ꝓbabo non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma ſectari, qui ꝓpter μετεμψύχωσιν, omne quod mouetur & uiuit, edendum non putant: & eiuſdem criminis reos arbitrantur, qui abietem quercũq; ſucciderint: cuius parricidæ ſunt & uenefici: ſed uenerari conditorem noſtrũ, qui in uſus hominum cuncta generauit. Et quomodo bos ad arandum, equus ad ſedendum, canes ad ſeruandum, capræ ad lac, oues ad lanitia conditæ ſunt: ita ſues & ceruos, & capreas, & lepores, & cætera: ſed illa non ſtatim ad comedendum creata eſſe: ſed in alios uſus hominum. Si eñ omne quod
D mouetur & uiuit, ad ueſcendũ factũ eſt, & præparatũ gulæ: reſpondeant mihi, cur elephãti, cur leones, urſi, leopardi, lupi: cur uiperæ, ſcorpij, cimices, culices, pulices q; : cur uultur, aquila, coruus, accipiter: cur ceti, delphines, phocæ, minutæq; cochleolæ cõditæ ſint? Quis noſtrũ, leonẽ, quis uiperam, quis uulturẽ, quis ciconiam, quis miluum, quis reptantes in littoribus uermiculos unq; comedit? Sicut igitur hæc proprios uſus habent: ita poſſumus dicere & cæteras beſtias, piſces, aues, non ad eſum, ſed ad medicinas creatas. Deniq; carnes uiperæ, unde theriace conficitur, quantis rebus aptæ ſint, norunt medici. Segmenta eboris in medelas uarias aſſumuntur. Fel hyænæ oculorum reſtituit claritatem: & ſtercus eius, putrida curat uulnera. Et (quod forſitan legenti mirum ſit) hominis fimus quantis curationibus proficiat, Galenus ἐν ἁπλοῖς docet. Aiũt phyſici quod pellis colubri qua exuitur, decocta in oleo mire dolorẽ aurium mitiget. Quid ita inutile uidet nescientibus ut cimices? Si ſanguiſuga faucibus hæſerit, fumo eius excepto, ſtatim euomitur: & difficultas urinæ, huius appoſitione laxatur. Porcorũ autẽ & anſerum & gallinarũ phaſianorumq; adipes, quid cõmodi habeant, omnes medicorũ declarant libri: quos ſi legeris, uidebis tot curationes eſſe in uulture, quot membra ſunt. Paui fimus podagræ feruorẽ mitigat. Gruis, ciconiæ fel, aquilæ, ſanguis accipitris, ſtruthiocamelus, ranæ chamæleontes, hirũdinis ſtercus, & carnes, quibus morbis aptæ ſint, dicerem, ſi mihi propoſitum eſſet de medela corporum diſputare. Legat qui uult Ariſtotelem & Theophraſtum proſa, Marcellum Sidetem, & noſtrũ Flauium hexametris uerſibus differentes. Plinium quoq; ſecundum, & Dioſcoridẽ: & cæteros tam phyſicos q; medicos: qui nullam herbam, nullũ lapidem, nullũ animal tam reptile q; uolatile & natatile: non ad ſuæ artis utilitatem referunt. Igitur cum mihi dixeris: cur porcus creatus eſt? ſtatim tibi reſpondebo, puerorum more certantiũ, cur uiperæ: cur ſcorpij? Nec deum ſupfluorum iudicabis artificem, quia plurimæ & beſtiæ & uolucres ſunt quas tuæ fauces recuſent. Sed ne contentioſum hoc & pugnax magis uideatur eſſe q; uerũ: audi idcirco ſues, & apros, & ceruos & reliquas animantes creatas: ut milites & athletæ, nautæ, rhetores, metallorumq; foſſores, & cæteri duro operi mancipati haberent cibos, quibus fortitudo corporum neceſſaria eſt:

qui

A qui portant arma & cibaria,qui pugnis & calcibus ſua inuicem membra debilitant: qui remos trahunt,quorum latera ad damandum dicendumq; ſunt ualida,qui ſubuertunt montes, & ſub diuo & imbribus dormiunt.Cæterum noſtra religio, nõ γυμνικὴν,non athletam,non nautas, non milites,non foſſores:ſed ſapientiæ erudit ſectatorem,qui ſe dei cultui dedicauit: & ſcit cur creatus ſit:cur uerſetur in mundo,quo abire feſtinet,Vnde & apoſtolus loquitur:Quando infirmor tunc fortior ſum:Et, ſi exterior noſter homo corrũpitur: ſed interior renouatur de die in diem. Et,cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.Et,carnis curam ne feceritis in deſyderijs.Nunquid omnibus præceptum eſt:ne duas tunicas habeant:ne cibos in pera,æs in çona,uirgam in manu,calcia mentum in pedibus: ut uendant uniuerſa quæ poſſident: dentq; pauperibus, & ſequantur Ieſum?Sed his utiq; qui uolunt eſſe perfecti.Alioquin a Iohanne baptiſta,aliud præcipitur militibus,aliud publicanis.Dominus autem dicit in euãgelio ad eum,qui ſe iactauerat legis uniuerſa compleſſe:Si uis perfectus eſſe,uade & uende omnia quæ habes,& da pauperibus:& ueni ſequere me.Ne graue onus nolenti uideretur imponere: in propria audientis uoluntate dimiſit dicens:ſi uis perfectus eſſe.Quamobrem & ego tibi dicam:Si uis perfectus eſſe, bonum eſt uinum non bibere:& carnem non manducare.Si uis perfectus eſſe, melius eſt ſaginare animam, q̃ corpus.Si autem paruulus es:& cocorum iura te delectant,nemo eripit faucibus tuis eſculentas dapes.Manduca & bibe:& ſi tibi placet, cum Iſraele lude conſurgens & canito:Manducemus & bibamus,cras enim moriemur.Manducet & bibat, qui poſt cibos expectat interitum: qui cum Epicuro dicit:poſt mortem nihil eſt:& mors ipſa nihil eſt. Nos Paulo credimus intonanti:Eſca uentri,& uenter eſcis:deus autem & hunc & illam deſtruet. Hæc autem de ſcripturis pauca poſuimus: ut congruere noſtra cum philoſophis doceremus. Cæterum quis ignoret: unamquanq; gentem non communi lege naturæ, ſed his quorum apud ſe copia eſt ueſci ſolitam?Verbi gratia:Arabes & Saraceni & omnis eremi barbaria,camelorum lacte & carni-
B bus uiuit:quia huiuſcemodi animal pro temperie & ſterilitate regionum facile apud eos & gignitur & nutritur.Hi nephas arbitrantur,porcorum ueſci carnibus:Sues enim qui glande,caſtaneis, radicibus filicum & hordeo ali ſolent, aut raro apud eos,aut penitus non inueniuntur:& ſi inuenti fuerint,alimenta non habent,quæ ſupra diximus.E regione ſeptentrionales populos:ſi ad eſum aſinorum camelorumq; compellas:ſimile putabunt eorum ueſci carnibus, ac ſi lupum comedere cogantur,aut coruum.In Ponto & Phrygia,uermes albos & obeſos qui nigello capite ſunt: & naſcuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit. Et quomodo apud nos attagen & ficedula,mullus & ſcarus, in delitijs cõputantur:ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe luxuria eſt.Rurſum orientales & Libyæ populos,quia per deſertum & calidam eremi uaſtitatẽ locuſtarũ nubes reperiuntur,locuſtis ueſci moris eſt.Hoc uerũ eſſe Iohãnes quoq; baptiſta probat. Compelle Phrygẽ & Ponticũ, ut locuſtã comedat,nephas putabit.Coge Syrũ, Afrũ & Arabem, ut uermes Põticos glutiat:ita eos deſpiciet,ut muſcas,millepedias, & lacertos.Quanq; Syri & crocodilis terrenis:Afri etiã lacertis uiridib9 ueſci ſoleant. In Aegypto & paleſtina propter boum raritatem nemo uaccam comedit:taurorũq; carnes & boum uitulorũq; aſſumunt in cibis.At in noſtra prouincia ſcelus putãt uitulos deuorare. Vnde & imperator Valens nuper legem per orientẽ dederat:ne quis uitulorũ carnibus ueſceretur,utilitati agriculturæ prouidens: & peſſimã Iudaiçantis uulgi emendans conſuetudinẽ, pro altilibus & lactentibus, uitulos cõſumentis. Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorũ noua feritas,ſemicrudis ueſcũtur carnibus. Porro Ichthyophagi gens errãs in littore maris rubri,ſup petras ſolis calore feruentes aſſant piſces: & hoc ſolo alimento uictitant.Sarmatæ,Quadi, Vuandali & innumerabiles aliæ gentes,equorũ & uulpium carnibus delectantur.Quid loquar de cæteris nationibus, cum ipe adoleſcentulus in Gallia uiderim Scottos gentẽ Britannicã,humanis ueſci carnibus:& cũ per ſyluas porcorũ greges & armentorũ pecudũq; reperiãt, paſtorũ nates & fœminarũ papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborũ delitias arbitrari?Scottorũ natio uxores ,pprias nõ habet:& quaſi Platonis politiã legerit,& Catonis ſectet exẽplũ,nulla apud eos coniunx ,ppria eſt,ſed ut cuiq; libitũ fuerit,pecudũ more laſciuiunt. Perſæ,Medi, Indi,& Aethiopes, regna nõ

Ioannes Baptiſta Ioãnſ Ioãnſ Baptiſta

Ichthyophagi.

C modica, & Romano regno paria,cũ matribus & auĳs,cũ filiabus & neptibus copulant. Maſſa getæ & Derbices miſerrimos putãt,qui egrotatione moriant:& parentes,cognatos,ꝓpinquos, cũ ad ſenectã uenerint, iugulatos deuorant,rectius eſſe ducẽtes,ut a ſe potius q̃ꝫ a uermibus comedant. Tibareni quos dilexerint,ſenes ſuſpendũt in patibulis.Hircani uolucribus & canibus, ſemiuiuos proĳciunt,Capſĳ ĳſdem beſtĳs mortuos.Scythæ eos qui a defunctis amati ſunt,uiuos infodiunt cũ oſſibus mortuorũ. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis obĳciunt ſenes. Qd̃ cum Alexãdri præfectus Nicanor emendare uoluiſſet:pene amiſit prouinciã. Coge Aegyptiũ, ut ouium lacte ueſcat:Impelle(ſi uales)Peluſioten,ut mãducet cepe.Singulæ pene in Aegypto ciuitates, ſingulas beſtias & mõſtra uenerant: & quodcũq; coluerint,hoc inuiolabile & ſacrum putãt. Vnde & urbes quoq; apud eos ex anialiũ uocabulis nũcupãt:Leonto,Cyno,Lyco,Buſyris, Thmuis qd̃ interp̃tat hircus.Et ut ſciremus,quales deos ſemp Aegyptus recepiſſet: nuper ab Hadriani amaſio urbs eorꝫ Antinois appellata eſt.Peruides igit̃,quod nõ ſolũ in eſu:ſed & in ſepulturis & in cõnubĳs:& in omni cõuerſatione unaquæq; gens, ſuo ritu & ꝓprietatibus uictitet:& hoc eam naturæ legem putare,quod didicit. Verũ face eſum carniũ cunctis nationibus eſſe cõmunẽ:& paſſim licere,quod paſſim gignitur. Quid ad nos,quorꝫ cõuerſatio in cœlis eſt: qui ſup Pythagorã & Empedoclem, & oẽs ſapientiæ ſectatores,non ei debemur cui naſcimur, ſed cui renaſcimur:qui repugnantẽ carnẽ,& ad libidinũ incentiua rapientẽ inedia ſubiugam⁹? Eſus carniũ,& potus uini,uentriſq; ſaturitas,ſeminariũ libidinis eſt. Vnde &Comicus:Sine cere re(inquit)& libero friget uenus. Per quinq; ſenſus,quaſi per quaſdã feneſtras,uitiorꝫ ad animã introitus eſt. Nõ poteſt ante metropolis & arx mentis capi:niſi per portas eius irruerit hoſtilis exercitus.Horũ perturbationibus anima prægrauat̃:& capit̃,aſpectu,auditu,odoratu,ſapore,tactu.Si circenſibus quiſpiã delectetur:ſi athletarum certamine, ſi mobilitate hiſtrionũ, ſi formis mulierꝫ,ſplendore gemmarꝫ,ueſtiũ,metallorũ:& cæteris huiuſcemodi:per oculorũ feneſtras animæ capta libertas eſt:& implet̃ illud ꝓpheticũ:Mors intrauit ꝑ feneſtras ueſtras.Rur
D ſum auditus uario organorꝫ cãtu,& uocũ inflexiõibus delinit̃:& carmine poetarũ & comœdiarum mimorũq; urbanitatibus & ſtrophis:& quicqd per aures introiens uirilitatem mẽtis effœminat. Odoris aũt ſuauitas & diuerſa thymiamata,& amomum,& cyphi,oenanthe,muſcus, & peregrini muris pellicula,quod diſſolutis & amatoribus cõueniat, nemo niſi diſſolutus negat. Porro ciborũ auiditas,quod auariciæ mater ſit:& animũ quaſi quibuſdã cõpedibus degrauatũ in terra teneat,quis ignorat? Propter breuem gulæ uoluptatẽ,terræ luſtrantur & maria:& ut mulſum uinũ precioſuſq; cibus fauces noſtras tranſeat, totius uitæ opera deſudamus. Tactus aũt alienorũ corporũ & fœminarũ ardentior appetitus:uicinus inſaniæ eſt. Ob hunc ſenſum cupimus,iraſcimur,geſtimus,inuidemus,æmulamur,ſolliciti ſumus:& expleta uoluptate,per quãdam plenitudinẽ rurſus accendimur,quærimuſq; facere,quod cũ fecerimus,iterũ pœniteamus. Igitur cũ per has portas,quaſi quidã perturbationũ cunei ad arcem noſtræ mentis intrauerint, ubi erit libertas,ubi fortitudo eius,ubi de deo cogitatio,maxime cum tactus depingat ſibi etiã præteritas uoluptates: & recordatione uitiorum cogat animam compati: & quodammodo exercere quod non agit? His igitur rationibus inuitati multi philoſophorum,reliquerunt frequentias urbium,& hortulos ſuburbanos, ubi ager irriguus & arborum comæ, & ſuſurrus auium, fontis ſpeculum,riuus immurmurans,& multæ oculorum auriumq; illecebræ, ne per luxum & abundantiam copiarum,animæ fortitudo molleſceret:& eius pudicitia conſtupraretur.Inutile quippe eſt crebro uidere per quæ aliquando captus ſis: & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas.Nam & Pythagorei huiuſcemodi frequentiam declinantes,in ſolitudine,& deſertis locis habitare conſueuerunt.Platonici quoq; & Stoici in templorum locis & porticibus uerſabantur:ut admoniti auguſtioris habitaculi ſanctitate: nihil aliud q̃ꝫ de uirtutibus cogitarent.Sed & ipſe Plato cum eſſet diues: & thoros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret:ut poſſet uacare philoſophiæ: elegit Academicam uillam ab urbe procul,non ſolum deſertam,ſed & peſtilentem:ut cura & aſſiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur: diſcipuliq; ſui nullam aliam ſentirent uoluptatem, niſi earum rerum quas diſcerent. Quoſdam

legimus

A legimus effodisse sibi oculos: ne per eorum uisum, a contemplatione philosophiæ auocarentur. Vnde & Crates ille Thebanus, proiecto in mari non paruo auri pondere: abite (inquit) pessum malæ cupiditates: ego uos mergam, ne ipe mergar a uobis. Quod si quis existimat & abundantia ciborꝝ potionũqꝫ se perfrui, & uacare posse sapientiæ: hoc est & uersari in delitijs, & delitiarũ uitijs non teneri, seipsum decipit. Cum em̃ procul ab his remoti sæpe capiamur naturæ illecebris: & cogamur ea cupere, quorũ copiã non habemus: quãto magis, si circũdati retibus uoluptatum, esse nos liberos arbitremur? Sensus noster illud cogitat, quod uidet, audit, odorať, gustat, attrectat: & ad eius rei trahitur appetitũ, cuius capitur uoluptate: quod mens uideat, & mens audiat, & quod nec audire quippiam, nec uidere possimus: nisi sensus in ea quæ cernimus & audimus fuerit intentus. Vetus quoqꝫ sententia est: difficile est imo impossibile, delitijs & uoluptatibus affluentes, nõ ea cogitare quæ gerimus: fruſtraqꝫ quidã simulant salua fide & pudicitia & integritate mentis se abuti uoluptatibus: cũ contra naturã sit, copijs uoluptatũ sine uoluptate perfrui: & Apostolus hoc ipsum cauens dixerit: Quæ autẽ in delitijs est uidua: uiuens mortua est.

Sensus corporũ quasi equi sunt, sine ratione currentes: anima uero in aurigæ modũ retinet frena currentiũ. Et quomodo equi absqꝫ rectore p̃cipites ruunt: ita corpus sine ratione & imperio animæ, in suũ fertur interitũ. Alia quoqꝫ cõparatio animæ & corporis a philosophis ponit̃: corpus puerũ, animã pædagogũ esse dicẽtibus. Vnde & historicus: animæ (inquit) imperio, corporis seruitio magis utimur. Alterũ nobis cũ dijs: alterũ cũ beluis cõmune est. Igit̃ nisi uitia adolescentis & pueri, prudẽtia pædagogi rexerit: oĩs conatus eius & impetus ad lasciuiã ꝓperant. Sine q̃tuor sensib⁹ uiuere possumus: id est, sine aspectu, auditu, odoratu atqꝫ cõplexu: Absqꝫ gustu aũt & cibis, impossibile est humanũ corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio: ut tales ac tãtas sumamus escas, quibus nõ oneret̃ corpus, nec libertas animæ prægrauetur: quia & comedendũ est, & deambulandũ, & dormiẽdum, & digerendũ: & postea inflatis uenis, incentiua libidinum sustinenda. Luxuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas. Omnis qui cum his miscetur, non erit
B sapiens. Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comesos, magno partos & perditos labore doleamus. Holerum pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus est, & arte impendijsqꝫ cocorum nõ indiget: & sine cura sustentat humanũ corpus, moderateqꝫ sumptus (quia nec auide deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leuiori digestione concoquitur. Nemo em̃ uno aut duobus cibis, hisqꝫ uilibus, usqꝫ ad inflationem uentris oneratur: quæ diuersitate carnium, & saporis delectatiõe percipitur. Cum uarijs nidoribus fumant patinæ: ad esum sui, expleta esurie, quasi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia concitantur, multiqꝫ impatientiam gulæ, uomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt, turpius egerũt. Hippocrates in Aphorismis: docet crassa & obesa corpora, quæ crescendi mẽsuram compleuerint: nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim & pessima morborum genera erũpere: & idcirco esse necessariam demptionem: ut rursum habeant in quæ possint crescere. Non enim manere in uno statu naturã corporum: sed aut crescere semper, aut decrescere: nec posse uiuere animal, nisi crescẽdi capax sit. Vnde & Galenus uir doctissimus Hippocratis interpres: athletas quorum uita & ars sagina est: dicit in exhortatione medicinæ, nec uiuere posse diu, nec sanos esse: animasqꝫ eorum ita nimio sanguine & adipibus, quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus & ructu & uentris ingluuie cogitare. Diogenes tyrannos & subuersiones urbium: bellaqꝫ uel hostilia, uel ciuilia non pro simplici uictu holerum pomorꝝqꝫ: sed pro carnibus & epularum delitijs asserit excitari. Quodqꝫ mirandum sit: Epicurus uoluptatis assertor: omnes libros suos repleuit holeribus & pomis: & uilibus cibis dicit esse uiuendum: quia carnes & exquisitæ epulæ, ingenti cura ac miseria præparentur: maioremqꝫ pœnam habeant in inquirendo, cꝫ uoluptatẽ in abutendo. Corpora autem nostra cibo tantum & potu indigere. Vbi aqua & panis sit, & cætera his similia, ibi naturæ satisfactum. Quicquid supra fuerit, non ad uitæ necessitatem spectare, sed ad uitium uoluptatis. Bibere & comedere non delitiarũ ardor est, sed sitim famemqꝫ restinguere. Qui carnibus uescantur, indigere etiam his quæ non sunt carniũ. Qui aũt simplici uictu abutant̃, eos carnes nõ requirere. Sapiẽtiæ quoqꝫ operã dare nõ possumus, si mensæ abundantiã cogitemus, quæ labore nimio & cura indiget. Cito explet̃

naturæ

C naturæ neceſſitas:frigus & fames,ſimplici ueſtitu & cibo expelli poteſt. Vnde & Apoſtolus:Ha
bentes(inquit)uictum & ueſtitū,his contenti ſumus. Delitiæ & epularū uarietates,fomenta aua
riciæ ſunt. Grandis exultatio animæ eſt,cū paruo cōtentus fueris, mundū habere ſub pedibus,
& omnē eius potentiā:epulas,libidines,propter quæ diuitiæ comparantur,uilibus mutare cibis,
& craſſiore tunica compenſare. Tolle epularum & libidinis luxuriā,nemo quæret diuitias:qua
rū uſus,aut in uentre,aut ſub uentre eſt. Qui egrotat,non aliter recipit ſanitatē,niſi tenui cibo &
caſtigato uictu,quæ λεπτὴ δίαιτα dicitur. Quibus ergo cibis recipitur ſanitas,his & ſeruari poteſt:
ne quis putet morbos holeribus concitari. Si autē Milonis illius Crotoniatæ uires holera nō mi
niſtrant,quæ naſcuntur & aluntur carnibus:quid neceſſe eſt uiro ſapiēti & philoſopho Chriſti,
tantam habere fortitudinem,quæ athletis & militibus neceſſaria eſt:quam cū habuerit,ad uitia
prouocetur? Illi arbitrantᵉ carnes ſanitati cōgruas,qui uolunt abuti libidine:& in cœnū demerſi
uoluptatum,ad coitū ſemper exæſtuant. Chriſtiano ſanitas abſq; uiribus nimijs neceſſaria eſt.
Nec turbare nos debet,ſi rari ſint huius propoſiti ſectatores:quia rari ſunt & amici boni & fide
les,& pudici & continentes,ſemperq; uirtus rara eſt. Lege Fabritij continentiam, Curij pauper
tatem,& in tanta urbe uix paucos inuenies,quos ſequaris. Noli timere,ne ſi carnes non comede
ris,aucupes & uenatores fruſtra artificia didicerint. Legimus quoſdā morbo articulari & po
dagræ humoribus laborantes,proſcriptione bonorū ad ſimplicem menſam & pauperes cibos
redactos, conualuiſſe. Caruerant enim ſollicitudine diſpēſandæ domus,& epularum largitate:
quæ & corpus frangunt & animā. Irridet Horatius appetitum ciborū,qui cōſumpti relinquūt
pœnitentiā. Sperne uoluptates:nocet empta dolore uoluptas. Et cum in amœniſſimo agro
in morſum uoluptuoſorū hominū ſe craſſum pinguemq; deſcriberet, luſit his uerſibus. Me
pinguem & nitidum & bene curata cute,uiſes Cum ridere uoles,Epicuri de grege porcum.

Sed & ex uiliſſimis cibis uitanda ſatietas eſt. Nihil em̄ ita obruit animū,ut plenus uenter &
exæſtuans,& huc illucq; ſe uertens,& in ructus uel in crepitus uentorū efflatione reſpirans. Qua
D le illud ieiunium eſt,aut qualis illa refectio poſt ieiuniū,cū pridianis epulis diſtendimur & gut
tur noſtrū meditatorium efficitur latrinaꝝ? Dumq; uolumus prolixioris inediæ famā quære
re,tantū uoramus,quantū uix alterius diei nox digerat. Itaq; non tam ieiunium appellandum
eſt,q; crapula ac fetens & moleſta digeſtio. Dicæarchus in libris antiqtatū & deſcriptiōe Græ
ciæ,refert ſub Saturno: id eſt, in aureo ſæculo cum omnia humus funderet:nullum comediſſe
carnes:ſed uniuerſos uixiſſe frugibus & pomis,quæ ſpōte terra gignebat. Perſarū regis Cyri
uitam, Xenophon octo uoluminibus explicat:polēta & cardamo & ſale ac pane cibario eos aſ
ſerēs uictitare Lacedæmoniorū menſæ frugalitatiſq;:& ſupraſcriptus Xenophon & Theo
phraſtus & oēs pene ſcriptores Græciæ teſtes ſunt. Cheræmon Stoicus,uir æloquētiſſimus,
narrat de uita antiquorū Aegypti ſacerdotum,quod omnibus mūdi negotijs curiſq; poſtpoſi
tis,ſemper in templo fuerint:& rerum naturas cauſaſq; ac rationes ſyderum cōtemplati ſint, nū
q; mulieribus ſe miſcuerint,nunq; cognatos & propinquos,ne liberos quidem uiderint: ex eo
tempore quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire:carnibus & uino ſe ſemper abſtinuerint ꝓpter
tenuitatē ſenſus & uertiginē capitis,quā ex paruo cibo patiebantur,& maxime ꝓpter appetitus
libidinis:q ex his cibis & ex hac potione naſcunt. Pane raro ueſcebant,ne onerarēt ſtomachū.
Et ſi quādo comedebāt,tuſum pariter hyſopū ſumebant in cibo:ut eſcam grauiorē illius calore
decoquerēt. Oleū tantū in holeribus nouerant,uerū & ip̄m parū,ꝓpter nauſeam & aſperitatē
guſtus leniendā. Quid loquar(inquit)de uolatilibus, cū ouum quoq; ꝓ carnibus uitauerint &
lac? Quorū alterū carnes liquidas:alterū ſanguinē eſſe dicebant colore mutato. Cubile eis de fo
lijs palmarū quas baias uocāt contextū erat:ſcabellū accliue & ex una parte obliquū,in terra ꝓ
puluillo capiti ſupponebāt:bidui triduiq; inediā ſuſtinētes. Humores corporis qui naſcunt ex
ocio & ex māſione unius loci,nimia uictus caſtigatione ſiccabāt. Ioſephus in ſecūda Iudaicæ
captiuitatis hiſtoria,& in octauodecimo antiquitatū libro:& contra Appionem duobus uolu
minibus,tria deſcribit dogmata Iudæorum:Phariſæos,Sadducæos,Eſſænos. Quorum nouiſſi
mos miris effert laudibus:quod & ab uxoribus & uino & carnibus ſemper abſtinuerint,& quo
tidianum ieiunium uerterint in naturam. Super quorum uita & Philo uir doctiſſimus ꝓprium

uolumen

A uolumen edidit. Eantes Ciçycenus & Aſclepiades Cyprius, ætate qua Pygmaleon in oriente regnabat, ſcribũt eſum carniũ nõ fuiſſe. Eubulus quoq; q hiſtoriã Mithræ multis uoluminibus explicuit: narrat apud Perſas tria genera magorum: quorum primos qui ſint doctiſſimi & æloquentiſſimi, excepta farina & holere nihil amplius in cibo ſumere. Apud Eleuſinam etiã uolucribus & piſcibus, & quibuſdam pomis abſtinere ſolenne eſt. Bardeſanes uir Babylonius in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit: quorum alterum appellat Bragmanas: alterum Samanæos: qui tantæ continentiæ ſint, ut uel pomis arborum iuxta Gangen fluuium uel publico oriçæ & farinæ alantur cibo: & cũ rex ad eos uenerit: adorare illos ſolitus ſit: pacẽq; ſuæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari ſitam. Euripedes in Creta, Iouis prophetas, nõ ſolũ carnibus, ſed & coctis cibis abſtinuiſſe refert. Xenocrates philoſophus de Triptolemi legib⁹ apud Athenienſes tria tantum præcepta in templo Eleuſinæ reſidere ſcribit, honorandos parentes, uenerandos deos, carnibus non ueſcendum. Orpheus in carmine ſuo eſum carnium detestatur. Pythagoræ, Socratis, Antiſthenis, & reliquorum frugalitatem referrem in confuſionem noſtram: niſi & longum eſſet, & proprij operis indigeret. Hic certe eſt Antiſthenes, qui cum glorioſe docuiſſet rhetoricam, audiſſetq; Socratem: dixiſſe fertur ad diſcipulos ſuos: Abite, & magiſtrũ quærite, ego eñ iã repperi. Statimq; uenditis quæ habebat & publice diſtributis, nihil ſibi amplius cẽp palliolum reſeruauit. Paupertatiſq; eius & laboris, & Xenophon teſtis eſt in Sympoſio: & innũerabiles libri eius: quorũ alios philoſophico, alios rhetorico genere ſcripſit. Huius Diogenes ille famoſiſſimus ſectator fuit, potentior rege Alexandro: & naturæ uictor humanæ. Nam cum diſcipulorum Antiſthenes nullum reciperet, & perſeuerantem Diogenem remouere nõ poſſet, nouiſſime claua minatus eſt, niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe dicit᷑ caput, atq; dixiſſe: Nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo poſſit obſequio ſeparare. Refert Satirus qui illuſtrium uirorum ſcribit hiſtorias: quod Diogenes palliolo duplici uſus ſit propter frigus: peram
B pro cellario habuerit: ſecumq; portarit clauam, ob corpuſculi fragilitatẽ, qua iam ſenex mẽbra ſuſtentare ſolitus erat: & ἀμεροβιος uulgo appellatus ſit: in præſentem horã poſcens a quolibet, & accipiens cibum. Habitauit autem in portarũ ueſtibulis & porticibus ciuitatum. Cũq; ſe contorqueret in dolio, uolubilem ſe habere domum iocabatur: & ſe cum temporibus immutãtem. Frigore enim, os dolij uertebat in meridiem, æſtate ad ſeptentrionem: & utcũq; ſol ſe inclinauerat, Diogenis ſimul prætoriũ uertebatur. Quodã uero tempore habens ad potandũ canthũ ligneum, uidit puerum manu cõcaua bibere, & eliſiſſe illud fertur ad terram dicens: Neſciebam quod natura haberet poculum. Virtutem eius & continentiã mors quoq; indicat. Nam cum ad agonem olympiacũ, qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, iam ſenex pergeret, febri in itinere dicitur apprehenſus, accubuiſſe in crepidine uiæ: uolentibuſq; eum amicis, aut in iumentũ, aut in uehiculum tollere, non acquieuit, ſed tranſiens ad arboris umbrã locutus eſt: Abite quæſo, & ſpectatũ pergite, hæc me nox, aut uictorẽ probabit, aut uictum. Si febrem uicero, ad agonem ueniam. Si me uicerit, ad inferna deſcendam: Ibiq; per noctem eliſo gutture non tam mori ſe ait, cẽp febrem morte excludere. Vnius tantum philoſophi exemplũ poſui: ut formoſuli noſtri & thoroſuli: & uix ſummis pedibus adumbrantes ueſtigia: quorũ uerba in pugnis ſunt: & ſyllogiſmi in calcibus, qui paupertatem apoſtolorum & crucis duriciam, aut neſciunt, aut contẽnunt, imitentur ſaltem gentilium parcitatẽ. Hæc de argumentis philoſophorum exemplíſq; diſſerui. Nunc ad exordium generis humani, id eſt, ad noſtra tranſiens: docebo primum Adam in paradiſo accepiſſe præceptum, ut cætera poma comedẽs, ab una arbore ieiunaret. Beatitudo paradiſi, abſq; abſtinentia cibi nõ potuit dedicari. Quãdiu ieiunauit, in paradiſo fuit: comedit, & eiectus eſt: eiectus ſtatim duxit uxorẽ. Qui ieiunus in paradiſo uirgo fuerat: ſatur in terra matrimonio copulatur: & tamen eiectus non protinus accepit licentiã carniũ ueſcendarũ: ſed tantum poma arborum & fruges ſegetum: & herbarũ holera ei traduntur in cibum: ut exul quoq; paradiſi non carnibus quæ in paradiſo non erant: ſed ſimilitudine frugum paradiſi ueſceretur. Poſtea uero uidens deus quod diligenter appoſitum eſſet ad maliciam cor hominis ab adoleſcentia: & ſpũs eius in his permanere non poſſet, quia erant caro: opera carnis diluuio condemnauit: & auidiſſimam hominum gulam probans, dedit eis licentiam comedendarum carnium:

ut dum

C ut dum ſibi intelligunt licere omnia,non deſyderent magnopere quod non licebat: ne manda-
tum in cauſam uerterent præuaricationis.Quāc̄ & nunc ex parte imperatum ieiuniū ſit. Nam
cum alia munda dicātur,alia immūda: & in arca Noe de immūdis bina,de mūdis introducunt
imparia:& utiq; immūdorū eſus ablatus ſit:ne ſine cauſa dicerent immunda: ex parte ieiuniū
dedicatum eſt: docens abſtinentiam omnium in quorundam reciſione. Cur perdidit Eſau pri-
mogenita ſua?nonne propter cibum? impatientiamq; gulæ lachrymis emendare non potuit.
Eiect9 de Aegypto populus Iſrael,& in terrā repromiſſiōis lacte & melle manātē introducēdus
Aegyptias carnes & pepones:alliaq; deſyderat. Vtinā(inqt)obiiſſem9 pcuſſi a deo in terra Aegy
pti,quādo ſuper ollas carniū ſedebamus.Et iterū:Quis nos ueſcet carnibus? Venerunt in men
tem nobis piſces,quos in Aegypto comedebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, &
cepe,& allia.At nunc anima noſtra arida:nihil niſi manna oculi noſtri conſpiciunt.Angelorum
cibum contemnentes,carnes Aegyptias ſuſpirabant. Moyſes quadraginta diebus & noctibus
ieiunus in monte Sina,etiam tunc probans,non in pane ſolo uiuere hominem,ſed in omni uer
bo dei,cum domino loquitur:populus autem ſatur idola fabricat. Ille uacuo uentre,legem acci
pit ſcriptam digito dei:Iſte manducans & bibens,conſurgenſq; ludere, aurum conflat in uitu-
lum:& Aegyptium bouem præfert domini maieſtati. Tot dierū labor,unius horæ ſaturitate pe
rit. Frangit audacter Moyſes tabulas:ſciebat em̄ dei ſermonem non poſſe audire temulentos.
Incraſſatus eſt & pinguefactus & dilatatus, & recalcitrauit dilectus,& dereliquit dn̄m: qui fece-
rat eum,& abſceſſit a deo ſalutari ſuo. Vnde & in eodem Deuteronomio præcipitur.Ne cū mā
ducaueris & biberis,& domos opimas ædificaueris,ouibus & bubus tuis multiplicatis & argen-
to & auro, extollatur cor tuum , & obliuiſcaris domini tui. Deniq; manducauit populus, & in-
craſſatum eſt cor eius,ne uideret oculis,& audiret auribus,& corde conīceret:& uultum ieiunā-
tis Moyſi,& iuxta Hebraicā ueritatē,dei cōfabulatione cornutū,paſtus & pinguior populus ſu-
ſtinere non potuit. Quamobrem & dominus noſter atq; ſaluator non ob differentiam uirgini
D tatis & nuptiarum(ut quidam putant)ſed ob ieiuniorum conſortia, Moyſen & Eliam tranſ-
figuratus in monte ſecum oſtendit in gloria. Quāc̄ Moyſes & Elias typum proprie legis pro-
phetarumq; monſtrauerint:ſicut manifeſte ſcriptura teſtatur:Dicebant ei exitum quem com-
pleturus erat in Hieruſalem. Paſſionem enim domini non uirginitas & nuptiæ:ſed lex nunciat
& prophetæ. Quod ſi contentioſe in Moyſe nuptias, in Elia uirginitatem dixerint demonſtra-
ri:breuiter audiant Moyſen mortuum & ſepultum,Eliam igneo curru raptum,ante immorta-
lem eſſe cœpiſſe,c̄q; mortuum.Sed nec ſecunda conſcriptio tabularum abſq; ieiunio potuit im-
petrari.Quod ebrietas perdiderat,inedia repperit.Ex quo oſtenditur poſſe nos per ieiuniū re-
dire in paradiſum,unde per ſaturitatem fueramus eiecti.In Exodo aduerſus Amelech,oratio-
ne Moyſi,& totius populi uſq; ad ueſperam ieiunio dimicatum eſt. Ieſus filius Nauæ ſtationē
imperauit ſoli & lunæ:& inediam plus c̄q; unius diei,uictoris exercitus protelauit. Saul(ſicut in
regnorum primo libro ſcribitur) Maledictus, inquit,qui ederit panē uſq; ad ueſperam: donec
ulciſcar me de inimicis meis.Et non guſtauit omnis populus eius:& tota terra prandebat. Tan-
tiq; fuit authoritas ſtationis ſemel domino deſtinatæ, ut Ionathā qui cauſa uictoriæ extiterat,
deprehenderet ſors:& ignorantiæ crimen declinare non poſſet,patriſq; in ſe concitaret manū,
& uix populi precibus ſaluaretur. Elias quadraginta dierum ieiunio præparatus,deum uidit
in monte Oreb, & audit ab eo: Quid tu hic Elia? Multo familiarior iſta uox,c̄q; illa in Geneſi:
Adam ubi es? Illa enim paſtum terrebat & perditum:hæc ieiunanti famulo blandiebatur. Con
gregatum Samuel populum in Maſphat:indicto ieiunio roborauit,& fecit hoſtibus fortiorē.
Aſſyriorum impetum,& potentiam Sennacherib,Eçechiæ regis lachrymæ,ſaccus, & humilia-
tio uictus,fregit,proſtrauit & uicit.Et econtrario ciuitas Niniue,imminētem iram domini,ieiu-
niorum miſeratione detorſit:quā & Sodoma placaſſet & Gomorra,ſi uoluiſſent agere pœnitē
tiam:& lachrymas pœnitentiæ patrocinante conciliare ieiunio.Achab rex impiiſſimus: ut ſen-
tentiam dei ſubterfugeret: & euerſio domus eius differretur in poſteros: ieiunio impetrauit &
ſacco. Anna uxor Helchanæ inanem cibo uentrem,filio meruit implere. Periclitantur in Baby-
lone magi,omnis coniector & hariolus & aruſpex cæditur. Daniel & tres pueri reuelationē me-

rentur

A rentur ieiunio:& pasti leguminibus,pulchriores sunt & prudẽtiores his qui de mensa regis,carnibus uescebantur. Deinde scriptum est: quod Daniel tribus hebdomadibus ieiunauerit:panẽ suauem non comederit:caro & uinum non intrauerit os eius:oleo unctus non sit: & uenerit ad eum angelus dicens:Daniel homo miserabilis es. Qui deo miserabilis apparuerat,post ieiuniũ leonibus in lacu fuit horribilis. Quam pulchra res,quæ placat deum, leones mitigat, dæmones terret.Mittitur ad eum(licet hoc in Hebraicis uoluminibus nõ inuenerimus)Habacuk messorum prandium portans. Talem enim discophorũ inedia meruerat hebdomadis.Dauid periditante filio post adulterium,ἐξομολόγεσιν in cinere & ieiunio facit, dicens: Quia cinerem tanq̃ panem manducabam,& potum meum cum fletu miscebam.Et infirmata sunt in ieiunio genua mea.Et certe iam audierat a Nathan:Dominus abstulit a te hoc peccatũ. Sampson & Samuel uinum & siceram non bibunt:Erant enim filij repromissionis:& per abstinentiam ieiuniũq̃ cõcepti.Aaron & cæteri sacerdotes ingressuri templum:omne quod potest inebriare non potant, ne moriantur.Ex quo intelligimus mori eos:qui in ecclesia non sobrij ministrarint.Quamobrẽ exprobratur Israeli,potum dabatis Naçareis meis uinum.Ionadab filius Rechab,præcepit filijs suis,ut non biberent uinum usq̃ in æternum.Quibus cum offerret Hieremias uinum ut biberent,& illi bibere noluissent:loquitur dominus per prophetam:Quia obedistis præcepto Ionadab patris uestri,non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab,stans in conspectu meo cunctis diebus. In foribus euangelij Anna filia Phanuelis uniuira inducitur,semperq̃ ieiunãs: & dñm uirginẽ, longa castitas lõgaq̃ ieiunia susceperе. Præcursor eius & preco Ioãnes locustis alitur,& syluestri melle,non carnibus:habitatioq̃ deserti & incunabula monachorũ, talibus inchoantur alimentis.Sed & ipse dominus baptisma suum,quadraginta dierum ieiunio dedicauit,& acriora dæmonia docuit nõ nisi oratione & ieiunijs posse superari. Cornelius centurio,ut spiritum sanctũ acciperet anteq̃ baptisma:eleemosynis meruit, crebrisq̃ ieiunijs. Paulus apostolus post famem & sitim & cæteros labores suos & pericula latronum,naufragia, solitudines, crebra ieiunia enumerat.Et discipulo Timotheo dolenti stomachum, & infirmitates plurimas sustinenti,suadet uini modicam potionem.Iam noli(inquit)aquã bibere. Cui autem dicit,iam
B noli aquam bibere:ostendit eum aquam ante potasse.Quod non concederet: nisi crebræ infirmitates & dolor stomachi postulassent.Reprobat quidem Apostolus eos,qui prohibebãt nuptias:& iubebant cibis abstinere,quos deus creauit ad utendum cum gratiarũ actione:sed Martionem designat & Tatianum & cæteros hæreticos, qui abstinentiam indicunt perpetuam: ad destruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris.Nos autem & creaturam omnem laudamus dei:& maciem saginæ,abstinentiam luxuriæ,ieiunia præferimus saturitati.Vir quippe in laboribus laborat sibi:& uim facit in interitum suũ.Et a diebus Iohannis baptistæ ieiunatoris & uirginis,regnum cœlorum uim patitur:& uiolenti diripiunt illud. Timemus emẽ ne ab aduentu æterni iudicis, sicut in diebus diluuij,& euersionis Sodomæ & Gomorræ deprehendamur manducantes & bibentes,& nubentes,& nuptui tradentes.Nam & diluuiũ & ignis de cœlo saturitatem pariter & nuptias quas deleret inuenit. Nec mirum si omẽ quod in macello uenditur Apostolus emi iubeat,& comedi:cum idololatris adhuc in templis idolorum, quasi idolothyta uescentibus,pro summa abstinentia fuerit cibis tantum abstinere gentilium.Quod si loquitur ad Romanos. Is qui manducat, nõ manducantẽ non spernat:& qui nõ manducat,manducantem non iudicet:non inter ieiunia & saturitatem æqualia merita dispensat:sed contra eos loquitur:qui in Christum credentes,adhuc Iudaiçabant:& eos qui ex gentibus crediderant monet:ut ne scandaliçẽt illos cibo suo,qui adhuc infirmiores erant.Deniq̃ & in consequentib9hoc ipsum sonat.Scio & confido in domino Iesu,quod nihil cõmune per seipsum est, nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi commune est.Si enim propter cibum frater tuus contristatur,iam non secundum charitatem ambulas.Noli cibo tuo illũ perdere,pro quo Christus mortuus est. Nõ ergo blasphemetur bonũ nostrũ.Non est enim regnum dei esca & potus.Ac ne quis putaret hoc de ieiunijs dici & non de superstitione Iudaica,statim edisserit. Alius credit manducare omnia.Qui autem infirmus est,holera manducat.Et rursum: Alius iudicat diem plus q̃ diem, alius iudicat omnem diem.Vnusquisq̃ in suo sensu abundet.Qui sapit diem,dño sapit. Et qui

C mãducat,dño manducat: Gratias em̃ agit deo. Et qui non mãducat,dño non manducat: & gratias agit deo. Qui enim adhuc infirmi erant in fide: & alias carnes mundas, alias arbitrabantur immundas: & inter diem & diem esse aliquid existimabant: uerbi gratia: Sanctius esse sabbatum & neomenias & scenopegiam cęt reliquos dies, iubentur holera mãducare: quæ indifferenter comedunt ab oibus. Qui uero firmioris erãt fidei, omnes carnes & dies oms æquales esse credebant. Illud aũt qd' ꝓponere aduersarius ausus est, dñm uoratorẽ & potatorẽ uini a pharisæis appellatũ: & quia ad epulas ierit nuptiarũ & cõuiuia nõ despexerit peccatorũ, existimo qd' nobiscum faciat. Iste est dominus (ut arbitraris) uorator, qui quadraginta diebus Christianorũ ieiunium sanctificauit: qui beatos appellat esurientes & sitientes: qui escam habere se dicit, non quam discipuli suspicabantur, sed quæ in perpetuum non periret: qui de die crastino cogitare prohibet: qui cum esuriisse & sitisse dicatur: & isse frequenter ad prandia, excepto mysterio quod in typum suæ passionis expressit, & probãdi corporis ueritate, nec gulæ scribitur seruisse, nec uentri. Qui diuitem purpuratum ꝓpter epulas narrat in tartaro: & Laçarum pauperem ob inediã dicit esse in sinu Abrahæ. Qui quando ieiunamus ungi caput & lauari faciem præcipit: ut non gloriæ hominum, sed domino ieiunemus. Qui comedit quidem post resurrectionem partẽ piscis assi & fauum: non propter esuriem & gutturis suauitatem: sed ut ueritatem sui corporis cõprobaret. Nam quotiẽscũ cq; mortuum suscitauit, iussit ei dari mãducare, ne resurrectio phantasma putaretur. Et Laçarus post resurrectionem, ob hanc causam scribitur cum domino iisse conuiuium. Nec hoc dicimus, quod negemus pisces & cætera (si uoluntas fuerit) in cibo esse sumenda: sed quomodo nuptijs uirginitatem, ita saturitati & carnibus, ieiunia spiritumq; præferimus. Si autem Petrus hora sexta pransurus ascendit in cœnaculum, fortuita esuries non facit p̃iudicium ieiuniorum. Hoc em̃ modo & dñs, quia ad puteum Samaritanæ hora sexta fessus resedit, & bibere uoluit, omnibus incumbet necessitas, uelint nolint hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, ut uel sabbatũ esset uel dies dñicus: & post bidui triduiq; ieiunium, hora sexta esu-
D rierit. Nũcq; em̃ crediderim apostolum si ante unam diem cœnauerat epulisq; distentus fuerat, alterius diei esuriisse meridie. Quod si cœnauit pridie, & sequenti die esuriuit ante prandiũ, non existimo quod usq; ad satietatem comederit, qui tam cito potuit esurire. Porro si per Esaiã loquitur deus, quod nõ tale ieiunium elegerit dicens: In diebus ieiuniorum uestrorum inueniunt uoluntates uestræ: & subiectos percutitis: & in iudicia & in lites ieiunatis, & cedítis pugnis: nõ tale ieiunium elegi dicit dñs. Quale elegerit docet: Frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudũ uesti, & domesticos seminis tui ne despicias. Non igitur ieiunium reprobauit, sed quale uellet ostendit. Neq; em̃ uentris esuries accepta est deo, quã lites & rapinæ & luxuria destruunt. Si non uult ieiunium deus, quomodo in Leuitico præcipit, ut septimo mense, decima mensis omnis populus ieiunet usq; ad uesperam: & qui non afflixerit animam suam, moriatur & exterminetur de populo suo? Quare sepulchra concupiscentiæ, ubi carnibus deditus populus ruit: usq; hodie in solitudine perseuerant? Et crassus populus ortygometram scribitur ad choleram usq; ructasse? Cur homo dei: ad cuius prophetiã manus aruerat regis Hieroboam: qui manducauit contra edictum dei, ilico percussus est? Et leo qui asinam custodiuit intactam, prophetæ leuanti se de prandio non pepercit? Qui ieiunus miracula fecerat, pransus ilico saturitatis pœnas luit. Sed & Ioel clamitat: Sanctificate ieiunium, prædicate curationem: ut monstraretur ieiunium sanctificari cæteris operibus: & sanctificatum ieiunium, curationi proficere peccatorum. Quomodo autem uirginitati ueræ non præiudicat imitatio uirginum diaboli: ita nec ueris ieiunijs cossorũ Isidis & Cybeles: & quorundam ciborũ in æternum abstinentia: maxime cum apud illos ieiunium panis, fagina carnium cõpensetur. Et sicut signa quæ faciebat Moyses imitabantur signa Aegyptiorũ: sed nõ erant in ueritate: nã uirga Moysi uirgas magorum deuorabat: ita per oms quæ per æmulationem dei facit diabolus, non religionis nostræ superstitio: sed nostra arguitur negligentia, id nolentium facere quod bonum esse, etiam sæculi homines non ignorant. Quarta propositio, quæ & extrema est: duos esse ordines ouium & hircorum, alterũ iustorũ, alterum peccatorũ: alios stare a dextris, alios a sinistris: & audire iustos: Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a consti-

tutione

A tutione mundi. Peccatoribus uero dici: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præpa/
ratus est diabolo & angelis eius. Arborem bonam non posse malos fructus facere: nec malã bo
nos. Vnde & saluator loquitur ad Iudæos: Vos de patre diabolo estis: & concupiscentias patris
uestri facere uultis. Decem uirgines proponit stultas atq; sapientes, & quinq; quæ oleũ nõ ha/
buerũt remansisse extrinsecus: alias uero quinq;, quæ sibi lumen bonorũ operũ præparauerãt,
thalamũ intrasse cum sponso. Ascendit ad diluuiũ & ait: Qui erant cum Noe, iusti seruati sunt:
qui uero peccatores, omnes in cõmune perierunt. Apud Sodomam & Gomorrã exceptis duo/
bus gradibus bonor; malorũ q;, nulla diuersitas inuenitur. Qui est iustus eripitur: qui peccator,
pari deuorat' incendio. Vna salus liberatis, unus interitus remanentibus. Ne paululũ quidẽ a
iustitia declinãdũ, indicio est uxor Lot. Si aũt (inquit) mihi opponis, quare iustus laboret in pa/
ce, aut persecutionibus: si nullus profectus est, nec maiora præmia: scias hoc eũ facere, nõ ut plus
quid mereatur: sed ne perdat quod accepit. In Aegypto quoq; decem plagas æqualiter oẽs sen/
tiunt peccatores: & similes tenebræ, dño & seruo, nobili & ignobili, regi imminent & uulgo. San
ctis uero dei & populo Israel una erat lux. Sed & in mari rubro, iusti pariter transeunt, peccato/
res pariter obruuntur. Sexcenta hominum milia, excepta imbelli ætate & sexu, in deserto æqua
liter ruunt: & duo qui iustitia pares erãt, æqualiter liberant'. Per quadraginta ãnos cũctus Israel
similiter laborat & morit'. Gomor, mãnæ uniuersis ætatib9 una in cibo mensura est: uestitus pa/
riter nõ deterunt', capilli simul non augent', barba in commune nõ cresçit, calciamenta ex æquo
omnibus durant. Nõ incalluere pedes: cibus in ore cunctor; æqualiter sapit. Ad mansionẽ unã,
pari labore & mercede pergebant. Omnis Hebræus æquale habet pasca, æquales scenopegias,
æquale sabbatum, æquales neomenias. Septimo requietionis anno, absq; personarũ discretiõe
dimittit': & in iobileo uniuersa cũctis debita relaxant', atq; ad antiquã possessionẽ uenditor re/
dit. Parabolã aũt in euãgelio seminantis: in qua in terra bona centesimus & sexagesimus & trice
simus fructus exorit': & ecõtrario in terra mala, triplex sterilitatis uarietas indicat', in duos ordi/
nes diuidit, bonæ terræ & malæ. Et quomodo apostolis pro derelictis filijs & uxoribus: in alio
B euãgelio centies: in alio septies dñs repromittit, & in futuro uitam æternã: nullaq; distantia est
inter centũ & septem: sic & in hoc numero nõ facere præiudiciũ, ubi huius terræ fertilitas prædi/
cat': præsertim cũ & euãgelista Marcus, retrorsum numeret triginta, sexaginta & centum. Dicit
dñs: Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Sicut ergo sine
aliqua differentia graduũ Christus in nobis est: ita & nos in Christo sine gradib9 sumus. Om/
nis qui diligit me, sermonẽ meũ seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & man/
sionẽ apud eũ faciem9. Qui iustus est, diligit. Qui diligit: ueniũt ad eũ pater & filius, & in ei9 ha
bitant hospitio. Vbi autẽ huiuscemodi habitator est, puto q̃d nihil deesse possit hospiti. Sin
autẽ dicit: Multæ mansiones sunt apud patrẽ meũ: non in regno cœlorũ diuersas significat mã/
siones, sed ecclesiarũ in toto orbe numerũ quæ constat una per septẽ. Vado (inquit) & præpara/
bo uobis locũ, non loca. Si hæc repromissio, ꝑprie duodecim apostolorũ est, ergo Paulus exclu/
sus est de hoc loco: & electionis uas supfluus putabit' & indignus. Iohãnes & Iacobus quia ꝑplus
cæteris petierũt, nõ impetrauerũt, & tamẽ nõ est dignitas eorũ imminuta: quia reliquis aposto/
lis æquales fuerũt. Nescitis quia corpora uestra templũ est spiritus sancti? Templũ (inquit) est,
nõ templa: ut similiter in oĩbus habitatorẽ ostenderet deũ. Nõ pro his rogo tantũ: sed ꝑ illis
qui crediturí sunt per uerbũ eorũ in me: ut sicut tu pater in me, & ego in te unum sumus: ita oẽs
unũ sint in nobis. Gloriã quam dedisti mihi, dedi eis: dilexi eos, sicut me dilexisti. Et quomodo
nos sumus pater & filius & spirit9 sanctus unus deus: sic & unus populus in ipsis sit, hoc est qua/
si filij chariſſimi, diuinæ consortes naturæ. Sponsa, soror, mater, & quæcunq; alia putaueris uoca
bula, unius ecclesiæ congregatio est, quæ nunc; est sine sponso, fratre, filio. Vnam habet fidem,
nec constupratur dogmatũ uarietate, nec hæresibus scinditur. Virgo permanet. Quocũq; uadit
agnus, sequitur illũ: sola nouit canticũ Christi. Si autem (inquit) mihi opposueris, stella a stella
differt in claritate: audies differre stellam a stella, hoc est spiritales a carnalibus. Omnia mem/
bra æqualiter diligimus: nec oculũ præponimus digito, nec digitũ auriculæ: sed in singulorum
amissione, membrorũ cõmunis dolor est. Aequaliter introimus in hoc sæculum: & æqualiter de

C eo egredimur. Vnus Adam terrenus, & alter cœlestis. Qui in terreno fuerit, a sinistris est, & peribit. Qui in cœlesti, a dextris est, & saluabitur. Qui fratri dixerit fatue & raca: reus erit gehennæ. Et qui homicida fuerit & adulter: mittetur similiter in gehennam. In persecutione qui incendit, qui suffocat, qui decollat, qui fugerit, qui in carcere inclusus obierit: uaria quidē luctæ genera, sed una corona uictorū est. Intereū fratrē qui semper cū patre fuerat, & qui postea pœnitens est receptus, nulla diuersitas est. Operarijs primæ horæ & tertiæ & sextæ & nonæ & undecimæ: unus denarius æqualiter reddit: Et, quo magis admireris: ab his incipit præmiū, qui minus in uinea laborarūt. His & huiuscemodi diuinarū scripturarū testimonijs: quæ ad peruersitatem sui dogmatis, callidus disputator indinat: quis nō tentetur etiā electorū dei? Et quod Iohānes apostolus, antichristos dicit uenisse multos: hæc uera est antichristi prædicatio: quæ inter Iohannem & ultimū pœnitentē nullā facit esse distantiā. Simulq; miror, quomodo serpens lubricus & Proteus noster, in uariarū se mutet portenta formarū. Qui em̄ in coitu & in saturitate Epicureus est, subito in retributione meritorū Stoicus efficitur. Hierosolymā Citto: Iudæā Cypro. Christū Zenone cōmutat. Si non licet a uirtutibus paululū declinare: & oia peccata sunt paria: eiusdēq; criminis reus est, qui panē esurienti surripuerit, & qui hominē occiderit: tu quoq; maximorū scelerū reus teneris. Porro aliud est: si te dicas ne minima quidē habere peccata: & cū omnes apostoli & pphetæ & sancti, iuxta id quod in secūda ppositione disserui, peccatores esse se plangant, solus de iusticia glorieris. Ante nudo eras pede: modo non solū calciato, sed & ornato. Tunc pexa tunica, & nigra subucula uestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestitans manū: nunc lineis & sericis uestibus, & Atrebatū ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis. Rubent buccæ, nitet cutis, comæ in occipitium frontēq; tornant, protensus est aqualiculus, insurgūt humeri, turget guttur: & de obesis faucibus uix suffocata uerba promunt. Certe in tāta diuersitate uictus & uestitus, necesse est, aut hic, aut ibi esse peccatum. Nō quod peccatū in cibo, aut in uestibus asseram: sed quo uarietas & cōmutatio in deterius, reprehēsioni proxima sit. Quod aūt reprehendit, a uirtute procul est: quod a uirtute procul est, uitio mancipat. Quod uitiosum arguitur, peccato iungit. Quod peccatū est: iuxta tuā sententiā in sinistra parte &
D hircorū grege describit. Aut reuerteris igitur ad antiquū ppositū: ut ouis possis esse ad dexterā: aut si priorē sententiā peruersa pœnitētia cōmutaris: uelis nolis, quanq; barbam raseris, inter hircos numeraberis. Verū quid prodest luscum uocare luscū, & accusatoris docere inconstantiā: cū ppositionū series diluenda sit? Oues & hædos a dextera & sinistra, duos iustorū & peccatorum esse ordines nō negamus. Arborem bonā, fructus malos non facere: nec malam bonos, nulli dubiū est. Decem quoq; uirgines sapientes & stultas, in bonas malasq; diuidimus. In diluuio liberatos iustos, & peccatores aquis obrutos, non ignoramus. In Sodoma & Gomorra ereptum iustū, & impios igne cōsumptos, omnibus pspicuū est. Decem quoq; plagis percussam Aegyptū, & Israel fuisse sospitem nouimus. In mari rubro transisse iustos, & Pharaonem cum suo exercitu demersum, etiā in scholis cantant paruuli. Sexcenta milia in deserto cecidisse, quia increduli fuerint, & duos tantū terrā repromissionis intrasse, scripturæ docent: & reliqua quæ usq; ad operarios uineæ, in duos bonorū & malorū ordines descripsisti. Sed quale est, ut quia inter bonos & malos diuisio est: tu asseras inter ipsos bonos uel ecōtrario malos nullā esse distantiā, nihilq; referre, utrū in pecore aliquis aries sit, an ouicula? Vtrū primā lanā habeat, an secundā? Vtrum scabidū pecus sit & morbidū, an uegetum atq; sussultans? maxime cū Eçechiel oues rationabiles, & diuersitatē inter pecus & pecus, suæ pphetiæ authoritate demonstret, dicens: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, & inter arietes & hircos, & inter pecus pingue & macilentū: Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur. Et ut sciremus quæ ista sunt pecora, statim intulit. Vos aūt greges mei, oues pascuæ meæ homines estis. Idipsum ergo erit Paulus, & ille pœnitens, qui cū patris uxore dormierat, quia in ecclesiā post pœnitentiā receptus est: & quia simul a dextris est, in eadē cum apostolo claritate fulgebit? Et quomodo in uno agello usq; ad messem in cōsummationē mūdi zizania pariter frumentaq; succrescunt? Qua consequentia pisces boni & mali, sagena Christi & reti euangelico continentur? Cur in typo ecclesiæ, in arca Noe, diuersa animalia, & pro qualita-

te meritorū

A te meritorum,diuersæ sunt mansiones? Cur astitit regina a dextris dñi in uestitu deaurato, cir/
cũdata uarietate? Cur Ioseph in forma Christi,uariam habuit tunicam? Cur apostolus loquit̃
ad Romanos: Vnicuiq; sicut deus diuisit mẽsuram fidei? Sicut em̃ in uno corpore multa mem/
bra habemus,omnia autem membra nõ eundem actum habent:ita multi unum corpus sum9
in Christo,singuli aũt alter alterius membra. Habentes autẽ donationes secundũ gratiam, quæ
data est nobis differentes:siue pphetiam secundũ mensuram fidei:siue ministeriũ in ministran
do:siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortãdo,qui tribuit in simplicitate,q præest
in sollicitudine,& reliqua:Et in alio loco,alius iudicat diem plus q̃ diẽ,alius iudicat omnẽ diem.
Vnusquisq; in suo sensu abundat. Et ad Corinthios:Ego plantaui,Apollo rigauit, sed deus in/
crementũ dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid:neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus.
Qui plantat & qui rigat,unum sunt. Vnusquisq; autẽ propriã mercedem accipiet secundũ suũ
laborem. Dei em̃ sumus adiutores:dei agricultura estis,dei ædificatio estis. Et rursum alibi: Se-
cundũ gratiã dei, quæ data est mihi,ut sapiens architectus fundamentũ posui,alius autẽ super/
ædificat. Fundamentũ em̃ aliud nemo potest ponere,præterq̃ id quod positũ est, qd̃ est Chri/
stus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentũ hoc,aur̃,argentũ,lapides precios̃os,
ligna,fœnũ,stipulã,uniuscuiusq; op9 apparebit. Dies em̃ dñi illud manifestabit,quoniã in igne
reuelabitur:& singulorũ opus quale sit,ignis probabit. Si cuius opus manserit,quod supædifi/
cauit,mercedem accipiet. Si cuius opus arserit,detrimentũ patietur. Ipse autem saluus erit,sic ta/
men quasi per ignem. Si is cuius opus arsit & perĳt,& damnum sustinuit laboris sui,perdet qui
dẽ laboris præmiũ,sed ipse saluabitur, nõ tamen absq; probatiõe ignis:ergo is cuius opus man
serit,quod superædificauit sine ignis probatione saluabit̃: & inter saluationẽ & saluationẽ utiq;
erit diuersitas aliqua. Necnõ in alio loco:Sic nos(inqt)existimet homo quasi ministros Christi,
& dispensatores mysteriorũ dei. Hic iam quæritur inter dispensatores,ut fidelis quis inueniat̃.
Vis scire,quoniã inter dispensatorẽ,& dispensatorẽ sit multa distantia(non dico de malis & bo
B nis:sed de ipsis bonis q ad dexterã stant)audi consequentia. Nescitis,quoniã q in sacrificĳs ope
rant̃,de sacrificĳs comedũt:q altario deseruiũt,de altario participant̃? Sic & dñs disposuit his,q
euãgeliũ annunciant de euãgelio uiuere: Ego autem nõ abutar horum aliquo. Non scripsi aũt
hæc,ut sic fiant in me. Melius est em̃ mihi mori,q̃ ut gloriam meam quis euacuet. Si em̃ euãge-
liçauero, non est mihi gloria:necessitas quippe mihi incumbit. Væ em̃ mihi est,si nõ euangeliça/
uero. Nam si uoluntate hoc ago,mercedem habeo. Si autẽ nolens,dispensatio mihi credita est.
Quæ est ergo merces mea? Vt euangeliçans sine sumptu,ponam euangelium Christi: ut non
abutar potestate,quæ data est mihi in euãgelio: Cũ em̃ essem liber,ex omnibus omniũ me ser/
uum feci,ut plures lucrifacerem. Nunquid potes dicere peccare eos,qui uiuunt de euangelio: &
qui de sacrificĳs participantur? Vtiq; non. Dñs em̃ disposuit,ut qui prædicant euangelium, de
euangelio uiuant. Apostolus autem qui non abutitur hac licentia: sed laborat manibus suis, ne
quẽ grauet:& die ac nocte operatur,& ministrat his qui secum sunt:utiq; ideo hoc facit, ut plus
laborãs, plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuisiones gratiarum sunt:idem
autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt:idem autem dominus: Et diuisiones operatio
num sunt:idem autem deus,qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem data est opera/
tio spiritus iuxta id quod expedit. Et iterum:Sicut corpus unum est, & mẽbra plura habet, om-
nia autem membra corporis cum sint multa,unum corpus est, sic & Christus. Verum ne dicas
in uno corpore diuersa membra unum habere meritum,statim gradus describit ecclesiæ, & ait:
Quosdam quidem posuit deus in ecclesia:primum apostolos,secundo prophetas,tertio docto
res. Deniq; uirtutes & gratias curationũ,opitulatiões,gubernationes,genera linguarũ. Nũqd
oẽs apostoli? Nunquid oẽs prophetæ? Nunquid oẽs doctores? Nũquid oẽs uirtutes? Nũquid
omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes
interpretantur? Aemulamini autem dona maiora:& adhuc excellentiorem uiam uobis demon
stro. Cũq; de charitatis uirtutibus latius disputasset,adiecit:Siue prophetiæ euacuabuntur, siue
linguæ cessabunt,siue sciẽtia destruetur:Ex parte enim cognoscimus:& ex parte prophetamus.

A Cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et in continentibus: Nunc autem manent fides, spes, & charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas. Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis. Et iterum: Volo autem omẽs uos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, q̃ qui loquitur linguis. Et rursum: Gratias ago deo, quod omnium uestrum linguis loquor. Vbi diuersa sunt dona, & alius maior, alius minor est: & omnes spiritales appellant: certe oues sunt, & stant a dextris: & inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate Paulus apostolus: Ego sum nouissimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei: Gratia autem dei sum, id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit, sed amplius omnibus illis laboraui: Non ego autem, sed gratia dei quæ in me est. Veruntamẽ in eo quod se humiliat: ostendit posse apostolos alios minores, alios esse maiores: & qui utiq; uas electionis dicitur, & cunctis amplius laborauit: non est iniustus deus, ut obliuiscatur operis eius: & dispar meritum, æquali mercede compenset. Dehinc legimus: Sicut in Adam omẽs moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur: unusquisq; autem in suo ordine. Quando unus quisq; in suo resurget ordine: utiq; diuersa sunt merita resurgentiũ. Nõ omis caro, eadẽ caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. Sic erit & resurrectio mortuorũ. Quod tu scilicet doctus interpres sic exposuisti: ut diceres spiritales differre a carnalibus: Ergo & spiritales & carnales in cœlestibus erunt: & iam non solum oues, sed etiam hirci tui conscendent regna cœlorum. Stella (inquit) a stella differt in claritate, non oues & hirci: sed oues & oues: id est, stella & stella. Deniq; alia (inquit) claritas solis, & alia claritas lunæ. Ne stellam & stellam totũ humanæ multitudinis assereres genus, solem posuit & lunam, quos certe inter hircos non poteris numerare. Sic (inquit) erit & resurrectio mortuorum: ut iusti in claritate solis luceãt,
B & qui in sequenti gradu sunt, lunæ splendore rutilent: ut alius Lucifer sit, alius Arcturus, alius Orion, alius Maçuroth: & cætera stellarum uocabula, quæ sacratæ, in Iob uolumine continentur. Omnes enim (ait) manifestari nos oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; quæ gessit per corpus, siue bonum siue malum. Ac ne forsitan dicas ante tribunal Christi nos manifestari: ut boni, bona: mali recipiant mala, in eadem epistola docet. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictiõibus, de benedictionib9 & metet. Certe & qui plus, & qui minus seminat, de parte sunt dextra. Et cum unius sementis genus sit, tamen mensura & numero differũt. Scribit ad Ephesios idem Paulus: Vt nota fieret nunc principatibus & potestatibus in cœlis per ecclesiam, multiplex & uaria sapientia dei. Cernis quod in diuersis agminibus ecclesiæ, uaria & multiplex sapiẽtia dei prædicetur? Necnon in eadem epistola: Vnicuiq; autem nostrũ data est gratia, iuxta mensuram gratiæ Christi: non quod mensura Christi diuersa sit, sed tantũ gratiæ eius infũditur, quantũ ualemus haurire. Frustra igitur oues & hircos, quinq; & quinq; uirgines, Aegyptios, & Israelitas, & cætera huiuscemodi replicas: quia non est in præsenti retributio, sed in futuro. Vnde & dies iudicij in cõsummatione promittitur: quia nunc non est iudicium. Sine causa enim appellatur dies extrema iudicij, si modo iudicat deus. Impræsentiarum nauigamus, luctamur, atq; pugnamus, ut in fine perueniamus ad portum, coronemur, triumphemus. Tu autẽ peruerse & lubrice præsentis sæculi conuersationẽ in futurorum exempla ponis: cum utiq; hic iniusticia sit: ibi iusticia, donec intremus in sanctuarium dei: & intelligamus in nouissimis eorum. Non aliter sanctus, aliter peccator moritur? In eodẽ mari nauigantibus eadem trãquillitas & tempestas est? Nõ aliter latro, aliter martyr occiditur? Nec alio modo de adulterio & prostibulis, alio de castis matrimonijs nascuntur liberi? Certe dominus & latrones æquali iudicio crucifixi sunt. Si idem est huius sæculi futuriq; iudicium: ergo qui hic pariter crucifixi sunt, & in futuro similiter habebuntur. Paulus & qui eum uinxerant: simul nauigant, simul sustinent tempestatem, simul naui fluctibus dissipata in littus euadunt. Negare nõ potes, quin inter uinctum & uincientes diuersa sint merita. Et quomodo unũ apostoli militũq;

naufragium?

C naufragium? Refert poſtea Paulus apoſtolus reuelationem,& eos qui in naui fuerant dicit ſibi a domino eſſe donatos. Nunquid is cui donantur, & qui donantur unius meriti ſunt? Decem ſancti, peccatricem poſſunt eruere ciuitatem. Lot cum filiabus ereptus eſt de incendio: liberati eſſent & generi, ſi exire uoluiſſent. Et certe multa differentia eſt inter Lot & generos eius. Liberatur Segor una urbs de pentapoli: & quæ eiuſdem meriti erat atq; uni ſententiæ ſubiacebat: cui Sodoma & Gomorra, Adama, & Seboim, ſancti precibus cuſtoditur. Ecce diuerſum meritum in Lot & Segor: & tamen de incendio pariter euadunt. Latrunculi qui abſente Dauid, uaſtauerant Sicelech & uxores eorum & liberos in prædam duxerant, die tertia cæduntur in campo: & quadringẽti homines aſcenſis camelis fugiunt. Dic aliquam inter eos qui cæſi ſunt, & qui fugere potuerunt, eſſe diſtantiam. Legimus in euangelio turrem Siloe cecidiſſe ſuper decem & octo uiros, & obrutos occidiſſe. Certe iuxta ſentẽtiam ſaluatoris, nõ ſoli fuerant peccatores, ſed in formidinem reliquorum puniti ſunt, ut peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior fieret. Si omnium peccatorum unum eſt ſupplicium, iniuſte alius occiditur, & per mortem alterius alius cõmonetur. Opponis mihi Gomor mannæ, unamq; menſuram, & ueſtitum & capillos & barbã & calciamenta, ex æquo fuiſſe Iſraelitarũ, quaſi nõ & nos Chriſti corpus æqualiter accipiamus. Vna eſt in myſteriis ſanctificatio, domini & ſerui, nobilis & ignobilis, regis & militis, quancũq; p accipientium meritis diuerſum fiat quod unum eſt. Qui eñ indigne manducauerit & biberit, reus erit uiolati corporis & ſanguinis Chriſti. Nunquid quia & Iudas de eodem calice bibit, de quo & cæteri apoſtoli, unius cum reliquis erit meriti? Quod ſi non uis recipere ſacramẽtum: certe omnes æqualiter uiuimus, unum trahimus aerem, eodem humore irrigamur, iiſdem cibis paſcimur. Porro ſi alimenta cocorum arte mutantur in melius, & fit aliquid ſuauius condituris: huiuſcemodi cibi non naturæ ſatiſſaciunt, ſed uoluptati. Aeque eſurimus, æque algemus: ſimul cõtrahimur frigore: æſtibus & calore diſſoluimur. Sol quoq; ipſe & luna & omnis aſtrorum chorus, & pluuiæ, & mundus æqualiter nobis currunt: & iiſdem oẽs iuxta euãgeliũ imbribus irriga
D mur, boni & mali, iuſti & iniuſti. Si præſentia, exẽpla ſunt futurorũ: ergo & ſol iuſticiæ æqualiter iuſtis & peccatoribus, impiis & ſanctis, Chriſtianis & Iudæis atq; gẽtilibus orietur, cũ ſcriptura dicat: Timentibus autem dominum orietur ſol iuſticiæ. Si timentibus orietur: ergo contemptoribus & pſeudoprophetis occidet. Oues quæ ſtant a dextris, ad regna cœlorum introducuntur: hirci in tartarum detruduntur. Parabola iſta non ouium inter ſe merita & ecõtrario deſcribit hircorum, ſed inter oues & hircos tantum diſtantiam facit. Neq; enim in omnibus locis docentur omnia, ſed unaquæq; ſimilitudo ad id refertur cuius ſimilitudo eſt. Sicut & decem uirgines, non totius generis humani, ſed ſollicitorum & pigrorum exempla ſunt: quorum alteri ſemper dñi præſtolantur aduentum, alteri ſomno & inertia ſe dantes, futurũ iudiciũ nõ putant. Vnde & in fine parabolæ dicitur: Vigilate, quia neſcitis diem neq; horam. Sed in diluuio liberatus eſt Noe, & omnis orbis interiit. Omnes caro erant, & propterea perierunt. Aut nõ eiuſdem meriti dices filios Noe, & Noe propter quem filij liberati ſunt: aut maledictum Cham in eodem pones loco, in quo & patrem, quia de diluuio ſimul liberatus eſt. In paſſione Chriſti oẽs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: & non fuit qui faceret bonum, non fuit uſq; ad unum. Audebis ne igitur dicere ſic negaſſe Petrum & cæteros apoſtolos qui fugerunt, quomodo Caiphan & Phariſæos, & clamantem populum, crucifige crucifige talem? Et ut de apoſtolis taceam, eiuſdẽ ne tibi ſceleris uidebitur reus Annas & Caiphas, & Iudas proditor, cuius & Pilatus, qui nolens compulſus eſt contra dominum ferre ſententiam? Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis eſt: & quanto maioris criminis, tanto maioris & pœnæ: Potentes eñ potenter tormẽta patiẽtur. Arbor mala fructus bonos non facit, nec bona malos. Si hoc ita eſt, reſpõde mihi quomodo Paulus cum eſſet arbor mala, perſequens eccleſiam Chriſti, fecit poſtea fructus bonos? Et Iudas cum eſſet arbor bona, ſigna faciens cum apoſtolis, poſtea uerſus in proditorẽ fecerit fructus malos. Tãdiu ergo nec arbor bona, malos fructus facit, nec mala, bonos, cũdiu uel in bonitate ſua, uel in malicia pſeuerat. Porro qđ oĩs Hebræus æqualiter facit paſca, & ſeptimo ãno liber efficit: & in iobileo, id eſt, qnquageſimo, uniuerſa poſſeſſio redit ad dños: hoc

C non de præsenti dicitur,sed de futuro:quia in sex diebus huius sæculi seruientes, in septimo die uero & æterno sabbato liberi erimus:si tamen uoluerimus esse liberi,dū adhuc seruimus in sæculo.Si autem noluerimus,perforabitur nobis auricula,in testimonium inobedientiæ:& cū uxore & liberis nostris,quos prætulimus libertati:id est,cū carne & operibus eius iugiter seruiemus. Parabola autem seminantis,quæ ex utraq; parte ternos fructus facit,& iuxta apostolum super fundamentum Christi alius ædificat,aurum,argentum,lapides præciosos: alius ligna, fœnum, stipulam,cum & in domo magna,diuersa uasa sint, perspicue patet:& huic uelle contradicere, apertissime impudentiæ est. Tamen ne exultet in mēdacio ,& exemplum apostolorum in præiudiciū centenarij & sexagenarij & tricenarij afferat numeri:sciat in Matthæo & in Marco,apostolis qui uniuersa sua dimiserant,centuplum repromissum. In euangelio autē Lucæ multo plura,id est,πολὺ πλέονα, & penitus in nullo euāgelio p centū scriptū esse septē:seq; aut falsarij, aut imperitiæ reum teneri:nec nocere nobis, quia in alio euangelio a cētum:in alio a triginta incipit numerari:cum omnis scriptura,maxime uetus,minorem præponat numerum, & sic ad maiorē gradatim conscendat. Verbi gratia, ut dicat aliquem fuisse annorum quinq; & septuaginta & centum,nec tamen quinq; & septuaginta plura poterunt esse cū centum,quæ priora sunt nominata.Si non accipis in bonam partem diuersitatem numeri centum & sexaginta & triginta, nec in malam partem accipies:& idem uitium erit seminis,quod secus uiam cecidit, & super petras & super spinas.Sin & illa tria,& hæc uel in bonam,uel in malam partem singula sunt: stultum fuit pro duabus rebus sex species numerare:præsertim cum in Matthæo & in Marco & in Luca narrata parabola,saluator semper intulerit:qui habet aures audiēdi,audiat. Vbi nihil est quod intrinsecus lateat, frustra ad intelligentiam mysticam prouocamur. Si autem pater & filius mansionem faciunt apud credentes: & ubi Christus hospes est,ibi nihil deesse existimas:puto quod aliter Christ9 habitauerit in Corinthijs,aliter in Ephesijs:hoc est,aliter in his, apud quos Paulus apostolus peccata multa deprehendit:& aliter in his,quibus sacramenta a sæculis ignoD rata disseruit:aliter in Tito & Timotheo,aliter in Paulo. Certe inter natos mulierū nō surrexit maior Iohanne baptista. Vbi autem maior dicitur,necesse est ut cæteros habuerit minores. Et qui minimus est in regno cœlorum,maior est illo. Vides ergo,quod in cœlis sit maximus & minimus:& inter angelos quoq;, & inter inuisibiles creaturas sit multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt apostoli: Domine auge nobis fidem,si omnium una mēsura est? Et dominus ad discipulū:Modicæ fidei,quid dubitasti? In Hieremia quoq; de futuro regno legimus:Ecce dies ueniunt dicit dominus: & feriam domui Israel & domui Iacob fœdus nouum,non secundū pactum,quod pepigi cum patribus uestris.Et post paululum:Dabo legē meam in uisceribus eorum:& in corde eor; scribam illam, & ero eis in deū,& ipi erūt mihi in populum:& non docebit uir ultra proximum suum,& uir fratrem suum,dicens:cognosce dominū.Omnes em̄ cognoscēt me a minimo usq; ad maximum. Perspicue ex contextu illius loci,futurum Christi regnū propheta describit:& qua consequentia ibi erit minimus & maximus,si om̄es æquales futuri sunt? Vtiq; ea qua & in euangelio dicitur:Qui docuerit & fecerit,hic uocabitur maximus in regno cœlorum.Qui autem docuerit,& non fecerit,erit minimus.In conuiuio saluator præcipit, ut inferiorem occupemus locum:ne cū maior uenerit,de superiori turpiter detrudamur.Si cadere non possumus,sed tantum per pœnitentiam subleuamur:quid sibi uult scala illa in Bethel, per quā angeli descendunt atq; ascendunt,qui de cœlis ad terram ueniunt? Certe inter oues & ad dexteram stabant,dum ibi essent.Angeli de cœlis descendunt & Iouinianus de eorum possessione securus est. Quis autem risum tenere queat in eo, quod multas mansiones apud patrem,ecclesias arbitretur in toto orbe diffusas:cum manifestissime scriptura doceat secundum euangelium Iohannis:non de ecclesiarum numero:sed de cœlorum mansionibus & æternis tabernaculis, quæ propheta desyderat,domino fuisse sermonem? In domo(inquit)patris mei mansiones multæ sunt.Si quo minus,dixissem uobis:quia uado uobis parare locum: & si abiero & præparauero uobis locum: iterum ueniam & accipiam uos ad meipsum:ut ubi ego sum,& uos sitis.Locus & māsiones quas præparare se dicit Christus apostolis,in domo utiq; sunt patris:id est in regno

cœlorum

A cœlorũ: nõ in terra,in qua præſens apoſtolos relinquebat.Simulq; ſenſus ſcripturæ intuendus, Dicerem(inquit)uobis,quia uado & præparabo uobis locũ,ſi nõ manſiones multæ eſſent apud patrẽ:hoc eſt,ſi non unuſquiſq; manſionẽ ſibi nõ ex largitate dei:ſed ex proprijs operibus præpararet:& ideo non eſt meũ parare,ſed ueſtrũ:quia & Iudæ nihil profuit paratus locus,quẽ ſuo uitio perdidit.Iuxta quem ſenſum & illud intelligendum, quod ad filios dicit Zebedæi: quorum alter a ſiniſtris,alter cupiebat ſedere a dextris:Calicem quidem meum bibetis, ſedere autẽ a dextris meis ſiue a ſiniſtris,non eſt meum dare uobis,ſed quibus paratũ eſt a patre meo. Nõ eſt filij dare,& quomodo patris eſt præparare? Paratæ(inquit)ſunt in cœlo diuerſæ & plurimæ manſiones,plurimis diuerſiſq; uirtutibus,quas nõ perſonæ accipiunt,ſed opera.Fruſtra ergo a me petitis quod in uobis ſitum eſt,quod pater meus illis parauit,qui dignis uirtutibus, ad tantam aſcenſuri ſunt dignitatem.Porro quod ait,iterum ueniam & accipiam uos ad meipſum, ut ubi ego ſum & uos ſitis:pprie ad apoſtolos loquitur:de quibus & in alio loco ſcriptum eſt: Vt quomodo ego & tu pater unum ſumus,ſic & illi in nobis unum ſint,qui crediderunt, qui perfecti ſunt,qui poſſunt dicere,pars mea dominus.Si autem non ſunt plurimæ manſiones,quomodo & in ueteri teſtamento & in nouo,alium ordinem pontifex tenet,alium ſacerdotes,alium leuitæ,alium ianitores,alium æditui? Et in uolumine Eçechielis,ubi futuræ eccleſiæ & cœleſtis Hieruſalem ordo deſcribitur,ſacerdotes qui peccauerant,regradantur in ædituos,& in hoſtiarios:& cum ſint in templo dei, hoc eſt a dextris, non ſunt inter arietes, ſed inter minimas oues. In fluuio quoq; illo,qui de templo egreditur,& irrigat ſalſum mare, & uniuerſa uiuificat, multæ ſpecies piſcium deſcribũtur.Quare in regno cœlorum archangeli ſunt,angeli,throni,dñationes,poteſtates,cherubim,& ſeraphim,& omne nomen quod nominatur,nõ ſolum in præſenti ſæculo, ſed etiam in futuro? Sine cauſa diuerſitas nominũ eſt,ubi nõ eſt diuerſitas meritorum. Archangelus utiq; aliorum minorum eſt angelorum archangelus:& poteſtates, & dominationes,ha
B bent alia, per quæ exerceant poteſtatem, & in quæ ſubiecta dominentur. Hoc in cœlis eſt,hoc in myſterio dei, ne nos ſolito more irrideas,atq; ſubſannes, ſi imperatores poſuerimus,& præfectos & comites,& tribunos, & centuriones, & manipulos, & reliquum militiæ ordinem.

Illud autem quod ait: Neſcitis quia corpora ueſtra templum eſt ſpiritus ſancti:friuolum eſt,cum ſcriptura diuina ſoleat & unum pluraliter, & plura ſinguläriter appellare: & tamen ſciat in templo quoq; ipſo multas eſſe manſiunculas,eſſe exterius atrium,eſſe interius,eſſe ueſtibula,eſſe ſanctum, eſſe ſancta ſanctorum.Sunt & culinæ in templo: ſunt & cellariola, ſunt & torcularia,& uaſorum receptacula.Ita & in templo corporis noſtri,diuerſa ſunt merita. Non æque deus oẽs inhabitat:nec ad eandẽ menſurã omnibus infunditur. De ſpiritu Moyſi auferẽ, & ſeptuaginta preſbyteris datur. Puto aliã eſſe abundantiã fluminis,aliam riuulorũ.Eliæ ſpiritus Eliſæo duplex datur:unde & duplex gratia,fecit ſigna maiora.Ille uiuus mortuum:iſte mortuus mortuũ ſuſcitauit.Ille famẽ imprecatus eſt populo:iſte obſeſſæ ciuitati ſub una die hoſtiles copias præbuit.Licet hoc quod ait:Neſcitis quia corpora ueſtra templum eſt ſpũs ſancti,de cũcta credentiũ dicat eccleſia,qui pariter congregati,unũ Chriſti corpus efficiunt.Hic iam quæritur in corpore:qui pedibus Chriſti dignus ſit,qui capite:qui oculus eius ſit,qui manus.Quod & duæ mulieres in euangelio,pœnitens & ſancta ſignificant:quarũ altera pedes,altera caput tenet. Tametſi nõnulli exiſtimant unã eſſe:& quæ primũ cœpit a pedibus, eã gradatim ad uerticẽ perueniſſe.Sed & illud quod obijcit:nõ pro his rogo tantũ,ſed &,p illis qui crediturí ſunt per uerbũ eorũ in me:ut ſicut ego pater in te,& tu in me unum ſumus:ita oẽs unũ ſint in nobis. Et quod omnis populus Chriſtianus unũ ſit in deo,quaſi filij chariſſimi diuinæ conſortes naturæ: iam ſupra diximus:& nunc plenius inculcandũ eſt,nõ nos ſecundum naturam,ſed ſecundũ gratiã unũ eſſe in patre & filio. Neq; emꝫ eiuſdẽ ſubſtantiæ eſt(quod Manichæi ſolent dicere)ania humana & deus.Sed dilexiſti(inquit)eos,ſicut & me dilexiſti. Vides ergo quod in cõſortiũ ſubſtãtiæ eiꝰaſſumimur,nõ naturæ eſſe,ſed gratiæ:& ideo nos diligit:quia filiũ dilexit pater,& mẽbra diliguntur,ſcilicet in corpore.Quotquot emꝫ receperunt Chriſtum,dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri,his q credũt in noie eius,qui nõ ex ſanguinibus:neq; ex uolũtate carnis:neq; ex uolũtate uiri,ſed ex deo nati ſunt.Verbũ caro factũ eſt:ut nos de carne trãſiremꝰ in uerbũ. Nec uerbũ

deſijt

C desiit esse quod fuerat: nec homo perdidit esse, quod natus est. Gloria aucta est, non mutata natura. Vis scire quomodo cum Christo, unum corpus efficiamur? Doceat te ipse, qui condidit. Qui comedit carnē meā, & bibit sanguinē meum: hic in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrē: & qui comedit me, uiuit propter me. Iste est panis q de cœlo descendit. Sed & Iohannes euangelista, qui de pectore Christi hauserat sapientiam, in eadē uerba cōcordat dicēs: In hoc intelligim⁹ quod in eo manemus, & ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis. Si quis cōfessus fuerit, quoniā Iesus est filius dei: deus in eo manet, & ipe in deo est. Si credis in Christū, quomodo & apostoli crediderūt, unum cū eis in Christo corpus efficieris. Si aūt temerariū est fidem eorū tibi & opera uendicare, qui fidem eandē & opera non habes: eundē locū habere non poteris. Porro quod iactitas sponsam, sororē, matrem, & omnia hæc uocabula unius esse ecclesiæ: cunctosq; credentes his noibus significari, cōtra te facit. Si em unus ordo ecclesiæ est, & non habet plurima membra in uno corpore: quid necesse est ut sponsa, soror uocetur & mater? nisi aliorū sponsa, aliorū soror, aliorū mater sit. Stant quidem oēs ad dexterā: sed alius stat ut sponsus, alius ut frater, alius ut filius. Filioli (inquit) mei quos iterum parturio, donec Christus formet in uobis. Putasne eiusdem esse meriti eos qui parturiuntur, & qui parturit? Vnde & stulte asserere uoluisti omnia membra æqualiter nos diligere, nec oculū præponere digito, nec manū auriculæ, sed in singulorū amissione membrorū, dolorem esse cōmunē: cū Apostolus doceat ad Corinthios, alia membra esse honestiora, alia uerecundiora: & quæ uerecundiora sunt, maiore honestate circūdari: quæ uero per se honesta nostri, non indigere sollicitudine. Eiusdem ne ordinis arbitraris & meriti, os & aluum, oculos & meatus per quos fimus egeritur & urina? Lucerna (inquit) corporis tui est oculus tuus. Si oculus cæcus fuerit, totum corpus in tenebris est. Si digitum amputes, si summitatem auriculæ: est quidem dolor, sed non tantū damnū, nec tanta cum dolore deformitas, quanta si oculos eruas, trunces nares, os diffeces. Sine alijs membris uiuere possumus, sine alijs omnino nō possumus. Sunt peccata leuia,
D sunt grauia. Aliud est decem milia talenta debere, aliud quadrantē. Et de ocioso quidem uerbo & adulterio rei tenebimur: sed nō est idem suffundi & torqueri, erubescere & longo tēpore cruciari. Putas nostrum esse quod loquimur? Audi apostolū Iohannē: Qui scit fratrem suum peccare peccatū non ad mortē, petat, & dabit ei uitam, peccanti non ad mortē. Qui uero peccauerit ad mortē, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus ueniam. Si pro maioribus, difficilis impetratio sit: & inter peccata & peccata, magnā esse distantiam. Vnde & de populo Israel, quia peccauerat peccatū ad mortē, dicit ad Hieremiā: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationē, & nō obsistas mihi, quia nō exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & introimus sæculum, & eximus de sæculo: & hoc præiudiciū futurorū est: ergo æqualiter & iusti & peccatores habebimur apud deū: quia nūc pari modo & generamur & morimur. Quod si duos esse contendis Adā, alterū terrenū, alterū cœlestē: & qui in terreno fuerint, eos esse ad siniſtrā: qui uero in cœlesti, eos esse a dextris: respōde mihi interim, ut de duob⁹te fratribus interrogē: Esau in terreno fuit, an in cœlesti? Nulli dubiū est, quin in terreno eum fuisse respondeas. Iacob in quo fuit? Dices protinus, in cœlesti. Et quomodo in cœlesti fuit: cū adhuc Christus nō uenisset in carne: qui secundus & cœlestis Adam dicit? Aut igit oēs ante incarnationē Christi in ueteri reputabis Adā: & iusti quoq; in terreno hoie, & ad siniſtrā erunt inter hircos tuos: aut si impiū est ibi Isaac ponere, ubi Ismael: ibi Iacob, ubi Esau: ibi sanctos, ubi peccatores: nouissimus Adā ex eo tēpore numerabitur, quo Christus est natus ex uirgine: & argumentū duorū Adam nō pficiet ouibus & hædis tuis: quia in primo Adam & oues & hædos cōuincimus fuisse: & in uno atq; eodē hoie, alios a dextris dei stetisse, alios a siniſtris. Ab Adam em usq; ad Moysen, mors sup oēs dnata est: etiā sup eos q nō peccauerunt in similitudine p̄uaricationis Adā. De eo aūt qd niteris approbare cōuitiū & homicidiū, raca & adulterium, & ocioſum sermonē, & impietatē uno supplicio repensari: iā & supra tibi responsum est: & nūc breuiter respōdebo. Aut peccatorē te negabis, ut nō sis reus gehennæ: aut si peccator fueris, etiā de leui crimine duceris ad tartarum. Os (inquit) quod mentitur, occidit animā. Suspicor te aliquā do ut hominē fuisse mentitum: omnis em homo mendax, ut sit solus deus uerax: & iustificetur

in sermonibus

A in ſermonibus ſuis,& uincat cum iudicauerit.Aut igitur homo nõ eris,ne mendax ſis:aut ſi quia homo es mendax fueris,cum parricidis & adulteris punieris.Nulla eſt enim inter peccata diuerſitas:& non tibi habebunt tantas gratias,quos de humili in ſublime leuas:quantum iraſcentur, quos propter leue quotidianũ q̃ peccatũ,in exteriores tenebras retruſiſti. Si autẽ in perſecutione,qui ſuffocatur, & qui decollatur, & qui fugerit,& qui in carcerem retruſus obierit:in uarijs luctæ generibus una corona uictoriæ eſt:& hoc pro nobis facit.In martyre enim uoluntas,ex qua ipſa mors naſcitur,coronatur.Meum eſt,opponere me gentilium furori,& dñm non negare. Iã in illorum arbitrio eſt,aut decollare,aut urere,aut recludere in carcerẽ,aut uaria adhibere genera pœnarũ.Quod ſi fugero,& in ſolitudine obiero:nec eadẽ erit corona morientis:quia nõ eadem cauſa mortis eſt Chriſtus.Ad illud uero quod dicis,inter eum fratrem q̃ ſemper cũ patre fuerit: & qui poſtea pœnitens eſt receptus,nihil penitus diſcrepare:adijcio ſi uis, & drachmam unam, quæ perdita fuerat & inuenta,iunctã eſſe cum reliquis:& ouem unã quã nonagintanouem ouibus derelictis bonus paſtor inquiſiuit & retulit,expleſſe numerũ cẽtenarium. Sed aliud eſt pœnitentem eſſe, & lachrymis ueniam deprecari: aliud ſemp eſſe cũ patre. Vnde per Eçechielẽ ad reportatam ouem, & perditum quondam filium, loquitur paſtor & pater: Et ſuſcitabo pactũ meum tecum: & ſcies quia ego dñs, & recordaberis, & confunderis: ut non ſit tibi ultra aperire os præ confuſione tua,cum placatus fuero tibi in omnibus quæ feciſti. Vt nihil minus iuſto habeant pœnitentes:ſufficit eis pro omni pœna ſola confuſio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini uiarum ueſtrarum peſſimarũ, & omnium ſcelerum quibus polluti eratis:& diſplicebitis uobis in conſpectu ueſtro,in omnibus malitijs ueſtris quas feciſtis:& ſcietis quia ego dñs,cum benefecero uobis, propter nomen meũ,& non ſecundum uias ueſtras malas: neq̃ ſecundũ ſcelera ueſtra peſſima.Arguit᷑ quoq̃ a patre filius, quod ſaluti fratris inuideat: & cũ angeli lætentur in cœlo,ille liuore crucietur.Quãc̃q̃ duorum fratrum ſimilitudo frugi & luxurioſi: non ad merita totius generis humani:ſed uel ad Iudæi pertinent Chriſtianiq̃ perſonas,uel ad
B ſanctorũ & pœnitentium.Super qua parabola libellum quondam Damaſo epiſcopo,dum ad huc uiueret dedicaui. Porro ſi operarijs primæ horæ & tertiæ & ſextæ & nonæ & undecimæ, unus denarius redditur:& ab eis incipit præmiũ,qui nouiſſimi in uinea laborauerunt: & hic nõ unius temporis & unius ætatis homines deſcribuntur:ſed ab exordio mundi uſq̃ ad finem,uocationum ſacramẽta ſunt diuerſarum. Prima hora uocatus eſt Abel & Seth:Tertia Enoch & Noe:Sexta Abraham Iſaac & Iacob:Nona Moyſes & prophetæ: Vndecima gentiũ populus: cui primo redditur merces, quia in crucifixum credens dñm, difficultate fidei magnitudinem meruit præmiorũ.Multiq̃ reges & prophetæ quæſierunt uidere quæ uidemus, & non uiderũt. Vnus autem denarius non unum eſt præmiũ:ſed una uita,& una de gehenna liberatio. Cæterum quomodo ad indulgentiam principalem,diuerſorum criminum rei dimittũtur de carcere, & unuſquiſq̃ pro labore uel operibus ſuis,in hoc uel in illo ſtatu uitæ eſt: ita & denarius quaſi indulgentia ueri principis,omnes per baptiſmum emittit de carcere.Iam noſtri laboris eſt, pro diuerſitate uirtutum,diuerſa nobis præmia præparare. Hucuſq̃ per partes ad propoſita reſpondimus.Sequens ſermo in cõmune ad omnes reſpondebit. Dominus ad diſcipulos ſuos: Qui uult(inquit)inter uos maior eſſe,ſit omniũ minimus. Si oẽs in cœlo æquales futuri ſumus: fruſtra nos hic humiliamus,ut ibi poſſimus eſſe maiores.De duob9 debitoribus quingẽtorũ q̃ denariorũ & qnquaginta: cui plus dimittit᷑,plus amat. Vnde & ſaluator.Dico(inqt)tibi,remittũt᷑ ei peccata multa,quoniã dilexit multũ.Cui aũt minus dimittit᷑,minus diligit. Qui min9 diligit: & minus ei dimittit᷑:utiq̃ in minori gradu erit.Paterfamilias ꝓficiſcens tradidit ſeruis ſuis ſubſtantiã,alij quinq̃ talẽta,alij duo,alij unũ:unicuiq̃ ſecundũ ꝓprias uires. Simile quid & in alio euangelio ſcribitur: quod homo nobilis proficiſcens in regionẽ longinquam ut acciperet ſibi regnũ & reuerteretur:uocauerit decem ſeruos, & dederit eis ſingulas mnas,de quibus unus lucratus eſt decem mnas, alius quinq̃: & ſinguli iuxta uires ſuas, & emolumentum, uel decem, uel quinq̃ acceperint ciuitates. Porro alius qui unum talentum ſiue unam mnam acceperat: quod accepit infodit,ſiue in ſudario colligauit:& domini reſeruauit aduentui. Primo conſyderandũ,quod ſi iuſti non ſpe profectus laborant,ut uult noſter Zeno, ſed ne perdãt quod acce-

perãt

C perãt: iſte qui mnam & talentum infodit, ne perderet quod acceperat, non peccauit: magiſq; laudanda eſt cautio reſeruantis, q̃ caſſus labor eorum, qui ſine laboris præmio deſudarunt. Deinde quod hoc ipſum talentum quod aufertur a timido, uel negligente ſeruo, non datur ei qui minus lucri fecerat, ſed qui plus: id eſt qui ſuper decem poſitus fuerat ciuitates: ſi numerus non facit ordinem: quare dixit, dedit unicuiq; ſecundum uires ſuas. Si eadem lucra ſunt quinq; talentorum & decem: cur ei qui minus lucri fecerat, non decem: & ei qui plus, non quinq; tradunt̃ urbes? Quod autem dominus non his contentus ſit, quæ habemus: ſed ſemper maiora deſyderet, ipſe monſtrat dicens: Quare nõ dediſti pecuniam meam ad trapeçitas: & ego ueniens cum uſura exegiſſem? Quod quidem & Paulus apoſtolus ſciens, præteritorum obliuiſcitur: & ad ea quæ in ante ſunt, ſe extendit: id eſt, quotidie proficit: nec ſeruat in ſudario delicate gratiam, quã accepit: ſed auarus negociator renouatur de die in diem: & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creuerit. Sex urbes fugitiuorum deſcribuntur in lege, qui homines interfecere nolentes: & ipſæ urbes ſacerdotales ſunt. Rogare libet, fugitiuos iſtos inter hircos tuos, an inter oues noſtras collo ces? Si hirci eſſent, occiderentur ut homicidæ cæteri, nec miniſtrorum dei intrarent ciuitates. Si oues dixeris: utiq; non erunt tales oues, quæ abſq; luporum metu tota libertate paſcantur. Et probabitur tibi oues quidem eas eſſe, ſed erroneas a dextris eſſe: uerum non ſtare, ſed fugere, donec moriatur ſacerdos magnus, & ad inferna deſcendens, liberet animas fugitiuorum. Gabaonitæ occurrunt filijs Iſrael: & cæſis alijs gentibus in lignarios & aquarios reſeruãtur. Tantiq; apud deum meriti ſunt: ut ſtirps Saul ob eorũ iniurias ſit deleta. Inter quos eos collocabis? Inter hircos? Sed nõ ſunt interfecti: & ſententia domini uindicantur? Inter oues: Sed dicit ſcriptura diuina, quod non ſint eiuſdem meriti cuius & Iſraelitæ. Vides ergo quod ſtent quidem a dextris, ſed multo inferiori gradu. Inter Dauid uirum ſanctum & Saul regem peſſimum, medius Ionathas fuit. Quem nec inter hædos poſſumus ponere, quia prophetæ amore dignus eſt: nec inter arietes, ne parem eum faciamus Dauid, maxime cũ & ipſe interfectus ſit. Erit igitur inter oues,
D ſed in inferiori ordine. Et quomodo inter Dauid & Ionathan: ita inter ouem & ouem cogeris ſuſcipere differentias. Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui: & non præparauit, nec fecit ſecundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit, nec fecit digna, plagis uapulabit paucis. Omni enim cui multum datum eſt: multum quæretur ab eo: & cui commendatur multum, plus exigetur ab illo. Ecce ſeruo & ſeruo, plus minuſue committitur: & pro qualitate commiſſi atq; peccati, plagarum quoq; numerus irrogatur. Tota Iudææ terra tribuumq; deſcriptio, futuræ eccleſiæ in cœlis typus eſt. Legamus Ieſum nauæ: legamus Eçechielis extremas partes, & uidebimus quicquid in altero quaſi per hiſtoriã in terra diſtribuitur, in altero in cœlis ſpiritaliter repromitti. Quid ſibi uolunt in deſcriptione templi, ſeptem & octo gradus? Quid rurſum quod in pſalterio poſt elementa centeſimioctauidecimi pſalmi, quibus myſticum erudimur alphabetum, per quindecim gradus uſq; illuc peruenimus: ut poſſimus canere: Ecce nunc benedicite dominum, omnes ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini: in atrijs domus dei noſtri? Quare duæ & ſemis tribus, trans Iordanem habitant: ubi plurima ſunt iumẽta: & nouem & ſemis: reliquæ uel expellunt priſtinos habitatores de ſedibus ſuis: uel cum ipſis habitant? Cur leuitica tribus in terra partẽ non accipit, ſed dominus pars eius eſt: & inter ipſos leuitas & ſacerdotes ad ſanctaſanctorum ubi cherubim & propiciatoriũ eſt, pontifex ſolus ingreditur? Quare reliqui ſacerdotes, lineis tantum utuntur ueſtibus: & non habent indumentũ auro, hiacyntho, cocco, purpura, byſſoq; cõtextum? Inferioris gradus leuitæ & ſacerdotes plauſtra & boues accipiunt. Maioris ordinis geſtant arcam domini humeris ſuis. Si tollis ordinem tabernaculi, templi, eccleſiæ, ſi omnes qui a dextris ſunt: corpus unum & ut uulgo dicitur ἓν κόνϊορ: nequicquam epiſcopi, fruſtra preſbyteri, ſine cauſa diaconi ſunt. Quid perſeuerant uirgines? Quid laborant uiduæ? Cur maritatæ ſe continent? Peccemus omnes, & poſt pœnitẽtiam idem erimus quod apoſtoli ſunt. Verũ iam cœpimus terram proſpectare de pelago: & poſt montes gurgitum & ſpumoſos fluctus & nauim, uel in ſublime ſubrectam, uel in ima præcipitem: paulatim feſſis & languentibus portus aperitur. Diximus de nuptis, uiduis, uirginibus. Viduitati uirginitatem, uiduitatem prætulimus matrimonio. Expoſita eſt περιχοπὴ apoſtoli

A stoli,de huiuscemodi quæstionibus disputantis:singulis oppositionibus responsum est. Sæcularis quoq; litteratura uenit in medium,quæ uirgines fuerint,quæ uiuiræ:& ecõtrario quas interdum habeat molestias uinculum coniugale. Transiuimus ad secundam partitionem:in qua negat eos,qui tota fide baptisma consecuti sunt,deinde posse peccare.Et docuimus,quod excepto deo,omnis creatura sub uitio sit:non quod uniuersi peccauerint,sed quod peccare possint: & similium ruina,stantiũ metus sit. Tertio uenimus ad ieiunia:& quia aduersarij duplex propositio fuerat,uel ad philosophos,uel ad diuinarum scripturarũ prouocantis exempla:nos quoq; ad utrãq; respondimus.Quarta,id est extrema diuisio,oues & hædos,dexteram & sinistram,iustos & peccatores,in duos ordines distribuerat:uolens ostendere,nullam inter iustum & iustũ, peccatorem & peccatorem esse distantiam.Et ut hoc probaret,infinita de scripturis exempla cõgesserat,quasi suo sensui congruentia:cui nos quæstioni,& argumentis & exemplis respõdimus scripturarum:ueteremq; Zenonis sententiam,tam communi sensu,cõq; diuina lectione contriuimus.Nunc restat ut Epicurum nostrum,subantem in hortulis suis inter adolescentulos & mulierculas alloquamur. Fauent tibi crassi,nitidi,dealbati.Adde si uis iuxta Socraticam irrisionem, omnes sues & canes: &(quia carnem amas)uultures quoq;,aquilas,accipitres,& bubones. Nunq; nos Aristippi multitudo terrebit.Quoscunq; formosos,quoscũq; calamistratos, quos crine composito,quos rubentibus buccis uidero:de tuo armento sunt,imo inter tuos sues grũniunt.De nostro grege tristes,pallidi,sordidati,& quasi peregrini huius sæculi,licet sermone taceant,habitu loquuntur & gestu:Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata est: habitaui cũ habitantibus cedar:uidelicet in tenebris huius mundi:quia lux lucet in tenebris,& tenebræ eam non comprehenderũt.Ne glorieris,quod multos discipulos habeas:filius dei docuit in Iudæa, & duodecim tantum illum apostoli sequebantur. Torcular(inquit)calcaui solus, & de gentibus uir non est mecum.Ille in passione solus remansit,& Petri quoq; erga eum trepidauit constantia:pharisæorum autem doctrinæ,omis populus applaudebat dicens: Crucifige,crucifige talẽ.
B Non habemus regem nisi Cæsarem:id est,uitia sequimur,non uirtutes: Epicurum,nõ Christũ: Iouinianum,non apostolum Paulum.Quod multi acquiescũt sententiæ tuæ:indicium uoluptatis est:Non em̃ tam te loquentem probant,cõq; suis fauent uitijs. In circulis platearum quotidie fictus hariolus, stultorum nares uerberat, & obtorto fuste dentes mordẽtium quatit: nec tamẽ deest qui semper possit induci:& pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehẽnæ succidiæ nutrias? Post præconium tuum & balneas,quæ uiros pariter & fœminas lauant,omnis impatientia quæ ardentem prius libidinem,quasi uerecũdiæ uestibus tegebat,nudata est & exposita:quæ ante in occulto erant,nunc in propatulo sunt.Ostendisti tales discipulos,nõ feciſti. Hoc profecit doctrina tua, ut peccatũ ne pœnitentiam quidem habeat.Virgines tuæ quas prudentissimo consilio(quod nemo unq; legerat, nec audierat)de apostolo docuisti, melius est nubere cõq; uri:occultos adulteros in apertos uerterunt maritos. Non suasit hoc apostolus,non electionis uas.Vergilianum consilium est. Coniugium uocat,hoc prætexit nomine culpam Quadringenti ferme anni sunt,quod Christi prædicatio fulget in mũdo. Ex quo innumerabiles hæreses tunicam illius conscidẽrũt. Vniuersus pene error de Chaldæo & Syro & Græco sermone processerat. Basilides magister luxuriæ & turpissimorum cõplexuum, post tot annos ita in Iouinianum, quasi in Euphorbum trãsformatus est,ut latina quoq; lingua haberet hæresim suam.Nulla ne fuit alia in toto orbe prouincia, quæ reciperet præconium uoluptatis: in quã coluber tortuosus irreperet: nisi quam Petri doctrina super petram fundauerat Christũ:uexillum crucis & prædicationis austeritas, idolorum templa destruxerat? E regione luxuria uentris & gutturis, subuertere nititur fortitudinem crucis. Vnde per Esaiam loquitur deus:Populus meus,qui uos beatificant,seducunt uos,& semitas pedum uestrorũ conturbãt. Necnon per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis & seruate unusquisq; animam suã:& nolite credere pseudoprophetis, qui dicunt pax pax,& nõ est pax:qui semper ingeminant,templũ domini,templum domini.Prophetæ tui uiderunt tibi falsa & insipientia,nõ aperuerunt iniquitatem tuam,ut te ad pœnitentiam prouocarent:qui deuorant plæbem dei,ut cibum panis,deũ non inuocauerunt.Hieremias captiuitatem nuncians,lapidatur a populo.Ananias filius Açur

C frangebat ad præſens ligneas torques,& in futurũ ferreas præparabat.Semper pſeudoprophe-
tæ dulcia pollicentur,& ad modicum placent.Amara eſt ueritas,& qui eam prædicãt, replentur
amaritudine.In açymis eñ ueritatis & ſyncéritatis,dñi paſca celebratur:& cum amaritudinibus
comeditur.Egregia ſane uox,& quã audiat ſponſa Chriſti,inter uirgines & uiduas & cœlibes:
unde & ipſum nomen inditum eſt:quod cœlo digni ſint,quia coitu careant:Raro iciunate,cre-
brius nubite.Non eñ poteſtis implere opera nuptiarũ:niſi mulſum & carnes & nucleum ſum-
pſeritis.Viribus opus eſt ad libidinem.Cito caro conſumpta marceſcit.Nolite timere fornicatio
nem.Qui ſemel in Chriſto baptiçatus eſt,cadere non poteſt:habet eñ ad deſpumandas libidi-
nes,ſolatia nuptiarum.Quod & ſi ceciderítis,redintegrabit uos pœnitentia:& qui in baptiſma-
te fuiſtis hypocritæ,eritis in pœnitentia ſolidæ fidei.Neq; turbemini: putantes inter iuſtum &
pœnitẽtem aliquid intereſſe: & humiliorẽ gradum dare quidem ueniam,ſed coronam tollere.
Vna eſt eñ retributio.Qui ad dexteram ſteterit,introibit in regna cœlorum.His cõſilijs ſubul-
ci tui,paſtoribus noſtris ditiores ſunt:& hirci plurimas ſecum capras trahunt. Equi inſanientes
in fœminas facti ſunt, ſtatim ut mulieres uiderint adhinniunt: & impatientiam ſuam proh ne-
phas,ſcripturarum ſolantur exemplis.Sed & ipſæ mulierculæ miſeræ & non miſerabiles, præce
ptoris ſui uerba cantantes:quid eñ niſi ſemen requirit deus?non ſolum pudicitiam,ſed etiã ue-
recundiam perdiderunt:maioriq; procacitate defendunt libidinem,q̃ exercent.Habes præter-
ea in exercitu tuo,plures ſuccenturiatos:habes ſcurras & uelites in præſidijs, craſſos,comptos,ni
tidos,clamatores,qui te pugnis calcibuſq; defendant.Tibi cedunt de uia nobiles, tibi oſculanť
diuites caput.Niſi eñ tu ueniſſes,ebrij atq; ructantes paradiſum intrare non poterant. Macte
uirtute,imo uitijs,habes in caſtris tuis & amaçonas exerta mamma: & nudo brachio & genu,
uenientes contra ſe uiros ad pugnam libidinum prouocantes.Et quia opulentus paterfamilias
es:in auiarijs tuis nõ turtures,ſed upupæ nutriũť:quæ tota fœtidæ uoluptatis luſtra circũuolét.
Me carpe,me diſrjce,obrjce crimina quæ uolueris,argue luxuriæ & delitiarum. Magis me ama-
bis,ſi talis fuero,ero eñ de armento tuo.Sed ad te loquar, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiã,
D Chriſti cõfeſſione deleſti. Vrbs potens,urbs orbis dña, urbs apoſtoli uoce laudata, interpreta-
re uocabulum tuũ.Roma aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos:aut ſublimitatis iuxta He-
bræos.Serua quod diceris,uirtus te excelſam faciat, non uoluptas humilem. Maledictionem
quã tibi ſaluator in Apocalypſi cõminatus eſt:potes effugere per pœnitentiam,habens exem-
plum Niniuitarũ.Caue Iouiniani nomen,quod de idolo deriuatũ eſt.Squalet capitoliũ, tẽpla
Iouis & cerimoniæ conciderunt.Cur uocabulũ eius,& uitia apud te uigeant?Adhuc ſub regibꝰ,
& ſub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiã, q̃ ſub conſulibus Epicu
ri luxuriam ſuſceperunt.

IN LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS IOVINIANVM SCHOLIA.

QVis uos impediuit.) Quod apud Græcos eſt ἐβάσκαινε,noſtra æditio uertit faſcinauit,hic Hie
ronymus tranſfert,impediuit.De quo uide noſtras annotatiões. Intentator eſt malorũ.)
Latina uox longe aliud ſonat q̃ Græca.Nam nobis intẽtare dicitur,qui ingerit & impingit:
ut apud Vergiliũ.Præſentẽq; intentãt oĩa mortẽ.At Græcis eſt, ἀπείρασος, id eſt,q nõ tentať
aut q nõ tentat. Sapientes & prudentes &c.) Equidẽ inuitus diſcedo ab exẽplariorũ præ
ſcripto,uerũ in hiſce uerbis,nihil uideo,quod ab Hieronymo ſcriptũ uideri poſſit.Auſim propemodum
aſſeuerare legendum hoc pacto. Sapientes & prudentes,patruos uocant: hi uero qui dulces ſunt in ſer-
monibus, patres audiunt.Nam patrui ſeueri ſunt in nepotes.Vnde & Horatius:Ne ſis patruus mihi.Pa
tres impenſius amant.Q̃q; illa duo uerba,ſapientes & prudentes, mihi nondum ſatis arrident: uerũ nõ
auſim oĩa diuinare.Fortaſſe pro ſapiẽtes,ſeueros erat:ꝓ prudentes,pudicos. Solomon amabilis dñi.)
Alluſit ad hoc quod legimus ſecũdo Regũ libro cap.12.Dauid extincto iam puero, rurſum habuiſſe rem
cum Bethſabee. Ea cum peperiſſet Solomonẽ,cõmiſiſſe puerũ Nathan prophetæ,qui uocauit eũ ama-
bilis domino,eo quod dominus diligeret eum. Cui bis deus.) Bis eñ apparuit dñs Solomoni:ſemel in
ſomnis,cum mille uictimas immolaſſet in Gabaon, quod erat cacumen maximum:& ille permiſſa a deo,
quod uellet optandi poteſtate, optauit ſapientiam, quo poſſet cum laude rempublicam adminiſtrare,
quemadmodũ legis tertio libro Regum cap.3.Rurſum apparuit ei iam extructo templo,& teſtatus eſt il-
lius preces a ſe exauditas fuiſſe,ut legis eiuſdem libri cap.9. Quia amator fuit mulierum.) Habebat eñ
uxores ueluti reginas ſeptingentas, & cõcubinas trecentas,aſcitas ex impijs ac barbaris natiõibus:in qua
rum amorẽ ſic inſanijt,ut ad colendos etiam deos barbaricos adduceretur, quẽadmodũ legis paulo poſt
cap.11.Hoc eſt quod deplorat Eccleſiaſticus cap.47.Dediſti maculã in gloriã tuã,& inclinaſti femora tua
mulieribus. Manaſſen.) Hic erat filius Eçechiæ ſceleratiſſimus,& idem crudeliſſimus, ut legis quarto
Regum

Bis dñs Salomoni apparuit

A Regum cap. 21. At libro Paralipomenon secundo cap. 33. narratur quemadmodum catenis uinctus abductus fuerit in Babylonem. Deinde malis commonitus resipuit: Et orauit (inquit) dñm deum suum, & egit pœnitentiam ualde, corã deo patrum suorum, deprecatusq; est eum, & obsecrauit intente. Et exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum in Hierusalem, in regnum suum. Post hæc referuntur illius benefacta, quibus uitæ superioris impietatem pensauit. Et Iosias uir sanctus.) Hic tertius a Manasse, successit Amon illaudato patri, laudatissimus ipse: sic eñ de illo testificatur historia libro Regum quarto cap. 23. Similis illi non fuit ante eum rex qui reuerteretur ad dñm in omni corde suo, & in tota anima sua, & uniuersa uirtute sua, iuxta omnem legem Moysi, nec post eum surrexit similis illi. Nam ad hũc referunt Iudæi laudem beati uiri, quẽ habet primus psalmus: uerũ hoc loco dicitur percussus a Nechaone rege Aegypti, non ob sua malefacta, sed Manasse. Verum libro Paralipomenon secũdo cap. 35. satis apparet eum periisse, quod inuito deo moueret arma aduersus Nechaonem, a quo non erat lacessitus. Et alienigenam sibi ip.) Lege Zachariæ prophetæ caput tertium, quo rectius hunc intelligas locum. Nominatim autẽ addidit, filius Iosedech, ut distinguat eum a Iosue filio Nun, qui successit Mosi. Inter duodecim lapides.) Locus est apud Eçechielem capite uigesimo octauo. Quod eñ illic in Tyri principem dicitur, per allegoriam refertur ad Luciferum cœlo deiectum. Relege quo melius hæc intelligas. A monte domini.) Alluſit ad ipsa ꝓphetæ uerba, peccasti & eieci te de monte dei. Obumbrãtur in eo.) Locus est allegoricus sub nomine Behemoth Iob cap. 40. ad quem totum hic alluſit Hieronymus. Quãq; multo aliter referat, & uulgata habeat æditio. Saginantur in eo, & cætera quæ sequũtur, sumpta sunt ex capite proximo. Oñi custodia.) Alluſit ad illud: Oñi custodia serua cor tuũ, quoniã ex ipso uita ꝓcedit. Quid attagen, qd fulica?) Attagenes olim in delitijs erant, de quo iam sæpius dictum est. Fulica item auis est aquatica, pẽnis nigris. Porro aliud est.) His uerbis diuus Hieronymus solet inferre rem absurdã, quæ tamẽ faciat ad probationẽ. Vsus est eadẽ figura, in prologo quẽ scripsit in Pentateuchũ Moysi. Aliud est inquiens, si cõtra se postea ab apostolis usurpata testimonia probauerũt, & emendatiora sunt exemplaria latina & Græca, & Græca quã Hebraica. Quem locum & ridicule citent interpretes iuris põtificij, facile perspiciet, qui legerit egregiũ illud glossema, in caput illud, ut ueterũ librorũ fides, distinctiõe nona. Verum ut hũc citant, ita sæpenũero, imo plærũq; citãt reliquas leges e Codice ac pandectis, ut si qs attẽtius expendat rem, statim exclamare cogat Græcũ illud οὐδὲν πρὸς ἔπος. Expectans stellã.) Hesperũ intelligit, q apparet statim ab occasu solis. Hũc nisi Iudæi uideant exortũ, nõ capiũt cibũ, his diebus qbus ieiunãt. Olim nec spõso ius erat in spõsam nisi apparẽte uespero stella. Nõ zi̇çania.) In neutro genere extulit. Est aũt tritici genus, sed quasi degener, & in aliã mutatũ speciẽ. Quo quidẽ utebant a uulgari abstinentes tritico, superstitiose magis & religiose. Et Sorbitiunculas.) Idem testatur Seneca, quosdam in totum a potu abstinuisse,
B & succis herbarum uixisse, quas sorbitiunculas uocat. Hora sexta.) Locus est in Actis apostolicis cap. decimo. Ascendit Petrus in superiora domus, ut oraret, uerum cum esuriret, uoluit sumere cibum. Paulus in naui.) Locus est in eisdem actis cap. uigesimo septimo. Carycas aũt dixit, quod his delitijs quidã id temporis superstitiose uictitarent, abstinentes a cibis cõmunibus, adeo, ut nec pane uescerẽtur. Nõ piracium.) Ex piris factitium uinum, piracium uocant, quod olim factitabãt in his regionibus, in quibus uinum non proueniret. Cossum matris deum.) Cossi uermiculi dicuntur, qui roboribus innascuntur. Hos olim in delitijs habitos, testatur Plinius, adeo ut eos farina saginarẽt, quo uidelicet & uermes altiles fierent. Ab his sacerdotes Cybelis matris deorum & Isidis abstinebant, ridicula superstitione, uelut illi sacris. Qui μετεμψύχωσιν.) Ita Græci uocant animarum alio in aliud corpus demigrationem, quam dicitur Pythagoras fuisse commentus, quo mortales ab esu carnium ad uictum innocuum auocaret. Minutæq; cochleolæ.) Nã maiores & hodie sunt in delitijs apud Italos. Vnde Theriaca.) θὴρ Græce nõnũ & pro uenenata bestia accipitur & maxime pro uipera. Nã suo nomine Græcis uipera, dicit echidna. Ridiculũ uero quã fabulã medicorũ uulgus narret hodie de Tyro serpente, unde Tyriacã cõfici uolũt. Segmẽta eboris.) Meminit huius & Dioscorides. Puluerem, siue scobem ut appellat Plinius ex osse dentis elephantini mederi unguiũ uitio, quod appellant παρωνυχίαν. Habet eñ uim styptícam. Plinius tradit sanguinẽ huius animantis, præcipue maris, sistere rheumatismum, Ramẽta eboris, tolli nubeculam in facie. Fel Hyæne.) Hyæna animal est noxiũ, & adeo auidũ corporũ humanorũ, ut hac de causa sepulchra quoq; eruat, quod nullũ aliud animãtiũ facit. Vulgus putat esse utriusq; sexus, sed Aristoteles negat. Locodentiũ est os cõtinuũ utrinq;. Magicis etiã maleficijs infame. In Africa potissimũ nascitur, uenenorũ feracissima. Et tamẽ ex huius felle medicamẽta cõficiunt. Fel illitũ fronti, lippitudini medetur oculorũ, & cætera permulta quæ Plinius diligẽter cõmemorat libro. 28. cap. 8. Galenus ἐν ἁπλοΐς.) Id est, in simplicib⁹. Nam conficiunt aliquoties remedia e diuersis. Et Lucianus in Tragœdia Podagra, stercus humanum recenset inter huius morbi remedia. Pellis colubri.) Nam huic animanti mos est, sub uernum tẽpus pellem abijcere. Eo exuuio, quod Græci σῦφαρ appellant, medici ad multa remedia utuntur. Cimmex.) Pediculi genus est molle, sed quod attactum, tetrum odorem edat. De huius animantis remedijs memi/nit & Dioscorides, libro secundo. Difficultas urinæ.) Quã Græci δυσουρίαν uocant. Huic malo medet cimmex immissus in meatũ urinariũ. Sanguisuga.) Nulla ui potest auelli hirudo, etiã si corpus incidas, relinquit eñ linguã bisulcam in corpore nõ sine noxa. In uulture.) Cum tamen hæc auis nõ sit esculenta. Pauí fimus.) Vt scorpiũ dicimus & scorpionẽ: ita pauũ & pauonẽ. Aristotelẽ & Theophrastũ.) Quantũ bonorũ librorũ perijt, haud scio cuius culpa. Quid eñ est omnino dignũ cognitu, de quo nõ scripserit Aristoteles, id quod ex illius patet uita. Quod si extarent, unde hausit Hieronymus, nihil esset negocij uel corrigere deprauatum, uel exponere obscurum. Marcellum Sideten.) Cognomen est a patria. Nam Side ciuitas est Pamphiliæ, suum autẽ Flauianũ appellat opinor, ob patriã cõmunem. Puero/

A rum more.) Nam hi ſic ſoluunt quod obiectũ eſt, ut aliud ſimile proponant. Cũ iuxta Flaccum, Nil agat exẽplũ litẽ qđ lite reſoluit. Nautæ rhetores.) Rhetores uideri poterat uox ſuppoſiticia: qdã habebant, rectores. Nec hoc ſatis arridet, ac ne ferri quidẽ poteſt, niſi legas nautici rectores, aut nauiũ rectores. Niſi forte tacite notat, nõ eruditos, ſed clamoſum hoc rhetorũ genus, qui apud populũ agunt. Nã his bonis lateribus eſt opus. Id propemodũ explicat paulo poſt, quorũ latera ad clamandũ &c. Pugnis & calcib⁹.) Pugiles intelligit ac paleſtritas. Qui ſubuertũt montes.) Hoc ad metallorum foſſores refert. Quõ autem ſubuertãt, mire explicat Plinius. Nõ πύκτης.) Græce maluit, ut eſſet odioſius. Nam a Græcis hæc opia manarũt ad Romanos. πύκτης aũt pugil latine dicit. Et mors ipſa nihil.) Putabat eñ Epicurus, nihil ſup eſſe noſtri poſt mortẽ, & arguto ſyllogiſmo collegit, mortẽ nihil ad nos attinere. Pro tempore.) Lego pro temperie: ut intelligas æſtum illius regionis, nõ eſſe aptũ cæteris animalibus nutriendis. Nam camelus æſtus patientiſſimus eſt. Radicibus filicũ.) Nam has eruunt roſtro. Eſt aũt filix herbæ ſylueſtris genus. In ponto & phrygia.) Hos uermes paulo ſuperius uocauit coſſos. ξυλοφάγον.) Plinius teredinẽ appellat, qđ denticulis exterat materiam, capite ad corporis reliq portionẽ grauiſſimo, Græci ξυλοφάγον appellant, a ξύλον ligno, & φαγεῖν comedere. Luxuria.) Vel hinc palam eſt aliud eſſe luxuriam, aliud libidinem. Luxus eſt ediſſe coſſos, non libido. Locuſtarum nubes.) Nubes appellat, quod magno agmine deuolent, ut nubis ſpeciem præbeant. Ex hoc loco reuinci poſſunt, qui ſtultiſſime locuſtã qua uictitaſſe legitur baptiſta, fruticem eſſe uolunt non animal. Vermes ponticos.) De coſſis ſentit. Lacertis uiridibus.) Nam in hoc genere maculoſi formidabiliores ſunt & uenenum habent. Taurorumq; carnes.) Fœminæ parcunt ob fœturam, maribus ueſcuntur, quod pauci ſufficiant implendo armento. In noſtra prouincia.) Dalmatiã intelligit. Pro alitibus & lactentibus.) Non eſt dubiũ quin hic locus ſit depraua tus. Fortaſſe pro alitibus, legendũ eſt altilibus, ut intelligas ſuem altilem: qui tum optimi ſunt, cũ adhuc ſugunt mãmam matris. Et ideo dixit, Iudaiçantis. Magis nutrit lactens porcellus, quẽ Græci θελφάκιον appellant, cq; uitulus, & tamen illo contempto hunc præferebant. Semicrudis ueſcitur.) Imo apud Saxones & crudis ueſcuntur hodie, præſertim ſuillis. Ichthyophagi.) ἰχθὺς piſcis, φαγεῖν edere: Inde nomen habent, quod piſcibus ad ſolem ſiccatis uictitent, ob inopiã rei frumẽtariæ. Adoleſcentulus in Gallia.) Admonuim⁹ & alias Hieronymũ uixiſſe Treueris, & reliquã luſtraſſe Galliã. Sed cq; fuerit adoleſcẽtulus, haud intelligo. Opinor eñ poſt Romana ſtudia una cũ Bonaſo Gallias adiſſe. Scottos gẽtẽ.) Olim oẽs Inſulæ Britanniæ, uocabant. Quãcq; & hodie eadẽ eſt inſula, Anglorũ & Scottorum, in duos diuiſa reges. Meminerũt coſmographi de Anthropophagis Scythiæ populo, qui carne humana ueſcant, ueluti Pomponius Mela in deſcriptiõe Britanniæ, & Strabo in quarto Geographiæ ſuo libro, niſi qđ hic ἀνθρωποφάγους hoc eſt humanis ueſcentes carnibus in Hibernia Britãniæ uicina ponit, nõ in ipſa Britãnia, atq; ĩpſũ aſſeri

B bit cõmunitatẽ uxorũ. Tametſi de carnibus hominũ eſitandis, magis putat ad Scytharũ ritus pertinere. Addit idẽ factitatũ a Gallis & Hiſpanis in obſidionibus, huc adigẽte cõmeatus inopia. Verũ cũ Hieronymus teſtetur ſe uidiſſe gentẽ huiuſmodi in Gallia, uide ne forte ſentiat de minore Britãnia. Quãcq; mihi ſane locus nõ uidetur omnino uacare mendo. Platonis politiam.) Quod is tradiderit uxorũ cõmunitatem. Maſſagetæ.) Scythiæ populi ſunt. Derbices.) Forte legendũ Derbitæ: ea gens eſt Iſauriæ. Et Catonis exemplũ. Nam is uxorẽ cõmunicauit Hortenſio, ſicuti ſuperius dictum eſt. Peluſioten.) A Peluſio oſtio nili, uno e ſeptem. In hos iocatur Iuuenalis. Porrũ & cepe nefas uiolare & frangere morſu, Carnib⁹ humanis ueſci licet. Leonto, Cyno, Lyco.) Et Leonto a leone, Cyno a cane, Lyco a lupo, Buſiris a buſiride, inſepulto boui, opera Iſidis. In hac urbe ſummũ templũ erat Iſidis, authore Stephano.

Thmuis.) Ciuitas eſt Aegypti ſacra Mercurio, quod Mercurius ſub hirci ſpecie quondam illic latitaſſet, cũ dĩj fugiſſent cœlo, ob ſeditionẽ inter ipſos exortã. Verum de his in primo Tomo habes copioſius.

Antinous.) Sic habebant omnes quos uiderim codices. Cæterũ legendum eſt Antinois, ἀντινοΐς. Eadẽ dicta eſt ἀδριανόπολις, id eſt, Adriani ciuitas. Metropolis.) Dicit præcipua ciuitas regiõis: ea expugnata facile capiũt cæteræ. Et arx præſidiũ eſt ciuitatis. Alluſit aũt ad illud Platonis: Qui ratiõi ceu regi locũ in cerebro, uelut in arce dedit. Circẽſib⁹.) Ludi ſunt Romæ in honorẽ magnæ matris deũ inſtituti, a circo in quo peragebãt. In hæc ſpectacula uulgus inſaniebat. Mobilitate hiſtrionũ.) Nã hi ſaltãt & geſticulãt.

Et Strophis.) Strophæ ſũt oblique dicta, ueluti ſi qs uituperet ſub ſpecie laudis. Cyphi.) Barbara uox ſicut Sinapi, genus eſt odoramẽti, quo plurimũ utebant ſacerdotes Aegyptĩj in ſacris: admiſcent & alia, quo ſit gratioris odoris. Meminit huius Dioſcorides libro primo. Oenanthe.) Herba eſt naſcens in petris, folio paſtinacæ, radice magna ac nũeroſa. Quã deſcribit Plinius libro uigeſimo primo cap. 24. Meminit & Dioſcorides libro quinto, Oenanthini quod conficitur e flore uitis, unde & nomen habet. Nam Græcis οἶνος uinum eſt, ἄνθος flos. Apparet autẽ nõ ſolum ad remedia adhiberi ſolere, uerum etiam ad unguẽtorũ delitias. Muſcus.) Diminutiuũ apparet a μῦς, animalculũ eſt, unde caruncula ſiue glans exciditur, odoribus gratiſſima. Muris peregrini.) Eſt aliud genus, cuius pellicula in delitijs eſt. Miror quid uenerit in mentẽ Volaterano, ut ſcriberet Hieronymũ, muſcũ & murem peregrinũ, in epiſtolis appellare animal, quod uulgus ratum uocat, cum nũcq; uſurparit hæc nomina, niſi cum de delitijs odorum agit. Degrauatũ in terra.) Alluſit ad illud Horatianũ. Nam corpus onuſtũ externis uitijs animũ quoq; degrauat ipſum, Atq; affigit humo diuinæ particulã auræ. Anguſtioris.) Auguſtioris legẽdũ eſt per u, qđ in porticib⁹ & tẽplis heroũ & laudatorũ uirorũ imagines haberent, quæ nõnihil maieſtatis addebãt loco. Diogenes.) Diogeni calcanti culcitrã Platonis, cum dixiſſet: Calco Platonis faſtum, Plato reſpõdit: calcas quidẽ, ſed alio faſtu. Quoſdã legimus.) Hoc nõnulli tradunt de Democrito. Crates ille Thebanus.) Huius ſæpenumero meminit Hieronymus. Senſus corporũ.) Hãc ſimilitudinẽ mutuatus eſt a Platonis Sympoſio, ubi ſub noie equi & ſeſſoris, depingit animũ & corporis affectus. Vnde & Hiſto

ricus.

A ricus.) Ita Salustius in præfatione belli Catilinarij. Luxuriosa res.) Verba sunt Solomonis in Prouerbijs cap.20. Hippocrates in Aphorismis.) Aphorismi sunt ueluti leges quædã seperatim pronũciatæ, nec inter se cohærentes. Quæ nõ sunt carniũ.) Nempe cõdimẽtis, quæ ex herbis & aromatis cõficiũt. Aut sub uentre.) In uentre gulæ uoluptas, sub uentre libido. λεπτὴ δίαιτα.) Ita medici uocant parciorẽ uictũ quo sibi medentur plærique. In morsum.) Mire torquet, quasi Horatius nõ ex animo se talẽ descripserit, sed ut sub sua ꝑsona morderet eos qui uere tales essent. Meditatoriũ.) Meditatoriũ locus est, ubi exercẽt aliqs. Nã in illorũ gutture, hoc agit & illud incipit esse, qd postea deuorat latrina. Nec oino dissimile est mittere in latrinã, & mittere in gulam. Mox em incipit corrũpi quod immittit. Pariter hy sopum.) Habet enim uim extenuandi & calefaciendi, ut tradit Dioscorides libro.3. Carnes liquidas.) Nempe oua. Lac aũt sanguis est albus, ob decoctionẽ. Nã e sanguine menstruo lac nasci putant physici. Essenos.) De his habes & in primo tomo: Quorũ meminit & Plinius. De Pharisæis & Sadducæis fit mẽtio & in euangelicis litteris. Historiã Mitræ.) Apparet hũc esse mitrã, de quo meminit superius, significans sine matre natũ. Et apparet fuisse magum, aut principẽ apud Persas: cuiusmodi faciunt Thyaneum Apolloniũ Græci. Solẽne est.) Eleganter usus est hac uoce. Nã solẽne dicit quod ex more fit, unde ridicule quidã solẽnes doctores uocant, quos eximios uolunt significare. Oriçæ.) Oriça hordei genus est. Antisthenes.) Hic erat Cynicæ sectæ princeps. ἀμερόβιος.) Quod in diem uiueret, nihil sollicitus de postero. Prætoriũ.) Festiuiter uile doliũ, mẽdici prætoriũ uocat. Neq em prætoriũ dicit dũtaxat locus in quo prætor reddit ius, uerumetiã quæuis magnifica dom magnis impendijs extructa: cuiusmodi sunt ædes primatũ. Thorosuli.) Sic em lego. Nam codices habebãt Trosuli. De Trossulis militibus Romanis alias dictũ. Thorosulos autẽ uocat pinguiculos & obesiores, quod his thori protuberent. Adumbrantes.) Non imprimunt uestigia, sed adumbrant, ut uix appareat pedis uestigiũ. Verba in pugnis.) Nõ respondent dictis, sed uerberibus se defendunt, & calcibus impetunt, quẽ uelint refellere. Gulam probans.) Probans dixit, pro deprehendẽs, & cõperiens: uel potius arguens ac demõstrans, non aũt approbans. Hic aũt ingredit ueluti campũ, locũ cõmunẽ de laudibus ieiunij, in quo testat alias se fæpenũero lusisse. Domos opimas.) Opimas uocat splendidas. Locus est Deuteronomij cap.8. Et incrassatũ est cor ei.) Referre uidet Esaiæ uerba ca.6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos ei claude: ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat. Cõfabulatiõe cornutũ.) Sic enim legis Exodi cap.34. Et ignorabat qd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis dñi. Elias quadraginta.) Pastus unico pane subcinericio, ambulauit ieiunans quadraginta dies. Locus est.3. Regũ ca.9. Quid tu hic Elia?) Festiuiter cõtulit hãc uocẽ cũ illa Adæ. Cõgregatũ Samuel.) Loc est primo Regũ libro cap.7. Assyriorũ impetũ.) Locus est apud Esaiam cap.37. Achab rex.) Locus est tertio
B Regũ libro cap.21. Filio meruit.) Ieiunabat & cõcepit, ut legis primo Regũ cap.1. Quãq illic nõ est ꝑditũ, Annã ieiunasse, sed dũtaxat abstinuisse ab his quæ possent inebriare. Periclitant.) Locus est apud ipsum Danielẽ cap.2. & .1. Discophoron.) δισκοφόρον, qui portat discum. Quãq discus quoq dicit, quo olim exercebãt, simili nimirũ figura. Locus est Danielis ca.14 Hebdomadis.) Sex dies legit in lacu fuisse sine cibo. ἐξωμολόγησιν.) Id est, cõfessionẽ, ab ἐξομολογέω. Locus est secũdi Regũ cap.12. Exprobratur Israeli.) Nempe Amos cap.2. De Rechab.) Et illius filijs habes, Hieremiæ cap.35. Quorũ meminim copiosius in primo Tomo. In foribus euãgelij.) Hoc est in ipso statim exordio: nempe apud Lucã ca.2. Et acriora dæmonia.) Alluit ad dæmoniũ lunatici a Christo eiectũ, cũ apostoli tentassent, nec potuissent eijcere. Admirantibus aũt illis, ait hoc genus dæmoniorũ eijci non posse, nisi in oratione & ieiunio. Locus est apud Matthæũ cap.17. Cornelius centurio.) De eleemosynis fit mentio in Actis apostolicis cap.10. De ieiunio nõ fit, nisi quod qui semp orat, ieiunet oportet. Crebra ieiunia.) Sic em addit, in ieiunijs multis. Iam noli aquã.) Iam em idẽ ualet, quod post hac. Regnũ cœlorũ uim.) In hunc quidẽ sensum identidẽ Hieronymus usurpat hũc Matthæi locũ. At mihi, quod cũ tãti uiri honore paceq dixerim, magis illud innuit Christus, iam adesse tẽpus Euangelij, & instare turbam ingredi uolentiũ, adeo ut ui ui deant irrupturi, ni admittãt: sic eos animauerat prædicatio Iohãnis. Cũ hoc cõsentiũt quæ sequũtur: Oẽs em ꝓphetæ & lex usq ad Iohannẽ. Vir qppe.) Referre uidet locũ ex Solomonis Prouerbijs cap.16. Anima laborãtis laborat sibi. Diẽ plus q diem.) ἡμέραν παρ' ἡμέραν, Hieronymus ancipitẽ præpositionẽ accepit ꝓ ultra, siue supra: uerti poterat, diẽ ad diẽ, hoc est cõfert diẽ cũ die. Id aũt q facit, putat aliqd inter esse: ueluti q purpurã cõponit cũ purpura, ut uideat utra sit ardentior. Neomenias.) Id est nouilunia, & scenopegias, id est, tabernaculorũ cõpactiões. Nã utraq uox Græca est, νεομενία & σκηνοπηγία. Ortygometrã.) Græca uox ẽ. Nã illis ὄρτυξ, coturnix est, ὀρτυσομήτρα, coturnicũ rex. Fortasse qd in eo genere maribus sit sapor præstantior. Cur homo dei.) Historia est tertio libro Regũ ca.13. atq inibi de leone q occiso sessore, pepercit asino. Sanctificate ieiuniũ.) Est apud hũc cap.1. sed secus habet nostra æditio, q̃ citat Hieronymus. Ascendit ad diluuiũ.) Facete ascendit, quod præpostere recurreret ad uetus testamentum. Gomor.) עֹמֶר gomor Hebræis mẽsuræ genus est quod Græci chœnicẽ appellant: latini, dimẽsum. Est aũt modus diurni cibi, hoc est quantũ satis est ad unius diei uictũ. Diuus Hieronymus in Hebraicis noibus dicit eẽ decimã partẽ Ephi. Porro Ephi mẽsurã eẽ triũ modioꝝ. In coitu & saturitate. Hoc est in duabus primis ꝓpositiõibus. Stoicus efficit.) Hoc est seuerus, q nullũ omnino delictũ admittat, & iuxta Stoicorũ paradoxa, uelit oẽs uirtutes pares esse, & oia uitia paria. Hierosolymã Citio.) Nã Zeno Stoicæ sectæ princeps Citiensis fuit. Porro Citiũ oppidũ est Cypri. Proinde Hierosolymã & Iudæam ceu Christi patriam opposuit Citio ut Cypro Zenonis patriæ. Lineis.) Sæpius admonuim, lineorum usum olim parũ uirilẽ fuisse ac propemodũ parẽ sericis. Pexa.) Quod nullos haberet floccos, detrita nimirũ. Subucula uestis est, quã alij uocant interulã. Atrebatũ & Laodiceæ.) Apparet ex his regionibus candidissima

C ma ac ſubtiliſſima linea mitti ſolere. Nunc huius laudis principatus, ſi tamen ea laus, penes meos Hollandos eſt. Quãq; & Atrebates in Belgis haud ita pcul a nobis abſunt. Quãq; barbam raſeris.) Iocatur, quod hirci barbato ſint mento. Luſcum uocare luſcum.) Hoc eſt, quid prodeſt uitioſo ſuum exprobrare uitiũ? Nam ille nihilominus luſcus eſt. Cõfine Prouerbiũ illi Græco τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων. Eſt aũt uerſus Perſianus. Et luſco, qui poſſit dicere luſce. Ille pœnitens.) Nã ante tradiderat illũ Satanæ. Variã habuit.) Quam polymitã alibi uocat. Sanctus ac doctus.) Per Ironiam dictum eſt. Alius Maçuroth.) Locus eſt apud Iob capite nono. Timentibus autem.) Locus eſt Malachiæ capite quarto. Regradantur in ædituos.) Sic enim legis apud hunc cap. 44. Sed & Leuitæ, qui longe receſſerũt a me, in errore filiorũ Iſrael, & errauerũt a me poſt idola ſua, & portauerũt iniquitatẽ ſuam: erunt in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarũ domus, & miniſtri domus. Eleganter aũt dixit regradare, pro eo quod eſt, a gradibus deiſcere, quibus aſcenderant ad leuitarũ honorẽ. In fluuio quoq; illo.) Locus eſt apud eundẽ cap. 47. Plurimæ, inquit, erunt ſpecies piſciũ &c. Noſter Zeno.) Ita per Ironiã appellat Iouinianũ Stoicorũ more paria facientẽ peccata & merita. Sex urbes fugitiuorũ.) Ex urbibus peculiaribus leuitis, ſex ſeparatæ ſunt ad ſuffugiũ fugitiuorũ, ut legis Numerorũ cap. 35. ἓμ κόνιορ.) Locus hic nos aliquãdiu torſit. Nã ſciolus quiſpiã ſubdiderat Græcas uoces, ἓμ σῶμα, cũ ea tamen nihil faciant ad Prouerbiũ uulgi, præſertim cũ hoc iam dixerit ante latine: & ita latine, ut nõ cõmodius dici poſſit Græce. Nos igit ex ueſtigijs ueterũ exemplariũ, germanã ac uerã lectionẽ diligenter ſubodorati, reſtituimus ad hunc modũ ἓμ κόνιορ, id eſt, idem puluiſculus. Siquidẽ apud Græcos, & hoc inter adagia fertur, μία κόνις, id eſt, idem puluis, quo nullũ ineſſe diſcrimen ſignificant. Tractũ ab his qui res minutim tritas miſcent, ſic ut e multis unus fiat puluis, quemadmodum dicunt eiuſdem farinæ, ſicuti diligentius explicuimus in Chiliadibus noſtris. Cæterum quod κόνιορ dixit, diminutiuum fecit, a κόνις. Verum iam cœpimus.) Hoc tranſitu finit argumentationẽ & ad epilogum progreditur, quo ſummatim perſtringit quod fuſius diſputatũ eſt. Expoſita eſt περϊκοπή.) Quã & hodie deciſionẽ appellant, quoties definitur aliqd ac ſtatuitur, amputatis hinc atq; hinc opinionibus diuerſis. Vniuiræ.) Quas Græci μονογάμους uocant. Epicurum noſtrũ.) Quẽ pauloante Zenonẽ dixit. Subantem.) Rurſus uſus eſt obſcœno uerbo, pro libidinantẽ, & laſciuientẽ. Codices habebãt ſudantẽ, uerũ ea uox ab alijs eruditis ante nos fuit emẽdata. Socraticam irriſionẽ.) Quod is ſoleat per canẽ & anſerem iurare. Sues & canes.) Hoc dictum eſt ideo, quod aſtruat libidinem, & nuptijs faueat. Vultures quoq;.) Hoc propter eſum carniũ, quẽ æquabat abſtinentiæ. Sunt em̃ aues hæ carniuoræ. Ariſtippi multitudo.) Nam & is canis regius dictus eſt, & uoluptatum ſectator, diſſimillimus Diogeni. Multitudinẽ uocat turbam hominũ, cui hoc uitæ inſtitutũ probatur. De tuo armento.) Apte de hominibus pecuinis, & beluis ueriuſq; hominibus. Ita paulo ſuperius Horatius, Epicuri de grege porcũ. Hariolus.) Sic appellat circulatores fori, qui tãq; diuinaturi aliD quid, non animaduertentiũ naſos feriunt riſus cauſa: & fuſte ſubito intorto, uexant dentes. Inducí.) Inducí dixit pro decipi. Gehennæ ſuccidiæ.) Succidiam uocant carnẽ ſuillam: ſuillam autẽ fumo duratã: unde quoties opus eſt, aliquid decidunt in cibum. Significat aũt iſtos uoluptuarios, ſues non homines, mactandos gehennæ, ut dæmonum ſint cibus. Quæ uiros.) Significat balnea obſcœna, qualia ſunt & apud Chriſtianos paſſim nimiũ multa, in quibus permixtim nudæ fœminæ, cũ nudis uiris lauant. Oſtẽ diſti taleis.) Nihil dici potuit argutius. Ne peccatũ quidem.) Lego, ut peccatũ, ne pœnitentiã quidẽ habeat. Id aũt fit, quoties pſuaſum eſt, peccatũ nõ eſſe peccatũ. De Chaldæo.) Propter Hebionitas, Nicolaitas, & huiuſmodi alios. Nã Porphyrius Syrus erat, Arrius & Celſus Græci. Quaſi in Euphorbũ.) Alluſit ad Pythagorã, ex Euphorbo renatũ. Ananias filius Açur.) Hiſtoria refert̃ apud Hieremiã ca. 28. Cœlibes.) Dicunt̃, nõ qui caſte uiuunt, ſed qui carent uxoribus. Verũ torquet hoc quoq; nonnihil Hieronymus, qui cœlibem quoq; a cœlo uocatũ uideri uult. Et nucleum.) Non ſatis uideo quid ſibi uelit hoc loco nucleum, niſi quod quidã nuclei, putantur ad coitũ facere, ueluti pinei, quod in his inſit uis quædã ſeminalis. Subulci tui.) Sic uocat malos doctores aut epiſcopos, quaſi ſuũ paſtores, non ouiũ. Velites.) Sentit de pugnacibus, de quibus ſupra dixit, quod ſyllogiſmos haberent in calcibus. Amaçonas.) Quod de Amaçonibus ſcriptũ eſt, mire torquet in Iouinianũ. Nam hæ exertam, hoc eſt enudatam habẽt mammã, nõ ut expeditius pugnẽt, quẽadmodũ illæ, ſed ut uiros ad libidinẽ prouocent, nudato corpore. Nõ turtures.) Quod caſta ſit auis, quæ nec adulterium nouit, nec amiſſo compare, ſecũdas ſequit̃ nuptias. Vpupas.) Quod ſalax ſit hæc auis & immunda. Luſtra circũuolent.) Mire luſit ambiguitate uerbi. Nam luſtra ſunt animantiũ, ſunt & ſcortorum. Ad te loquar.) Vertit Apoſtrophen ad urbem Romã. Scriptã in fronte.) Quod eſt in Apocalypſi cap. 13. multi putant de Roma dictũ. Et uidi de mari aſcendẽtẽ beſtiã, habentẽ capita ſeptẽ, & cornua decẽ, & ſup cornua eius decẽ diademata, & ſup capita eius noia blaſphemiæ. Apoſtoli uoce.) Nempe in epiſtola ad Romanos, quod fides ueſtra annũciat̃ in toto mũdo. Aut fortitudinis nomen eſt.) ῥῶμη Græce robur, ſiue ualentia. Latini putãt a Ruma dictũ, hoc eſt a mãma lupæ quã ſuxerũt Remus & Romulus. Roma Hebræis ſonat ſublimitas. Quod de idolo.) Nimiꝝ a Ioue dictus Iouinianus, ac Ioui ſacrũ erat capitoliũ, unde & capitolinus dict⁹, & idcirco ſubijcit, Squalet capitolium. At nunc ambigunt omnino Romani ubi nã fuerit illud admirandũ capitoliũ. Neq; deſunt tamẽ, qui gentilẽ illã gloriã adhuc ſomniẽt, quaſi parũ habeat ſplẽdoris ipſe Chriſtus. Quãq; huius mali magna pars ſacerdotibus acceptã ferri oportet, q ſeſe nõ cõtinent in ſuo genere, & ijſdem rebus magni uideri uolũt, qbus olim ethnici principes, ac nõ potius apoſtolicis opibus, qbus illi reges oẽs ac monarchas infinitis partibus, & potentia & gloria, & opibus ſuperarũt. Porro cũ ſua negligãt, & affectent aliena, nec in ſuo genere magni ſunt, quia nõ ſtudent, & in illo longe uincunt̃, adeo ut ne conferendi quidẽ ſint cũ illis. Ita fit, ut quidã ſemichriſtiani uetus illud & ethnicũ deſyderent imperiũ, quod

& huius

A & huius pœniteat,utpote frigidi:& illud apoſtolicũ,quo mundanæ ditionis iacturã penſare poterãt, nec in his uideant,in qbus ſolũ hoc cõueniebat florere. Sub Numa.) Nam huius ætate docuit Pythagoras in Italia:cuius continentiam dicit,quod iuſſerit abſtineri ab eſu carniũ. Sub conſulibus.) Nam regibus exactis,conſules ſucceſſerunt,ſub quibus adhuc diu Roma fuit frugalis. Et admodum ſero luxuria immigrauit in urbem Romam a Græcis captis.

ANTIDOTVS. Plurima ſunt in his duobus libris,quæ uehemẽter poſſent offendere,præſertim hac tẽpeſtate,qua matrimoniũ etiã inter ſacramẽta ponitur: de quo mirũ eſt,nec Iouinianũ meminiſſe, cũ illud laudibus ueheret,nec Hieronymũ,cũ illius libros refellit:uerũ ipſe in epiſtolis ſequentibus antidotũ admouit,ut noſtra nihil ſit opus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

QVanq; Iouiniani dogma iam Romæ damnatũ eſſet opera Victorini & Pãmachĩ,tamẽ multos offenderant duo aduerſus eũ ab Hieronymo ſcripti libri, quod ꝓpenſior uideret in laudem uirginitatis q; oportuiſſet,& durior in matrimoniũ. Notatis igit locis Pammachius Paulæ gener,& Hieronymi quõdã cõdiſcipulus,admonuerat familiariter amicũ,ut ad ea reſpõderet. Id quod mira cauſæ fiducia facit Hieronymus,ut nõ ſolũ refellat quæ obĩciebant,uerũetiã multis cõuitĩs inſectetur obtrectatores. Vtinã hanc epiſtolã diligenter legant iſti,qui maligne paucula uerba decerpũt ex alienis libris quæ calumnient,haud perpendentes,a quo dicant,cui, qua occaſiõe dicant,quid præceſſerit,quid cõſequatur:tantũ circa duo uerbula muliebriter cauillantes,arguti ſibi uidentur.

HIERO. PRO LIB. ADVERSVS IOVINIANVM APOLOGIA AD PAMMACHIVM.

QVod ad te hucuſq; nõ ſcripſi:cauſa fuit ſilentiũ tuũ. Verebar em̃ ne ſi tacenti ſcriberẽ,moleſtũ me magis q; officioſum putares. Nũc autẽ prouocatus dulciſſimis litteris tuis,& huiuſcemodi litteris:quæ me ad philoſophiam noſtri dogmatis ꝓuocarent,& condiſcipulũ quondã & ſodalem & amicũ,obuĩs(ut aiunt)manibus excipio,defenſoremq; meorũ opuſculorũ paro,ita tamẽ ſi ante te placatũ iudicẽ habuero, imo ſi oratorẽ meum ſup omnibus quæ in me arguunt inſtruxero. Hoc em̃ & Tullius tuus, & ante illum in breui & ſolo uolumine ſcripſit Antonius, primam cauſam eſſe uictoriæ,diligenter cauſam pro qua dicturus es diſcere. Reprehendunt me quidã quod in libris quos aduerſum Iouinianum ſcripſi,nimius fuerim:uel in laude uirginũ,uel in ſuggillatione nuptiarũ:& aiunt condẽnationẽ quodãmodo eſſe matrimonĩ, intantum pudicitiam prædicare, ut nulla uideatur inter uxorẽ & uirginẽ cõparatio derelinqui. Ego ſi bene problematis memini: inter Iouinianũ & nos iſta contentio eſt: quod ille exæquet uirginitati nuptias,nos ſubĩciamus:ille parũ uel nihil,nos multũ intereſſe dicamus. Deniq; idcirco te poſt dñm faciente,dãnatus eſt,quod auſus ſit perpetuæ uirginitati matrimoniũ cõparare. Aut ſi idipſum uirgo put,& nupta:cur piaculum uocis huius Romæ Victorinus audire nõ potuit? Virgo a uiro,nõ uir a uirgine generat. Mediũ eſſe nihil poteſt,aut mea ſententia ſequẽda eſt,aut Iouiniani. Si reprehẽdor, quod nuptias uirginitati ſubĩcio,laudet ipſe qui comparat. Si autẽ dãnatus eſt,qui æquales putabat:damnatio eius mei operis teſtimoniũ ſit. Si ſæculi hoies indignantur in minori gradu ſe eſſe q; uirgines,miror clericos & monachos & cõtinentes id nõ laudare,quod faciunt. Caſtrant ſe ab uxoribus ſuis,ut imitent uirginũ caſtitatẽ: & idipſum uolũt eſſe maritatas qd uirgines? Aut iungant itaq; uxoribus ſuis qbus renũciauerant:aut ſi ſe abſtinuerint,etiã tacentes confitebunt melius eſſe,quod nuptiarũ operi prætulerũt. An ego rudis in ſcripturis:& nũc primũ ſacra uolumina legens,lineã &(ut ita dicam)tenue dicẽdi filũ,inter uirginitatẽ & nuptias ſeruare nõ potui? Videlicet neſciebam dictũ:Noli eſſe iuſtus multũ: & dum unum latus ꝓtego,in altero uulneratus ſum: atq; ut manifeſtius loquar,dum cõtra Iouinianũ pſſo gradu pugno,a Manichæo terga mea confoſſa ſunt. Nonne quæſo ſtatim in principio operis mei iſta præfatus ſum? Neq; em̃ nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes,nuptĩs detrahimus. Nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti,omnem coitum ſpurcum putamus:qui non ſolum nuptias,ſed cibos quoq; quos deus creauit ad utendum damnat & reprobat. Scimus in domo magna, non ſolum uaſa aurea & argentea eſſe,ſed & lignea & fictilia:& ſuper fundamentum Chriſti quod Paulus architectus poſuit, alius ſuperædificauit aurum,argentum, lapides precioſos:alius econtrario fœnum, ligna,ſtipulã. Nõ ignoramus honorabiles nuptias,& cubile immaculatũ. Legimus primã dei ſententiã: Creſcite & multiplicamini,& replete terrã. Sed ita nuptias recipim9,ut uirginitatẽ quæ de nuptĩs naſcitur,ꝓferamus. Nunq d argentũ nõ erit argentũ, ſi aurũ precioſius eſt? Aut arboris

C & ſegetis contumelia eſt,ſi radici,foliis,culmo & ariſtis,poma præferantur & fructus? Vt poma ex arbore,frumentũ ex ſtipula:ita uirginitas ex nuptijs. Centeſimus & ſexageſimus & triceſimꝰ fructus,q̃ q̃ de una terra,& de una ſemente naſcaꝫ:tamẽ multũ differt in numero. Triginta referunt ad nuptias,quia & ipſa digitorũ cõiunctio,quaſi molli oſculo ſe cõplexans & fœderans, maritũ pingit & coniugẽ. Sexaginta uero ad uiduas,eo quod in anguſtia & tribulatiõe ſint poſitæ. Vnde & ſupiori digito deprimunt: quãtoq; maior eſt difficultas expertæ quondã uoluptatis illecebris abſtinere: tãto maius & præmiũ. Porro numerus cẽteſimus(quæſo diligẽter lector attẽde)de ſiniſtra tranſfert ad dexterã:& ijſdem quidẽ digitis,ſed nõ eadẽ manu qbus in læua, nuptæ ſignificant & uiduæ:circulũ faciẽs,exprimit uirginitatis coronã. Oro te q hæc loquit dãnat nuptias? Aurũ uirginitatẽ,argentũ diximꝰ matrimoniũ. Cẽteſimũ & ſexageſimũ & triceſimũ fructũ,de una terra expoſuimꝰ,& de una ſemente generari:licet multũ differat in nũero. Et quis unq̃ tam iniquus lector erit,ut nõ ex meis dictis,ſed ex ſuo me ſenſu iudicet? Et certe multo dæmentiores erga cõiugia fuimus,omnibus pene latinis & Græcis tractatoribus: qui centeſimũ numerꝝ ad martyres referũt,ſexageſimũ ad uirgines,triceſimũ ad uiduas: atq; ita fit iuxta illorũ ſententiã,ut de bona terra,& de patriſſamilias ſemine excludant mariti. Verũ ne in principio cautus,in reliquis forſitan improuidus fuerim:nõne poſt partitionẽ opuſculi, cũ ad quæſtiones uenirẽ ſtatim intuli? Vos quæſo utriuſq; ſexus uirgines & continẽtes,mariti quoq; & digami,ut conatus meos orationibus adiuuetis. Cunctorum in commune Iouinianus hoſtis eſt. Quorũ ego orationibus indigeo: & quos adiutores mei operis precor: eos poſſum Manichæi errore dãnare? Curramꝰ ad reliqua. Neq; eĩ epiſtolæ breuitas patit,diutiꝰ in ſingulis immorari. Interpretantes illud apoſtoli teſtimoniũ: Vxor ꝓprij corporis ſui nõ habet poteſtatẽ,ſed uir: Similiter & uir corporis ſui nõ habet poteſtatẽ,ſed uxor,hoc ſubiunximus: Oĩs hæc quæſtio de his eſt qui in matrimonio ſunt,an eis liceat uxores dimittere:quod & dñs in euangelio ꝓhibuit. Vnde & Apoſtolus:Bonũ eſt(ait)homini uxorẽ uel mulierẽ nõ tangere: quaſi in tactu eiꝰ
D periculũ ſit: quaſi qui eã tetigerit,non euadat. Vnde & Ioſeph quia illũ tangere uolebat Aegyptia:fugiens de manibus eius palliũ abiecit. Sed quia q ſemel duxit uxorẽ, niſi ex conſenſu ſe non ualet abſtinere,nec dare repudiũ non peccãti:reddat coniugi debitũ,quia ſponte ſe alligauit,ut reddere cogeret. Qui dñi dicit eſſe p̃ceptũ,ne dimittant uxores,& abſq; cõſenſu,qd deus cõiunxit homo nõ ſeparet:hic poteſt dici nuptias cõdẽnare? Rurſum in ſequẽtibus: Sed unuſq; ſq;(ait)habet ꝓpriũ donũ ex deo. Alius quidẽ ſic,alius aũt ſic. Quã ſententiã nos exponentes hæc intulimus. Quid(inquit)uelim,ꝓſpicuũ eſt. Sed quoniã in eccleſia diuerſa ſunt dona,concedo & nuptias,ne uidear dãnare naturã. Simul q; cõſydera:qd aliud donũ uirginitatis ſit, aliud nuptiarꝝ. Si eĩ eadẽ eſſet merces nuptiarꝝ & uirginũ,nequaq; dixiſſet poſt p̃ceptũ cõtinentiæ: Sed unuſq; ſq; ꝓpriũ habet donũ ex deo,alius quidẽ ſic,alius aũt ſic. Vbi ꝓprietas ſingulorꝝ eſt, ibi altrinſecus diuerſitas. Cõcedo & nuptias eſſe donũ dei:ſed inter donũ & donũ magna diuerſitas eſt. Deniq; & Apoſtolus de quodã poſt inceſtũ pœnitẽte:ecõtrario(inquit)donate ei & cõſolamini. Et ſi cui qd donaſtis,& ego. Ac ne putaremus donũ hois contẽnendũ,addidit: Nam & ego qd donaui,ſi qd donaui,ꝓpter uos corã Chriſto. Diuerſa ſunt dona Chriſti. Vnde Ioſeph in typo eius uariã habebat tunicã. Et in pſalmo q̃drageſimo q̃rto legimꝰ: Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato,circũdata uarietate. Et Petrꝰ apoſtolus: Sicut cohæredes(ait)multiplicis gratiæ dei. Qd ſignificãtius Græce dicit ποικίλης,id eſt uariæ. Rogo quæ eſt iſta cõtentio claudere oculos:nec apertiſſimũ lumẽ aſpicere? In eccleſia diximꝰ eſſe dona diuerſa:& aliud donũ uirginitatis,& aliud nuptiarꝝ. Et poſt paululũ. Cõcedo & nuptias eẽ donũ dei. Sed inter donũ & donũ magna diuerſitas eſt. Et qd dei donũ uoce apertiſſima ꝓnũciamꝰ,dãnare dicimur? Porro ſi Ioſeph in typo dñi accipit,tunica eius uaria atq; diſtincta in uirginibꝰ,uiduis,cõtinẽtibus ac maritatis eſt. Et poteſt uideri quaſi alienꝰ q de tunica Chriſti eſt:cũ & ipam reginã, hoc eſt eccleſiã ſaluatoris in ueſtitu deaurato,eadẽ uarietate circũdatã dixerimus? Sed & in cõſequẽtibus de cõiugio diſputãtes:eundẽ ſenſum ſecuti ſumus. Hic locus ad p̃ſentẽ cõtrouerſiã nõ ꝑtinet. Docet eĩ iuxta ſententiã dñi,uxorẽ excepta cauſa fornicatiõis nõ repudiãdã: & repudiatã uiuo marito alteri nõ nubere,aut certe uiro ſuo debere recõciliari. Et in alio loco:Mulier (inquit)

alligata eſt

C alligata est,quãto tempore uir eius uiuit.Quod si dormierit uir eius:liberata est a lege uiri. Cui uult nubat,tantũ in dño,id est,Christiano.Qui secũdas nuptias,tertiasq; cõcedit in dño,primas cũ ethnico ꝓhibet? Aperiant quæso aures obtrectatores mei,& uideãt me secũdas & tertias nuptias cõcessisse in dño. Qui secundas & tertias nõ damnaui,primũ potui dãnare matrimoniũ? In eo q̃q; loco,ubi interp̃tamur capitulũ apli: Circũcisus aliqs uocat⁹ est,nõ adducat p̃putiũ:In p̃putio uocat⁹ est,nõ circũcidat' (licet qdã prudẽtissimi interpretes scripturarũ hoc de circũcisiõe, & seruitute legis dictũ esse cõtẽdant)nõne aptissime fœdera seruam⁹ nuptiarũ? Dixim⁹ eñ:si in p̃putio qs uocat⁹ est,nõ circũcidat'.Habebas(inqt)uxorẽ cũ credidisti:noli fidẽ Christi,causam putare dissidñ;quia in pace nos uocauit deus.Circũcisio nihil est,& p̃putium nihil est:sed obseruatio mandatorũ dei:Nihil eñ prodest absq; operibus cælibatus & nuptiæ:cũ etiã fides,quæ ꝓprie Christianor̃ est,si opera nõ habuerit,mortua esse dicat',Et hac lege uirgines quoq; Vestæ & Iunonis uniuiræ,in sanctar̃ queant ordine numerari.Et post paululũ:Seruus uocatus es, nõ sit tibi curæ:sed & si potes fieri liber,magis utere.Etiã si habes(inquit)uxorẽ & illi alligatus es:& soluis debitũ,& nõ habes tui corporis potestatem:atq; (ut manifestius loquar)seruus uxoris es: noli ꝓpter hoc habere tristiciã,nec de amissa uirginitate suspires. Sed etiam si potes causas aliquas inuenire dissidñ,ut libertate pudicitiæ perfruaris,noli salutẽ tuã cũ alterius interitu quærere.Habeto paulisper uxorem,nec præcurras morantẽ.Expecta dũ sequit':Si egeris patienter, cõiunx mutabitur in sororẽ.In eo quoq; loco ubi tractauimus,cur dixisset Paulus: De uirginibus aũt dñi p̃ceptũ non habeo,consiliũ autẽ do,tanq̃ misericordiã cõsecutus a dño, ut sim fidelis: ita uirginitatẽ prætulimus,ut nuptiarũ ordinẽ seruaremus.Si uirginitatẽ dñs imperasset, uidebatur nuptias cõdemnare,& hominũ auferre seminariũ,unde & ipsa uirginitas nascitur.Si præcidisset radicem ,quomodo fruges quæreret? Nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione ædificium extrueret,& operturum cuncta desup culmen imponeret? Si radicem nuptias,si uirginitatẽ diximus fructus,si fundamẽtũ matrimoniũ, & ædificiũ uel culmen perpetuã castitatem: quis
D uel tam inuidus,uel tam cæcus obtrectator mei erit,ut in eadẽ domo ædificiũ uel culmẽ uideat: & fundamentũ qd' ædificiũ & culmẽ portat ignoret? Porro & in alio loco ꝓponentes apostoli testimoniũ, in quo ait:alligatus es uxori:noli quærere solutionẽ.Solutus es ab uxore,noli q̃rere uxorẽ:ilico hæc subiecimus.Habet unusquisq; nostrũ terminos suos,redde mihi meũ, & tu tene tuũ.Si alligatus es uxori tuæ,ne illi des repudiũ.Si solutus sum ab uxore, non quærã uxorẽ. Vt ego nõ soluo cõiugia,si semel ligata sunt:ita tu nõ liges,quod solutũ est. Sed & in alio testimonio quid de uirginitate & nuptijs senserimus,manifestissime declaratur. Nõ imponit nobis apostolus laqueũ,nec cogit esse quod nolumus: sed suadet qd' honestũ est & decorũ:& intente facit seruire dño, & semp esse sollicitos:& expectare paratã dñi uoluntatẽ:ut cũ quid imperauerit:quasi strẽnuus & armatus miles,statim impleat quod p̃ceptũ est:& hoc faciat sine ulla distentione, quæ data est secundũ Ecclesiastẽ hominibus huius mundi, ut distendantur in ea.In fine quoq; cõparationis nuptiarũ & uirginũ,disputationẽ nostrã hoc sermone cõclusimus. Vbi bonũ & meli⁹ est,ibi boni & melioris nõ unũ est præmiũ:& ubi nõ est unũ præmiũ,ibi utiq; dona diuersa. Tantũ igitur interest, inter nuptias & uirginitatẽ:quantũ inter nõ peccare & benefacere,imo ut leuius dicam,quantũ inter bonũ & melius.Porro in consequentibus cũ dicimus:Finita disputatione cõiugiorũ & uirginitatis,ut inter utrũq; cauto moderamine præceptorũ,nec ad sinistram,nec ad dexteram diuerteret:sed uia regia graderetur,& illud impleret: Ne sis multum iustus:rursus monogamiam digamiæ comparat: & quomodo nuptias subdiderat uirginitati: ita digamiam nuptijs subijcit:nonne perspicue ostendimus,quæ sit in scripturis sanctis sinistra, quæ dextra:& quid significet,ne sis multum iustus? Quod uidelicet sinistra sit, si Iudæorum & gentilium sequamur libidinẽ,& semper æstuemus ad coitum. Dextra,si Manichæorum sequamur errorẽ:& simulata pudicitia,impudicitiæ retibus implicemur. Via autem regia sit,ita appetere uirginitatem,ne nuptiæ condemnentur.Preterea quis tam iniquus meorum opusculorum iudex erit:ut prima matrimonia damnare me dicat: cum etiam de secundis dixisse me legerit: Concedit apostolus secundas nuptias,sed uolentibus:sed his quæ se continere non possunt:ne luxuriatæ in Christo, nubere uelint;habẽtes damnationẽ,quod primã fidẽ irritam fecerint? Et

hoc

C hoc cõcedit,quia multæ abierunt retrorsum post satanã.Cæterũ beatiores erũt, si sic permanserint.Cõtinuoq; subiungit apostolicam authoritatẽ:secundũ consiliũ meũ.Porro ne authoritas apostoli quasi hois,leuior uideret̃,addidit:Puto autẽ,quod & ego spiritũ dei habeã. Vbi ad cõtinentiam prouocat:ibi non hominis,sed spũs dei cõsilio usus est.Vbi aũt nubendi concedit ueniam,spiritũ dei nõ nominat:sed prudentiæ librat cõsiliũ:ita singulis relaxans, ut unusquisq; ferre possit.Propositis ergo testimonijs,in qbus apostolus secundas cõcedit nuptias,statim subiecimus.Quomodo uirginibus ob fornicationis periculũ,cõcedit nuptias:& excusabile facit,qd̃ per se nõ appetitur:ita ob eadẽ fornicationem,concedit uiduis secunda matrimonia.Melius est em̃,licet alter; & tertiũ unum uirum nosse,q̃ plurimos:id est,tolerabilius est,uni homini,pstitui tam esse q̃ multis.Facessat calũnia. De secundo hic & de tertio & quarto(si libet)matrimonio disputauimus,nõ de primo.Sed ne quis in eo quod diximus,tolerabilius est uni homini ,pstitui tam esse q̃ multis,ad primũ matrimoniũ referat,cũ omnis nobis quæstio de digamia & trigamia fuerit:denicq; digamiæ & trigamiæ disputationẽ hoc calce signauimus : Om̃ia licent,sed nõ om̃ia expediunt.Non damno digamos,imo nec trigamos,& si dici potest,octogamos.Plus aliquid inferam,etiã scortatorem recipio pœnitentẽ.Quicquid æqualiter licet,æquali lance pẽsandũ est.Erubescat calũniator meus,dicens me prima dãnare matrimonia,quãdo legit non damno digamos, & trigamos, & si dici potest octogamos. Aliud est non damnare, aliud p̃dicare: aliud est ueniã concedere, aliud laudare uirtutem.Si aũt durus in eo uideor, quia dixi quicquid æqualiter licet, æquali lance pensandum est,puto nõ me crudelẽ iudicabit & rigidũ, qui alia loca uirginitati & nuptijs, alia trigamis,& octogamis & pœnitẽtib9 legerit p̃parata.Christũ in carne uirginẽ,in spiritu monogamũ, qd̃ unã habet ecclesiã,noster in reliqs sermo testatus est:& credidi sum9 nuptias cõdẽnare? Dãnare dicor nuptias,cuius hic sermo est? Nulliq; dubiũ est sacerdotes de Aarõ & Eleaçar & Phinees stirpe generatos:q cũ & ipsi uxores habuerint,recte nobis opponeret̃,si errore Encratitarũ contenderem9 matrimonia reprobãda. Tatianũ Encratitarũ
D principẽ,q abijcit matrimonia,reprehendimus,& ipsi nuptias cõdẽnamus? Rursumq; ubi uirgines & uiduas comparo,quid de nuptijs senserim: & quomodo tres gradus uirginitatis,uiduitatisq; uel cõtinentiæ & cõiugij fecerim,declarãt ipa quæ scripta sunt. Nõ nego beatas esse uiduas, quæ ita post baptismũ mãserint: nec illarũ detraho merito,quæ cũ uiris in castitate perdurant: sed sicut hæ maioris præmij apud deũ sunt q̃ nuptæ cõiugali officio seruiẽtes: ita & ipsæ æquo patiant̃ animo,uirginitatẽ sibi præferri.Ad Galatas quoq; testimoniũ apostoli ,pponentes,Ex operibus legis nõ iustificabit̃ om̃is caro,huiuscemodi sensum intulimus.Opera legis & nuptiæ sunt.Vnde & maledicunt̃ in ea,quæ nõ habẽt filios:quæ si concedunt̃ etiã in euãgelio, aliud tamen est indulgentiã infirmitati tribuere,aliud est uirtutibus præmia polliceri.Ecce perspicue nuptias diximus cõcedi in euãgelio:sed tamẽ easdẽ in suo officio ꝑmanentes,præmia castitatis capere non posse.Quod si indigne accipiunt mariti,non mihi irascant̃, sed scripturis sanctis, imo episcopis & presbyteris & diaconis,.& uniuerso choro sacerdotali & leuitico,qui se nouerũt hostias offerre nõ posse,si operi seruiãt cõiugali.Sed eo loco ubi de Apocalypsi testimoniũ posuimus,nõne manifestũ est,quid de uirginibus & uiduis & cõiugibus senserimus? Hi sunt qui cantant canticũ nouũ,quod nemo potest cantare nisi qui uirgo est.Hi sunt primitiæ dei & agni, & sine macula.Si uirgines primitiæ dei sunt:ergo uiduæ & in matrimonio continentes,erunt post primitias,hoc est in secundo & tertio gradu.In secundo & tertio gradu uiduas ponimus & maritatas: & hæretico furore dicimur damnare nuptias? Multa sunt quæ per omnẽ librum cauto moderamine,de uirginitate,de uiduis,de nuptijs diximus.Sed breuitatis studio unũ adhuc pona testimoniũ,cui nõ reor cõtradicturũ:nisi eũ,qui aut se inimicũ ꝑbare uoluerit,aut uecordem: Nam cũ ꝑposuissem, quod dñs isset ad nuptias in Cana Galileæ, post quædã etiã hæc addidi. Qui em̃ semel iuit ad nuptias,semel docuit esse nubendum:& tunc uirginitati posset officere, si nuptias post uirginitatem & uiduitatis castimoniam,non in gradu tertio poneremus.Nunc autem cum hæreticorum sit damnare coniugia, & dei spernere conditionem, quicquid de laude dixerint nuptiarum,libenter audimus.Ecclesia enim non damnat matrimonia, sed subijcit: nec abijcit, sed dispensat, sciens (sicut supra diximus) in domo magna, non solum esse uasa aurea &

A rea & argentea,ſed & lignea & fictilia: & alia eſſe in honorem, alia in contumeliam. Et quicũ qꝫ ſe mundauerit, eum futurum eſſe uas honorabile & neceſſariũ, in oẽ opus bonũ præparatũ. Quicquid(inquã)de laude dixerint nuptiarũ, libenter audimus.Laudari nuptias,libenter audi/ mus,& nuptias cõdemnamus? Eccleſia, matrimonia nõ dãnat,ſed ſubĩcit. Velitis nolitis: mari/ tus ſubĩcitur uirginitati,& uiduitati.Eccleſia nuptias, ſed nuptias in ſuo opere permanẽtes,ſub/ ĩcit non damnat:nec abĩcit,ſed diſpenſat.In poteſtate ueſtra eſt, ſi uelitis ſecundum pudicitiæ gradum ſcandere. Quid indignamini, ſi in tertio ſtãtes,nolitis ad ſuperiora properare? Igit cũ toties & tam crebro lectorẽ admonuerim, & per ſingula pene tractuũ milia, cautus uiator in/ ceſſerim,me ita recipere nuptias:ut eis continentes,uiduas,uirgineſqꝫ præferrem: debuerat pru/ dens & benignus lector,etiam ea quæ uidentur dura,æſtimare de cæteris: & nõ in uno atqꝫ eo/ dem libro,criminari me diuerſas ſententias protuliſſe.Quis em̃ tam hebes,& ſic in ſcribendo ru dis eſt:ut idem laudet & damnet? ædificata deſtruat, & deſtructa ædificet? & cũ aduerſariũ ui/ cerit,ſuo nouiſſime mucrone feriatur? Si ruſticani homines,& uel rhetoricæ, uel dialecticæ artis ignari detraherent mihi:tribuerem ueniam imperitiæ:nec accuſationẽ reprehenderem,ubi non uoluntatẽ in culpa cernerem,ſed ignorantiã.Nunc uero cum diſerti homines: & liberalibus ſtu/ diis eruditi,magis uelint lædere,cꝫ intelligere:breuiter a me reſponſum habeant, corrigere eos debere peccata,nõ reprehendere.Patet campus,ſtat econtra acies,aduerſarij dogma manifeſtũ eſt:&(ut Vergilianũ aliquid inferã)illum aſpice contra,Qui uocat.Reſpõdeant aduerſario.Ali/ ter teneant nodũ in diſputando, aliter uirgam in docendo,& me in libris ſuis, quid uel præter/ miſerim uel addiderim,doceant.Reprehenſores nõ audio,ſequor magiſtros.Delicata doctrina eſt,pugnanti ictus dictare de muro:& cũ ipſe unguentis delibutus ſis, cruentũ militem accuſare formidinis.Nec hoc dicens,ſtatim iactantiæ reus ſum,quod cæteris dormientibus ſolus certaue rim.Sed hoc dico,cautius eos poſſe pugnare,qui me uiderint uulneratum.Nolo tale certamen

B adeas,in quo tantũ te protegas,& torpente dextra,ſiniſtra clypeum circũferas. Aut feriendum tibi eſt,aut cadendũ.Non poſſum te exiſtimare uictorem,niſi aduerſariũ uidero trucidatũ. Le/ gimus o eruditiſſimi uiri in ſcholis pariter,& Ariſtotelea illa de Gorgiæ fõtibus manãtia:ſimul didicimus, plura eſſe uidelicet genera dicẽdi : & inter cætera, aliud eſſe γυμναστικῶς ſcribere,aliud δογματικῶς.In priori uagã eſſe diſputationẽ:& aduerſario reſpondentẽ nunc hæc,nũc illa propo nere:Argumentari ut libet,aliud loqui,aliud agere,panem(ut dicitur)oſtendere,lapidem tene/ re.In ſequenti aũt aperta frons:&(ut ita dicã)ingenuitas neceſſaria eſt.Aliud eſt quærere, aliud definire:In altero pugnandũ,in altero docendũ eſt.Tu me ſtantẽ in prælio,& de uita periclitan tem ſtudioſus magiſter doceas? Noli ex obliquo,& unde nõ putaris, uulnus inferre. Directo p cute gladio.Turpe tibi eſt hoſtẽ dolis ferire nõ uiribus. Quaſi nõ & hæc ars ſumma pugnantiũ ſit,alibi minari,alibi pcutere.Legite obſecro uos, Demoſthenẽ,legite Tulliũ:ac ne forſitã rheto res uobis diſpliceãt,qrũ artis eſt ueriſimilia magis cꝫ uera dicere:legite Platonẽ,Theophraſtũ, Xenophontẽ, Ariſtotelẽ,& reliquos qui de Socratis fonte manantes, diuerſis cucurrere riuulis: quid in illis apertũ,quid ſimplex eſt? Quæ uerba non ſenſuũ? Qui ſenſus nõ uictoriæ? Orige/ nes,Methodius,Euſebius,Apollinaris,multis uerſuum milibus ſcribũt aduerſus Celſum & Por phyriũ. Cõſyderate qbus argumẽtis & cꝫ lubricis,pblematibus,diaboli ſpũ cõtexta ſubuertãt: Et quia interdũ coguntur loqui : non quod ſentiunt, ſed quod neceſſe eſt, dicunt aduerſus ea, quæ dicunt gentiles. Taceo de latinis ſcriptoribus, Tertulliano,Cypriano,Minutio,Victorino, Lactantio,Hilario,ne nõ tã me defendiſſe,cꝫ alios uidear accuſaſſe. Paulũ apoſtolũ ꝓferã, quẽ quotiẽſcũqꝫ lego,uideor mihi nõ uerba audire,ſed tonitrua.Legite epiſtolas eius,& maxime ad Romanos,ad Galatas,ad Epheſios,in qbus totus in certamine poſitus eſt:& uidebitis eũ in te/ ſtimonĩs quæ ſumit de ueteri teſtamẽto,cꝫ artifex, cꝫ prudens,cꝫ diſſimulator ſit eius qd agit. Videnť quædã uerba ſimplicia:& quaſi innocentis hoĩs ac ruſticani:& q nec facere, nec declina re nouerit inſidias. Sed quocũqꝫ reſpexeris,fulmina ſũt.Hæret in cauſa,capit oẽ qd tetigerit, tergũ uertit ut ſuperet, fugã ſimulat, ut occidat.Calũniemur ergo illũ,atqꝫ dicamus ei: Teſtimo nia qb9 cõtra Iudæos uel cæteras hæreſes uſus es,aliter in ſuis locis, aliter in tuis epiſtolis ſonant. Videm9 exẽpla captiua,ſeruierũt tibi ad uictoriã,quæ ſuis in uoluminib9 nõ dimicãt.Nõne no/

bis loqtur

C bis loqtur cũ ſaluatore,aliter foris,aliter domi loqmur? Turbæ parabolas,diſcipuli audiũt ueri tatẽ.Proponit phariſæis dñs quæſtiones,& nõ ediſſerit. Aliud eſt docere diſcipulũ,aliud aduerſarium uincere.Myſterium(inquit)meum mihi: myſterium meum mihi & meis. Indignamini mihi,quod Iouinianum non docuerim,ſed uicerim.Imo indignantur hi, qui illum anathematiçatum dolent:& cum laudant quod ſunt,accuſant quod eſſe ſe ſimulant.Quaſi uero rogandus fuerit,ut mihi cederet,& nõ inuitus ac repugnans,in ueritatis uincula ducendus.Et hæc dicerem ſi uincendi ſtudio, cõtra regulam ſcripturarum quippiam locutus fuiſſem:& ſicut uiri fortes in controuerſijs ſolent facere,culpam præmio redimerem. Nunc uero cum interpres magis apoſtoli fuerim cꝫ dogmatiſtes,& cõmentatoris ſim uſus officio:quicquid durum uidetur,ei magis imputetur quẽ expoſuimus,cꝫ nobis qui expoſuimus.Niſi forte ille aliter dixit, & nos ſimplicitatem uerborum eius,maligna interpretatione detorſimus.Qui hoc arguit,de ipſis ſcripturis,probet.Diximus,ſi bonum eſt mulierem non tangere,malum ergo eſt tangere:nihil em̃ bono contrariũ eſt,niſi malum.Si aũt malũ eſt & ignoſcitur: ideo conceditur,ne malo quid deterius fiat, & cætera uſq; ad propoſitionẽ alterius capituli.Hoc ideo ſubiecimus, quia Apoſtolus dixerat: Bonum eſt homini mulierem non tangere:Propter fornicationem autem unuſquiſq; uxorem ſuam habeat,& unaquæq; ſuum uirum habeat. In quo differunt uerba mea a ſenſu apoſtoli? Niſi forte in eo,quod ille pronunciat,ego dubito: ille definit,ego ſciſcitor:ille aperte dicit, Bonũ eſt homini mulierem nõ tangere: ego timide quæro, ſi bonũ eſt mulierem non tangere. Si,dubitantis eſt,non confirmantis. Ille dicit,Bonum eſt non tangere : ego quid bono contrariũ eſſe poſſit,adiungo.Statimcꝫ in conſequentibus:Animaduertenda apoſtoli prudentia:Non dixit, Bonum eſt homini uxorem non habere,ſed bonum eſt mulierem non tangere:quaſi & in tactu eius periculum ſit,quaſi qui illam tetigerit,non euadat. Vides igitur non de coniugibus nos exponere,ſed de coitu ſimpliciter diſputare,quod ad comparationem pudicitiæ & uirginitatis, & angelicæ ſimilitudinis,bonum eſt homini mulierem non tangere. Vanitas uanitatum, & om̃ia
D uanitas dicit Eccleſiaſtes.Si omnes creaturæ bonæ,ut a bono creatore conditæ, quomodo uniuerſa uanitas? Si terra uanitas,nunquid & cœli,& angeli,& throni,dominationes,poteſtates,cæteræq; uirtutes? Sed quæ per ſe bona ſunt,ut a bono creatore condita: ad comparationem meliorum uanitas appellantur. Verbi gratia:Lucerna,lampadis comparatione pro nihilo eſt:lampas ſtellæ comparatione non lucet:ſtellam lunæ confer, cæca eſt. Lunam ſoli iunge,non rutilat. Solem Chriſto confer, tenebræ ſunt. Ego ſum(inquit)qui ſum. Omnem igitur creaturã ſi deo contuleris,non ſubſiſtit.Ne tradas(inquit)Heſter hæreditatem tuam his qui non ſunt, idolis ſcilicet & dæmonibus.Et certe erant idola & dæmones,quibus ne traderẽtur orabat.In Iob quoq; legimus,a Baldach dictum de impio:Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius:& calcet ſupꝫ eũ quaſi rex interitus . Habitent in tabernaculo ſocij eius, qui non eſt:haud dubium quin diaboli, qui cum habeat ſocios:non autem haberet niſi eſſet:tamen quia deo perijt,nõ eſſe dicitur.Ergo ſecundum hũc comparationis ſenſum,malum diximus mulierem tangere(licet uxoris nulla facta ſit mentio)quia bonum eſt non tangere.Et ſubiecimus: Virginitatem frumentum, nuptias hordeũ,fornicationem ſtercus bubulum nuncupantes. Vtiq; frumentum & hordeum creatura dei eſt. Verum in euangelio maior turba hordeaceis panibus,minor frumentaceis paſcit. Homines(inquit)& iumenta ſaluos facies domine.Alijs uerbis idipſum locuti ſumus,quando aurẽ uirginitatem,argentum nuptias diximus:& centumquadragintaquatuor milia uirginum ſignatorum,qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: in quo oſtendi uoluimus,omnes qui uirgines non permanſerint,ad comparationem puriſſimæ & angelicæ caſtitatis, & ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe pollutos.Quod ſi cui aſperum & reprehenſione dignum uidetur, tantam nos inter uirginitatem & nuptias feciſſe diſtantiã,quanta inter frumentum & hordeũ eſt,legat ſancti Ambroſij de uiduis librum,& inueniet illum inter cætera,quæ de uirginitate & nuptijs diſputauit,etiam hoc dixiſſe.Neq; ita coniugium prætulit Apoſtolus,ut ſtudia uirginitatis extingueret,ſed a continentiæ perſuaſione incipiens,ad incõtinentiæ remedia deſcẽdit.Et cum brauium ſupernæ uocationis fortibus demonſtraſſet,deficere tamen in uia neminẽ paſſus eſt:ita plaudens prioribus, ut nõ deſpiceret & ſequentes. Didicerat enim & ipſe,quia dominus Ieſus,alijs

panem

A panem hordeaceum ne in uia deficerent,alijs corpus ſuum ut ad regnum tenderent,demonſtra uit. Et in cõſequentibus: Non ergo copula nuptialis quaſi culpa uitanda,ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declinanda eſt. Lex enim aſtringit uxorem,ut in laboribus & triſticia filios generet,con uerſio eius ad unũ uirum ſit,ut ei ipſe dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione fi liorum addicitur nupta,non uidua:& dominatui uiri ſubditur copulata,non uirgo. Et in alio lo co:Precio (inquit) empti eſtis:nolite fieri ſerui hominum. Videtis q̃ euidens coniugalis ſit defi nitio ſeruitutis. Et poſt puſillum. Si igitur bonum coniugium,ſeruitus malum quidem,quando nequeunt ſeinuicem ſanctificare,ſed perdere. Vniuerſa quæ nos de uirginitate ac nuptijs lato ſermone diffudimus,ille breui artauit compendio, in paucis multa comprehendens. Virgini tas ab eo perſuaſio continentiæ,nuptiæ remedia incontinentiæ prædicantur. Et ſignificanter a maioribus ad minora deſcendens, uirginibus brauium ſupernæ uocationis oſtendit:nuptas ne in uia deficiant conſolatur. Alios laudat,alios non deſpicit. Coniugium hordeo,uirginitatẽ corpori Chriſti comparat. Et puto multo minorẽ diſtantiã inter frumentũ eſſe & hordeũ,q̃ in ter hordeũ & corpus Chriſti. Denicq̃ nuptias dicit,quaſi neceſſitatis ſarcinã declinandam,& de finitionẽ eſſe euidentiſſimæ ſeruitutis. Et multa alia quæ tribus libellis de uirginib⁹ latiſſime,p ſecutus eſt. Ex quibus uniuerſis perſpicuũ eſt,me nihil noui de uirginibus nuptiſq̃ dixiſſe: ſed maiorum in omnibus ſecutum eſſe ſententiam,tam huius uidelicet q̃ reliquorum,qui de Eccle ſiaſticis dogmatibus diſputarunt:quorum æmulari exopto negligentiam potius,q̃ aliorũ ob ſcuram diligentiam. Tumeant contra me mariti,quare dixerim:Oro te quale illud bonum eſt, quod orare prohibet:quod corpus Chriſti accipere non permittit? Quando impleo mariti offi cium,non impleo continentis. Iubet idem Apoſtolus in alio loco,ut ſemper oremus. Si ſemper orandum eſt,nunq̃ ergo coniugio ſeruiendum. Quoniam quotienſcunq̃ uxori debitum red do,orare non poſſum. Hoc quare dixerim,perſpicuum eſt,quia interpretabar illud apoſtoli di ctum:Nolite fraudare inuicem,niſi forte ex conſenſu ad tẽpus,ut uacetis orationi. Paulus apo
B ſtolus dicit:quãdo coimus cũ uxoribus,nos orare non poſſe. Si per coitũ quod minus eſt impe ditur,id eſt orare:quanto plus quod maius eſt,id eſt corpus Chriſti prohibetur accipere. Petrus ad continentiam hortatur:Ne impediantur orationes noſtræ. Quod hic quæſo peccatum meũ eſt? Quid cõmerui? Quid deliqui? Si turbidæ & nebuloſæ aquæ fluunt,non eſt aluei culpa, ſed fontis. An idcirco arguor,quod de meo auſus ſum adijcere: Quale illud bonũ eſt, quod corpus Chriſti accipere non permittit? Ad hoc breuiter reſpondebo. Quid eſt maius, orare an corpus Chriſti accipere? Vtiq̃ accipere corpus Chriſti. Si per coitum quod minus eſt impeditur, mul to magis quod maius eſt. Diximus in eodem uolumine,panes propoſitionis ex lege nõ potuiſ ſe comedere Dauid & ſocios eius:niſi ſe triduo mundos a mulieribus reſpondiſſent: non utiq̃ a meretricibus,quod damnabatur a lege:ſed ab uxoribus,quibus licite iungebantur. Populum quoq̃ quando accepturus erat legem in mõte Sina:tribus diebus iuſſum eſſe ab uxoribus ab ſtinere. Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem,ut fideles ſemper Chriſti corpus accipiant: quod nec reprehendo,nec probo. Vnuſquiſq̃ enim in ſuo ſenſu abundat. Sed ipſorum conſcientiam cõuenio: qui eodem die poſt coitum communicant: & iuxta Perſium,noctem flumine purgãt: quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediũtur eccleſias? An alius in publico, alius in domo Chriſtus eſt? Quod in eccleſia non licet,nec domi licet. Nihil ideo clauſum eſt:& tene bræ quoq̃ lucent apud deum. Probet ſe unuſquiſq̃:& ſic ad corpus Chriſti accedat:non quod dilatæ cõmunionis unus dies,aut biduum ſanctiorem efficiat Chriſtianum:ut quod hodie non merui, cras uel perendie merear: ſed quod dum doleo me non cõmunicaſſe corpori Chriſti,ab ſtineã me pauliſper ab uxoris amplexu. Vt amori coniugis amorẽ Chriſti præferam. Durum eſt,non ferendũ eſt. Quis hoc ſæcularium ſuſtinere poteſt? Qui poteſt ſuſtinere, ſuſtineat: qui nõ poteſt, ipe uiderit. Nobis curæ eſt,nõ quid unuſqſq̃ poſſit aut uelit,ſed quid ſcripturæ præ cipiant,dicere. Illud quoq̃ in commentariolis meis eiuſdem apoſtoli carpitur,in quibus di xi: Verum ne quis putet ex eo quod ſequitur:ut uacetis orationi,& iterũ ad idipſum reuertimi ni:apoſtolum,hoc uelle,& non propter maiorem ruinam concedere,ſtatim infert,ne tentet uos ſatanas propter incontinentiam ueſtram. Pulchra nimirum indulgentia,& iterum reuertimini

A ad idipſum:quod erubeſcit ſuo uocare nomine:quod tẽtationi præfert ſatanæ:quod cauſam habet incontinentiam.Laboramus quaſi obſcurum diſſerere, cũ expoſuerit ipſe qui ſcripſit:Hoc autem dico iuxta indulgentiam,non ſecundum imperium.Et muſſitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiam, ſed præceptum:quaſi nõ eodem modo,ſecũda & tertia matrimonia cõcedantur & reliqua.Quid hic locutus ſum,quod apoſtolus nõ dixerit? Nimirum illud,quod erubeſcit ſuo uocare nomine? Ego arbitror quãdo dicit,ad idipſum,& rem ipſam tacet,non eũ nominare palam coitum, ſed uerecunde oſtendere. An quia ſequitur,quod tentationi præfert ſatanæ,quod habet cauſam incontinentiã? Nonne alio uerborũ ordine idipſum eſt,ne tentet uos ſatanas propter incontinentiã ueſtrã? An quia dixi,& muſſitamus adhuc nuptias nõ uocare indulgẽtiam,ſed præceptum? Quod ſi durum eſt,imputetur apoſtolo qui ait:Hoc aũt dico ſecũdum indulgentiã, non ſecundum imperium:non mihi,qui excepto præpoſtero ordine,nec ſenſum,nec uerba mutaui. Trãſeam ad reliqua,Epiſtolari em̃ breuitate feſtinat oratio.Dico(inquit Apoſtolus)innuptis & uiduis,bonũ eſt eis,ſi ſic permanſerint ut ego.Si autẽ ſe non continent,nubant:melius eſt em̃ nubere q̃ uri. Quod capitulũ nos ſic interpretati ſumus.Poſtq̃ nuptis conceſſerat uſum coniugij: & oſtenderat ipſe quid uellet,quid ue cõcederet:tranſit ad innuptas & uiduas:& ſui ꝓponit exemplum:& felices uocat,ſi ſic permanſerint:ſi autem ſe non continent,nubant: idipſum dicens quod ſupra: Propter fornicationem autem,& ne tentet uos ſatanas propter incontinentiã ueſtram.Redditq̃ cauſam cur dixerit,ſi ſe non cõtinent,nubant:Melius eſt nubere,q̃ uri.Ideo melius eſt nubere,quia peius eſt uri. Tolle ardorem libidinis,& non dicet,quia melius eſt nubere.Melius ſemper ad comparationem deterioris reſpicit: non ad ſimplicitatem incomparabilis per ſe boni. Velut ſi diceret:Melius eſt unum oculum habere, q̃ nullum.Et poſt paululum cum apoſtropham feciſſem ad apoſtolum,intuli:Si per ſe bonæ nuptiæ ſunt,noli eas incendio cõparare:ſed dic ſimpliciter bonum eſt nubere.Suſpecta eſt mihi bonitas eius rei,quã magnitudo alterius mali,malum cogit eſſe inferius.Ego autem nõ leuius malũ,
B ſed ſimplex per ſe bonum uolo. Vult Apoſtolus innuptas & uiduas abſq̃ coitu permanere,& ad exemplum ſui prouocat,& feliciores uocat,ſi ſic permanſerint. Si autẽ ſe continere non poſſunt,& ardorẽ libidinis,nõ tam cõtinẽtia uolunt q̃ fornicatiõe reſtingue re:melius eſt nubere q̃ uri.Ad quod nos intulimus.Ideo melius eſt nubere,quia peius eſt uri: nõ noſtrã ſententiã ꝓferentes,ſed interpretãtes illud apoſtoli,melius eſt nubere,q̃ uri:id eſt,melius eſt maritũ ducere,q̃ fornicari.Si uri uel fornicari bonũ eſſe docueris:tũc bono melius p̃feret. Si aũt nubere melius eſt,qd malo p̃fertur:nõ eſt germanæ & puræ integritatis:nec eius beatitudinis,quæ angelis cõparat. Si dixero,melius eſt uirginẽ eſſe,q̃ nuptã,bono melius prætuli.Si aũt alterũ gradũ fecero:melius eſt nubere, q̃ fornicari: ibi nõ bono melius:ſed malo bonũ p̃tuli.Multa diuerſitas eſt inter id melius qd nuptijs,& inter id quod fornicatiõi anteponit. Obſecro te,quid in hac diſſertione peccaui? Propoſitũ mihi erat,non ad meã uoluntatẽ ſcripturas trahere:ſed id dicere,qd ſcripturas uelle intelligebam.Cõmentatoris officium eſt, nõ quid ipſe uelit:ſed quid ſentiat ille quẽ interp̃tatur exponere.Alioqui ſi contraria dixerit:non tã interpres erit q̃ aduerſarius eius, quẽ nitit explanare.Certe ubicũq; ſcripturas nõ interp̃tor,& libere de meo ſenſu loquor,arguat me cui libet durũ qd dixiſſe cõtra nuptias.Quod ſi nõ reppererit:quicqd uel auſterũ eſſe uidet uel durum: id ſcriptoris authoritati, non interpretis officio deputet. Illud uero ferre quis poſſet,quod in me reprehendit:quare exponẽs capitulũ apoſtoli,in quo de coniugibus ſcripſit,tribulationẽ carnis habebunt huiuſmodi,dixerim:Nos ignari rerum putabamus nuptias ſaltem carnis habere læticiã.Si aũt nubentibus & in carne tribulatio eſt:in qua ſola uidebãt habere delitias,quid erit reliquũ ꝓpter quod nubant:cũ & in ſpiritu,& in anima,& in ipſa carne tribulatio ſit? Quæ hæc cõdemnatio matrimonij eſt,ſi infantũ uagitus,filiorũ mortes,diuortia,damna,domus,& cætera huiuſmodi tribulationẽ diximus nuptiarũ? Dum adhuc uiueret ſanctæ memoriæ Damaſus,librũ cõtra Heluidiũ de beatæ Mariæ uirginitate ꝓpetua ſcripſimus:in quo neceſſe fuit nobis ad uirginitatis beatitudinẽ prædicandã,multa de moleſtijs dicere nuptiarũ. Num uir egregius & eruditus in ſcripturis,& uirgo,eccleſiæ uirginis doctor,aliquid in illo ſermone reprehendit? In libro quoq; ad Euſtochiũ,multo duriora de nuptijs diximus: & nemo ſuper hac

A re læſus eſt. Amator quippe caſtitatis, præconiũ pudicitiæ, intenta aure captabat. Lege Tertullianũ, lege Cyprianum, lege Ambroſiũ: & cũ illis me uel accuſa, uel libera. Inuentæ ſunt Plautinæ familiæ, & ſcioli tantũ ad detrahendũ, qui in eo ſe doctos oſtentare uelint, ſi omnium dicta lacerent: & in una atq; eadem cauſa, utrũq;, id eſt & me & aduerſariũ reprehendant: & cũ e duobus alterum neceſſe ſit uincere, ambos uictos eſſe contendant. Porro ubi de digamis & trigamis diſſerentes diximus, melius eſt licet alterũ & tertiũ, unũ uirum noſſe, q̃ plurimos, id eſt, tolerabilius eſt uni homini proſtitutã eſſe, q̃ multis: nõne ſtatim cur hoc dixerim ſubiecimus? Siquidẽ & illa in euangelio Samaritana, ſextum maritũ habere ſe dicens: arguitur a dño, quod non ſit uir eius. Ego etiam nunc libera uoce prodamo, non damnari in eccleſia digamiam, imo nec trigamiã: & ita licere quinto & ſexto & ultra, quomodo & ſecundo marito nubere: ſed quomodo non damnantur iſtæ nuptiæ: ita nec p̃dicantur. Solatia miſeriæ ſunt, nõ laudes continentiæ. Vnde & in alio loco dixi: Vbi unus maritus excedit, nihil refert, ſecundus an tertius ſit: quia deſinit eſſe monogamus. Omnia licent, ſed nõ omnia expediunt. Nõ damno digamos, imo nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos: habeat cui libet octauũ maritũ, & eſſe deſinat proſtituta. Veniam & ad illũ locum, in quo arguor, quare dixerim dũtaxat iuxta Hebraicã ueritatẽ, in die ſecũdo non additũ, ſicut in primo & in tertio & reliquis: Vidit deus, quia bonum eſt: ſtatimq; ſubiecerim, nobis intelligentiã derelinqui: nõ eſſe bonũ duplicem numerũ, qui ab unione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarũ. Vnde & in arca Noe, omnia animalia quæcũq; bina ingrediuntur, immunda ſunt. Impar numerus eſt mundus. In hoc neſcio quid reprehẽdatur interim de ſecunda die: utrũ quia ſcriptũ eſt: & ſcriptũ eſſe nõ diximus: an quia etiã ſi ſcriptũ eſt: nos aliter intelleximus, q̃ ſcripturæ ſimplicitas patitur. Scriptũ nõ eſſe, in ſecundo die uidit deus quia bonũ eſt: nõ meũ accipiant teſtimoniũ, ſed cunctorũ Hebræorũ & aliorũ interpretũ: Aquilæ uidelicet & Symmachi & Theodotionis. Si aũt ſcriptũ nõ eſt, cum in cæteris diebus ſcriptũ ſit, aut reddant aliam p̃babiliorem cauſam, quare nõ ſcriptũ ſit: aut ſi nõ reppererint, ingratis ſuſcipiãt quod a nobis dictum eſt. Porro ſi in arca Noe omnia animalia, quæ bina ingrediunt immũda

B ſunt, & impar numerus mũdus eſt, & hoc ſcriptum eſſe nemo dubitat, quare ſcriptum ſit ediſſerant. Si aũt nõ ediſſerunt, quod a me expoſitũ eſt, uelint nolint, ſuſcipient. Aut profer meliores epulas, & me cõuiua utere: aut qualicũq; noſtra cœnula, contentus eſto. Scilicet nũc enumerandũ mihi eſt, qui eccleſiaſticorũ de impari numero diſputarũt, Clemens, Hippolytus, Origenes, Dionyſius, Euſebius, Didymus: noſtrorũq; Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius: quorum Hilarius de ſeptenario, id eſt impari numero diſſerens, quæ & quãta dixerit ad Fortunatũ liber illius teſtimonio eſt. An forſitan Pythagoram & Architam Tarentinum & Scipionem in ſexto de republica, de impari numero proferã diſputãtes? Et ſi hos audire noluerint obtrectatores mei: grãmaticorũ ſcholas eis faciã cõclamare, Numero deus impare gaudet. Grã de piaculũ, euerſæ ſunt eccleſiæ, orbis audire nõ poteſt, ſi mundiorẽ uirginitatẽ diximus eſſe q̃ nuptias, ſi parem numerũ impari ſubiecimus: & ueteris teſtamenti typos, euangelicæ ueritati p̃feciſſe mõſtrauimus. Cætera quæ in libro noſtro reprehẽſa ſunt, uel leuiora puto, uel ad eundẽ ſenſum pertinentia: unde ad ea reſpondere nolui, ne & libelli excederem magnitudinẽ: & tuo uiderer ingenio diffidere: quẽ patronũ cauſæ meæ ante habui, q̃ rogarem. Igitur hoc extrema uoce proteſtor, me nec dãnaſſe nuptias, nec dãnare, reſpõdiſſe aduerſario: non meorũ inſidias formidaſſe. Virginitatẽ autẽ in cœlũ fero, non quia habeã, ſed quia magis mirer quod nõ habeo. Ingenua & uerecũda cõfeſſio eſt: quo ipſe careas, id in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ hæreo, auium non miror uolatus, nec columbam prædico: quod Radit iter liquidũ: celeres neq; cõmouet alas? Nullus ſe decipiat, nemo blãdo adulatore ſe præcipitet. Prima eſt uirginitas a prima natiuitate: ſecũda uirginitas a ſecũda natiuitate. Nõ eſt meus ſermo, antiqua ſentẽtia eſt: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, carni & ſpiritui. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpũs aũt aduerſus carnẽ: hæc adinuicẽ ſibi aduerſantur: ut nõ quæ uolumus illa faciamus. Quãdo aliquid tibi aſperũ uidetur in noſtro opuſculo: nõ ad mea uerba reſpicias: ſed ad ſcripturã, unde mea tracta ſunt uerba. Chriſtus uirgo, mater uirginis noſtri uirgo perpetua, mater & uirgo. Ieſus em̃ clauſis ingreſſus eſt oſtijs: & in ſepulchro eius, quod nouũ & in petra duriſſima fuerat

C excisum, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluuius manat iuxta Ioel: qui irrigat torrentem, uel funium uel spinarum: funiũ peccatorum, quibus ante alligabantur: spinarum, quæ suffocant sementem patrisfamilias. Hæc est porta orientalis (ut ait Ezechiel) semper clausa & lucida, operiens in se uel ex se proferens sanctasanctorum, per quã sol iusticiæ & pontifex noster secundũ ordinẽ Melchisedek ingreditur & egreditur. Respondeant mihi, quomodo Iesus ingressus est clausis ostijs, cum palpandas manus, & latus consyderandum, & ossa carnemq; monstrauerit, ne ueritas corporis, phantasma putaret: & ego respondebo, quomodo sancta Maria sit & mater & uirgo. Virgo post partũ, mater ante cp̃ nupta. Igitur (ut dicere cœperamus) Christus uirgo, uirgo Maria, utriusq; sexus uirginitatem dedicauere. Apostoli, uel uirgines, uel post nuptias cõtinentes, episcopi, presbyteri, diaconi, aut uirgines eliguntur, aut uidui, aut certe post sacerdotiũ in æternũ pudici. Quid nobismetipsis illudimus, & irascimur, si subantibus nobis semp ad coitũ, præmia pudicitiæ denegent? Volumus opipare comedere: uxorũ adhærere cõplexibus, & in numero uirginũ & uiduarũ regnare cum Christo. Idem ergo habebit fames præmiũ & ingluuies, sordes & mũditiæ, saccus & sericum. Lazarus recepit mala in uita sua: & dives ille purpuratus, crassus & nitidus, fruitus est carnis bonis dumad uiueret: sed diuersa post mortẽ tenent loca: Miseriæ delitijs, & delitiæ miserijs commutantur. In nostro arbitrio est, uel Lazarum sequi, uel diuitem.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

AD philosophiã.) Id est, litterariã exercitationẽ. Dogma uocat decretũ, quod haberet de nuptijs & uirginitate. Condiscipulũ.) Modestiæ causa uocat, cum magis discipulus fuerit cp̃ condiscipulus. Sodalem.) Sodales sunt admodum familiares, & quibus uel ineptias nostras, nõ uereamur cõmunicare. Amicum.) Id nomen sanctius est. Obuijs (ut aiũt) manibus.) Quod auide accipimus, id manibus porrectis occurrentes excipimus. Quod obtruditur inuitis, longe secus accipere solemus. Oratorem meum.) Id est, causæ meæ patronũ. Nam qui litigant primum aduocatũ instruunt in causa, hoc est ea docent, quibus cognitis opus est ad causæ defensionẽ. Nam instruere uelut armare est & præparare. Tullius tuus.) Vel quia Romanus, uel quod Pamachius huius stilo delectaretur. Ante illum.) Marcus em̃ Antonius orator floruit ante Ciceronem,
D hoc est illo admodum puero. Breui & solo.) Quia nihil aliud scripsit præter unicum librum eumq; breuẽ. Reprehendũt me.) Hæc causæ cõstitutio, siue argumẽti expositio. Problematis.) Id est quæstionis: sic em̃ Græci uocãt προβλήματα παρὰ τὸ παραβάλλω, quod in congressu solẽt in mediũ proponi. Deniq;.) Hinc apparet Iouiniani dogma Romæ damnatum fuisse, priusq; Hieronymus aduersus eum scriberet. Apte dixit, deniq;: cum hoc argumẽto possit urgere uel prætermissis cæteris. An ego.) Hoc per Ironiam dictũ est. Significat em̃ se satis exercitatum in diuinis litteris. Lineam.) Tractum est a pictoribus, qui sic exercentur, ut lineam lineæ inducant, quemadmodum legimus apud Plinium, de Protegene & Apelle. Tenue dicendi.) Hoc a textoribus est ductum. Ita Horatius: Tenui deducta poemata filo.

Neq; em̃ nos.) Hæc ad uerbum citat ex suo ipsius libro aduersus Iouinianum. Homini uxorem uel mulierem.) Rursum ostendit γυμὴ uocem esse ambiguã. Iunonis uniuiræ.) Potest & ad Iunonẽ referri, quæ tantum uni nupsit, & ad mulieres μονογάμους per quas huius sacra peraguntur. Quid inquit uelim.) Hæc sub Pauli persona legenda sunt. Illum aspice contra qui uocat.) Carmen est ex Aeneide Maronis. Aliter teneant modum.) Quanq̃ refragrantibus exemplaribus, nodum lego, non modum. Nam & athletarum & palestritarum nexus uocantur. Qui disputat, in hoc tenet & dissimulat nodum, ut illaqueat aduersarium. Qui docet, uirga emendat, si discipulus non obtemperet. Pugnãti ictus dictare de muro.) Qui spectant in tuto periculum aliorum, de muro iudicare dicuntur. Alluserit autem ad Græcum prouerbium τί τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ πύργου κρίνομεν, id est quid Achiuos de turri iudicamus. Verum hæc copiosius explicamus in nostris Chiliadibus. Eleganter aũt dixit, dictare ictus, pro præscribere, quomodo debeas ferire. Nolo tale certamen.) Vtinã attente legant hunc locum, rixosi quidam, qui quatuor, aut quinq̃ uerba decerpunt ex opere alieno, atq; inde statim pronunciant. Quã multa possent hinc torqueri in Hieronymũ, nisi sequeret̃, Et hæc dicerẽ, si uincendi studio &c. In scholis pariter.) Et ob hoc superius eũ condiscipulũ uocat. Aristotelea.) Græce dixit Ἀριστοτέλια. Gorgias primus Athenis de omni re quæcũq; proposita fuisset disputauit, non quod ita sentiret, sed exercẽdi ingenij causa. Genera dicendi.) Quidã codices habebãt dicẽdi, qdã dictandi, legendũ arbitror disputãdi, aut certe disserẽdi. Porro locus quẽ hic citat est apud Aristote. lib. Elenchorũ primo his uerbis, ἐσὶ δὲ τῶν ἐν τῷ διαλέγεσθαι λόγων γένη τέτταρα, διδασκαλικοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, & πρασικοὶ, καὶ ἐρισικοὶ. καὶ διδασκαλικοὶ μέν, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάσου μαθήματος, & οὐκ ἐκ τῶν τοῦ ἀποκρινομένου δοξῶν συλλογιζόμενοι. δεῖ γὰρ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα. διαλεκτικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν ἐνδόξων συλλογισικοὶ ἀντιφάσεως, πρασικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν δοκούντων τῷ ἀποκρινομένῳ, καὶ ἀναγκαίων εἰδέναι τῷ προσποιουμένῳ, ἔχειν τὴν ἐπισήμην. ὅν τρόπον διώρισαι ἐν ἑτέροις, ἐρισικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν φαινομένων ἐνδόξων συλλογισικοὶ, περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν & ἀποδεικτικῶν εἴρηται. περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πρασικῶν ἐν τοῖς πρότερον, περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν καὶ ἐρισικῶν νῦν λέγωμεν. .i. sunt aũt disputãdi genera quatuor. Doctrinale & disputatiuũ, & tentatiuũ, & cõtentiosum. Ac doctrinale quidẽ, quod ex propriis principijs uniuscuiusq; disciplinæ, nõ ex respõdentis

opinionibus

A opinionibus ratiocinatur. Oportet eñ credere, eum qui discit. Disputatorium aũt quod ex probabiliũ ratiocinaẽ contradictione. Tentatiuum uero, quod ex his quæ uidentur respondenti, & ex his quæ necesse est scire eum, qui se fingat habere sciẽtiam, quemadmodum in aliis est definitum. Cõtentiosum autem quod ex his quæ uidentur esse probabilia, ratiocinatur. Itaq; de doctrinali quidem, ac demonstratiuo, dictum est. De disputatorio uero, ac tentatiuo, in libris superioribus. De concertatorio autẽ & contentioso nunc dicamus. Gymnasticos.) γυμναστικῶς, id est ad exercitationẽ. Dogmaticos.) δογματικῶς, id est ad decernendum. Panem ut dicitur.) Prouerbium est Plautinum illud, altera manu fert lapidem, panẽ ostentat altera: sumptũ ab iis, qui quo canem fallant, pane ostenso alliciunt, deinde lapidem, quem altera manu clam tenebant impingunt. Studiosus magister.) Ita consentiebant exemplaria. At ego malim ociosus magister. Noli ex obliquo.) Hæc sic legenda, ut dicãtur non ab Hieronymo, sed ab ocioso magistro, qui his uerbis obiurgat pugnantem. Nec id contumelioſum est in Pammachium, cũ secunda persona, p quauis abutatur. Quasi hæc.) Hæc respondẽtur ab Hieronymo. Diuersis cucurrere.) Quoniam Socrates ambigue disputabat de omnibus, hinc ex eius doctrina uariæ sunt ortæ sectæ. Academicorum, qui dicebãt nihil sciri. Stoicorum, qui negabant quicquã bonum, aut malum, præter unam uirtutem ac turpitudinem. Peripateticorum, qui ordines bonorum fecerũt, & felicitatis gradus. Quæ uerba nõ sensuum.) Ostendit in hoc obliquo disputandi genere, in quo non dogmata proferuntur, sed pugnatur cum aduersario, licere uerba detorquere ad eum sensum, qui tibi cõmodus sit, & ipsos sensus ad uictoriã detorquere. Dicunt aduersus eos.) Locus hic uel ex hoc deprehenditur esse corruptus, quod in exẽplaribus uarius habebatur. Sic equidem conijtio legendum: Et q̃ interdum coguntur loqui, nõ quod sentiunt, sed quod necesse est aduersus gentiles. Sed tonitrua.) Ad terrendum aduersariũ. Hoc aũt dixit propter multa, quæ Paulus torquet nonnihil aduersus Iudæorum pertinaciam, cum aliud nonnunq̃ sentiat q̃ æloquatur, uerum tempori seruit. Et non edisserit.) Velut illud de baptismo Iohannis. Hæret in causa.) Cum aliud uideatur agere, ac digredi, tamen hoc ipsum agit. Aliquando uidetur concedere, aliquando reuocat quod concessit, & tamen quid uelit, magis intelligitur, q̃ auditur. Secretum meũ mihi.) Est apud Esaiam prophetam cap. 24. Imo indignantur.) Correxit uerbum indignamini. Quod sunt.) Id est Iouinianistæ. Quod simulant, hoc est orthodoxi. Et sicuti uiri fortes.) Sic inducuntur in controuersijs rhetorum, aliquando uiri fortes, & de rep. benemeriti, loquentes non ut negent factum, aut ut recte factum defendant: sed ut admissum, superiorum meritorum respectu, condonetur. Ita inducunt Horatiũ, occisa sorore reum, ita Manliũ, affectati regni reum, ita pro Milone loquit̃ Cicero. Auellat̃ de tabernaculo.) Locus est apud Iob cap. 18. Oñes qui uirgines permãserint.) Sic habebãt uetusti codices. Si uirginitas impura, collatione angelorũ ac dei, quid dici conuenit de nuptis & uiduis? Verũ legen-
B dum arbitror non permanserunt. Sancti Ambrosij de uiduis.) Extat liber, sed in eo multo æquior est uiduis. Ait enim in ipso statim initio: Et propemodum non inferioris uirtutis est, eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, q̃ coniugij oblectamenta nescire. At paulo post. Angelus mittitur ad uirginem, propheta ad uiduam. Rursum alibi. Ita igitur uirginitatem prædicamus, ut uiduas non reijciamus: ita uiduas honoramus, ut suus honos cõiugio reseruetur. De secundis nuptijs illud eleganter dicit, Habet saucia remedium, honesta cõsilium. Certe in summa cũ Hieronymo consentit, uirginitatem primo statuens loco, proximo castam uiduitatem, tertio nuptias. Tribus libellis.) Extant & hi. Quorũ æmulari exopto.) Retulit per allusionem Terentij uerba. Et noctem flumine purgant.) Ita Persius, Satyra secunda, Hæc sancte ut poscas, Tyberino in gurgite mergis Mane caput bis terq̃, & noctẽ flumine purgas. In eos qui dabant operã, ut pure orarent, cũ nihil peterent a suis dijs, nisi ridicula. Quare nõ ingrediuntur ecclesias.) Ex hoc loco colligimus olim domi suæ quemq̃ corpus Christi sumere solere, qui uoluisset. Idem uidetur innuere Paulus, cum ait: An domos non habetis ad manducandum? Vt amori cõiugis.) Hoc sub alterius persona dicitur non Hieronymi. Est eñ μίμησις, mox eñ suo nomine respondet. Qui potest sustinere sustineat. Et mussitamus adhuc.) Quãq̃ consentientibus quæ uiderim exemplaribus, malim ita legi: Et mussitamus adhuc nuptias indulgentiam uocare non præceptum? Nam mussitamus posuit, pro timemus. Mussat enim qui non audet æloqui quod sentit. Et uirgo ecclesiæ uirginis.) Hoc adiecit, non simpliciter ad laudem Damasi, sed ad pondus argumenti: Quod is uir, non solum iudicio, sed ipsa etiam uita prætulisset uirginitatem, in cuius laudem librum etiam scripserat Nemo super hac.) Mirum, cum alias scribat eum librum Romæ lapidatum fuisse. Vel libera.) Liberari dicuntur, q̃ iudicum sententijs absoluuntur. Plautinæ familiæ.) Quidam codices habebant fabulæ pro familiæ. Familias appellat factiones. Plautinas addit, quod is procacior est in conuicijs, præsertim quoties seruos, coquos, meretrices, aut lenones altercantes facit. Nõ quod ipse Plautus sit mordax, sed quod tales inducat personas. Sic & in proxima epistola de mordaci obtrectatore, Plautinæ familiæ columen. Porro Plautinos sales olim uehemẽter placuisse ueteribus, testis est Horatius. At nostri proaui Plautinos & nũeros, & laudauere sales: nimium patienter utrũq̃, ne dicam stulte, mirati. Aut profer meliores epulas. Alludit ad illud Horatianũ. Si quid nouisti rectius istis, Candidus imparti, si non, his utere mecũ. Scilicet.) Hæc cum stomacho & Ironia dicuntur. Mirum est autem, cur Platonis hoc loco non fecerit mentionem.

Quorum Hilarius.) Quæ, qualiũ uirorum monumenta perdidimus, ut summulariorũ istorũ nugas legere cogeremur. Extant nõnulla de numeris apud hunc in initio cõmentariorum in psalmos. Numero deus impare gaudet.) Olim ad grãmaticos pertinebat poetarũ enarratio. Est autẽ hemistichium ex Maronis Aeglogis. Virginitatem autem in cœlum.) Hic locus arguit Hieronymũ uirginẽ nõ fuisse, sed lapsum in adolescentia, id qd' alio quoq̃ loco testatur, sororẽ cõmendans amicis quibusdã. Nec hic ulla cau-

A ſa,cur modeſtiæ cauſa ſe uirginẽ negaret,ſi uere uirgo eſſet. Radit iter liquidũ.) Verſus eſt ex quinto Vergilianæ Aeneidos,de colũba,cuius uolatus ab authoribus traditur eſſe perniciſſimus. Nemo blando adulatore ſe.)Hoc eſt,nemo præcipitetur in errorem,ſe adulatore,hoc eſt,ut ipſe ſibi ſit adulator. Eſt em̃ peſtilentiſſimum aſſentandi genus,cum aliquis ipſe aſſentatur ſibi, quod uitium Græci φιλαυτίαν appellant. Clauſis ingreſſus eſt.) Cum appareret diſcipulis a reſurrectione. Id trahit ad allegoriam, ſimul alludens ad portam Eçechielis principi clauſam,cuius mox meminit. Funium uel ſpinarum.) Duplex em̃ lectio eſt. Nam ſeptuaginta uerterunt χοιρίων,id eſt,funium. Symmachus interpretatus eſt ſpinarũ. Locus eſt apud prophetã cap.3. Igitur ut dicere.) Bene per coniunctionẽ igitur,corrigit digreſſiuncu lam,& recipit ſe in uiã.Nã quæ modo dicta ſunt,nihil faciũt aduerſus Heluidiũ,qui non negabat Chriſtũ ex uirgine natũ. Dedicauere.) Dedicatur em̃ quod initiatur. Vnde Græcis ἐγκαίνια dicuntur ab innouando. Locus hic mendoſus habebatur: uerum ex diuerſis mendis,facile germana lectio colligebatur: Subantibus nobis.) Rurſus hoc uſus eſt uerbo,quo uidetur delectatus eſſe. Ingluuies.) Id eſt ingurgitatio,ſiue edacitas. Sordes.) Hic non parſimoniam ſignificat, ſed apparatum & cultum neglectum, unde monachos ſordidatos uocat.Et huic opponit mundiciẽ. In noſtro arb.) Concluſit librũ Epiphonemate.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

MOnachus quidã iuuenis,& auidus gloriæ,cũ ante Iouiniani dogma,cũ cæteris oppugnaſſet, poſtea cepit in Hieronymi libros, quos aduerſus Iouinianum ſcripſerat,paſſim declamare, quod contumelioſius ſcripſiſſet aduerſus matrimonium.Hunc igitur mordicus arreptum,miris iocis ſurſum ac deorſum iactat,ac uexat.Siue uere fuit aliquis talis,ſiue ſub huius perſona, uoluit omnes obtrectatores ſuos deterrere,ut eſt uafer Hieronymus. Et hunc neſcio quẽ ſubornauit, ne quid offenderet Domnionem, ut apparet epiſcopũ, aut certe abbatẽ, nã patrem uocat & alias. Eſt autẽ tota iocoſa epiſtola,a capite uſq; ad calcẽ:ſed a nomine temperans,quod liberius conuitietur.

HIERONYMI AD DOMNIONEM APOLOGETICON.

LItteræ tuæ & amorem pariter ſonant & querelam. Amorem tuũ,quo ſedulo monens,etiam quæ tuta ſunt in nobis pertimeſcis: Querelam eorum qui nõ amant:& quærentes occaſionem in peccatis,garriunt aduerſus fratrem ſuum: & cõtra filium matris ſuæ ponũt ſcandalum.Scribis em̃ monachum,imo neſcio, quem de triuio, de compitis,de plateis circũforaneũ,rumigerulum,uafrum tãtum ad detrahendum,qui per tra
B bem oculi ſui feſtucam alterius nitatur eruere,concionari aduerſum me,& libros quos cõtra Iouinianum ſcripſi,canino dente rodere,lacerare,conuellere:Hunc dialecticũ urbis ueſtræ & Plautinæ familiæ columen,non legiſſe quidem κατηγορίας Ariſtotelis, non περὶ ἑρμηνείας, nõ τοπικά, nõ ſaltem Ciceronis τόπους,ſed per imperitorum circulos,muliercularumq; συμπόσια,ſyllogiſmos texere,& quaſi ſophiſmata noſtra callida argumentatione diſſoluere.Stultus ego qui me putauerim hæc abſq; philoſophis ſcire non poſſe,qui meliorem ſtili partẽ eam legerim quæ deleret,cq; quæ ſcriberet.Fruſtra ergo Alexãdri uerti cõmẽtarios: neqcq; me doctus magiſter p εἰσαγωγήν introduxit ad logicam:& ut humana contemnã,ſine cauſa Gregorium Naçiãçenũ & Didymũ in ſcripturis ſanctis catechiſtas habui:nihil mihi profuit Hebræorum eruditio,& ab adoleſcentia uſq; hanc ætatem quotidiana in lege,prophetis,euangeliis,apoſtoliſq; meditatio.Inuentus eſt homo abſq; præceptore perfectus πνευματοφόρος,ἔμθεος καὶ αὐτοδίδακτος, qui æloquentia Tullium,argumentis Ariſtotelem, prudentia Platonẽ, eruditione Ariſtarchũ,multitudine librorũ Chalcenterũ, Didymũ ſcientia ſcripturarũ, omneſq; ſui tẽporis uincat tractatores. Deniq; dicit materiã poſcere:& Carneadeũ aliqd referẽs,in utrãq; partem,hoc eſt & pro iuſtitia & contra iuſtitiam diſputare.Liberatus eſt mundus a periculo, & hæreditariæ uel centumuirales cauſæ de barathro erutæ,quod hic forum negligẽs ſe ad eccleſiam tranſtulit.Quis hoc uolente fuiſſet innoxius? Quẽ criminoſum nõ huius ſeruaſſet oratio:cum cœpiſſet in digitis partiri cauſam, & ſyllogiſmorum ſuorũ retia tendere? Nam ſi applociſſet pedẽ,intẽdiſſet oculos, rugaſſet frontẽ, iactaſſet manum, uerba tonaſſet, tenebras ilico ob oculos offudiſſet iudicibus. Nec mirũ ſi me & abſentem iamdiu & abſq; uſu latinæ linguæ,ſemigræculum barbarumq;, homo latiniſſimus & facundiſſimus ſuperet,cum præſentem Iouinianum,Ieſu bone qualem & quãtũ uirum,cuius nemo ſcripta intelligeret,dignum qui ſibi caneret tantum & muſis, æloquẽtiæ ſuæ mole oppreſſerit.Quæſo igitur pater chariſſime,ut moneas eum,ne loquatur contra propoſitũ ſuum:ne caſtitatẽ habitu pollicens, uerbis deſtruat:ne uirgo uel continẽs(ipſe em̃ uiderit qd eſſe ſe iactet) maritatas uirginibus comparet,& fruſtra aduerſus hominẽ diſertiſſimũ,tanto tempore digla-

diatus

C diatus sit. Audio præterea eum libenter uirginum & uiduarum cellulas circũire: & adducto supercilio de sacris inter eas litteris philosophari. Quid in secreto, qd in cubiculo mulierculas docet? Vt hoc sciãt esse uirgines quod maritatas: ut florem ætatis nõ negligant, ut comedãt & bibãt & balneas adeant, mũditias appetant, unguenta nõ spernãt? An magis ieiunia & pudicitiã & illuuiẽ corporis? Vtiq; illa præcipit quæ plena uirtutis sunt. Fateat ergo publice quod domi loquitur. Aut si & domi eadem docet quæ & publice, a puellarum consortio separandus est. Miror autem non erubescere iuuenem & monachum ut sibi uidetur disertum: cuius de ore uenires fluunt: qui tantæ in sermocinando elegãtiæ est, ut Comico sale ac lepore cõspersus sit, lustrare nobilium domos, hærere salutationibus matronarum, religionem nostram paganam facere: & fidem Christi contentione torquere uerborum, atq; inter hæc fratri suo detrahere. Vtiq; si errare me arbitratus est (in multis enim offendimus omnes: & si quis in uerbo non peccat, hic pfectus est uir) debuit uel arguere, uel interrogare per litteras: quod uir eruditus & nobilis fecit Pãmachius, cui ego responsum dedi ut potui: & epistola longiore disserui, quo quicq; sensu dixerim. Imitatus saltem fuisset tuam uerecundiam, qui ea loca, quæ scandalum quibusdam facere uidebantur, excerpta de uolumine per ordinem digessisti, poscens ut uel emendarem uel exponerem: & non tantæ me putasti dementiæ: ut in uno atq; eodem libro, & pro nuptijs, & cõtra nuptias scriberem. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini Christiano. Monachum se esse non loquendo, & discursando: sed tacendo, & sedendo nouerit. Legat Hieremiam dicentem: Bonũ est uiro cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solus & tacebit: quia tulit super se iugũ. Condiciones monachi
Aut si certe in omnes scriptores censoriam accepit uirgulam: & idcirco se eruditum putat, quia Iouinianum solus intelligit, est quippe prouerbium, Balbum melius balbi uerba cognoscere, πάμπαν συγγραφῆς pellamus Attilio iudice. Ipse quoq; Iouinianus συγγραφεὺς ἀγράμματος iustissime pclamabit: qd me dãnant episcopi, nõ est ratio, sed cõspiratio. Nolo mihi ille uel ille respõdeat: quor; me authoritas opprimere potest, docere nõ potest. Scribat cõtra me uir: cuius & ego lin
D guã intelligo: quem cum uicero, oẽs homines simul uicerim. Ego em̃ bene noui (experto credite) quantus in clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. Fortis est, & in disputando nodosus & tenax, & qui obliquo & acuminato pugnet capite. Sæpe de nocte usq; ad uesperam cõtra nos in plateis clamauit: habet latera & athletarum robur, & belle corpulentus est. Videtur mihi occulte mei dogmatis esse sectator. Præterea nunc̃q; erubescit, nec consyderat quid, sed quãtum dicat: & in tantam uenit opinionem æloquentiæ, ut soleant dicta eius Cirratorum esse dictata. Quoties me iste in circulis stomachari fecit: & adduxit ad cholerã? Quoties conspuit, & consputus abscessit? Sed hæc uulgaria sunt, & a quolibet de sectatoribus meis possunt fieri: ad libros prouoco, ad memoriam in posteros transmittendam. Loquamur scriptis: ut de nobis tacitus lector iudicet: ut quomodo ego discipulorum gregem duco: sic ex huius nomine Gnathonici uel Phormionici uocentur. Non est grande mi Domnion garrire per angulos & medicorũ tabernas, ac de mundo ferre sententiã: hic bene dixit, ille male: iste scripturas nouit, ille delirat, iste loquax, ille infantissimus est. Vt de omnibus iudicet: cuius hoc iudicio meruit? Contra quẽlibet passim in triuijs strepere, & congerere maledicta non crimina: scurrarum est, & parasitorum. Moueat manum, figat stilum, commoueat se: & quicquid potest scriptis ostendat. Det nobis occasionẽ respondendi disertitudini suæ. Possum remordere, si uelim, possum genuinũ dentem læsus infigere. Et nos didicimus litteras: & nos sæpe manũ ferulæ subduximus. De nobis quoq; dici potest: Fœnum habet in cornu, lõge fuge. Sed magis uolumus esse discipuli eius qui ait: Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam non auerti a confusione sputorum. Qui cũ malediceretur non remaledixit: & post alapas, crucem, flagella, blasphemias, nouissime pro crucifigentibus deprecatus est, dicens: Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt. Et ego ignosco errori fratris, intelligo, quia diaboli arte deceptus est. Inter mulierculas sciolus sibi & æloquens uidebatur. Postq; Romam mea opuscula peruenerunt, quasi æmulum exhorruit: & de me quoq; captauit gloriam: ut nullus esset in terris, qui non eius æloquentiæ displiceret: exceptis his quorum potentiæ non parcit, sed cedit. Imo quos non honorat, sed metuit. Voluit sci-

C licet homo peritiſſimus, ut ueteranus miles uno rotatu gladij percutere utrũq; : & oſtendere populis quod quicquid ipſe uellet, hoc ſcriptura ſentiret, Dignetur igitur nobis ſermonem ſuum mittere : & non reprehendendo, ſed docendo garrulitatem noſtram corrigere. Tunc intelliget aliam uim fori eſſe, aliam triclinij, non æque inter fuſos & calathos puellarum, & inter eruditos uiros de diuinæ legis dogmatibus diſputari. Nunc libere & impudenter iactat in uulgus & perſtrepit, damnat nuptias: & inter uteros tumentes, infantium uagitus, & lectulos maritorũ, quid apoſtolus dixerit tacet: ut me ſolum in inuidiam uocet. Cum autem ad libros uenerit: & pedem pedi contulerit, & uel propoſuerit aliquid de ſcripturis, uel audierit proponentem, tunc ſudabit, tunc hærebit, procul Epicurus, longe Ariſtippus, ſubulci non aderunt, fœta ſcropha non grunniet. Et nos tela pater ferrumq; haud debile dextra Spargimus, & noſtro ſequitur de uulnere ſanguis. Porro ſi non uult ſcribere: & tantum maledictis agendum putat, audiat tot interiacentibus terris, fluctibus, populis, ſaltem hoc clamoris mei: Nõ damno nuptias, non damno coniugium. Et ut certius ſententiam meã teneat, uolo omnes qui propter nocturnos forſitan metus ſoli cubitare non poſſunt, uxores ducere.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

AMorem tuum.) Id oppoſuit alteri parti, hoc eſt querelis aliorum nõ ipſius. Etiam quæ tuta ſunt.) Nam id amantis eſt, & tuta timere, iuxta illud Maronis. Omia tuta timens. Imo neſcio quẽ.) Hoc mira arte agit, ut q̃ minime multos lædat. Neſcio quẽ de triuio.) Mire exaggerauit cõtemptum. Neſcio quẽ, uelut obſcurũ. Addit de triuio, alludens ad Græcũ prouerbiũ, ἄνθρωπίσκος ἐκ τριόδου, id eſt homunculus de triuio. Nã in triuijs circulatores agebant olim. De compitis & plateis.) Compitum eſt coitus multarum uiarum. Plateæ uiæ latiores, quæ nunc fora uocamus, in his ſolent huiuſmodi ſcurræ conſiſtere. Hic illi regnant, ubi plus ualet impudentia quã eruditio, nempe apud indoctum uulgus. Ita Horatius. Nec circum compita pugnax. Circũforaneũ monachum.) Contumelioſe addit circũforaneum, cum monachus nomen habeat a ſolitudine. Vafrũ tantum.) In cæteris ſtupidũ, & infantẽ. Vafrum uocat dicacem & argutum, & in taxandis uitijs naſutũ.

Dialecticum urbis ueſtræ.) Per Ironiam, cum Roma ſoleat oratores habere, Græcia dialecticos. κατηγορίας.) Quæ nos uocamus prædicamenta. Nã ab his rudimenta dialecticæ auſpicamur, q̃q̃ Græci κατηγορίαν & accuſationem uocant. περὶ ἑρμηνείας.) Id eſt de interpretatione, ſiue de enunciatione, a uerbo ἑρμηνεύω, id eſt interpretari. Non τοπικὰ.) Id eſt localia, quod in hiſce libris Ariſtoteles tradat locos, hoc eſt ſedes argumentorum & probationum. Ciceronis τόπους.) Id eſt, locos. Nam & hic ad Trebatium de locis ſcripſit, Ariſtotelem ſecutus, ſed exemplis ad uſum forenſem accõmodatis. Addidit ſaltem, quod ſi Græce neſciret, hunc certe legere potuerit. Circulos.) Appellat hominũ conuentus, qui mos & hodie durat apud Italos. συμπόσια.) Id eſt, compotationes: & maluit uti Græca uoce, quod ſit odioſior q̃ latina cõuiuia. Hic in quibuſdã exemplaribus habebatur Græca uox latinis litteris, oſanoiſtis, forte ſcriptum erat ſyllogiſmos κεραλιμούς nectere, id eſt, ſyllogiſmos cornutos. Meliorẽ ſtili partẽ.) Olim æreis ſtilis ſcribebant in tabulis ceratis: & cuſpide ſcribebant, inuerſo ſtilo, diuerſa parte delebant, & æquor cõplanabãt. Vnde & Flaccus. Sæpe ſtilũ uertens, iterũ quæ digna legi ſint, Scripturus. Sentit autem ſe plurimum ſudaſſe in exercendo ſtilo, & ſæpius deleuiſſe ut corrigeret, q̃ ſcripſiſſe. Alexandri uerti.) Alexander eñ Aphrodiſeus ædidit cõmentarios in aliquot Ariſtotelis libros. Porro uerti dixit, pro uerſaui & euolui, non pro tranſtuli. Doctus magiſter.) Hunc locum deprauatum fuiſſe, uel ipſa codicum uarietas arguit. Opinor ita legẽdũ: Neqq̃ me doctus magiſter εἰσάγειν ad logicã. Nam Græcis εἰσάγω eſt introducere, quod nos dicimus inſtituere: & illi εἰσαγωγὴν uocant, quã nos inſtitutionẽ, quoties res a primis tradit elementis. Simulq; alluſit ad libellũ Porphyrij de qnq; uocibus, quẽ ipſe εἰσαγωγὴν appellat, quod inducat, ad cognitionẽ logices Ariſtotelicæ. κατηχήσας.) Catechiſtæ dicebant apud Chriſtianos, q uoce ui ua, tradebant religionis noſtræ myſteria baptiçandis. Quo tempore & catechumeni dicebantur a uerbo κατηχέω, quod eſt inſtituo, uoce ducta ab ἠχεῖν ſonare, quod olim nefas eſſet myſteria litteris cõmittere, ſed uoce tradebantur: id quod obſeruatum eſt, & apud Gallorum theologos Druidas. Ipſe in antiquiſſimo quodam codice legi pontificem quendam Romanum, in litteris ſuis cum multa docuiſſet, eũ a quo fuerat interrogatus de ſacramentis, ſubtraxiſſe uerba quibus ſacrum oleum conſecraretur, ne myſterium litteris commiſſum, aliquo modo permanaret ad prophanos. At nunc etiam ea quibus Chriſti corpus cõficit, & tonſores memoriter tenent, quæ tamẽ nuſq; me apud ullũ ueterũ legiſſe memini, niſi in quibuſdam libris ſuppoſiticijs. Cæterum hos duos Catechiſtas appellat, quod non ſolum legiſſet illorum libros, ſed diſputantes audiuit. Abſq; præceptore perfectus.) Hic quoq; locus in exemplaribus uarie ferebatur deprauatus, uerum ex litterarum ueſtigijs hinc & hinc collatis, nõ magno negotio, germana ſcriptura colligitur. Abſq; præceptore perfectus, πνευματοφόρος, ἔμθεος καὶ αὐτοδίδακτος, id eſt, ſpiritu lymphatus, afflatus numine, & per ſe doctus. Sic & Heſiodus ſcribit ſe ab ipſis muſis didiciſſe, & earum afflatu ſcribere. Et Homerus cantorẽ αὐτοδίδακτον appellat, quod nõ ex hois inſtitutiõe, ſed ex afflatu dei canat.

D

Chalcenteron

A Chalcenteron Didymum.) De Didymo grãmatico ſentit, qui ſupra mille uolumina ſcripſiſſe legitur, unde & Adamantinus dictus, ob inuictam laboris tolerantiam: & chalcenteros, quod ferreis eſſet inteſtinis, χαλκὸς eñ æs, ἔντερα, uiſcera. Et Carneadeũ aliquid.) Carneades philoſophus ſolit⁹ eſt de quauis re, quæcũq; eſſet propoſita in utramuis diſputare partem, tãta erat ingenij promptitudo, & pro iuſticia & cõtra iuſticiam. Operepreciũ eſt audire, quemadmodum ſciolus aliquis, hunc corruperat locum. Etenim cũ Carneadeum non repperiſſet, nec in ſuo Breuiloquo, nec in Gẽma gemmarũ, nec in Mãmetrecto, ſcripturam emendauit ad hunc modum. Denicq; dicitur materiam poſcere, & ad carnem, & ad deum aliquid referens in utrãq; partem &c. O miſeros authores, qui in huiuſmodi nebulonum incidunt manus. Hæreditarie uel centumuirales.) Romæ cũ eſſent triginta quinq; tribus, e ſingulis tribubus delectis, cẽtumuirales iudices conſtituebantur, qui de hæreditatibus, de teſtamentis, de uſucapionibus, mancipijs, nexis, atq; id genus alijs cauſis cognoſcebant, quæ capitales non eſſent. E barathro erutæ.) Id eſt, ex ſumma deſperatione. Nam actum erat de illis, ſi hic ſe ad forum contuliſſet potius quam ad eccleſiam. In digitis partiri cauſam.) Id Hortẽſio tribuũt, quod in digitis ſit partiri cauſam ſolitus. Applosiſſet.) Mire expreſſit geſtus oratorum, præſertim impudẽtium. De ſupploſione pedum loquitur & Quintilianus capite de actione. Iactaſſet manum.) Id fiebat in contentione. Attigit omnia in quibus ſita eſt pronunciatio, nempe in uultu, geſtu corporis, & uoce. Abſentem iam diu.) Nempe a Roma, ubi latine loquebantur. Et facile eſt uincere abſentem, qui non repugnet. Scripta intelligeret.) Anceps ſermo, qui quadrat etiam in hominem egregie doctum. Semigræculum.) Quod ea pars Syriæ quæ Ciliciam ſpectat, tũ plæraq; Græce loqueretur. Quæ ad Saracenos, ſuam habebat linguam ut incultior. Sibi caneret & muſis.) Dictum eſt alias de muſico, qui diſcipulum eruditum quidem, ſed populo parum gratum iuſſerit ſibi canere & muſis. Eloquentiæ ſuæ.) Ridicule, cum illum etiam uicerit ineptia ſermonis, qui fuit ineptiſſimus. Contra propoſitum.) Quia monachus erat. Balbum melius balbi.) Hoc quod prouerbio dicunt mirũ q̃ uerũ ſit. πάντας συγγραφεῖς.) Id eſt, omnes ſcriptores. Maluit autẽ Græce dicere, uel quo magis eſſet ridiculũ, uel quod ſcriptor, apud latinos anceps uerbũ eſt, cõmune ſcribæ, & authori uoluminis.

Attilio Iudice.) Prodigioſum dictu fuerit, quibus modis hic locus fuerit deprauatus, quem tamẽ e certiſſimis ueſtigijs reſtituimus. Quãtum debent bonæ litteræ, peſſimo iſti hominũ generi, qui ſummam arrogantiam cum ſumma imperitia coniunxerunt. Attilius filius fuit. M. Attilij reguli, qui maluit ad exquiſita redire ſupplicia, q̃ uel hoſti nõ præſtare iuſiurandũ. Hic igitur cenſor erat acerrimus, ac multos equites Romanos graui nota affecit, una cum ſuo collega L. Furio Philippo. Lege Valerij maximi librũ ſecun
B dum, caput de cenſoria nota. Nam ante dixerat, ſi in omnes ſcriptores cenſoriam accepit uirgulam. Iouinianus συγγραφεὺς ἀγράμματος.) Id eſt ſcriptor abſq; litteris, id quod Græce uenuſtius eſt, propter alluſionem uocis. Nam γράμμα a γράφω deducitur, perinde quaſi latine dicas litterator illitteratus. Et ob id maluit Græce dicere, quo ſeruaret gratiã ſchematis. Opprimere poteſt, docere nõ poteſt.) At nũc bone deus cuiuſmodi ſunt, qui uelut ex adytis ſua prodũt oracula, hoc impie, hoc hæretice, hoc indocte. Hæc aũt dixit qd' Domnion eſſet epiſcop⁹, ut apparet e proxima epiſtola. In Clypeũ.) Reddidit carmẽ Maronis ex Aeneide: uerum hæc omnia per Ironiam dicuntur. In diſputando nodoſus.) Ita paulo ſuperius, nodum in diſputando tenere. Obliquo & acuminato.) A paleſtra duxit metaphoram, in qua & nexibus utuntur, ac nonnunq; obliquant caput, ut attrahant colluctantem, aliquando intendunt caput. Habet latera.) Latera pro robore ſæpius uſurpant oratores. In Athletis potiſſimum corporis firmitas, & in Oratore latera requiruntur, qui apud populum dicat. Cirratorum eſſe dictata.) Cirratos uocat adoleſcentes comatos, alludens ad illud Satyricum. Ten cirratorum centum dictata fuiſſe. Eſt autem feſtiua προσοποποιία, inter dicta & dictata. Dictata dicuntur quaſi præſcripta ad imitandum. Videtur mihi occulte.) Plane ludit, quaſi Hieronym⁹ ſit homo uoluptuarius, & ſaginæ deditus. Addit occulte, quod alioqui cultu monachum profiteretur. Ad choleram.) Id eſt ad bilem, id quod accidere ſolet moto ſtomacho.

Loquamur ſcriptis.) Feſtiuiter duo diuerſa coniunxit. Nam nõ loquitur qui ſcribit. Gnathonici uel phormionici.) Alluſit ad illud quod eſt in Eunucho Terentiana. Itidem & iſti gnathonici uocẽtur. Gnathonem inducit Terentius, adulatorem optimum, & Phormionem impudentiſſimum paraſitum. Medicorum tabernas.) Vt in tonſtrinis, ita & in pharmacopolijs, quas hic medicorum tabernas appellat, cõſident ocioſi. Sæpe manum.) Retulit illud Iuuenalis, Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus. Fœnũ habet in cornu.) Carmen ex Satyris Horatij, de mordaci Poeta, metaphora ſumpta a boue cornupeta

Et ego ignoſco.) Totus hic ſermo obliquus eſt, maxime mordens, cum uideatur mederi morſui. Parcit ſed cedit.) Parcit qui ueretur, cedit qui timet periculum, idq; ipſe mox interpretatur, non honorat, ſed metuit. Hærebit.) Hærent perplexi. Procul Epicurus.) Hi uoluptatum ſectatores non erunt auxilio, cũ res diuinæ ſcripturæ teſtimonijs agitur. Subulci non.) Sic appellat fautores Iouiniani, quod coitum approbent, ut indicatum eſt ſuperius. Fœta ſcropha.) Eſt autem hoc animal mire fœcundum.

Et nos tela pater.) Carmen eſt ex Aeneide Vergiliana. Nocturnos forſitan metus.) Nempe ob metum lemurum, aut ſpectrorum. Nam ſoli magis timent.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Pãmachius uir nobilis, affinis Paulæ, cõſobrinus Marcellæ, Hieronymo amicus, cum uideret multos offendi libris quos aduerſus Iouinianũ ſcripſerat, ſuppreſſit exemplaria, & ut idem faceret Hieronymus admonuit, quo liberum eſſet emendare quæ diſplicebãt. Ad id reſpondet Hieronymus, eũq; adhortatur, ut ſacrarũ ſtudio litterarũ ſe dignũ præbeat honore ſacerdotij, ad qd' uideret omniũ ſtudijs accerſendus.

C CHristiani interdū pudoris est, etiā apud amicos tacere, & humilitatē suam magis silentio cōsolari, q̄ retrectando ueteres amicitias, ambitionis crimē incurrere. Q̄ diu tacuisti, tacui, nec unq̄ expostulare sup hac re uolui: ne nō amicū quærere, sed potē/tiorem uiderer expetere. Nūc aūt prouocatus officio litterarū, primas partes semp habere tentabo: & nō tam rescribere, q̄ scribere: ut & uerecunde hucusq̄ tacuisse, & uerecūdius loqui cœpisse cognoscar. De opusculis meis cōtra Iouinianū, quod & prudenter & amanter feceris exemplaria subtrahendo, optime noui. Sed nihil pfuit ista diligentia: cū aliquanti ex urbe uenientes, mihi eadē lectitarent, quæ se Romæ excepisse referebāt. In hac quoq̄ prouincia iam libri fuerant diuulgati: & ut ipse legisti, nescit uox missa reuerti. Nō sum tantæ felicitatis, quātæ plæriq̄ huius tēporis tractatores, ut nugas meas quādo uoluerim emendare possim. Statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei, aut inuidi, diuerso quidem studio: sed pari certamine in uulgus nostra disseminānt: & uel in laude, uel in uituperatione nimij sunt: nō meritū stili, sed suū stomachū sequētes. Itaq̄ quod solū facere potui, apologeticū ipsius operis tibi misi, quē προεφώνησα, & te poscente ædidi. Quē cum legeris, ipse pro nobis cæteris satisfacies, aut si tu quoq̄ narem cō traxeris, illam apostoli περικοπήν, in qua de uirginitate & nuptijs disputat, aliter disserere cōpelleris. Nec hoc dico, quod te ad scribendū prouocem: cuius in sacris litteris studiū mihi p̄fero: sed ut alios qui nos lacerant, hoc facere compellas. Norunt litteras, uidentur sibi scioli: possunt me non reprehendere, sed docere. Si quid scripserint, magis ex operis eorum comparatione, mea interpretatio negligetur. Lege quæso te & diligenter apostoli uerba consydera: & tunc uide/bis me propter calumniam declinandam multo plus q̄ ille uoluit in maritos fuisse clæmētem. Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc epistolā interpretati sunt: quorū Pierius cum sensum apostoli uentilaret atq̄ edisseret: & propo/suisset illud exponere: Volo aūt oēs esse sicut meip̄m: adiecit ταῦτα λέγων ὁ παῦλος ἀντικρὺς ἀγαμί/αν κηρύσσ. Quod hic quæso peccatū meū est: quæ duritia? Vniuersa quæ scripsi: huic sententiæ cōparata leuissima sunt. Reuolue omniū quos supra memorauī cōmētarios: & ecclesiarū biblio
D thecis fruere: & magis cōcito gradu ad optata cœptaq̄ peruenies. Audio totius in te urbis studia cōcitata. Audio pontificis & populi uoluntatē pari mēte cōgruere. Minus est tenere sacerdotiū. q̄ mereri. Libros sedecim pphetarū, quos in latinū de Hebræo sermone uerti, si legeris, & delectari te hoc opere cōperero: puocabis nos etiā cætera clausa armario nō tenere. Transtuli nuper Iob in linguā nostrā: cuius exēplar a sancta Marcella cōsobrina tua poteris mutuari. Lege eūdem Græcū, & latinū: & ueterē æditionē, nostræ translatiōi cōpara: & liquido puidebis quantū distet inter ueritatē & mendaciū. Miseram quædā τῶν ὑπομνημάτων in prophetas duodecim, sancto patri Domnioni, Samuelem quoq̄ & Malachim, id est, quatuor regū libros. Quæ si legere uolueris: pbabis quātæ difficultatis sit diuinā scripturā & maxime pphetas intelligere: & interpretū uitio quæ apud suos purissimo cursu oratiois labunt, apud nos scatere uitijs. Porro ælo/quētiam quā pro Christo in Cicerone cōtemnis, in paruulis ne requiras. Ecclesiastica interpretatio etiā si habet æloquū uenustatem, dissimulare eā debet & fugere: ut non ociosis philosophorū scholis pauciscq̄ discipulis: sed uniuerso loquatur hominum generi.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

HVmilitatē suā.) Hic humilitas nō uirtutē significat, sed fortunā & cōditionē. Sup hac re.) Nempe de tuo silentio. Amicū quærere.) Quærere pro reqrere, & amicū uelut æqualem. Sed potentiorem.) Erat eñ Pāmachius Romæ nobilissimus. Exemplaria subtrahēdo.) Quantum inuidiæ conflatum fuerit Hieronymo ex his libris, uel hinc apparet, quod Pammachius amicissimus, exēplaria subtraxerit ne uulgarentur. Aliquāti.) Id est aliquāmulti. Excepisse.) Id est transcripsisse. Nescit uox missa.) Hemistichiū est Horatianū. Non meritū.) Hoc adiecit, ne quod præcessit uideretur arrogantius dictū. Quē προεφώνησα.) Id est, quē ante promisi. Narem cōtraxeris.) Ita Flaccus. Si sordida mappa corrugat nares. Offēdit, qui nares cōtrahit. περικοπήν.) Id est, decisionē, quando ex omni parte decisis erroribus res absoluit. Adiecit ταῦτα λέγων ὁ παῦλος, ἀμπικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσ.) Id est, hæc dicēs Paulus, palā cælibatū prædicat. Quid hic attinet cōmemorare, quot modis hunc locū deprauarint, & quāti mihi cōstiterit, ex uarijs codicū uestigijs uerā inuestigare lectionē? Et ecclesiarū biblio.) Apparet publicas etiā tū fuisse bibliothecas. Optata cœptaq̄.) Innuit illū tēdere ad honorē episcopatus, id citius impetraturū, si se exercuerit in ecclesiasticis libris, futur⁹ ecclesiæ princeps. Minus est tenere.) Elegans epiphonema. Marcella cōsobrina.) Ad hanc & de hac multa scribit. Cōsobrini uocant duarū sororū, aut sororis & fratris filij. Inter ueritatē & mendaciū.) Aperte damnat superiorem

C periorē translationē, qua nos tamen maxima ex parte utimur. Quædā τῶν ὑπομνημάτων.) Id est, cōmentariorū: sic em̄ appellāt, q tantū ad memoriæ subsidiū annotātur. Ecclesiastica interpretatio.) Hic locus impendio placet crassis istis Theologis, q sibi in cœlo uident̄ esse, quod procul absint ab om̄i æloquētia. At Hieronymus nō uult æloquentiā abesse, sed dissimulari uult, hoc est nō ostentari, præsertim in cōmentarijs, & sermonē dilucidū uult esse non spurcum & portentosum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus admonitus Riparij presbyteri litteris, quod Vigilantius quidā doceret martyrū nō esse adorandos cineres, damnaretq; solēnes Christianorū ad horū sepulchra uigilias: hac epistola quasi uelitatur ac præludit ad pugnā, ostendens se paratum ad refellendū hominis errorē, si libros illius mitterent.

HIERO. ADVERSVS VIGILANTIVM AD RIPARIVM PRESBYTERVM.

ACceptis primum litteris tuis, non respondere, superbiæ est: respondere, temeritatis. De his em̄ rebus interrogas: quæ & proferre & audire sacrilegium est. Ais Vigilantium qui κατ᾽ ἀντίφρασιν hoc uocatur nomine (Nam Dormitantius rectius diceretur) os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimū, contra sanctorū martyrum proferre reliquias: & nos qui eas suspicimus appellare cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominū ossa ueneremur. O infelicem hominē, & omni lachrymarū fonte plangendū: qui hæc dicens, nō se intelligat esse Samaritanū & Iudæum, qui corpora mortuorꝝ, pro inmūdis habēt: & etiam uasa quæ in eadem domo fuerint, pollui suspicantur: sequentes occidentem litteram, & non uiuificantem spiritū. Nos autem non dico martyrū reliquias: sed ne solem quidē & lunam, non angelos, non archangelos, non cherubim, non seraphim, & omne nomen quod nominat̄ & in præsenti sæculo & in futuro, colimus & adoramus: ne seruiamus creaturæ potius q̄ creatori, qui est benedictus in sæcula. Honoramus autē reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos, ut honor seruorū redundet ad dn̄m, qui ait: Qui uos suscipit, me suscipit. Ergo Petri & Pauli immundæ sunt reliquiæ? Ergo Moysi corpusculū immundū erit? quod iuxta Hebraicam ueritatē ab ipso sepultū est dn̄o? Et quotiescūq; apostolorꝝ & prophetarum, & omnium martyrum basilicas ingredimur, toties idolorū templa ueneramur? Accensiq; ante tumulos eorum cerei, idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid dicam, quod redūdet in authoris caput: & insanum cerebrum, uel sanet aliquando uel deleat, ne tantis sacrilegijs simplicium animæ subuertantur. Ergo & dn̄i corpus in sepulchro positum, immundum fuit? Et angeli, qui candidis uestibus utebant̄: mortuo cadaueri atq; polluto præbebant excubias: ut post multa sæcula, Dormitantius somniaret, imo eructaret immundissimā crapulam: & cum Iuliano persecutore, sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa conuerteret? Miror sanctum episcopum, in cuius parochia esse presbyter dicitur, acquiescere furori eius: & non uirga apostolica, uirgaq; ferrea confringere uas inutile, & tradere in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat: nec meminerit illius dicti: Si uidebas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et in alio loco: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: ut disperderem de ciuitate dn̄i omnes operantes iniquitatem. Et iterum: Nōne odientes te dn̄e, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos. Si non sunt honorandæ reliquiæ martyrum, quomodo legimus: Præciosa in conspectu dn̄i mors sanctorum eius? Si ossa mortuorū polluunt contingentes, quomodo Elisæus mortuus, mortuum suscitauit, & dedit uitam corpori, quod iuxta Vigilantium iacebat immundū? Ergo omnia castra Israelitici exercitus & populi dei fuere immunda: quia Ioseph & patriarcharū corpora portabant in solitudine: & ad sanctā terrā, immundos cineres pertulerant? Ioseph quoq; qui in typo præcessit dn̄i saluatoris nostri sceleratus fuit: qui tanta ambitione, Iacob in Hebron ossa portauit: ut immundum patrem, auo & atauo sociaret immundis, & mortuum mortuis copularet? O præcidendam linguam a medicis, imo insanum curandum caput, ut qui loqui nescit, discat aliquando reticere. Ego uidi hoc aliquando portentum, & testimonijs scripturarum, quasi uinculis Hippocratis uolui ligare furiosum: sed abijt, excessit, euasit, erupit, & inter Hadriæ fluctus, Cotijq; regis alpes, in nos declamando clamauit. Quicquid em̄ amens loquitur: uociferatio & clamor est appellandus. Tacita me forsitan cogitatione reprehendas: cur in absentē inuehar. Fatebor tibi dolorē meū. Sacrilegiū tantū patienter audire non possum. Legi em̄ Syromasten Phinees, austeritatē Eliæ, çelū Simonis Cananæi, Petri sæueritatē, Ananiā & Sapphirā trucidantis. Pauliq; cōstantiā q Elymā

magum

C magū uīs dñi reſiſtentē,æterna cæcitate dānauit.Nō eſt crudelitas ꝑ deo,ſed pietas. Vnde & in lege dicit̄:Si frater tuus & amicus & uxor quæ eſt in ſinu tuo,deprauare te uoluerit a ueritate:ſit manus tua ſup eos,& effunde ſanguinē eorū:& auferes malum de medio Iſrael. Iterū dicam: Ergo martyrum immundæ ſunt reliquiæ? Et quid paſſi ſunt apoſtoli,ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent:ut facerent ei planctum magnum:ut eorum luctus in noſtrum gaudium uerteretur? Nam quod dicis eum uigilias execrari:facit & hoc contra uocabulum ſuum,ut uelit dormire Vigilantius:& non audiat ſaluatorem dicentem: Sic nō potuiſtis una hora uigilare mecū? Vigilate & orate, ne intretis in tentationē:Spiritus promptus eſt,ſed caro infirma.Et in alio loco propheta decantat:Media nocte ſurgebam,ut cōfiterer tibi, ſuper iudicia iuſticiæ tuæ. Dominū quoq; in euangelio legimus pernoctaſſe:& apoſtolos clauſos carcere tota nocte uigilaſſe,ut illis pſallentibus terra quateretur,cuſtos carceris crederet, magiſtratus & ciuitas terrerentur. Loquitur Paulus:Orationi inſiſtite,uigilantes in ea.Et in alio loco:In uigilijs frequēter. Dormiat itaq; Vigilantius, & ab exterminatore Aegypti cū Aegyptijs dormiens ſuffocetur.Nos dicamus cū Dauid:Nō dormitabit neq; dormiet,qui cuſtodit Iſrael, ut ueniat ad nos ſanctus & Hir qui interpretatur uigil. Et ſi quādo propter peccata noſtra dormierit, dicamus ad eum: Surge, ut quid dormitas domine? excitemuſq; illum, & nauicula fluctuante clamemus: Magiſter ſaluos nos fac,perimus. Plura dictare uolueram,ſi nō epiſtolaris breuitas pudorem nobis tacendi imponeret:& ſi librorum ipſius ad nos uoluiſſes mittere cantilenas,ut ſcire poſſemus,ad quæ reſcribere deberemus. Nunc autem aerem uerberauimus: & non tam illius infidelitatem quæ omnibus patet,q; noſtram fidem aperuimus.Cæterum ſi uolueris longiorem nos aduerſum eū librum ſcribere, mitte nænias illius & ineptias, ut Iohannē baptiſtam audiat prædicantem: Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt:Oīs enim arbor, quæ non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

D Acceptis primum.) Id eſt,qui nunq; antea ſcripſerat. Quo magis erat reſpondendum. Qui κατ' ἀμφίφρασιν.) Figura eſt grammaticor̄,quoties diuerſum ſignificamus ac dicimus, proxima Ironiæ:ut qui bellum dictū putant, quod nihil habeat belli: & lucum,quod obſcurus ſit:& Eumenidas furias,quod nulli bene uelint. Hoc autem dixit, quod Vigilātius inſectaretur uigilias ad ſepulchra martyrum. Qui eas ſuſpicimus.) Suſpicimus quæ uenerāmur ac magnifacimus. Nonnulli codices habebant,ſuſcipimus:quod ſi probandum eſt,Græce magis locutus eſt,q; latine.Si quidem illi dicūt ἀποδέχεσθαι pro ꝓbare & in precio habere. Pro immūdis.) Vnde purgabatur qui morticinum uel caſu contigiſſet. Iuxta Hebraicam ueritatem.) Sic em̄ legis Deuteronomij cap.ultimo:Mortuuſq; eſt ibi Moyſes ſeruus domini,in terra Moab, iubente domino,& ſepeliuit eum in ualle terræ Moab cōtra Phegor, & non cognouit homo ſepulchrum eius, uſq; in præſentem diem.Et ſepeliuit eū, utiq; dominus,quo iubente mortuus eſt. Candidis ueſtibus.) Cū in exequijs pulis uti mos ſit. Cum Iuliano pſecutore.) Nam is imperator adeo fuit inimicus nomini Chriſtiano, ut Chriſtianā gentem funditus decreuerit extinguere, ſi uictor rediſſet. In cuius Parochia.)Parochi Græcis dicuntur,qui cibos & uitæ neceſſaria exhibent:quo uerbo & Horatius uſus eſt in Satyris.Inde dictū uidetur παροχία,niſi mauis παροικία quod cœtum ſignificat in eadē habitantium uicinia. Aut in tēpla.) Tēpla uocat gentiliū deorū. Ergo omnia caſtra.) Hiſtoriam habes Ioſue capite ultimo. Iacob in Hebron.) Refertur Geneſis cap.50. Ego uidi aliquādo.) Quidam codices ſcriptum habebant,uici,quod nō ꝓbo. Nā & Hieronymus uerſatus erat in Gallia,& nōdū ſcripſerat aduerſus Vigilantiū,ut uictus eſſe potuerit,qđ uel ex hac ipſa patet epiſtola. Abijt,exceſſit,euaſit.) Retulit uerba Ciceronis de Catilina. Cotijq; regis.) Quidā habebāt, Gothiciq; regis.At magis placet Cotij,ut intelligas alpes Cotias a rege ſic appellatas.Sentit Vigilantiū elapſum,partim alpiū,partim maris Adriatici ſubſidio. Declamādo clamauit.) Declamāt rhetores, clamāt rabulæ. Syromaſten Phinees.) Hiſtoria extat in Nūeris cap.25. Trucidātis.) Atroci uerbo uſus eſt, ad cauſæ cōmodū,cū Petrus nō trucidarit,ſed denūciarit dūtaxat diuinā uindictā. Eliæ çelum.) Qui occidit oēs prophetas Baal ad fluuiū Cyſon,nec uno dimiſſo,ut legis Regū libro.3.cap.18. Atq; hoc noīe laudat̄ libro Machabæorū primo cap.2. Elias dum çelat çelū legis,receptus eſt in cœlum. Simonis Chananæi.) De hoc permulta legis toto libro Machabæorū primo. Elymam magum.) Habes in Actis apoſtolorum capite decimo tertio.Aeternā autem cæcitatē dixit, quoniam non legatur recepiſſe uiſum. Si frater tuus.) Locus eſt partim Deuteronomij cap.24. partim.28. Quid paſſi ſunt apoſtoli.) Hoc Græce dixit magis q; latine τί ἔπαθομ,hoc eſt,qd accidit, aut quid illis in mentē uenit. Hir.) עיר Hir Chaldæis uigilē ſonat. Cātilenas.)Feſtiuiter ita uocat ineptias hominis uoluptuarij cauponis & ſemper in conuiuijs agentis:eas paulopoſt nænias uocat eodem ſenſu. Excidetur.) Græcis eſt,excidítur & mittitur,inſtantis temporis, ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

A VIgilantius natione Gallus, Barcilonensis ecclesiæ, quæ in Hispania est presbyter: scripsit librum, in quo docebat non esse sic adorandas martyrum reliquias, nec ad horum sepulchra uigilandum, id quod id temporis magna religione fiebat a Christianis. In hunc ita cõuicijs debacchatur Hieronymus, ut plusculum in eo modestiæ cogar desyderare. Vtinam argumentis dũtaxat egisset, & a conuitijs tẽperasset. Nam uigilias nocturnas nõ placuisse ecclesiasticis uiris, uel illud satis arguit, quod horum authoritate sublatæ sunt, nomine duntaxat superstite. Nec hodie simili studio concurritur ad martyrum reliquias. Gennadius huic tribuit æloquentiam, sed diuinarum scripturarum sciẽtiam detrahit. Hieronymus neutrum illi tribuit. Attamen, quæ citat Hieronymus, mediocrem dicendi mundiciem præ se ferunt.

HIERONYMVS ADVERSVS VIGILANTIVM.

MVlta in orbe monstra generata sunt, centauros & sirenas, ululas, & onocrotulos in Esaia legimus. Iob Leuiathan & Behemoth mystico sermone describit. Cerberum, & stymphalidas, aprumq; erimanthium, & leonem nemæum, chimæram atq; hydram multorum capitum, narrant fabulæ poetarum. Cacum describit Vergilius. Triformen Geryonen, Hispaniæ prodiderunt. Sola Gallia monstra non habuit, sed uiris semper fortissimis & æloquẽtissimis abundauit. Exortus est subito Vigilãtius, seu uerius dormitantius, qui immundo spiritu pugnet contra Christi spiritum, & martyrum neget sepulchra uenerãda: damnandas dicit esse uigilias, nunc̃q; nisi in pasca allelu ia cantandum: continentiam, hæresim: pudicitiã, libidinis seminarium. Et quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur, sic in isto Iouiniani mens praua surrexit: ut & in illo, & in hoc diaboli respondere cogamur insidijs. Cui iure dicitur: Semen pessimum, para filios tuos occisioni peccatis patris tui. Ille Romanæ ecclesiæ authoritate damnatus, inter phasides aues & carnes suillas, nõ tam emisit spiritum q̃ eructauit. Iste caupo Calagurritanus & in peruersum ꝓpter nomẽ uiculi mutus Quintilianus, miscet aquam uino: & de artificio pristino, suæ uenena perfidiæ catholicæ fidæi sociare
B conatur, impugnare uirginitatem, odisse pudicitiam, in conuiuio sæcularium contra sanctorũ ieiunia proclamare: dum inter phialas philosophatur, & ad placentas liguriens, psalmorum modulatione mulceatur: ut tantum inter epulas, Dauid & Idithun, & Asaph & filiorum Choræ cantica audire dignetur. Hæc dolentis magis effudi animo q̃ ridentis: dum me cohibere non possum: & iniuriam apostolorum ac martyrum, surda nequeo aure transire. Prohnephas, episcopos sui sceleris dicitur habere consortes, si tamen episcopi nominandi sunt: qui nõ ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint: nulli cœlibi credentes pudicitiam: imo ostendentes, q̃ sancte uiuant, qui male de omnibus suspicantur: & nisi prægnantes uxores uiderint clericorum, infantesq; de ulnis matrum uagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient orientis ecclesiæ: quid Aegypti & sedis apostolicæ: quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes: aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Hoc docuit dormitantius, libidini frena permittens: & naturalẽ carnis ardorem, qui in adolescentia plærumq; feruescit, suis hortatibus duplicans, imo extinguens coitu fœminarum: ut nihil sit, quo distemus a porcis, quo differamus a brutis animantibus, quo ab equis: de quibus scriptum est: Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: unusquisq; in uxorem proximi sui hinniebat. Hoc est quod loquitur per Dauid spiritus sanctus: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et rursum de dormitantio & socijs eius: In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Sed iam tẽpus est: ut ipsius uerba ponẽtes ad singula respondere nitamur. Fieri eñ potest, ut rursum malignus interpres, dicat fictam a me materiam: cui rhetorica declamatione respondeam: sicut illã quam scripsi ad Gallias, matri & filiæ inter se discordantibus. Authores sunt huius dictatiunculæ meæ sancti presbyteri Riparius & Desyderius, qui parochias suas uicinia istius scribũt esse maculatas, miseruntq; libros per fratrem Syfinnium: quos inter crapulam stertens euomuit. Et asserunt repertos esse nonnullos, qui fauentes uitijs suis: illius blasphemijs acquiescãt. Est quidem imperitus, & uerbis & scientia, & sermone incõditus, ne uera quidem potest defendere: sed ꝓpter hoies sæculi & mulierculas oneratas peccatis, semper discentes & nunc̃q; ad scientiã ueritatis peruenientes: una lucubratiuncula illius nænijs respondebo, ne sanctorũ uirorũ qui ut hæc

Comiene

C facerem me deprecati sunt,uidear litteras respuisse. Nimirũ respondet generi suo:ut qui de latronum & conuenarum natus est semine: quos Gn. Pompeius edomita Hispania,& ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi iugis deposuit,& in unum oppidum cõgregauit: unde & cõuenarum urbs nomen accepit.Hucusq; latrocinetur cõtra ecclesiam dei:& de Vectonibus,Arbacis,Celtiberisq; descendens,incurset Galliarum ecclesias:portetq; nequaq; uexillum Christi, sed insigne diaboli.Fecit hoc idem Pompeius,etiã in oriẽtis partibus:ut Cilicibus & Isauris Pyratis, latronibusq; superatis:sui nominis inter Ciliciã & Isauriam conderet ciuitatem.Sed hæc urbs hodie seruat scita maiorum,& nullus in ea ortus est dormitantius. Galliæ uernaculum hostem sustinent,& hominem moti capitis, atq; Hippocratis uinculis alligandum, sedentem cernunt in ecclesia:& inter cætera uerba blasphemiæ,ista quoq; dicentem: Quid necesse est,te tanto honore,non solũ honorare:sed etiam adorare illud nescio quid,quod in modico uasculo trãsferendo colis? Et rursum in eodem libro.Quid puluerem linteamine circũdatũ, adorando oscularis? Et in consequentibus. Prope ritum gentiliũ uidemus sub prætextu religionis introductũ in ecclesijs,sole adhuc fulgẽte, moles cereorum accendi,& ubicũq; puluisculum nescio quod, in modico uasculo præcioso linteamine circũdatum osculantes adorant.Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus: quos putant de uilissimis cereolis illustrandos:quos agnus qui est in medio throni cum omni fulgore maiestatis suæ illustrat.Quis enim, o insanum caput,aliquando martyres adorauit? quis hominem putauit deum? nonne Paulus & Barnabas cum a Lycaonibus Iupiter & Mercurius putarent̃:& eis uellent hostias immolare, sciderũt uestimẽta sua, & se homines esse dixerunt? Nõ quod meliores nõ essent olim mortuis hoibus Ioue atq; Mercurio: sed quod sub gentilitatis errore, honor eis deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus,qui Cornelium se adorare cupientẽ manu subleuauit,& dixit: Surge.Nam & ego homo sum.Et audes dicere,illud nescio quid quod in modico uasculo transferẽdo colis? Quid est illud nescio quid:scire desydero.Expone manifestius, ut tota libertate blasphemes, puluisculum nescio quod in modico uasculo precioso linteamine circũdatum. Dolet

D martyrum reliquias precioso operiri uelamine, & nõ uel pãnis,uel cilicio colligari, uel proijci in sterquilinium,ut solus Vigilantius ebrius & dormiens,adoretur.Ergo sacrilegi sumus, quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus imperator,qui sanctas reliquias Andreæ,Lucæ,& Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam confitentur? Sacrilegus dicendus est,& nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi,sed & fatui iudicandi,qui rem uilissimam & cineres dissolutos in serico & uase aureo portauerunt? Stulti omnium ecclesiarum populi,qui occurrerunt sanctis reliquijs:& tanta lætitia,quasi præsentem, uiuentemq; prophetam cernerent susceperunt:ut de Palæstina usq; Chalcedonem iungerentur populorum examina: & in Christi laudem una uoce resonarent? Videlicet adorabant Samuelem,& non Christum: cuius Samuel & leuita & prophetes fuit.Mortuum suspicaris,& idcirco blasphemas. Lege euangelium: Deus Abraham,deus Isaac,deus Iacob:non est deus mortuorum,sed uiuorum. Si ergo uiuũt, honesto iuxta te carcere nõ claudũtur. Ais em̃ uel in sinu Abrahæ,uel in loco refrigerij,uel subter aram dei,animas apostolorum & martyrum consedisse,nec posse suis tumulis,& ubi uoluerint adesse præsentes. Senatoriæ uidelicet dignitatis sunt,& non inter homicidas teterrimo carcere,sed in libera honestaq; custodia in fortunatorum insulis & in campis elysijs recludunt̃. Tu deo leges pones? Tu apostolis uincula inijcies,ut usq; ad diem iudicij teneant̃ custodia,nec sint cum domino suo:de quibus scriptum est:Sequuntur agnum,quocunq; uadit. Si agnus ubiq; ergo & hi qui cum agno sunt, ubiq; esse credendi sunt. Et cum diabolus & dæmones toto uagentur in orbe, & celeritate nimia ubiq; præsentes sint, martyres post effusionem sanguinis sui arca operientur inclusi,& inde exire non poterunt? Dicis in libello tuo, quod dum uiuimus,mutuo pro nobis orare possumus:postq; autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio,præsertim cũ martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes,impetrare nõ quiuerunt. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris: quãdo,p

Sancti sint vbiq; pr̃ sẽtes

Nisi orent pro nobis sancti ig coacte pr̃ces effecti sint q3 dñs ille q̃ sotio qui pollicitus q quinq; se ad sua reuocauit orabat pecij alienigenas ire inferno ne ch cũ illis ueniret formandas quare impũ hoc fecit quia uanitatis orare apud deũ ig coacte pro amicis fidelibus qui ig tra positi & miniꝰ et subsequentibus fidei orabant Christo scripserit math xv. Iure ig

Sancti p nobis orare pnt

A se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, uictorias & triumphos? Vnus homo Moyses, sexcentis milibus armatorũ impetrat a deo ueniam: & Stephanus imitator dñi sui, & primus martyr in Christo, pro persecutoribus ueniã deprecatur: & postq̃ cũ Christo esse cœperint, minus ualebunt? Paulus apostolus, ducentas septuagintasex sibi dicit in naui animas condonatas: & postq̃ resolutus esse cœperit cũ Christo, tũc ora clausurus est: & ꝓ his q in toto orbe ad suũ euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis uiuens, q̃ ille leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponerẽ, si Paulũ in spiritu mortuũ confiterer. Deniq; sancti non appellantur mortui, sed dormientes. Vnde & Laçarus qui resurrecturus erat, dormisse perhibetur. Et Apostolus uetat Thessalonicenses de dormientibus cõtristari. Tu uigilans dormis, & dormiens scribis: & proponis mihi librum apocryphũ, qui sub nomine Esdræ a te, & similibus tui legitur: ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro alijs audeat deprecari: quẽ ego librum nunq̃ legi. Quid em̃ necesse est in manus sumere, quod ecclesia nõ recipit? Nisi forte balsamũ mihi: & Barbelum, & thesaurũ Manichæi: & ridiculũ nomen Leusiboræ proferas: & quia ad radices Pyrenæi habitas, uicinusq; es Hiberiæ, Basilidis antiqssimi hæretici & imperitæ scientiæ, incredibilia portenta prosequeris, & ꝓponis quod totius orbis authoritate dãnatur. Nam in cõmentariolo tuo quasi pro te faciens de Solomone sumis testimonium, quod Solomon omnino nõ scripsit: ut qui habes alterũ Esdram, habeas & Solomonem alterum: & si tibi placuerit, legito fictas reuelationes omnium patriarcharum & prophetarum: & cum illas didiceris, inter mulierum textrinas cantato, imo legendas propone in tabernis tuis: ut facilius per has nænias, uulgus indoctum prouoces ad bibendũ. Cereos autẽ non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris: sed ut noctis tenebras hoc solatio temperemus: & uigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiã & simplicitatem sæcularium hominũ, uel certe religiosarum fœminarum: de quibus uere possumus dicere: Cõfiteor, çelum dei habent, sed non secundũ scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt, quid inde perdis? Causabãtur quondã & apostoli, quod periret unguentũ, sed dñi uoce correpti sunt. Neq; em̃ Christus indigebat unguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honore Christi hoc fecit: deuotioq; mentis eius recipitur. Et quicũq; accẽdunt cereos, secundũ fidem suam habẽt mercedem, dicente apostolo: Vnusquisq; in suo sensu abundat. Idololatras appellas huiuscemodi homines? Nõ diffiteor, omnes nos qui in Christo credimus de idololatriæ errore uenisse, Nõ em̃ nascimur, sed renascimur Christiani. Et quia quondã colebamus idola, nũc deũ colere nõ debemus, ne simili eũ uideamur cũ idolis honore uenerari? Illud fiebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. Nam & absq; martyrũ reliquijs, per totas orientis ecclesias, quãdo legendum est euangeliũ, accendũtur luminaria, iam sole rutilante; non utiq; ad fugandas tenebras, sed ad signum læticiæ demonstrandũ. Vnde & uirgines illæ euangelicæ semper habent accensas lampades suas. Et ad apostolos dicitur: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Et de Iohanne baptista: Ille erat lucerna ardens & lucens: ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in psalterio legimus: Lucerna pedib⁹ meis uerbũ tuũ dñe, & lumen semitis meis. Male facit ergo Romanus episcopus, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli, secundũ nos ossa ueneranda: secundum te uilem puluisculũ offert dño sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria? Et non solum unius urbis: sed totius orbis errant episcopi, qui cauponem Vigilantium cõtemnentes, ingrediuntur basilicas mortuorum, in quibus puluis uilissimus, & fauilla nescio quæ iacet linteamine conuoluta, ut polluta omnia polluat: & quasi sepulchra pharisaica foris dealbata sint: cum intus immundo cinere iuxta te, immũda omnia oleant atq; sordeant. Et post hæc de barathro pectoris tui cœnosam spurcitiã euomens, audes dicere: Ergo cineres suos amant animæ martyrum, & circũuolant eos, semperq; præsentes sunt: ne forte si aliquis precator aduenerit, absentes audire nõ possint? O portentum in terras ultimas deportandũ. Rides de reliquijs martyrum: & cum authore huius hæreseos Eunomio, ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, ut eadem contra nos loquaris, quæ ille contra ecclesiã loquitur? Omnes em̃ sectatores eius basilicas apostolorum & martyrum non ingrediũtur, ut scilicet mortuũ adorẽt

De cereis qd senciendum sit

C Eunomium:cuius libros maioris authoritatis arbitrantur,cꝫ euangelia:& in ipso crēdūt esse lu/
men ueritatis:sicut aliæ hæreses paracletū in Montanū uenisse contendunt:& Manichæū ipm
dicunt esse paracletum.Scribit aduersum hæresim tuā,quæ olim erupit aduersum ecclesiam(ne
& in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris)Tertullianus uir eruditissimꝰ insigne uolumē,qđ
Scorpiacum uocat rectissimo nomine,quia arcuato uulnere in ecclesiæ corpus uenena diffudit,
quæ olim appellabatur Caina hæresis:& multo tēpore dormiens uel sepulta,nunc a dormitan/
tio suscitata est.Miror,quod nō dicas nequacꝫ perpetranda martyria, deum em̄ qui sanguinē
hircorū taurorūqꝫ non quærat,multo magis hominū non requirere. Quod cū dixeris, imo & si
non dixeris,ita habeberis quasi dixeris. Qui em̄ reliquias martyrū asseris calcandas esse,prohi/
bes sanguinē fundi,qui nullo honore dignus est.De uigilīs & pernoctationibꝰ in basilicis mar
tyrū sæpe celebrādis, in altera epistola quā ferme ante bienniū sancto Ripario presbytero scri/
pseram,respondi breuiter.Quod si ideo eas existimas respuendas:ne sæpe uideamur pasca ce/
lebrare,& non solēnes post annū exercere uigilias:ergo & die dn̄ico non sunt Christo offeren/
da sacrificia,ne resurrectionis dn̄i crebro pasca celebremus:& incipiamus non unū pasca habe/
re,sed plurima.Error autem & culpa iuuenum uilissimarūqꝫ mulierum, qui per noctem sæpe de
prehenditur,non est religiosis hominibus imputandus: quia & in uigilīs pascæ tale quid fieri
plærumqꝫ cōuincitur: & tamen paucorū culpa non præiudicat religioni:qui & absqꝫ uigilīs pos
sunt errare,uel in suis,uel in alienis domibus.Apostolorū fidem,Iudæ proditio nō destruxit.Et
nostras ergo uigilias,malæ aliorū uigiliæ non destruent,quin potius pudicitiæ uigilare cogant,
qui libidini dormiunt.Quod em̄ semel feciſſe bonum est,non potest malū esse, si frequēter fiat:
aut si aliqua culpa uitanda est,non ex eo quod sæpe,sed ex eo quod fit aliquando culpabile est.
Non uigilemus itaqꝫ diebus pascæ,ne expectata diu adulterorū desyderia cōpleantur, ne occa/
sionem peccandi uxor inueniat,ne maritali nō possit reduci claue.Ardentius appetitur,quicqđ
est rarius.Non possum uniuersa percurrere,quæ sanctorū presbyterorū litteræ cōprehendunt,
D de libellis illius aliqua proferam. Argumentat contra signa atqꝫ uirtutes,quæ in basilicis mar/
tyrum fiūt,& dicit eas incredulis prodesse,nō credentibus,quasi nunc hoc quæratur quibus fiāt,
& non qua uirtute fiant.Esto signa sint infidelium,qui quoniā sermoni & doctrinæ credere no
luerunt,signis adducātur ad fidem:& dn̄s incredulis signa faciebat,& tamen nō idcirco dn̄i sug/
gillanda sunt signa,quia illi infideles erant:sed maiori admirationi erūt,quia tantæ fuere potē/
tiæ,ut etiā mentes durissimas edomarent,& ad fidem cogerent.Itaqꝫ nolo mihi dicas, signa infi
delium sunt:sed respōde quomodo in uilissimo puluere & fauilla nescio qua, tanta sit signorꝫ
uirtutūqꝫ præsentia. Sentio sentio infelicissime mortaliū,quid doleas,quid timeas.Spiritus iste
immūdus qui hæc te cogit scribere,sæpe hoc uilissimo tortus est puluere,imo hodieqꝫ torquet,
& qui in te plagas dissimulat,in cæteris confitet.Nisi forte in morē gentiliū impiorūqꝫ Porphy
rīj & Eunomīj has præstigias dæmonū esse cōfingas, & nō uere clamare dæmones, sed sua si/
mulare tormenta.Do consiliū,ingredere basilicas martyrū, & aliquando purgaberis,inuenies
ibi multos socios tuos,& nequacꝫ cereis martyrū,qui tibi displicent,sed flāmis inuisibilibus cō/
bureris:& tunc fateberis,quod nūc negas:& tuū nomen qui in Vigilantio loqueris libere ꝓcla/
mabis,te esse aut Mercuriū propter nūmorum cupiditatē,aut Nocturnū iuxta Plauti Amphi/
tryonē, quo dormiente, in Alcmenæ adulterio:duas noctes Iupiter copulauit,ut magnæ forti
tudinis Hercules nasceretur,aut certe Liberū patrē pro ebrietate & cantaro ex humeris depen
dente:& semper rubente facie,& spumantibus labīs,effrenatisqꝫ conuitīs. Vnde & in hac,puin
cia cum subitus terremotus,noctis medio omnes de somno excitasset: tu prudentissimus & sa/
pientissimus mortaliū nudus orabas:& referebas nobis Adam & Euam de paradiso: & illi qui/
dem apertis oculis erubuerunt:nudos se esse cernentes,& uerenda texerūt arborum folīs: tu &
tunica & fide nudus, subitoqꝫ timore perterritus: & aliquid habens nocturnæ crapulæ, sancto/
rum oculis obscœnā partem corporis ingerebas,ut tuā indicares prudentiā. Tales habet aduer
sarios ecclesia.Hi duces contra martyrū sanguinē dimicant:huiuscemodi oratores contra apo/
stolos pertonant, imo tam rabidi canes contra Christi latrant discipulos.Ego cōfiteor timorem
meum,ne forsitan de superstitione defendat.Quando iratus fuero,& aliquid mali in meo ani/
mo cogita

A mo cogitauero:& me nocturnũ phantaſma deluſerit: baſilicas martyrũ intrare non audeo: ita totus & corpore & animo pertremiſco. Rideas forſitan,& mulierculariũ deliramẽta ſubſannes. Non erubeſco earum fidem,quæ primæ uiderunt dñm reſurgentẽ, quæ mittuntur ad apoſtolos,quæ in matre dñi ſaluatoris,ſanctis apoſtolis commendantur. Tu ructato cum ſæculi hominibus, ego ieiunabo cum fœminis, imo cum religioſis uiris: qui pudicitiam uultu præferunt, & pallida iugi continentia ora portantes,Chriſti oſtendunt uerecundiam. Videris mihi dolere & aliud,ne ſi inoleuerit apud Gallos cõtinentia & ſobrietas atq; ieiuniũ,tabernæ tuæ lucra non habeãt: & uigilias diaboli ac temulenta cõuiuia,tota nocte exercere nõ poſſis. Præterea iſdẽ ad me relatũ eſt epiſtolis, quod cõtra authoritatẽ apoſtoli Pauli,imo Petri, Iohãnis & Iacobi, qui dextras dederũt Paulo & Barnabæ cõmunicationis:& præceperunt eis,ut pauperũ memores eſſent:tu prohibeas Hieroſolymã in uſus ſanctorũ aliqua ſumptuũ ſolatia dirigi. Videlicet ſi ad hæc reſpondero,ſtatim latrabis meã me cauſam agere,qui tanta cunctos largitate donaſti:ut niſi ueniſſes Hieroſolymã,& tuas uel patronorũ tuorũ pecunias effudiſſes,omnes pericli taremur fame. Ego hoc loquor,quod beatus apoſtolus Paulus,in cunctis pene epiſtolis ſuis loquit̃: & præcipit in eccleſijs gentiũ per unã ſabbati:hoc eſt in die dñico,oẽs cõferre debere,quæ Hieroſolymã in ſanctorũ ſolatia dirigant̃:& uel per diſcipulos ſuos,uel per quos ipſi probauerint:& ſi dignũ fuerit,ipſe aut dirigat,aut perferat qd̃ collectũ eſt. In actibus quoq; apoſtolorũ loquẽs ad Felicem preſidẽ: Poſt ãnos ait plures eleemoſynã facturus in gentẽ meã ueni Hieroſolymã,& oblationes & uota,in quibus inuenerũt me purificatũ in tẽplo. Nũquid in alia parte terrarũ,& in his eccleſijs,quas naſcentes fide ſua erudiebat,quæ ab alijs acceperat diuidere non poterat? Sed ſanctorũ locorũ pauperibus dare cupiebat,qui ſuas pro Chriſto facultatulas relinquentes,ad dñi ſeruitutẽ tota mente cõuerſi ſunt. Longũ eſt nunc, ſi de cunctis epiſtolis eius omnia teſtimonia reuoluere uoluero,in quibus hoc ait:& tota mente feſtinat, ut Hieroſolymã & ad ſancta loca credẽtibus pecuniæ dirigant̃:non in auariciã,ſed in refrigeriũ: non ad diuitias cõgregandas,ſed ad imbecillitatẽ corpuſculi ſuſtentandã,& frigus atq; inediã declinandã. Hac
B in Iudæa uſq; hodie perſeuerante cõſuetudine:nõ ſolũ apud nos,ſed & apud Hebræos, ut qui in lege dñi meditant̃ die ac nocte:& patrẽ non habent in terra,niſi ſolũ deũ, ſynagogarũ, & totius orbis foueant̃ miniſterijs: ex æquitate dũtaxat,nõ ut alijs refrigeriũ, & alijs ſit tribulatio: ſed ut alioꝝ abundantia, alioꝝ ſuſtentet inopiã. Reſpondebis, hoc unumquemq; poſſe in patria ſua facere: nec pauperes defuturos, qui eccleſiæ opibus ſuſtentandi ſint. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiã Iudæis & Samaritanis,ſi tanta ſit largitas,ſtipes porrigendas. Sed apoſtolus faciendã quidẽ docet ad oẽs eleemoſynam,ſed maxime ad domeſticos fidei. De quibus & ſaluator in euangelio loquebatur:Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis,qui uos recipiant in æterna tabernacula. Nunquid iſti pauperes inter quorum pãnos & illuuiem corporis,flagrans libido dñatur,poſſunt habere æterna tabernacula: qui nec præſentia poſſident,nec futura? Nõ em̃ ſimpliciter pauperes,ſed pauperes ſpiritu beati appellant̃:de quibus ſcriptũ eſt:Beatus qui intelligit ſuper ægenum & pauperẽ,in die mala liberabit eũ dñs. In uulgi pauperibus ſuſtentandis nequaq; intellectu, ſed eleemoſyna opus eſt. In ſanctis pauperibus beatitudo eſt intelligẽtiæ:ut ei tribuat,q erubeſcit accipere,& cũ acceperit dolet,metens carnalia & ſeminãs ſpiritalia. Quod aũt aſſeris eos melius facere,q utuntur rebus ſuis,& paulatim fructus poſſeſſionũ ſuarꝝ pauperibus diuidunt,cũq; illos qui poſſeſſionibus uenũdatis,ſemel omnia largiunt̃: non a me eis,ſed a dño reſpondebitur. Si uis eſſe perfectus,uade & uende om̃ia quæ habes,& da pauperibus:& ueni ſequere me. Ad eum loquit̃ qui uult eſſe perfectus,qui cũ apoſtolis patrẽ,nauiculam, & rete dimittit. Iſte quẽ tu laudas ſecundus & tertius gradus eſt, quẽ & nos recipimus, dũmodo ſciamus prima ſecũdis & tertijs præferenda. Nec a ſuo ſtudio monachi deterrendi ſũt a te,lingua uiperea & morſu ſæuiſſimo: de quibus argumentaris & dicis: Si omnes ſe clauſerint & fuerint in ſolitudine:quis celebrabit eccleſias? quis ſæculares hoies lucrifaciet? quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari? Hoc em̃ modo ſi omnes tecũ fatui ſint:ſapiens quis eſſe poterit? Et uirginitas non erit approbanda. Si em̃ oẽs uirgines fuerint,nuptiæ nõ erũt,interibit humanũ genus,infantes in cunis non uagient,obſtetrices abſq; mercedibus mendicabunt, & grauiſſi-

C mo frigore,ſolus atq; contractus dormitantius uigilabit in lectulo.Rara eſt uirtus,nec a pluribus appetitur.Atq; utinam hoc omnes eſſent,quod pauci ſunt:de quibus dicitur:Multi uocati, pauci aũt electi:uacui eſſent carceres.Monachus autem nõ doctoris,ſed plangentis habet officium:qui uel ſe uel mundum lugeat,& dñi pauidus præſtoletur aduentũ:qui ſciens imbecillitatem ſuã,& uas fragile quod portat:timet offendere,ne impingat,corruat atq; frangatur. Vnde & mulierũ maximeq; adoleſcentularũ uitat aſpectũ,& intantũ caſtigator ſui eſt,ut etiã quæ tuta ſunt pertimeſcat. Cur inquies pergis ad eremũ? uidelicet ut te nõ audiam,nõ uideam:ut tuo furore non mouear,ut tua bella non patiar,ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus.Reſpondebis:hoc non eſt pugnare,ſed fugere.Sta in acie,aduerſarijs armatus obſiſte,ut poſtq; uiceris,coroneris.Fateor imbecillitatẽ meã. Nolo ſpe pugnare uictoriæ,ne perdam aliquando uictoriã.Si fugero,gladiũ deuitaui:ſi ſtetero, aut uincendũ mihi eſt,aut cadendũ.Quid aũt neceſſe eſt certa dimittere,& incerta ſectari? Aut ſcuto,aut pedibꝰ mors uitanda eſt.Tu qui pugnas,& ſuperari potes,& uincere:Ego cum fugero,non uincar in eo quod fugio,ſed ideo fugio ne uincar.Nulla ſecuritas eſt uicino ſerpente dormire.Poteſt fieri, ut me nõ mordeat:tamẽ poteſt fieri,ut aliquãdo me mordeat.Matres uocamus, ſorores & filias, & non erubeſcimus uitijs noſtris nomina pietatis obtendere. Quid facit monachus in cellulis fœminarũ? quid ſibi uolunt ſola & priuata colloquia: & arbitros fugiẽtes oculi? Sanctus amor impatientiã non habet.Quod de libidine diximus,referamus ad auariciam, & ad omnia uitia quæ uitantur ſolitudine.Et idcirco urbium frequentias declinamus,ne facere compellamur,quæ nos non tam natura cogit facere q̃ uoluntas.Hæc(ut dixi)ſanctorũ preſbyterorꝝ rogatu,unius noctis lucubratione dictaui,feſtinante admodum fratre Siſinnio,& propter ſanctorũ refrigeria ad Aegyptum ire properante:alioquin & ipſa materia apertã habuit blaſphemiam, quæ indignationẽ magis ſcribentis q̃ teſtimoniorũ multitudinem flagitaret. Quod ſi dormitantius in mea rurſus maledicta uigilauerit,& eodem ore blaſphemo,quo apoſtolos & martyres lacerat, de me quoq; putauerit detrahendũ:nequaq̃ illi breui lucubratiuncula,ſed tota nocte uigilabo,
D & ſocijs illius imo diſcipulis uel magiſtris,qui niſi tumentes uteros uiderint fœminarũ, maritos earum Chriſti miniſterio arbitrantur indignos.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

MVlta in orbe.) Mire a cõuicijs auſpicatur,idq; ſuo more. Centauros.) Centauri monſtra ſunt apud poetas,ſuperne homines,inferne beſtiæ.Onocentauri,inferne aſini.Hippocẽtauri,inferne eq. Onocrotalos.)Aues ſũt mõſtroſæ,a ſtrepitu quẽ ædũt,nõ ita diſſimilẽ aſino rudenti ſic appellatæ.ὄνος aſinus κροτεῖν plaudere ſiue ſtrepere. Sirenas ululas.) Sirenũ fabula notiſſima eſt.Vlulas nõ legimus apud Eſaiam,nec uideo quid habeãt monſtri. Quãq; de nominibus animantiũ nõnihil uariant interpretes.Niſi forte pro ululas,ſcribẽdũ eſt lamias,quarũ meminit Eſaias,quas Hebræi furias eſſe putant. Iob Leuiathan.) Nempe cap.3.Behemoth cap.40. Cerberum.) Tricipitẽ canem apud inferos,quẽ Hercules extraxit in lucem. Stymphalidas.) Aues prodigioſe,quas Hercules occidit,ſimiles Harpyis, a palude ſic appellatæ. Aprum Erimanthiũ.) Refertur & hic inter Herculis labores belua prodigioſæ magnitudinis, ab Erimantho ſic dictus. Leonẽ Nemæũ.) Eſt & hic inter huius labores,a Nemæa ſylua cognominatus. Chimera.) Hoc monſtrũ ita deſcribit Ouidius. Quoq; Chimera iugo medijs in partibus hircũ,Pectus & ora leæ caudam ſerpentis habebat.Quãq; poetæ in hoc monſtro deſcribendo uariant. Hydra multorũ.) Hanc excetram lerneam poſtremo labore uix deuicit Hercules. Cacum deſcribit Ver.) Nempe Aeneidos libro octauo,quẽ ſemihominẽ uocat,& ore uomentẽ ignẽ facit. Triformem Geryonen.) Huic Vergilius dicit fuiſſe tria corpora. Heſiodus τρικέφαλον uocat,id eſt,tripicitem. Et quomodo Euphorbus.) Euphorbus Panthoi filius,tẽpore Troiani belli fuit: cuius meminit Homerus.Huius animã in ſe demigraſſe dixit Pythagoras, & clypeum ſuũ poſt tot ãnos agnouit,quo tũ in bello fuerat uſus. Semen peſſimũ.) Ita legis Eſaiæ cap.14. Non uocabit in terra ſemen peſſimorũ:præparate filios eius occiſioni,in iniquitate patris eorũ. Phaſides.) Quas alias Phaſianos uocant, a Phaſide Scythiæ amne. Carnes ſuillas.) Sues in delitijs fuiſſe apud ueteres,multis locis teſtatur Lucianus,nominatim in Saturnalibus.Quin & Varro Pliniuſq; teſtant hoc animal epulis & cõuiuijs naſci. Caupo Calagurritanus.) Ex Calagurra Hiſpaniæ uico,quidã natũ autumant Quintilianũ rhetorem, diſſentientibus nõnullis eruditis,qui hunc Romæ natũ malint. Quanq; & auus & pater Quintiliani,quintiliani dicti ſunt,non ignobiles & ipſi rhetores. Etiamſi Seneca negat refert̃e, quomodo ſenior Quintilianus declamauerit. Vnde falſe Vigilantium mutũ Quintilianum appellat Hieronymus, quod homo infans in ea regione cauponem ageret,quæ facũdiſſimũ rhetorem ædidiſſet. Et pro rhetore lepide ſuppoſuit cauponem. Strabo Calagurium uocat oppidum, Martialis patriam.
Miſcet aquam uino.) Nam hæc eſt ars cauponũ, quã hodie quoq; nimiũ callent. Idem poſtea feçit in

ſcriptis

A scriptis,quod ante fecerat in caupona sua:illic uitiarat uina,hic scripturas diuinas corrupit. Dauid,Idithun &c.) Palam est nō omnes psalmos a Dauid esse cōpositos.Nam horum quoq; nomine reperiuntur aliquot. Mire autem iunxit psalmos Dauid, cum phialis & placentis, inter quas fœdæ cantiūculæ solent audiri. Nulli cœlibi.) Suspicantur em̄ aut fornicatorē,aut turpius aliquid esse,cui non sit uxor:cū hoc habeāt semel persuasum, neminē absq; libidinis usu uiuere. Equi insanientes.) Ita legis Hieremiæ cap. quinto: Equi amatores & emissarij facti sunt. Fieri em̄ potest.) Propemodum fatetur argumentū de matre & filia reconciliandis, ad morem scholæ declamatoriæ propositū fuisse. Quāq; hic quoq; uafre ludit,& data opera loquitur ambigue,quo pariter & candidus & eruditus lector intelligat qd uelit,nec habeat tamē calumniator quod mordeat. Quod etiā si nō significasset Hieronymus, tamē ipse libri gustus hoc mihi persuaserat. Itaq; si subaudias, sicut illam finxi,palā fatetur sese illā finxisse. Atsi subaudias,dixit fictam,calumniā excludit nō agnoscit crimen. Et uerbis & scientia.) At huic Gennadius orationis politiem tribuit. Cōuenarum natus.) Cōuenæ dicunt̄,qui e diuersis mixti nationibus,in unam coaluerūt ciuitatē, qualis est origo Venetorū. Vectonibus, Arbacis.) Vectonum meminit Strabo libro tertio. Sūt in Hispania uicini Celtiberis. Quāq; hic locus habebatur uarie cōfusus. Sui nominis.) Nam Pompeopolis dicta,quā Pompeius uictis pyratis possidendā tradidit,olim Soloen dictā,& Rhodijs atq; Argiuis possessam. Incurset Galliam.) Qd̄ isti in finitimos gallos latrocinijs incursare cōsueuerint. Moti capitis.) Id est,insanū,sic & cōmotæ mentis uocat Horatius:& Hippocratē pro quouis medico posuit. Balsamū & barbelum.) Hæc sunt illa prodigiosa uocabula,quæ Basilidiani,uelut ex Hebræorum fontibus hausta cōmenti fuerāt,ad decipiendos stultissima superstitione simplices:de quibus alias a nobis est dictū.Huius generis erat & Abraxas,& Leusibora. Thesaurū Manichæi.) Nam is uelut in æterno quodam thesauro duas naturas repositas esse uoluit,quarū una esset principiū omnis mali, altera principiū omnis boni.Hæc quoniam sunt ridicula commenta hominum,& tamen litteris prodita,Hieronymus cōfert cum his libris,quos citabat Vigilantius. Vicinusq; Hiberiæ.) Quod quicquid uehemēter friuolū sit ac portentosum, Hiberas nænias uocent.Porro quæ Basilides tradidit & Manichæus,nō solum impia sunt,sed multo magis prodigiosa,ueluti trecentos sexaginta quinq; cœlos esse,& mundū hunc non a deo fuisse creatū,sed ab extremo illo cœlo.Et Christū nō fuisse crucifixum a Iudæis,sed Simonē Cyrenēsem. Et duo inter se pugnantia principia, lunā & solem, duas esse naues de pura dei substantia fabricatas,quibus animæ in proprias sedes reuehant̄. Ex quinq; elementis,quinq; progenitos principes tenebrarū,atq; id genus innumera deliramenta. In ultimas terras.) Erat olim supplicij genus,deportatio. Porro gra-
B uissimū deportationis genus erat,si quis relegatus fuisset in extremas solitudines. Scorpiacum.) Hūc titulū indiderat suo uoluminī, quod remediū inesset aduersus ictum scorpij. Nam habentur apud Italos parata in hunc usum remedia. Ne maritali.) Aut legendum est,ne nisi maritali &c.aut ne maritale,recludatur cōclaue. Te esse Mercurium.) Quod is præfectus sit lucris:& Vigilantiū fecit cauponem.

Aut Nocturnū.) Sic Plautus appellat deū,qui noctē moderatur. Ad hunc em̄ modū in huius Amphitryone loquit̄ Sosia seruus.Credo ego hac nocte Nocturnū obdormisse ebriū. Quāq; in nōnullis codicibus scriptū erat,Nocturninū. Duas noctes.) Nam una nox uidebatur angustior,ut ingens ille Hercules,& tot certaminibus suffecturus nasceretur. Itaq; Mercurius concūbente Ioue noctem stare iussit,atq; hinc τρίεσπερος Græcis est dictus. Liberum patrem.) Sic poetæ uocant Bacchum uini deum. Effrenatisq; cōuicijs.) Respexit ad ueterē consuetudinē,qua scommata in obuium quenq; magna libertate objiciebantur ab his qui Bacchi sacra peragebant.

ANTIDOTVS.In hoc libello scribit martyres non esse adorādos. Ait em̄: Quis em̄ o insanum caput, aliquādo martyres adorauit? Verum de eo genere sensit adorationis,quod uni deo præstatur:id quod liquet ex his quæ mox subjicit: Quis hominē putauit deum? Præterea uidetur in hac esse opinione,ut putet superstitiosum accendere cereos in honorē sanctorū luce:nec accendēdos,nisi in solatium noctis. cum hodie præcipuus cultus sacrorū sit in cereis. Verum apparet hanc consuetudinem eo sæculo magis toleratam fuisse, q̄ comprobatam:& multa cōmutat ætas. Præterea,quod scribit monachi institutū infirmitatis esse,quasi non sit perfectionis,hoc modestiæ causa ad suam personā retulit. Nam qui fugit omnem peccandi occasionē,nec aliter putat se bonum esse,nisi male facere non liceat:is imbecillitatem suam uidetur agnoscere,& suis diffidere uiribus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit paucis Montani hæretici dogmata,& in quibusdam in quibus uidebatur ecclesiastica consuetudo nonnihil conuenire cum illius institutis,ostendit quid interfit,inter illius errores & ecclesiæ sententiam.Licet autem conijcere Marcellam ob id admonuisse Hieronymū,quod quidam calumniarētur eū de monogamia cum Montani sectatoribus consentire.

HIERONYMVS AD MARCELLAM ADVERSVS MONTANVM.

TEstimonia de Iohannis euangelio congregata, tibi quidam Montani sectator ingessit,in quibus saluator noster se ad patrem iturum missurumq; paracletum pollicetur.Quæ in quod promissa sint tempus, & quo cōpleta sint tēpore, apostolorū acta testāt̄. Decima die dixit post ascensum dn̄i,hoc est quinquagesima post Act. 2

 resurrectionē

C resurrectionem spiritum sanctum descendisse,linguasq; credentiũ esse diuisas: ita ut unusquisq; omniũ gentium sermone loqueretur:quãdo quidam adhuc parum credentiũ,musto eos ebrios asserebant:& Petrus stans in medio apostolorum omnisq; conuentus ait:Viri Iudæi,& omnes qui habitatis in Hierusalem:hoc uobis notum sit:& auribus percipite uerba mea. Non em̃ sicut uos existimatis hi ebrij sunt:nã est hora diei tertia: sed hoc est quod dictũ est per Ioel prophetam:In nouissimis diebus dicit dominus:Effundam de spiritu meo in omnem carnem,& ꝓphetabunt filij & filiæ eorum:& iuuenes uisiones uidebunt,& seniores somnia somniabunt: & quidem in seruos meos & ancillas, effundam de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus super quẽ dñs fundauit ecclesiam,& prophetiam & promissionem domini,illo tempore completam memorauit, quomodo possumus nobis aliud tempus uindicare? Quod si uoluerint respondere:& Philippi deinceps quatuor filias prophetasse, & prophetã Agabum reperiri,& in diuisionibus spiritus inter apostolos & doctores, ꝓphetas quoq; apostolo scribente formatos:ipmq; Paulum apostolum, multa de futuris hæresibus,& de fine sæculi prophetasse:sciant a nobis nõ tam prophetiam repelli, quæ domini est signata passione:quã eos nõ recipi, qui cum scripturæ ueteris & nouæ authoritate non congruant. Primum in fidei regula discrepamus. Nos patrem & filium & spiritum sanctum in sua unumquẽq; persona ponimus,licet substantia copulemus: illi Sabellij dogma sectantes,trinitatem in unius personæ angustias cogunt. Nos secundas nuptiás,non tam appetimus,q̃ concedimus,Paulo iubente,ut uiduæ adolescentulæ nubãt:illi in tantum putant scelerata cõiugia iterata, ut quicũq; hoc fecerit adulter habeatur. Nos unã quadragesimam secundum traditionem apostolorum,toto anno,tempore nobis congruo ieiunamus: Illi tres in anno faciunt quadragesimas,quasi tres passi sint saluatores. Non quo & per totum annum, excepta Pentecoste ieiunare non liceat,sed quod aliud sit necessitate,aliud uoluntate munus offerre. Apud nos apostolorum locum episcopi tenent:apud eos episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiæ patriarchas. Secũdos quos appellant Cenones:

D atq; ita in tertium,id est,pene ultimum locum episcopi deuoluuntur,quasi exinde ambitio sior religio fiat,si quod apud nos primum est,apud illos nouissimum sit. Illi ad omne pene delictũ ecclesiæ obserant fores,nos q̃tidie legimus: Malo pœnitentiã peccatoris q̃ mortẽ. Et nũqd qui cadet non resurget,dicit dominus? Et cõuertimini ad me filij conuertentes,& ego curabo contritiones uestras. Rigidi autem sunt, non quo & ipsi peiora non peccent: sed hoc inter nos & illos interest, quod illi erubescunt cõfiteri peccata,quasi iusti:nos dũ pœnitentiã agimus,facilius ueniam promeremur. Prætermitto scelerata mysteria, quæ dicuntur de lactente puero: & de uicturo martyre cõfarrata. Malo inquã nõ credere:sit falsum omne quod sanguinis est. Aperta est conuincenda blasphemia dicentium:deũ primum uoluisse in ueteri testamẽto per Moysen, & prophetas saluare mundum: sed quia non potuerit explere,corpus sumpsisse de uirgine, & in Christo sub specie filij prædicantem,mortem obisse pro nobis. Et quia per duos gradus mundum saluare nequiuerit,ad extremum per spiritũ sanctum in Montanum Priscam & Maximillam insanas fœminas descendisse,& plenitudinẽ quã Paulus nõ habuerit dicẽs:Ex parte cognoscimus, & ex parte ꝓphetamus, & nũc uidemus per speculũ in ænigmate,abcisum & semiuirũ habuisse Montanũ. Hæc sunt quæ coargutiõe nõ indigẽt:perfidiã eorꝝ exposuisse,superasse est. Nec necesse est ut singula deliramẽta q̃ ꝓferũt,breuior epistolæ sermo subuertat,cũ & tu ipsas scripturas apprime tenẽs,nõ tã ad eorꝝ mota sis q̃stiões,q̃ qd sentirẽ a me uolueris scisciatari.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

INgessit.) Recte ingessit, de re improba ac molesta. In hoc autem ingesserat, ut ostenderet quæ illic promittuntur,in apostolis nondum fuisse completa. Nam ille promiserat:ille uos docebit omnia, & apostoli quædã ignorabant. Prophetã Ioel.) Est apud hũc cap. secundo. Super quem fundauit.) Hoc in præsentia detorquet ad cõmẽdationem Petri. Neq; enim Petrus est fundamentum ecclesiæ: cum Paulus dicat: Fundamentũ aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Nam quod in euangelio dictum est: Et super hãc petram,fundabo ecclesiam meam,ego saluo aliorum iudicio,intelligo,super isthãc de me confessionẽ,quã Petrus afflatus a patre pronũciarat: Tu es Christus filius dei uiui,ꝑ quã Petrus erat solidus,& non arundo,uulgarium opinionum uentis agitata. Nam quod hic Petro dixit dominus, Beda putat ad omnes apostolos pertinere: præsertim cum idem postea mandans illis apostolicum munus: Accipite spi-

ritum

A ritum ſanctum, quorũ remiſeritis &c. omnibus ex æquo mandat. Porro quod poſtea ſit caput cõſtitutũ, id Hieronymꝰ putat in ſchiſmatis remediũ eſſe factũ. Et Philippi dein.) Legis in actis apoſt. cap. 21. Et ꝓphetam Agabũ.) Is prædixit famẽ futuram in toto orbe. Legis in Actis apoſtolorũ cap. 11. Illi Sabellij dogma.) Hæc hæreſis a uarijs authoribus, ſed idem ſentientibus diuerſa repperit cognomina. Nam eadẽ & Sabelliana & Noetiana uocatur. Docebant Chriſtum eundem eſſe patrem & filium & ſpiritũ ſanctũ, ut refert Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Excepta pentecoſte.) Id eſt quinquageſima, ſic enim appellat interuallũ inter paſca & diẽ pentecoſtes. Iterata cõiugia.) Cataphryges em̃, quos Mõtanus in duxit, iteratas nuptias ꝓ fornicatiõe habebãt. De pepuſa Phrygiæ.) Mõtanus Phryx erat, unde & huiꝰ ſectatores, ut modo dixi, Cataphryges ſunt dicti. Cæteꝝ Pepuſã quidã arbitrant̃ Montani uillã fuiſſe, & ꝓphetiſſaꝝ illiꝰ Maximillæ & Priſcillæ, quã ob id appellarint Hieruſalẽ, qd̃ illic uixerit, in quẽ ſpũs ſanctꝰ a Chriſto ꝓmiſſus deſcẽderit. Vnde & Pepuſani ſũt dicti. Apud hos & mulieres ſacerdotio funguntur. Author Auguſtinꝰ. Quos appellãt Cenones.) Vocabulo ni fallor Phrygio barbaroꝝ, quo magis ſit ridiculũ. De lactente puero.) Sanguinẽ quẽ minutis punctionibꝰ foſſo pueri ãniculi corpore excipiũt, miſcẽt farinæ, atq; inde panem conficiunt: unde conſecrant euchariſtiam. Quod ſi contingat pueꝝ mori, pro martyre habetur: ſin uixerit, pro magno ſacerdote. Et ex parte prophetamus.) Sic em̃ interpretãtur quod ſequitur, Cum aũt uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt: quaſi Paulus ſcintillam dumtaxat acceperit ſpiritus ſancti: in Montanum aũt totus deſcenderit. Semiuirum.) Quod Phrygij ſacerdotes Cybelis ſoleant caſtrari. Et abſurdum eſt ei perfectum tribui, qui ipſe perfectus non fuerit uir, ſed ſemiuir. Ita Vergilius de Troianis, qui & ipſi Phryges uocantur: Cum ſemiuiro comitatu.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ripariꝰ preſbyter ſummo ſtudio adnitebatur, ut eccleſias ab hæreticorũ dogmatis purgaret. Vnde & aduerſus Vigilantium incitauerat Hieronymũ. Huic ſcripſerat de ſuo conatu, & uiciſſim ex Hieronymo cupiebat diſcere, qd actũ eſſet de dogmatis Origenicis, quæ ꝓ Ruffinũ & illius ſectatores inſtaurabant̃.

HIERONYMVS RIPARIO.

CHriſti te aduerſum hoſtes catholicæ fidei bella bellare, & tuis litteris & multorum relatione cognoui, uentoſq; eſſe cõtrarios: & in perditionẽ mutuã fautores eſſe perditiõis, qui defenſores ſæculi eſſe deberent: tamẽ ſcias in hanc ꝓuinciã, nullis humanis auxilijs, ſed proprie Chriſti ſententia pulſum eſſe, non ſolũ de urbe, ſed de Palæ
B ſtinæ quoq; finibus Catilinã: noſq; dolere plurimũ, quod cũ Lentulo, multi cõiuratiõis ſocij remanſerũt, qui in Ioppe remorant̃. Nobis autẽ melius uiſum eſt locum mutare, q̃ fidei ueritatẽ: ædificiorũq; & manſionis amœnitatẽ amittere, q̃ eoꝝ cõmunione maculari, quibus impræſentiarũ, aut cedendũ erat, aut certe quotidie nõ lingua, ſed gladijs dimicandũ. Quanta autem paſſi ſimus, & quomodo excelſa manus Chriſti pro nobis in hoſtẽ ſæuierit, puto te celebri nuntio omniũ cognouiſſe. Quæſo ergo te, ut arreptũ opus impleas, nec patiaris te præſente, non habere Chriſti eccleſiam defenſorem. Certe ſcit unuſquiſq;, quod uel tibi ſufficiat pro uirili parte: quia nõ uiribus corporis, ſed charitate animi dimicandũ, quæ ſuperari nũq̃ poteſt. Sancti fratres, qui cũ noſtra ſunt paruitate, plurimũ te ſalutant. Puto autẽ & ſanctũ fratrẽ Alentiũ diaconum, tuæ dignationi cuncta narrare fideliter. Incolumem te & memorem mei, Chriſtus dñs noſter tueatur omnipotens, dñe uere ſancte & ſuſcipiende frater.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

CHriſti te.) Chriſti bella uocat dimicatiões aduerſus hæreticos. Vẽtos eſſe cõtrarios.) Quia parũ ſuccedebat, idq; propter ſtudia fauentium, & inter ſe diſſidentiũ epiſcoporũ. Defenſores ſæculi.) Id eſt, ſuorum temporũ: nimirũ aut epiſcopos intelligit, aut imperatores, inter quos & ipſos ſæpe diſſidium erat, & aliquoties hæreticis fauebãt, præſertim Arrianis. Finibus Catilinam.) Ruffinũ ni fallor ſentit. Verũ ob metũ uſus eſt allegoria, quod fere facit, quoties illum inſectatur: cuius dogmata primũ prodita ſunt, ac damnata opera Marcellæ. Deinde in Syria quoq; propulſata Epiphanij opera & Theophili epiſcopi Alexandrini, neq; non opera Paulæ & diui Hieronymi. Nam cœperat ea peſtis late iam ſerpere. Pulchre autem quadrat, quod ut Catilinæ coniuratio, ita horum hæreſis per fœminam detecta fuerit. Niſi forte totum hunc locum mauis ad Arrianam referre hæreſim, & pulſum Catilinam, ad Arrium ipſum preſbyterum Alexandrinũ. Cum lentulo. Ita uocat ſocios Arrij qui illius dogma defendebant. In Ioppe.) Oppidum eſt maritimum Palæſtinæ, ſiue quia uere illic reſederant amici Arrianorum, ſiue quod innuat, eos ipſos paratos ad fugam: ſed magis opinor uere, quod Hieronymus ob illorũ uiciniam cogatur mutare locũ. Nõ lingua ſed gladijs.) Nam Ruffinus per litteras Hieronymo mortem fuerat minatus. Niſi ut dixi mauis de Arrianis, qui rem ferro gerebãt plærũq;. Atq; hæc ſentẽtia mihi magis probatur, quod opinor cũ hæc ſcriberet Hieronymus, ad huc illi conueniſſe cum Ruffino.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

De eadem re tractat, de qua ſuperior, licet ſtilus non admodum ſapit Hieronymum, tamen ſuo loco

reliquimus

C reliquimus. Alioqui ubi legimus Hieronymi domũ,hæreticorum perſecutionibus fuiſſe ſubuerſam.Niſi forte hoc ſentit de mutata ſede: qua de re meminit in epiſtola ſuperiore.

HIERONYMVS APRONIO.

NEſcio qua tentatione diaboli factũ ſit: ut & tuus labor & ſancti Innocẽtij preſbyteri induſtria,& noſtrũ deſyderiũ ad præſens nequaq; uideatur habere effectũ.Deo gratia, quod te ſoſpitẽ & fidei calore feruentẽ,inter ipſa tentamẽta diaboli cognoui.Hoc meũ gaudiũ eſt,quando in Chriſto audio filios meos dimicare: & iſtũ çelũ in nos ipſe cõfirmet cui credimus: ut pro fide eius ſanguinẽ uoluntarie fundamus.Euerſam nobilem domũ funditus doleo: & tamen quid in cauſa ſit,ſcire nõ potui.Neq; eñ portitor litterarum noſſe ſe dixit.Vnde dolere poſſumus pro amicis cõmunibus & Chriſti, qui ſolus potẽs & dñs eſt:& eius clæmentiã deprecari: licet ex parte dei mereamur offenſam, qui inimicos dñi fouerimus.Optimũ autẽ facies,ſi cunctis rebus omiſſis,orientẽ & præcipue ſancta loca petas,Hic eñ quieta ſunt omnia.Et licet uenena pectoris non amiſerint:tamen os impietatis non audent aperire: ſed ſunt ſicut aſpides ſurdæ & obturantes aures ſuas. Sanctos fratres ſaluta. Noſtra aũt domus ſecundũ carnales opes,hæreticor; perſecutiõibus penitus euerſa, Chriſto propitio, ſpiritalibus diuitijs plena eſt.Melius eſt eñ panẽ manducare, q; fidem perdere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hanc epiſtolam ſcripſit,cum primũ in Syriam demigraſſet,& in ea habitaret parte,quæ Antiochiæ proxima eſt.Quo tempore factiones Arrianorũ,q;q; expulſæ plæriſq; locis,tamen in aliquot adhuc eccleſijs, aut regnabãt,aut ambiebant regnũ.Antiochena eccleſia,iam pridem magnis rerum uicibus iactata,uidebatur adhuc Arrianam hæreſim ſapere, & tres hypoſtaſes, ab omnibus exigebat. Eam profeſſionem Hieronymus ſuſpectã habens, cõſulit Damaſum Romanæ urbis epiſcopũ,ut ſuis litteris ſignificet,num eam ſequi debeat:præmonens illũ,uenenũ latere in uerbis, ne Campenſibus id ambientibus aſſentiatur. Eſt autem epiſtola accuratius ſcripta,utpote ad eruditũ pontificem,de re quæ cordi erat.

HIERONYMVS DAMASO.

D QVoniam uetuſto oriens inter ſe populorum furore colliſus,indiſſciſſam dñi tunicã & deſuper textam minutatim per fruſta diſcerpit:& Chriſti uineam exterminant uulpes, ut inter lacus cõtritos,qui aquã nõ habent,difficile ubi fons ſignatus,& hortus ille cõcluſus ſit,poſſit intelligi: Ideo mihi cathedram Petri & fidem apoſtolico ore laudatã cenſui conſulendam:inde nũc meæ animæ poſtulans cibum,unde olim Chriſti ueſtimẽta ſuſcepi.Neq; uero tanta uaſtitas elementi liquentis,& interiacens longitudo terrarum, me a precioſæ margaritæ potuit inquiſitione prohibere.Vbicũq; fuerit corpus,illuc cõgregantur aquilæ.Profligato a ſobole mala patrimonio:apud uos ſolos incorrupta patrũ ſeruatur hæreditas.Ibi ceſpite terra fœcundo,dñici ſeminis puritatẽ cẽteno fructu refert.Hic obruta ſulcis frumenta,in loliũ auenaſq; degenerant.Nũc in occidente ſol iuſticiæ oritur:in oriente aũt lucifer ille qui ceciderat,ſupra ſydera poſuit thronũ ſuum. Vos eſtis lux mũdi, uos ſal terræ,uos aurea uaſa & argentea: hic teſtacea uaſa uel lignea,uirgã ferream & æternũ operiunt incendiũ. Quã q; igit tui me terreat magnitudo,inuitat tamen humanitas.A ſacerdote uictimã ſalutis,a paſtore præſidiũ ouis flagito.Faceſſat inuidia:Romani culminis recedat ambitio,cũ ſucceſſore piſcatoris,& diſcipulo crucis loquor.Ego nullũ primũ,niſi Chriſtũ ſequens,beatitudini tuæ,id eſt,cathedræ Petri cõmunione cõſocior:ſuper illã petram ædificatam eccleſiã ſcio. Quicũq; extra hãc domũ agnũ comederit,prophanus eſt.Si quis in arca Noe nõ fuerit,peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus ad eam ſolitudinẽ cõmigraui,quæ Syriam iuncto Barbariæ fine diſterminat:nec poſſum ſanctũ dñi tot interiacẽtibus ſpatijs a ſanctimonia tua ſemp expetere: Ideo hic collegas tuos Aegyptios cõfeſſores ſequor:& ſub onerarijs nauibus,parua nauicula delitesco.Non noui Vitalẽ,Meletium reſpuo,Ignoro Paulinũ.Quicũq; tecũ non colligit,ſpargit, hoc eſt,qui Chriſti nõ eſt,Antichriſti eſt.Nunc igitur prohdolor poſt Nicenam fidẽ, poſt Alexandrinũ iuncto pariter occidente decretũ,triũ hypoſtaſeon ab Arrianorũ præſule & Campẽſibus, nouellum a me homine Romano nomen exigitur.Qui quæſo iſta apoſtoli prodidere? Quis nouus magiſter gentiũ Paulus hæc docuit? Interrogemus,quid tres hypoſtaſes poſſe arbitrent intelligi. Tres pſonas ſubſiſtentes aiũt.Reſpõdem9 nos ita credere.Nõ ſufficit ſenſus,iꝑm nomẽ efflagitãt, quia neſcio qd ueneni in ſyllabis latet.Clamam9,ſi qs tres hypoſtaſes,aut tria

enypoſtata

A enypoſtata,hoc eſt tres ſubſiſtentes pſonas nō cōfitetur, anathema ſit.Et quia uocabula nō edi ſcimus,hæretici iudicamur. Si quis autem hypoſtaſin uſian intelligens: non in tribus perſonis unam hypoſtaſin dicit:alienus a Chriſto eſt:& ſub hac confeſſione,uobiſcum pariter cauterio unionis inurimur.Diſcernite ſi placet obſecro,non timebo tres hypoſtaſes dicere:ſi iubetis,con datur noua poſt Nicenam fides:& ſimilibus uerbis,cum Arrianis confiteamur orthodoxi.To/ta ſæcularium litterarum ſchola nihil aliud hypoſtaſin,niſi uſian nouit.Et quis rogo ore ſacrile/go tres ſubſtantias prædicabit? Vna eſt dei & ſola natura,quæ uere eſt. Id enim quod ſubſiſtit, non habet aliunde,ſed ſuum eſt.Cætera quæ creata ſunt, etiam ſi uidentur eſſe non ſunt, quia aliquādo non fuerūt: & poteſt rurſum non eſſe,quod non fuit.Deus ſolus qui æternus eſt,hoc eſt qui exordiū nō habet, eſſentiæ nomē uere tenet. Idcirco & ad Moyſen de rubo loquit̄:Ego ſum qui ſum.Et rurſum:Qui eſt,me miſit.Erant utiq; tunc angeli,cœlum,terra,maria. Et quo/modo cōmune nomen eſſentiæ, proprie ſibi uindicat deus? Sed quia ille ſola natura eſt perfe/cta:& in tribus perſonis deitas una ſubſiſtit,quæ eſt uere & una natura eſt:qſquis tria eſſe, hoc eſt tres eſſe hypoſtaſes,id eſt,uſias dicit:ſub nomine pietatis,tres naturas conatur aſſerere.Et ſi ita eſt:cur ab Arrio parietibus ſeparamur,perfidia copulati? Iungātur cum beatitudine tua Vr ſicinus, cū Ambroſio ſocietur Auxentius. Abſit hoc a Romana fide:ſacrilegiū tantū,religioſa populorum corda non hauriant.Sufficiat nobis dicere,unam ſubſtantiā,tres perſonas ſubſiſtē tes,perfectas,æquales,coæternas.Taceantur tres hypoſtaſes:ſi placet,& una teneatur.Nō bo/næ ſuſpitionis eſt, cum in eodem ſenſu uerba diſſentiūt. Sufficiat nobis memorata credulitas.

Aut ſi rectū putatis tres hypoſtaſes cū ſuis interpretatiōib⁹ debere nos dicere,nō negamus. Sed mihi credite,uenenū ſub melle latet,tranſſigurauit ſe angelus Satanæ in angelū lucis.Bene interpretant̄ hypoſtaſin,& cū id qđ ipſi exponunt habere me dicā, hæreticus iudicor. Quid tā anxie unū uerbū tenēt? Quid ſub ambiguo ſermone latitant? Si ſic credūt,ut interpretant̄,nō
B damno quod retinent. Si ſic credo,ut ipſi ſentire ſe ſimulāt,permittant & mihi meis uerbis ſuū ſenſum loqui. Quāobrem obteſtor beatitudinem tuā per crucifixum, mundi ſalutē,per ho/mouſion trinitatem:ut mihi epiſtolis tuis,ſiue tacendarum,ſiue dicēdarum hypoſtaſeon detur authoritas.Et ne forte obſcuritas loci,in quo dego te fallat,per baiulos litterarum ad Euagrium preſbyterum,quem optime noſti dignare ſcripta tranſmittere,ſimul etiam cui apud Antiochiā debeam cōmunicare ſignifices: quia Campenſes cū Tharſenſibus hæreticis copulati,nihil aliud ambiunt,cū ut authoritate cōmunionis ueſtræ fulti,treis hypoſtaſes cū antiquo ſenſu p̄dicent.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

VEtuſto.) Nam antiquiſſimæ hæreſes ex oriente ſunt ortæ, hoc eſt,Syria Phrygiaq;. Inſ diſſciſſam.) Sic em̄ interpretatur dn̄i tunicam inconſutilem: nempe concordiam eccleſiæ catholicæ. Et Chriſti uineam.) Interpretatur illud quod eſt in cantico myſtico cap.2. Ca/pite nobis uulpes paruulas,quæ demoliuntur uineas. Lacus contritos.)Alludit ni fallor, ad illud quod eſt in epiſtola Petri ſecunda cap.2.Hi ſunt fontes ſine aqua & nebulæ turbini/bus exagitatæ.Quibus uerbis hæreticos deſcribit. Fons ſignatus.) Hūc opponit lacubus cōtritis,& ec/cleſiæ ueritatē intelligit. Elemēti liquētis.) Sic appellat mare:ita Vergilius, Campoſq; liquētes. Vbi cūq; fuerit corpus.) Locus eſt Lucæ cap.17.Corpus,intelligit Chriſtum,aquilas pios: luxta illud: Sancto rū uelut aquilæ iuuētus renouabit̄. Profligato.)Id eſt profuſo.Alluſit ad parabolā euangelicā de filio p digo & frugi. Seminis puritatē.) Semen accipit,euangelicā doctrinā.Atq; hæc mira extulit grandilo quentia,ac pompa uerborum. Obruta ſulcis.) Conduntur em̄ ſemina, idq; in ſulcis arui potiſſimum.

Patrum ſeruatur.) Opinor legendum,patris.Meminit em̄ parabolæ euangelicæ. In lolium auenaſq;.) Eleganter dixit,degenerant.Nam hæc non ſunt ſui generis,ſed ex degenerantibus frumentis,& uelut in aliam ſpeciem tranſeuntibus. Idcirco ſuperius dixit,referunt puritatem,quod oppoſuit degenerationi.

Nunc in occidente.) Nam Romam in occidente ponunt,& occidentalis uocatur eccleſia. Hic fides in/tegra ſeruabatur,cū oriens uarijs erroribus diſſideret. Aurea uaſa.) Alluſit ad locū q eſt in ſecunda ad Timotheum epiſtola cap.2.de uaſis diuerſis in magna domo. Virgam ferream.) Alluſit ad illud pſal/mographi. Cōfringes eos in uirga ferrea. Et æternū operiūtur.) Hoc ad lignea uaſa retulit. A ſacerdo te uictimā.) Argutiſſima diſtributio: paſtoris eſt tueri gregē:ſacerdotis dare uictimā.Victimā aūt ap/pellat ſacrā doctrinā, qua populus paſcitur. Faceſſat inuidia.) Inuidiam uocat,atrocitatē & odiū,quod odioſum ſit ad hunc modum interpellare Romanum pontificem.Et Flagitamus,quod exigimus impro be. Cum ſucceſſore piſcatoris.) Oſtendit Romanum pontificem oportere ab omni faſtu alieniſſi/mum eſſe, qui piſcatori ſucceſſerit, & qui crucifixi uices gerat, hoc eſt, humillimi.

Super

C Super illam petram.) Non ſuper Romam. Nam fieri poteſt ut Roma quoq; degeneret, ſed ſuper eam fidem, quam Petrus profeſſus eſt, & hactenus Romana ſeruauit eccleſia, qua non alia minus laborauit hæreſibus. Extra hanc domum.) Hic Hieronymus omnino uidetur ſentire omnes eccleſias debere ſub eſſe Romanæ ſedi. Pro meis facinoribus.) Id eſt, acturus pœnitentiã. Syriam iũcta Barbariæ.) Eſt uaſtiſſima ſolitudo inter Syriam & Agarenos ſiue Saracenos, in qua primum uixit Hieronymus: aut certe ſecundo, hoc eſt poſt primam migrationem. Sanctum domini.) Vult eximi a communione Antiochenæ eccleſiæ, & ſubijci Romanæ. Sanctũ domini, uocat corpus Chriſti. Collegas tuos.) Adhærentes Romanæ ſedi confeſſores, uocat ſanctos monachos, uel potius epiſcopos. Nam illic erat Theophilus Alexandrinus. Onerarijs nauibus.) Quæ maximæ ſunt. Ignoro Paulinum.) Is fuit Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus a Lucifero inſtitutus, cæteri quoq; eiuſdem eccleſiæ fuerant epiſcopi, qui nec ipſi Arrianæ hæreſeos nota caruerunt. Nam Vitalis uigeſimus eiuſdem eccleſiæ fuit epiſcopus. Paulinus uigeſimus ſecundus. Pro Mileſio repoſuimus Meletium, ex ipſo diui Hieronymi Catalogo, in quo decem & ſeptem enumerat epiſcopos, quos hoſtes potius habẽdos putat quam epiſcopos. Meletius autem prius Sebaſte Armeniorũ epiſcopus, ab Arrianis Antiochiam trãſlatus fuit, in qua habita ſynodo, reiectoq; uerbo homouſij, Macedonianum dogma uindicarunt. Nicena Synodus.) Ea prima fuit, ad quam conuenerãt trecẽti & octodecim epiſcopi: in hac damnatus eſt Arrianus error de homouſio, hoc eſt, quo negabant patrem, filium & ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe eſſentiæ. Eſt autem Nicea oppidum Bithyniæ.

Poſt Alexandrinum.) Nam huius eccleſiæ primum fuerat preſbyter Arrius. Vnde depulſus totum fere mundum traxit in ſuum errorem, fauentibus aliquoties & imperatoribus. Ac parũ abfuit, quin Romam quoq; poſſederit. Vnde legimus poſt damnatum in Nicena Synodo Arrium, rurſum Alexandriæ cõſediſſe epiſcopos, inter quos fuerint & Romani aut certe occidentalis eccleſiæ nõnulli, & ob id ante collegas uocat. Id factum eſt Athanaſio ac cæteris epiſcopis per Cõſtantem imperatorem ab exilio reuocatis. Trium hypoſtaſeon.) ὑπόσασις Græcis uarie ſignificat. Aliquando ſubſtantiam, ut in epiſtola ad Hebræos, χαρακτὴρ ὑποστάσεως, id eſt, figura ſubſtantiæ. Aliquoties fundamentum aut materiã, ut ad Hebræos Fides eſt ſubſtãtia rerũ ſperandarũ ὑπόσασις. & ad Corinthios, in hac ſubſtãtia gloriæ, ἐμ ταύτῃ ὑπόσασῃ. Philoſophi ſubſtantiã uocãt, quæ nõ ſit accidens, uel quod p ſe ſit & nõ inſit, uel qđ ſubſtet accidentibꝰ. Græci tres hypoſtaſes ponũt, accipiẽtes hypoſtaſin pro perſona. Porro uox ea inaudita erat Romanis. Cam penſibꝰ nouellũ.) In fine huiꝰ epiſtolæ ſcribit, Cãpenſes cũ Tharſẽſibus hæreticis copulatos fuiſſe. Porro Campe Græce ſonat flexus, & Ptolæmeus Cãpas Ciliciæ partẽ facit, ni fallor eã, qua inflexo littore Iſſici ſinus deflectit ad Syriam qua uicina eſt Antiochia iuxta Chalcidem. Vſian.) οὐσίαμ, quod Quintilianus uertit eſſentiam. Nam hypoſtaſis ambiguũ eſt nomen.

D Cauterio inurimur.) Cauterium καυτήριομ ferrum eſt ignitum, quo inuruntur notæ. Id olim fiebat tyronibus ad militare ſacramẽtum admittendis. Ad quod hic alludit Hieronymus loquẽs de baptiſmo. Per homouſiã.) Homouſion arbitror legẽdũ. Nam eſt cõmunis generis ὁμούσιομ, ut ſit adiectiuum, ob ὁμοῦ ſimul, & οὐσία eſſentia, hoc eſt eiuſdem ſiue conſimilis eſſentiæ. Sæcularium litte.) Hoc eſt philoſophorum, ut dictum eſt. Vna eſt.) Sic ordina, Vna & ſola dei natura eſt, hoc eſt uere habet eſſe. Quod ſubſiſtit.) Exponit uocem hypoſtaſis dictam παρὰ τὸ ὑποστάναι, hoc eſt a ſubſiſtendo. Vrſinus.) Vrſicinum opinor legẽdum. Nam hic diaconus Damaſo in ſuſcipiendo pontificio cõpetitor fuit, res in baſilica Sicinini ferro geſta eſt, adeo ut multi utrinq; ceciderint. Sed uicit Damaſus, Vrſicinus in Neapolitanam eccleſiam tranſfertur. Apparet autẽ hunc Vrſicinum Arrianæ factionis fuiſſe, cuius fuit & Liberius, qui tertius a Damaſo præceſſit. Ambroſio ſocietur Auxentius.) Auxentius præceſſit Ambroſium, ſed Arrianæ factionis. Poſt cuius ſeram mortem Ambroſio ſubrogato, omis Italia ad rectam fidem conuertitur. Obſcuritas loci.) Quoniã in humili & ignoto loco latitabat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cum uehementer uexaretur Hieronymus, & Damaſus non reſponderet, de eadem re iterũ interpellat, blandicijs & obteſtationibus adnitens ut impetret reſponſum.

HIERONYMVS DAMASO.

IMportuna in euangelio mulier, tandem meruit audiri: & clauſo cum ſeruis oſtio: media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipſe qui nullis contra ſe uiribus ſuperari poteſt, publicani precibus uincitur. Niniue ciuitas, quæ peccato perijt, fletibus ſtetit. Quorſum iſta tam longo repetita principio? uidelicet, ut paruum magnus aſpicias: ut diues paſtor, morbidam non contemnas ouem. Chriſtus in paradiſum de cruce latronem intulit. Et ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret, fecit homicidij pœna martyrium. Chriſtus, inquam prodigum filium reuertentẽ lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, una ouicula quæ remanſerat: humeris boni paſtoris aduehitur. Paulus ex perſecutore fit prædicator, oculis carnalibus excæcatur: ut mente plus uideat: & qui uinctos Chriſti famulos ducebat ad concilium Iudæorũ: ipſe poſtea etiã de Chriſti uinculis gloriatur. Ego igitur, ut ante iam ſcripſi, Chriſti ueſtem in Romana urbe ſuſcipiens, nũc Bar-

baro

A baro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuisse sentẽtiam, quid mererer, ipse cõ stitui. Verum (ut ait gentilis poeta) Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit. Ita me inceſſabilis inimicus poſt tergum ſecutus eſt, ut maiora in ſolitudine bella nũc patiar. Hinc em̃ p̃ſidijs fulta mundi Arriana rabies fremit. Hinc in tres partes ſciſſa eccleſia ad ſe rapere me feſti/nat. Monachorum circa manentium, antiqua in me ſurgit authoritas. Ego interim clamito, ſi qs cathedræ Petri iungitur, meus eſt. Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi hærere ſe dicũt, poſſem credere, ſi hoc unus aſſereret. Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obteſtor beatitudi/nem tuam, per crucem domini, per neceſſarium fidei noſtræ decus, per paſſionẽ Chriſti, ut qui apoſtolos honore ſequeris, ſequaris & merito: ita in ſolio cum duodecim iudicaturus ſedeas: ita te alius ſenem cum Petro cingat: ita municipatum cœli cum Paulo conſequaris: ut mihi litteris tuis apud quem in Syria debeam cõmunicare ſignifices. Noli deſpicere animam, pro qua Chriſtus mortuus eſt.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

IMportuna in euangelio.) De Chananæa ſentit, de qua legis Matthæi cap. 15. Et clauſo cum ſeruis.) De improbo petitore panis: legis Lucæ cap. 11. De uinculis gloriatur.) Vinctus in dño: & in carceribꝰ ſæpe. Chriſti ueſtẽ.) Nempe in baptiſmo, niſi mauis accipere de preſbyterio. Hoc dicit ut oſtendat, a quo honore, quo ſe pœnitẽtiæ cauſa deiecíſſet. Syriæ limite.) Qui Syriã a Saracenis diſterminat. Ipſe quid mererer.) Suapte ſponte relegatus fuit in uaſtã illã ſolitudinem, non ab alio damnatus, uelut pœnam irrogans ſibi, quo peccata lueret adoleſcentiæ. Cœlum non animum mutat.) Horatij carmen ex epiſtolis, in eos qui commutato loco putant ſe felicius uicturos, cum fruſtra mutetur cœlum, ſi idem animus circũferatur. Præſidijs fulta mundi.) Hoc eſt fauore imperatoris & armis militũ. In treis parteis.) Vel propter treis hypoſtaſes, uel ꝓpter tres epiſcopos, inter ſe certantes, Meletium, Vitalem atq; Paulinum. Ita in ſolio.) Obteſtantis eſt ſermo. Ita te alius.) Alludit ad prædictum a Chriſto Petri martyriũ: Cum autem ſenueris, alius cinget te, & ducet quo nõ uis. Optat aũt Damaſo martyrium. Quid ſi quis ad eundem modum obteſtatus fuiſſet Iulium ſecundum? Quid impetraſſet? crucem opinor. Municipatum cœli.) Quod Paulus municeps fuerit Romanæ urbis, natus in Tharſo Ciliciæ.

B

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

NVlla hæreſis grauius afflixit totius orbis eccleſias, q̃ Arrianorum, adeo ut Romanum quoq; pontificem & ipſos inuoluerit imperatores. Ac tota res pendebat a duobus uocabulis. Cæteri treis hypoſtaſes ob uocabuli nouitatẽ exhorrebant. Arriani οὐσίαμ & ὁμούσιομ uelut inaudi tas uoces refugiebãt. Sed Arriani hoc fuere peſtilentiores, quod ſæcularibus litteris & Ariſtotelicis argutijs eſſent inſtructi, qd̃ hic & ipſe teſtaẽ Hieronymus. Ea nata fuit ab Arrio quodã Alexandrinæ eccleſiæ preſbytero. Qui depulſus ab eccleſia, multos in ſuã traxit factionẽ. Aduerſus quã Nicena Synodus primum collecta eſt, frequentiſſimo epiſcoporũ conuentu, damnatum Arrianorum dogma. Deinde uiſum eſt, orbem in concordiam redigere, receptis qui uellent reſipiſcere. Id actum eſt in cõcilio Ariminenſi, ſub Valente & Claudio. Recepti cõplures epiſcopi, qui cum Arrio ſenſerant. Dãnata Arrij doctrina, pronunciata eſt catholica fides, in quam unanimiter conclamatum eſt ab omnibus. Solum id conceſſum Arrianis petentibus, ut uſiæ & homuſij uocabulũ tolleret, quod multos ſua offenderet nouitate, præſertim cum cætera omnia conuenirent. Id tum ſtudio pacis ſimpliciter donatum eſt, ne res puſilla obſtaret publicæ concordiæ, At ex ſubdola pace, natum eſt acrius bellum, Arrianis eius ſynodi authoritatẽ ad ſuæ factionis patrocinĩ detorquentibus ut erant callidi uafricq;. Proinde multis denuo concilijs actum eſt aduerſus Arrianos, quibuſdã epiſcopis conniuentibus, quibuſdam palam Arrianam hæreſim ut catholicam defendentibus. Sed Arrio mortuo, plures epiſcopi reſtituti ſunt ab exilio, inter quos præcipui Athanaſius, & Hilarius. Atq; rurſum damnata paſſim ſynodis minoribus hæreſi Arrianorũ, diſputari cœptũ: an epiſcopi qui cũ Arrio ſenſerãt recipi debuerint nõ adempto prius honore epiſcopali. Nã nõ cõuenire ſimul & pœnitẽtis agere ꝓſonã & epiſcopi. Deinde an eſſent rebaptiçãdi, qui ab Arrianis fuiſſent baptiçati. Hieronymus nõ uult adimi honorẽ epiſcopo reſipiſcẽti, in eo dũtaxat caſu. Deinde diſſentiens a Cypriano & Hilario, nõ uult rebaptiçari, quos Arriani baptiçauerãt. Atq; hiſce de rebus diſputat ꝓ dialogum, facitq; Luciferianum quẽpiam, cum orthodoxo diſputantem, perinde quaſi res agatur in porticu quadam, frequenti hominum corona, & notarijs excipientibus quæ dicuntur: id quod fieri ſolitum in huiuſmodi diſputationibus, uel ex Auguſtini libris palam eſt. Inducit autem Luciferianum, cedentem mini meq; pertinacem, id quod non ſolent hæretici, nimirum quo certior eſſet uictoria. Porro Luciferianorũ hæreſis nata eſt, ut putant, a Lucifero quodam epiſcopo Smyrnienſi, qui prius in eccleſiaſticam cõmunionem clæmenter recepti, rurſus in ueterem factionem relapſi ſunt. At diuus Auguſtinus in libello ad Quoduultdeum meminit de Luciferiano quodam epiſcopo Caralitano: cuius tamẽ neq; Philaſter nec Epiphanius ullam inter hæreticos fecerint mentionẽ. Meminit huius & Platina in Liberio, ſed inter eos qui in exiliũ fuerint relegati, quod a Liberio miſſi ad Conſtantiũ noluerint Nicenam dãnare fidem. Meminit eiuſdẽ & Hilarius in primo libro ad Cæſarẽ Conſtantiũ, ſed honorifice. Meminit & Hieronymus

C in appendice Chronicon Euſebij, Luciferi cuiuſdam, qui poſt reſtitutum Athanaſium, fuerit una cũ Euſebio reuocatus. Meminit & in Catalogo ſcriptorũ illuſtrium: uerum hunc teſtatur nunc̃p Arriana prauitate contaminatum fuiſſe, quo loco mortem hominis recenſet. Vnde palam eſt Auguſtinum ambiguitate nominis fuiſſe deceptum. Liber autem eſt in primis lectu dignus, quippe qui multa ſalutaria præcepta complectatur, de uita epiſcoporum, uariam item ſuppeditet hiſtoriæ noticiam, de primis hæreſibus, de actis ſynodi Ariminenſis. Atq; utinam diuus Hieronymus ad eundem modum, cum cæteris quoq; diſputaſſet, & minus conuiciorum ingeſſiſſet. Quãc̃p hoc uicij, ſi modo uicium fuit, ingenti cuidam & impotẽti Chriſtianæ fidei çelo condonari par eſt. Hic minus iniquus eſt in Arrianos, fortaſſe ob id quod Arrianorũ dogma uideatur ex Origenis hauſtum libris: & id temporis cupiebat Origenẽ ab omnibus legi, doctrinæ dũtaxat gratia. Nondum enim exarſerat illa in Origenianum nomen inuidia. Cyprianum amice excuſat: at in Hilarium non ſine ſtomacho loquitur, quem & alias notauit in expoſitione oſanna, ſed tamen citra conuicium, & in epiſtola ad Paulinum ſtilum taxat, quod interdum longioribus periodis ſit inuolutior: etiãſi eodem in loco ſanctum illum uocat, niſi quis illud ſanctus addidit. Quãc̃p omẽs eccleſiaſtici tum ſancti uocabantur.

HIERONYMI

ORTHODOXI ET LVCIFERIANI DIALOGVS.

ROxime accidit, ut quidam Luciferi ſectator, cum alio eccleſiæ alumno odioſa loquacitate contendens, caninam facundiã exercuerit. Aſſerebat quippe uniuerſum mundum eſſe diaboli: & (ut iam familiare eſt eis dicere) factũ de eccleſia lupanar. At ille econtrario rationabiliter quidem, ſed importuno & loco & tempore defendebat, non ſine cauſa Chriſtum mortuum fuiſſe, nec ob Sardorum tantum maſtrucam dei filiũ deſcendiſſe. Quid plura? dum audientiam & circulum lumina iam in plateis accenſa ſoluerent: & inconditam diſputationem nox interrumperet, conſputa pene inuicem facie receſſerunt. Hoc tamen his qui affuerunt ſtatuentibus, ut in ſecretam porticum primo mane conueniretur: quo cum iuxta placitum omnes cõueniſſent, uiſum eſt utriuſq; ſermonem a notarijs excipi. Atq; ita cunctis reſidentibus, Helladius Luciferianus dixit. Hoc primum mihi reſponderi uolo, utrum Arriani Chriſtiani ſint, an non? ORTHODO. Ego plus (inquit) interrogo, utrum ne omnes hæretici Chriſtiani ſint? LVCIFERIANVS dixit: quẽ hæreticũ dixeris, Chriſtianũ negaſti. ORTHO. d. Omnes ergo hæretici Chriſtiani nõ ſunt? LVCIFE. d. Iam ſuperius audiſti.
D ORTHO. d. Si Chriſti nõ ſunt, diaboli ſunt. LVCIFE. d. Nemo dubitat. ORTHO. d. Si aũt diaboli ſunt, nihil refert hæretici ſint, an gentiles. LVCIFE. d. Nõ refello. ORTHO. d. Igit̃ p̃ſixum inter nos habemus, de hæretico ſic loquendum, ſicut de gentili. LVCIFE. d. Plane fixum. ORTHODO. d. Quære nunc ut libet, quoniam inter nos conſtat hæreticos gentiles eſſe. LVCIFERIA. d. Quod interrogatio mea cogere uolebat, expreſſum eſt, hæreticos Chriſtianos non eſſe. Nunc reſtat concluſio. Si Arriani hæretici ſunt, & hæretici omnes gentiles ſunt: & Arriani gentiles ſunt. Si autem Arriani gentiles ſunt, & conſtat nullam ſocietatem eccleſiæ eſſe cum Arrianis: id eſt cum gentilibus: manifeſtum eſt ueſtram eccleſiam quæ ab Arrianis, id eſt, a gentilibus, epiſcopos ſuſcipit, nõ tam epiſcopos recipere, q̃p de capitolio ſacerdotes, ac per hoc antichriſti magi s ſynagoga, q̃p Chriſti eccleſia debeat nnucupari. ORTHODO. d. Ecce impleta eſt prophetia: Parauit mihi foueam, & ipſe incidit in eam. LVCIFE. d. Quo nam modo? ORTHODO. d. Si Arriani (ut dicis gentiles ſunt) & Arrianorũ cõuenticula caſtra ſunt diaboli, quomõ in caſtris diaboli baptiçatũ recipis? LVCIFE. d. Recipio, ſed pœnitẽtẽ. ORTHO. d. Prorſus quid dicas non intelligis. Quiſc̃p ne gentilẽ recipit pœnitentẽ? LVCIFE. d. Ego ſimpliciter in exordio ſermonis omnes hæreticos gentiles eſſe reſpondi. Verũ quia captioſa interrogatio fuit primæ queſtionis, tibi palmam tradens, ad ſecundã ueniã, in qua aio laicum ab Arrianis uenientem recipi debere pœnitentẽ, clericũ uero nõ debere. ORTHODO. d. Atqui in prima quæſtiõe quã obtinuiſſe me dicis, etiã ſecũdã obtinui. LVCIFE. d. Doce quomodo obtinueris. ORTHO. d. Neſcis & laicos & clericos unũ habere Chriſtũ, nec aliũ neophytis, alium epiſcopis eſſe deũ? Cur ergo nõ recipiat clericos, qui recipit laicos pœnitentes? LVCIFE. d. Nõ eſt epiſcopi, ipſum lachrymas fundere pro peccatis, & corpus attrectare dñi. Nõ eſt epiſcopi ad fratrum genua prouolui: & de ſublimi loco euchariſtiã miniſtrare populo. Aliud eſt lugere quod fueris, aliud neglecto peccato, in eccleſia uiuere glorioſum. Tu qui heſterno die ſacrilegus creaturam dei filium prædicabas, qui quotidie peior Iudæis, blaſphemiarum lapides in Chriſtũ iaciebas: cuius manus ſanguine plenæ ſunt: cuius ſtilus lancea militis fuit: ad unius horæ cõuerſionẽ

uirginẽ

A uirginem eccleſiam,adulter ingredieris? Si peccaſſe te pœnitet,officium depone ſacerdotis:ſi te non peccaſſe confidis,permane quod fuiſti. ORTHODO .d. Rhetoricaris, & a diſputationum ſpinetis,ad campos liberæ dedamationis excurris. Verum deſine quæſo a cõmunibus locis:& in gradũ rurſum ac lineas regredere:poſtea ſi placuerit,latius diſſerem⁹. LVCIFE.d. Nulla declamatio hic eſt. Dolor patientiam ſuperat,propone ut libet,argumentare ut libet, nunq̃ perſuadebis id eſſe epiſcopum, quod laicum pœnitentem. ORTHODO.d. Quoniam obſtinate tenes aliam eſſe rationem epiſcopi,aliam laici,ad compendiũ concertationis tribuo quod poſtulas:nec me pigebit locum te faciente,manum tecum conſerere:Expone mihi quare laicum uenientem ab Arrianis recipias,epiſcopũ non recipias? LVCIFE.d. Recipio laicum, qui erraſſe ſe confitetur:& dñs mauult pœnitentiam peccatoris q̃ mortẽ. ORTHODO.d. Recipe ergo & epiſcopum, qui & erraſſe ſe confitetur:& dominus mauult pœnitentiã peccatoris, q̃ mortem. LVCIFE.d. Si errare ſe confitetur:cur epiſcopus perſeuerat? deponat ſacerdotiũ,concedo ueniã pœnitenti. ORTHO.d. Reſpondebo tibi & ego ſermonibus tuis. Si laicus erraſſe ſe cõfitetur,quomodo laicus perſeuerat? Deponat ſacerdotiũ laici,id eſt baptiſma, & ego do ueniã pœnitẽti. Scriptum eſt em̃:Regnũ quippe nos & ſacerdotes deo patri ſuo fecit. Et iterũ: Gentẽ ſanctã, regale ſacerdotiũ,populũ acqſitũ. Om̃e quod nõ licet Chriſtiano:cõmune eſt tã epiſcopo q̃ laico. Qui pœnitentiã agit,priora contẽnat. Si non licet epiſcopo pœnitenti pſeuerare qd̃ fuerat,nõ licet & laico pœnitẽti pmanere in eo,ppter quod pœnitentiã cõfitet̃. LVCIFE.d. Recipim⁹ laicos,quoniã nemo cõuertet̃ ſi ſe ſcierit rebaptiçandũ,& ita fiet,ut nos ſimus cauſa pditionis eorũ ſi repudientur. ORTHO.d. Tu in eo quod recipis laicum,unã animam recipiendo ſaluas:& ego in recipiendo epiſcopũ,non dicam unius ciuitatis populos,ſed uniuerſam cui præeſt prouinciam eccleſiæ ſocio:quem ſi repellam,multos ſecum in ruinam trahet. Quamobrem quæſo uos ut eam rationem quam in paucis recipiendis habere uos exiſtimatis, etiã ad totius orbis ſalutem concedatis. Quod ſi diſplicet,& tam duri eſtis,imo tam irrationabiliter inclæmentes,ut eum qui dederit baptiſma,hoſtem Chriſti:eum qui acceperit,filium putetis:nos nobis ad
B uerſa non facimus:aut epiſcopum cum populo recipimus quem facit Chriſtianum:aut ſi epiſcopum non recipimus,ſcimus etiam nobis populum reñciendum. LVCIFE.d. Oro te nõne legiſti de epiſcopis dictum: Vos eſtis ſal terræ? Si autem ſal infatuatũ fuerit, in quo ſalietur? ad nihilũ eſt utile:niſi ut proiçiatur foras,& cõculcetur ab hominibus. Sed & illud,quod pro populo peccatore ſacerdos deum exoret,ac pro ſacerdote nullus ſit alius, qui deprecetur. Quæ quidem duo ſcripturarum capitula in ſententiam concurrunt unam. Nam ut ſal omnem cibum condit: nec eſt aliquid per ſe tã ſuaue,quod abſq̃ eo guſtũ demulceat: Ita mũdi totius & proprie eccleſiæ condimentum epiſcopus eſt: qui ſi infatuatus fuerit, ſiue per negationẽ, ſiue per hæreſim, ſiue per libidinem (& ut ſimul dicam) per uniuerſa peccata,a quo alio poterit condiri,cũ ipſe fuerit omniũ condimentũ? Sacerdos quippe pro laico offert oblationẽ ſuã,imponit manũ ſubiecto,reditum ſancti ſpiritus inuocat:atq̃ ita eum qui traditus fuerat ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fieret,indicta in populum oratione,altarſo reconciliat: nec prius unum membrum reſtituit ſanitati, q̃ omnia ſimul membra cõfleuerint. Facile quippe ignoſcit filio pater,cũ mater pro uiſceribus ſuis deprecatur. Si ergo hoc quem diximus gradu laicus pœnitẽs reſtituitur eccleſiæ: ibiq̃ ſequitur uenia, ubi luctus præceſſerat: manifeſtum eſt ſacerdotem de gradu ſuo motum,in eundem locum non poſſe reſtitui:quia aut pœnitens ſacerdotio carebit:aut in honore perſiſtens, reduci in eccleſiam non poterit per ordinem pœnitentis. Tu mihi nunc infatuato ſale,eccleſiæ ſaporem contaminas:tu eum qui proiectus foras, iacere deberet in ſtercore a cunctis hominibus conculcandus,ſuper altarium reponis? Et ubi erit illud apoſtoli præceptũ: Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine,quaſi diſpenſatorem dei. Et iterum: Probet autem ſe unuſquiſq̃ & ſic accedat? Vbi dominica denũciatio eſt:ne miſeritis margaritas ueſtras ante porcos? Quod ſi de omnibus generaliter dictum intelligis,quantomagis de ſacerdotibus præcauendũ eſt, cum etiam de laicis ſic cauetur? Separamini inquit dominus per Moyſen, a tabernaculis iſtorum hominum duriſſimorum,& nolite tangi ab omnibus quæ ſunt eorum,ne ſimul pereatis in peccato eorum. Et rurſum in duodecim prophetis: Sacrificia eorum tanq̃ panis luctus,

C omnes qui manducant ea,contaminabuntur.Et in euangelio dñs:Lucerna(inquit)corporis est oculus,id est ecclesiæ lumen est episcopus.Si autem oculus tuus simplex est,totum corpus tuũ lucidũ erit. Sacerdote enim fidem ueram prædicante,ex omniũ corde tenebræ discutiuntur.Et causam reddit. Neq; enim lucerna accenditur & ponitur subter modium: sed super candelabrum:ut luceat omnibus qui in domo sunt: hoc est,ideo deus scientiæ suæ igniculum in episcopo succendit,ut non sibi tantum luceat,sed omnibus prosit.Et in consequenti. Si(inquit)oculus tuus nequã fuerit,oñe corpus tenebrosum est.Si aũt lumen quod in te est tenebræ sunt: ipse tenebræ quantæ erunt? Et recte. Nam cum ideo episcopus in ecclesia constituatur,ut populum coerceat ab errore,quantus erit error in populo,cum errat ipse qui doceat? Quomodo potest peccata dimittere,qui ipse peccator est? quomodo sanctum sacrilegus faciet? unde ad me lumen introiet,cum oculus meus cæcus sit? Prohdolor antichristi discipulus ecclesiam Christi gubernat. Et ubi est illud,nõ potestis duobus dominis seruire? Sed & illud,quæ communicatio luci ad tenebras? qui consensus Christo ad belial? Legimus in ueteri testamẽto:Homo in quo fuerit macula & uitium,non accedat offerre dona domino.Et rursum:Sacerdotes qui accedunt ad dñm deum ut sacrificent,mundi sint, ne forte derelinquat eos dominus.Et in eodem:Et cum accedũt ministrare sancta,non adducant in se delictum,ne moriantur.Et multa alia,quæ persequi infinitum est,studio breuitatis omitto.Neq; eñ numerus testimoniorum,sed authoritas ualet. Ex quibus ostenditur uos per modicum fermentum totam ecclesiæ massam corrupisse: & de eius manu hodie eucharistiam accipere,quem heri quasi idolũ respuebatis.ORTHO.d.Multa quidem de sacris uoluminibus memoriter copioseq; dixisti:sed cum totum circũieris saltum, meis cassibus conduderis.Sit qppe,ut uis,Arrianor̃ episcopus hostis Christi,sit infatuatũ sal,sit lucerna sine igniculo,sit oculus sine pupilla:nempe eo peruenies,ut salire nõ possit, qui sal ipse nõ habeat,non illuminet cæcus,non accendat extinctus. Tu autem cũ conditum ab eo cibũ deuores:cur insulsum arguis conditorẽ? De igniculo eius ecclesia tua lucet:& lucernam eius crimaris extinctam? Oculos tibi præbet,& cæcus est? Quãobrem oro te,ut aut sacrificandi ei licentiã

D tribuas,cuius baptisma probas:aut reprobes eius baptisma, quem non existimas sacerdotem. Neq; eñ fieri potest, ut q in baptismate sanctus est,sit apud altare peccator.LVCIFE.d. Sed ego recipio laicum pœnitentẽ per manus impositionẽ, & inuocationẽ spiritus sancti, sciens ab hæreticis spiritũ sanctũ non posse cõferri. ORTHO.d.Omnes propositionum uestrarum cal les ad unum compitũ confluunt,& pauidorũ more ceruorum dum uanos pennarũ euitatis uolatus,fortissimis retibus implicamini. Nam cum in patre & filio & spiritu sancto baptiçatus homo templũ dñi fiat, cũ ueteri æde destructa, nouum trinitatis delubrum ædificetur:quomodo dicis sine aduentu spiritus sancti apud Arrianos peccata posse dimitti? Quomodo antiquis sordibus anima purgatur,quæ sanctũ nõ habet spiritũ? Neq; eñ aqua lauat animã, sed prius ipa lauat a spiritu,ut alios lauare spiritaliter possit.Spiritus inquit Moyses dñi ferebat sup aquas. Ex quo apparet baptisma non esse sine spiritu sancto. Bethesda lacus Iudææ nisi per aduentũ angeli,debilitata corporaliter membra sanare nõ poterat:Et tu mihi aqua simplici,quasi de balneo animã lotã producis. Ipse dñs noster Iesus Christus qui non tam mundatus est in lauacro, q̃ lauacro suo uniuersas aquas mundauit,statim ut caput extulit de fluento,spiritũ sanctũ accepit:nõ quod unq̃ sine spiritu sancto fuerit, quippe q de spiritu sancto in carne natus est:sed ut illud nobis mõstraret uerũ esse baptisma, quo spũs sanctus adueniat. Igitur si Arrianus spiritum sanctũ non potest dare, ne baptiçare quidem potest:quia ecclesiæ baptisma sine spiritu sancto nullũ est. Tu uero cũ baptiçatũ ab eo recipias:& postea inuoces spiritũ sanctũ,aut baptiçare eũ debes: quia sine spũ sancto nõ potuit baptiçari:aut si est baptiçatus in spũ,desine ei inuocare spiritũ,quẽ tũc cũ baptiçaret accepit.LVCIFE.d. Obsecro te nõne legisti in actib⁹ apostolorũ eos q iam a Iohãne baptiçati fuerant,cũ ad interrogationẽ apostoli respõdissent:se nec auditu quidẽ cõperisse,quid esset spiritus sanctus,postea fuisse spiritum sanctum consecutos? Vnde manifestum est posse aliquem baptiçari,& tamen non habere spiritũ sanctũ. ORTODO.d.Non tam imperitos diuinorum uoluminum eos qui audiunt puto,ut ad hanc quæstiũculam dissoluendã longo sermone opus sit. Verum priusq̃ quid in eam sentẽtiam loquar,au-

sculta

A sculta iuxta sensum tuum,quanta scripturarum turbatio oriatur.Quid est hoc,quod Iohannes in baptismate suo alijs spiritum sanctū dare non potuit,qui Christo dedit? Et quis est iste Iohannes? Vox clamantis in deserto, parate uiam dñi:rectas facite semitas dei nostri: ille qui dicebat:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.Minus dico:ille qui ex matris utero clamabat: Et unde hoc mihi,ut ueniat mater dñi mei ad me? spiritum sanctum nō dedit,quem Philippus diaconus eunucho dedit? quē Ananias Paulo dedit? Audacter forsitan uidear Iohānem p̄ferre cunctis.Audi dominū loquentē:Non est in natis mulierum maior Iohanne baptista. Nulli enim contigit prophetarum,& annunciare Christum,& digito demonstrare. Et quid mihi necesse est in talis uiri laudibus immorari,cum a deo patre etiā angelus nūcupetur? Ecce(inquit) mitto angelum meum ante faciem tuam,qui præparabit uiam tuam.Plane angelum, qui post materni uentris hospitium eremi deserta sectatus, paruulus de serpentibus lusit:qui oculis spectantibus Christū,nihil aliud est dignatus aspicere:qui æloquijs domini,quæ melle & fauo dulciora sunt,dignam deo uocem erudiuit.Et ne quæstionem morer,sic decebat crescere præcursorem domini.Iste ergo talis tantusq; spiritum sanctum non dedit,quem Cornelius centurio antēq; baptiçaretur,accepit? Respōde quæso cur nō dederit? sed ignoras. Audi quid scripturæ doceant:Iohannis baptisma non tam peccata dimisit,q; baptisma pœnitentiæ fuit in peccatorū remissionem,id est in futurā remissionē quæ esset postea per sanctificationē Christi subsecutura. Scriptum est em̄:Fuit Iohannes in deserto baptiçans,& prædicans euangelium pœnitentiæ in remissionem peccatorū.Et postmodicum:Et baptiçabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Vt em̄ ante præcursor domini ipse: sic & baptisma eius præuium dñici baptismatis fuit. Qui de terra est(aiebat)terrena loquitur:at qui de supernis uenit,super omnes est.Et iterū:Ego baptiço uos in aqua,ille baptizabit uos in spiritu.Si autem Iohannes(ut confessus est ipse)non baptizauit in spiritu:cōsequēter neq; peccata dimisit:quia nulli hominū sine spiritu sancto peccata dimittuntur.Aut si contentiose argumentaris, ideo Iohannis baptisma dimisisse peccata,
B quia de cœlis fuit:edoce quid amplius in Christi baptismate cōsequamur:quod peccata dimittit,liberat a gehenna. Quod a gehenna liberat,perfectū est. Perfectum autē baptisma non est, nisi quod in cruce & in resurrectione Christi est.Ita tu in peruersum duceris irreligiosus, dicēte ipso Iohanne: Illum oportet crescere, me autem minui:dum serui baptismo plusq; habuit tribuis,dominicū destruis,cui nihil amplius relinquis. Quorsum ista tendit assertio? Videlicet,ut non tibi durum uideatur: si hi qui a Iohāne fuerant baptiçati, postea per impositionē manus apostolorum,sint spiritū sanctum consecuti:cum constet eos ne peccatorū quidem sine subsecutura fide remissionem consecutos. Tu uero qui ab Arrianis recipis baptiçatū,& ei tribuis baptisma,quod perfectum est:quo pacto quasi modicum quid ei defuerit,sanctum aduocas spiritū, cū baptisma Christi sine spiritu sancto nullū sit? Verū longius excessi,& cū æqua fronte aduersarij potuerim impetum submouere , leuiora eminus tela direxi. Iohannis autem baptisma intantum imperfectum fuit:ut constet postea Christi baptismate baptiçatos, qui ab eo fuerant baptiçati.Ita enim historia refert:Factū est aūt,cū Apollo esset Corinthi:& cum Paulus pertrāsiret superiores partes Asiæ,deuenit Ephesum:& cū inuenisset quosdam discentes,dixit ad eos: Si spiritum sanctū accepistis,cū credidistis? At illi responderūt:Sed nec si spūs sanctus sit,audiuimus .Dixit autem ad eos: In quo ergo baptiçati estis? Responderūt,in Iohānis baptismate. Dixit aūt Paulus,Iohānes quidē baptiçauit baptismo pœnitētiæ plæbem, dicēs in aduenientē post eū,ut crederēt,hoc est in Iesum,in remissionē peccatorū.His auditis baptiçati sunt in noie domini nostri Iesu Christi. Et cum imposuisset illis manus Paulus,continuo cecidit spiritus sanctus super eos. Si ergo baptiçati sunt uero & legitimo ecclesiæ baptismate: & ita postea spiritū sanctum consecuti sunt:& tu apostolorum sequere authoritatem:& baptiça eos,qui Christi nō habent baptisma,& poteris inuocare spiritum sanctum.LVCIFE.d. Qui dormientes sitiunt, auide fauces fluminibus ingurgitant. Et quanto plus hauserint,tanto plus sitiunt. Ita mihi & tu uideris aduersus quæstiunculam quam proposui hinc atq; illinc argumenta quæsisse, & nihilominus in eadem quæstionū siti perseuerare. An nescis etiam ecclesiarum hunc esse morem,

C ut baptiçatis postea manus imponãtur:& ita inuocetur spiritus sanctus? Exigis ubi scriptũ sit? In actibus apostolorum. Etiam si scripturæ authoritas non subesset, totius orbis in hãc partem consensus instar præcepti obtineret. Nã & multa alia quæ per traditionem in ecclesijs obseruantur, authoritatẽ sibi scriptæ legis usurpauerũt: uelut in lauacro ter caput mergitare: deinde egressos, lactis & mellis prægustare concordiam, ad infantiæ significationẽ: die dominico & per omnem pẽtecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere: multaq; alia quæ scripta nõ sunt, rationabilis sibi obseruatio uindicauit. Ex quo animaduertis nos ecclesiæ cõsuetudinem sequi: licet ante aduocationem spiritus constet aliquem baptiçatum. ORTHODO.d. Nõ quidem abnuo hanc esse ecclesiarum consuetudinem: ut ad eos qui longe in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptiçati sunt: episcopus ad inuocationem sancti spiritus manum impositurus excurrat. Sed quale est, ut leges ecclesiæ ad hæresim trãsferas: & uirginis tuæ integritatẽ, per meretricũ lupanaria patiaris spurcari? Episcopus si imponit manũ, his imponit qui in recta fide baptiçati sunt: qui in patre & filio & spiritu sancto tres personas, unam substantiam crediderunt. Arrianus uero cum aliud nihil crediderit (claudite quæso aures qui audituri estis, ne tantæ impietatis uocib⁹ polluamini) nisi in patre solo uero deo, & in Iesu Christo saluatore creatura, & in spiritu sancto utriusq; seruo: quomodo spiritum sanctum ab ecclesia recipiet, qui nec dum remissionem peccatorum consecutus est? Spiritus quippe sanctus, nisi mundam fidem non incolit: nec habitator eius templi efficitur, quod antistitem non habet, ueram fidem. Quod si hoc loco quæris: quare in ecclesia baptiçatus, nisi per manus episcopi, nõ accipiat spiritum sanctum: quem nos asserimus in uero baptismate tribui: disce hanc obseruationem ex ea authoritate descendere: quod post ascensum domini spiritus sanctus ad apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius sacerdotij q̃ ad legis necessitatem. Alioquin si ad episcopi tãtum imprecationẽ spiritus sanctus defluit: lugendi sunt, qui in uiculis, aut in castellis, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptiçati ante dormierunt, q̃ ab episcopis inuiserentur. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors
D quædam & ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesijs efficientur schismata quot sacerdotes. Inde uenit, ut sine chrismate & episcopi iussiõe, neq; presbyter, neq; diaconus ius habeãt baptiçandi. Qd frequẽter (si tamẽ necessitas cogit) scimus etiã licere laicis. Vt em̃ accipit qs: ita & dare potest, nisi forte eunuchus a Philippo diacono baptiçatus sine spiritu sancto fuisse credendus est: de quo scriptura ita loquitur: Et descenderunt ambo in aquam: & baptiçauit eum Philippus. Et cum abscederent ab aqua, spiritus sanctus uenit in eunuchum. Si autẽ illud obijciendum putas: quia cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis: quia recepit Samaria uerbũ dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem: qui cum uenissent ad eos, orauerunt pro eis, ut acciperent spiritum sanctum: nondum enim ceciderat super ullum illorum. Cur ita factum sit, in consequentibus disce. Ipse enim ait: Sed solum baptiçati erant in nomine domini Iesu. Tũc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Hoc loco si & tu similiter te facere dicis: quia hæretici non baptiçauerunt in spiritu sancto: scias Philippum ab apostolis non fuisse diuisum, eandem habuisse ecclesiam: eundem dominum Iesum Christum prædicasse: diaconum certe fuisse eorum, qui postea manus imposuerunt. Tu uero cum apud Arrianos non ecclesiam dicas esse, sed synagogam: nec clericos dei, sed creaturæ & idolorum cultores: quomodo in dispari causa eandem asseris rationem te tenere? LVCIFE.d. Valenter quidem & fixo gradu meti bi in faciem dimicantem repellis: sed post tergum cæderis, & nuda a spiculis dorsa nõ protegis. Esto quippe apud Arrianos ne baptisma quidem esse: & ideo spiritum sanctum ab eis non posse dari: quia necdum remissionem peccatorum acceperint: totum hoc uictoriæ meæ proficit: & argumentorum tuorum palestra, mihi palmam uictoriæ sudat. Arrianus baptisma non habet, & quomodo sacerdotium habet? Laicus apud eos non est: & quomodo episcopus esse potest? Mihi recipere mendicum non licet, tu recipis regem? Vos hosti castra traditis, & a nobis per fuga reijciẽdus est? ORTHODO.d. Si priorũ meminisses, iam scires tibi fuisse respõsum: sed dũ amorẽ contradicendi sequeris, a quæstionum lineis excidisti: more quorundam loquacium

potius

A potius q̄ facundorum: qui cum diſputare neſciant,tamen litigare non deſinunt. Ego enim nō tam in præſenti Arrianos,uel improbo,uel defendo,q̄ illam curſus mei metam circūeo:eadem ratione a nobis epiſcopum recipi,qua laicus a uobis recipitur.Si erranti cōcedis ueniam: & ego ignoſco pœnitenti. Si in fide ſua baptiçato baptiçās nocere non potuit:& in fide ſua ſacerdotē cōſtitutū conſtituens nō inquinauit.Subtilis eſt hæreſis,& ideo ſimplices animæ facile decipiū/tur. Deceptio tam laici q̄ epiſcopi cōmunis eſt:at epiſcopus errare nō potuit.Reuera de Platonis & Ariſtophanis ſinu in epiſcopatū alleguntur . Quotus em̄ quiſq; eſt, qui non apprime in his eruditus ſit? Deniq; ex litteratis quicunq; hodie ordinantur:id habent curæ,non quomodo ſcripturarum medullas ebibant:ſed quomodo aures populi declamatorum floſculis mulceant. Accedit ad hoc,quod Arriana hæreſis magis cum ſapientia ſæculi facit: & argumentationum riuos de Ariſtotelis fontibus mutuatur.Igitur paruulorum inter ſe certantium ritu,quicquid dixeris,dicam:affirmabis,affirmabo:negabis,negabo.Arrianus baptiçat:ergo epiſcopus eſt:non baptiçat:tu refuta laicum,& ego non recipio ſacerdotem.Sequar te quocunq; ieris, aut pariter in luto haſitabimus,aut pariter expediemur.LVCIFE.d. Sed laico ideo ignoſcēdum eſt: quia eccleſiam dei putans ſimpliciter acceſſit:& iuxta fidem ſuam credens baptiçatus eſt.ORTHODO .d.Nouam rem aſſeris,ut Chriſtianus quiſq̄ factus ſit ab eo, qui non fuit Chriſtianus. Accedens ad Arrianos in qua fide baptiçatus eſt? Nempe in ea quā habebant Arriani. Aut ſi iam ipſe bene credebat:& ſciens ab hæreticis baptiçatus eſt,erroris ueniam non meretur. Verū hoc penitus abſurdū eſt, ut diſcipulus ad magiſtrū uadens ante ſit artifex, q̄ doceatur:ut modo ab idolorum ueneratione conuerſus,nouerit Chriſtū melius,q̄ ille qui doceat.At dicis,ſimpliciter in patre & filio & ſpiritu ſancto credidit:& ideo baptiſma conſecutus eſt. Quæ eſt iſta quæſo ſimplicitas, neſcire qd̄ credas? Simpliciter credidit. Quid credidit? certe aut tria nomina audiens,tres deos credidit:& idololatra effectus eſt:aut in tribus uocabulis trinominem credēs deum,in Sabellij hæreſim incurrit.Aut edoctus ab Arrianis,unum eſſe uerum deum patrem,fi
B lium & ſpiritum ſanctum credidit creaturas.Aut extra hæc quid credere potuerit neſcio:niſi forte homo iam edoctus in capitolio,homuſion didicerat trinitatem.Sciebat,patrem,filium & ſpiritū ſanctum:nō natura,ſed perſonis eſſe diuiſos.Sciebat & filij nomen in patre,& patris nomē in filio.Ridicula penitus aſſertio ante de fide quēq̄ diſputare,q̄ credere:ante myſteriū ſcire,q̄ initiatus ſit: aliter de deo ſentire baptiçantem, & aliter baptiçatū.Præterea cum ſolēne ſit in lauacro poſt trinitatis confeſſionem interrogare: credis in ſanctam eccleſiam ? credis remiſſionē peccatorum? In quam eccleſiam credidiſſe eum dicis? in Arrianorum? ſed non habent . In noſtram,ſed extra hanc baptiçatus non potuit in eam credere, quam neſciuit. LVCIFE.d. Quoniam ad omnia argutaris, & emiſſa a nobis ſpicula ſcuto orationis eludis, unam haſtam iaciam:quæ umbonē tegminis tui: & uerba crepitantia,ui ſua penetret:nec diutius patiar fortitudinē arte ſuperari.Laicus etiā extra eccleſiā fide baptiçatus,pœnitēs recipit.Epiſcopus uero aut pœnitentiam non agit, & ſacerdos eſt:aut ſi pœnitentiam egerit,eſſe epiſcopus deſinit.Quamobrem recte nos laicum & ſuſcipimus pœnitentē,& epiſcopum ſi in ſacerdotio perſeuerare uult, repudiamus.ORTHODO.d. Sagitta quæ contento neruo dirigitur, difficile uitatur. Ante em̄ ad eum ad quē iacta eſt peruenit, q̄ obice clypei fruſtretur . Econtrario tuæ propoſitiones, quia ſine ferri acumine mittuntur:hoſtem non ualent perforare.Hanc igitur haſtam quam totis uiribus miſiſti:de qua nobis minitaris:uno,ut aiunt,digitulo repellam. Neq; enim hoc modo quæritur:an epiſcopus pœnitens eſſe non poſſit & laicus poſſit: ſed an hæreticus baptiſma habeat:qui ſi (ut conſtat) baptiſma non habet:quomodo poteſt eſſe pœnitens,anteq̄ Chriſtianus? Proba mihi ab Arrianis uenientē laicū habere baptiſmū:& tūc ei pœnitentiā nō negabo. Si uero Chriſtianus nō eſt, ſi nō habuerit ſacerdotē qui eū faceret Chriſtianū:quomodo aget pœnitentiam homo qui necdum credit? LVCIFE. d. Oro te ut philoſophorum argumentatione depoſita, Chriſtiana mecum ſimplicitate loquaris: ſi tamen non dialecticos ſequaris, ſed piſcatores.Aequum ne tibi uidetur,ut Arrianus epiſcopus ſit? ORTHODO. d. Tu eum

C epiſcopum probas,quia ab eo recipis baptiçatum:& in hoc reprehendendus es:quare a nobis parietibus ſepararis:cũ in fide & in Arrianorum nobiſcum receptione conſentias? LVCIFE.d. Iam & ſuperius rogaui,ut non philoſophice,ſed Chriſtiane mecũ loquaris. ORTHO.d. Diſcere uis,an contendis? LVCIFE.d. Vtiq; contendo, quia facti tui a te quæro rationem. ORTHO.d. Si cõtendis,iam tibi reſponſum eſt.Eadẽ em̃ ratione epiſcopum ab Arrianis recipio: qua tu recipis baptiçatum.Si diſcere cupis,in meam aciem tranſgredere. Aduerſarius em̃ uincitur,diſcipulus docetur.LVCIFE.d.Non poſſum ante eſſe diſcipulus,cꝫ magiſtrũ audiam prædicantẽ.ORTHODO.d.Quoniã tergiuerſaris,& ſic uis a me doceri:ut aduerſariũ in integro habeas:tuo animo te docebo.Conſentimus in fide,conſentimus in hæreticis recipiendis,conſentiamus etiã in conuentu.LVCIFE.d.Hoc non eſt docere,ſed argumentari.ORTHODO.d. Quia tu pacem cum ſcuto petis:& nos oliuæ ramũ gladio inſerimus.LVCIFE.d.En tollo manus,cedo,uiciſti.Verum cum arma deponam,ſacramenti in quod me iurare cõpellis, quæro rationem. ORTHO.d.Gratulor interim tibi,& Chriſto deo meo gratias ago: quia animo bono a falſitatis ardore ad totius orbis te ſaporem contuliſti,nec dicis more quorundam:Saluum me fac dñe,quoniam defecit in me ſpiritus: quorum uox impia, crucẽ Chriſti euacuat:dei filiũ ſubiugat diabolo:& illam complorationem,quæ a domino de peccatoribus prolata eſt:non de uniuerſis hominibus dictam intelligit:Quæ utilitas in ſanguine meo,dum deſcendo in corruptionẽ? Sed abſit,ut fruſtra deus mortuus ſit.Alligatus eſt fortis,& uaſa eius direpta ſunt. Allocutio patris impleta eſt:Poſtula a me,& dabo tibi gentes,hæreditatem tuã:& poſſeſſionẽ tuã, terminos terræ.Apparuerunt fontes aquarum:& reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. In ſole poſuit tabernaculum ſuum,nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Deo plenus pſalmiſta canit:Inimici defecerunt frameæ in finem,& ciuitates eorum deſtruxiſti. Et ubi quæſo iſti ſunt nimium religioſi, imo nimium prophani,qui plures ſynagogas aſſerunt eſſe,cꝫ eccleſias? Quomodo deſtructæ ſunt diaboli ciuitates:& in fine,hoc eſt in ſæculorũ conſummatione,idola corruerunt? Si eccleſiam nõ habet Chriſtus, aut ſi in Sardinia tantũ habet:nimium pauper factus
D eſt.En ſi Britannias, Gallias,orientem,Indorum populos,Barbaras nationes:& totũ ſemel mũdum poſſidet ſatanas: quomodo ad angulũ uniuerſæ terræ crucis trophæa collata ſunt? Nimirum aduerſarius potens conceſſit Chriſto Hiberiam & Celtiberos luridos homines, Aethiopũ cꝫ prouinciam dedignatus eſt poſſidere. Quod ſi de illa quæ in euãgelio ſcripta eſt,ſibi ſententia blandiũtur : Putas ne cum uenerit filius hominis inueniet fidem ſuper terram: ſciant illam fidẽ nominari,de qua ipſe dominus aiebat: Fides tua te ſaluam fecit.Et alibi de Cẽturione:Nõ inueni tantam fidem in Iſrael.Et rurſus ad apoſtolos:Quid timidi eſtis modicæ fidei? Necnon & in alio loco:Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis,dicetis huic monti,tranſmigra,& tranſmigrabit,Neqꝫ em̃ Centurio aut illa muliercula,quæ per duodecim ãnos fluxu ſanguinis tabeſcebat,in trinitatis ſacramẽta crediderãt: quæ poſt reſurrectionem Chriſti apoſtolis manifeſtata ſunt:ut merito fides horum quæ in myſterio eſt,laudaretur: ſed ſimplicitas mentis & deuota deo ſuo anima approbata eſt:Dicebat enim in corde ſuo,ſi tetigero ueſtimentum eius tantum, ſalua fiam.Hæc eſt fides,quã raro inuentam deus pronunciauit.Hæc eſt fides,quæ etiam apud eos qui bene credunt,difficile perfecta inuenitur.Fiat tibi(inquit)deus ſecundum fidem tuam: Hanc ego uocem audire nolo.Si em̃ ſecundũ fidem meã fiat mihi,peribo.Et certe credo in deũ patrẽ,credo in deũ filium, & credo in deum ſpiritum ſanctum.Credo in unum deum: & tamen ſecundum meam fidem nolo mihi fieri.Sæpe quippe uenit inimicus homo:& inter dominicam meſſem çiçania interſerit.Neqꝫ hoc dico,quod maius quicqꝫ ſit,cꝫ ſacramenti fides, cꝫ puritas animæ:ſed indubitata ad deum fides,ardue reperitur. Verbi gratia dictum ſit, ut quod uolumus perſpicuum fiat: ad orationem aſſiſto: non orarem, ſi non crederem, ſed ſi uere crederem, illud cor quo deus uidetur mundarem, manibus tunderem pectus,genas lachrymis rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem, iacerem ad domini mei pedes, eoſqꝫ fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certe trunco crucis, nec prius amitterem, cꝫ miſericor-

diam impe

A diam impetrarem. Nunc uero creberrime in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fœnore computo, aut abductus, turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sunt, gero. Vbi est fides? siccine putamus orasse Ionam? sic tres pueros? sic Danielem inter leones? sic certe latronem in cruce? Et hæc ego exempli causa ad intelligentiam sensus protuli. Cæterum cõueniat unusquisq; cor suum, & in omni uita inueniet, cũq; rarum sit fidelem animam inuenire, ut nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob rumusculos hominũ faciat. Neq; em̃ statim qui ieiunat, deo ieiunat, aut extendens pauperi manum, deo fœnerat. Vicina sunt uitia uirtutibus. Difficile est deo tantum iudice esse contentum. LVCIFE. d. Præueneristi interrogationem meam: hanc em̃ scripturam mihi in ultimo reseruabam. Et fere omnes nostri, imo iam nõ mei, hoc quasi arie te in disceptationibus utuntur, quẽ confractum ac cõminutum uehemẽter gaudeo. Sed quæso te, ut mihi omnem causam quare ab Arrianis uenientes ecclesia recipiat, non quasi aduersario, sed quasi discipulo explices. Nam cum tibi uerbo respondere non possim, animo tamen nec dum assentior. ORTHODO. d. Sub rege Constantio, Eusebio & Hippatio consulibus: nomine unitatis & fidei infidelitas scripta est, ut nunc agnoscitur. Nam illo tempore, nihil tam pium, nihil tam conueniens seruo dei uidebatur, cũq; unitatem sequi, & a totius mundi cõmunione nõ scindi. Præsertim cũ superficies expositionis, nihil iã sacrilegum præferret. Credimus aiebant in unum uerũ deũ patrem omnipotentem. Hoc etiam nos cõfitemur. Credimus in unigenitũ dei filium, qui ante omnia sæcula, & ante omne principium natus est ex deo. Natum autem unigenitum solum ex solo patre, deum ex deo: similem genitori suo patri secundum scripturas: cuius natiuitatem nullus nouit, nisi qui solus eum genuit pater. Nunquid hic insertum est, erat tẽpus, quãdo nõ erat? Vel de nullis extantibus, creatura est filius dei? Perfecta fides est, deũ de deo credere. Et natũ aiebant unigenitum solum, ex solo patre. Quid est natũ? Certe non factum. Natiuitas suspitionẽ auferebat creaturæ. Addebant præterea qui de cœlo descendit, cõceptus est de
B spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, crucifixus a Pontio Pilato, tertia die resurrexit, sedet ad dexterã dei patris, uenturus iudicare uiuos & mortuos. Sonabant uerba pietatẽ: & inter tanta illa præconia: nemo uenenum insertum putabat. De usiæ uero nomine abiiciendo, uerisimilis ratio præbebatur. Quia in scripturis (aiebant) nõ inuenitur: & multos simpliciores nouitate sua scandaliçat. Placuit auferri. Non erat curæ episcopis de uocabulo, cum sensus esset in tuto. Denicq; ipso in tẽpore cũ fraudem fuisse in expositione rumor populi uentilaret: Valens Mursensis episcopus, qui eam cõscripserat præsente Tauro prætorij præfecto, qui ex iussu regis synodo aderat, professus est se Arrianum non esse, & penitus ab eorum blasphemijs abhorrere. Res secrete gesta, opinionem uulgi non extinxerat. Itaq; alia die in ecclesia, quæ est apud Ariminũ, & episcoporũ simul & laicorũ turbis cõcurrentibus: Muzonius episcopus prouinciæ Byçantinæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferebantur: ita locutus est. Ea quæ sunt iactata per publicum, & ad nos usq; perlata, aliquem e nobis sanctitati uestræ legere præcipimus: ut quæ sunt mala, & ab auribus & a corde nostro abhorrere debent, omnium una uoce damnentur. Responsum est ab uniuersis episcopis, placet. Itaq; cum Claudius episcopus prouinciæ Piceni ex præcepto omnium blasphemias quæ Valentis ferebant, legere cœpisset: Valens suas esse negãs, exclamauit, & dixit: Si quis negat Christum deum dei filium ante sæcula ex patre genitum, anathema sit. Ab uniuersis consonatũ est, Anathema sit. Si quis negat filium similem patri secundum scripturas, anathema sit. Omnes responderũt, anathema sit. Si quis filium dei non dixerit æternum cũ patre, anathema sit. Ab uniuersis cõclamatum est, anathema sit. Si quis dixerit creaturã filium dei, ut sunt cæteræ creaturæ, anathema sit. Similiter dictũ est, anathema sit. Si quis dixerit de nullis extantibus filium, & nõ de deo patre, anathema sit. Oẽs conclamauerũt, anathema sit. Si quis dixerit, erat tẽpus quando nõ erat filius, anathema sit. In hoc uero cuncti episcopi, & tota simul ecclesia plausu quodã & tripudio Valentis uocẽ exceperũt. Quod si qs a nobis fictũ putat, scrinia publica scrutet. Plenæ sunt certe ecclesiarũ arcæ, & recens adhuc rei memoria est. Supsunt hoies, q illi synodo interfuerũt, & qd ueritatẽ firmet: ipsi Arriani hæc ita ut diximus, gesta nõ denegant. Cũ ergo cuncti Valentẽ ad cœlũ laudibus tollerẽt, & suam in eũ suspitionem cũ pœnitentia dãnarent: idẽ Claudius qui supra legere cœperat ait: Adhuc sunt aliqua quæ sub

terfugerunt

C tefugerunt dominum & fratrē meum Valentem: quæ ſi uobis uidetur,ne quis ſcrupulus rema neat,in commune damnemus.Si quis dixerit filium dei eſſe quidem ante omnia ſæcula, ſed nō ante omne omnino tempus,ut ei aliquid anteferat, anathema ſit. Dixerunt cuncti,anathema ſit.Multaq; alia quæ ſuſpitioſa uidebantur,ad pronunciationem Claudij,Valens condemnauit. Quæ ſi quis plenius diſcere cupit, in Ariminenſis ſynodi actis reperiet: unde & nos iſta libauimus. His itaq; geſtis,concilium ſoluitur. Læti omnes ad prouincias reuertuntur. Idem em̄ regi & bonis omnibus curæ fuerat:ut oriens atq; occidens,cōmunionis ſibi uinculo necterent. Sed diu ſcelera non latent,& cicatrix male obducta,incocto pure dirumpitur. Cœperunt poſtea Valens & Vrſacius cæteriq; nequitiæ eorū ſocij,egregij uidelicet Chriſti ſacerdotes, palmas ſuas iactitare:dicentes ſe filium non creaturam negaſſe,ſed ſimilem cæteris creaturis. Tūc uſiæ nomē abolitum,tunc Nicenæ fidei damnatio conclamata eſt. Ingemuit totus orbis,& Arrianū ſe eſſe miratus eſt. Igitur alij intra ſuam communionem remanere,alij ad eos cōfeſſores qui ſub nomine Athanaſij exulabant,cœperunt litteras mittere:nonnulli initam ſocietatem meliorum deſperatione planxerunt. Pauci uero(ut ſe natura hominum habet)errorem pro conſilio defenſauere. Periclitabatur nauicula apoſtolorum,urgebant uenti,fluctibus latera tundebantur, nihil iam ſupererat ſpei. Dominus excitatur,imperat tempeſtati,beſtia moritur, tranquillitas redit. Manifeſtius dicam. Omnes epiſcopi qui de proprijs ſedibus fuerāt exterminati, per indulgentiam noui principis, ad eccleſias redeunt. Tūc triumphatorem ſuū Athanaſium Aegyptus excepit:tunc Hilarium de prælio reuertentem, Galliarum eccleſia complexa eſt:tunc ad reditum Euſebij,lugubres ueſtes Italia mutauit. Concurrebant epiſcopi qui Ariminenſibus dolis irretiti,ſine conſcientia hæretici ferebantur,cōteſtantes corpus domini & quicquid in eccleſia ſanctū eſt,ſe nihil mali in ſua fide ſuſpicatos. Putauimus,aiebant,ſenſum congruere cum uerbis:nec in eccleſia dei, ubi ſimplicitas, ubi pura confeſſio eſt, aliud in corde clauſum eſſe, aliud in labijs proferri, timuimus. Decepit nos bona de malis exiſtimatio. Non ſumus arbitrati ſacerdo/
D tes Chriſti, aduerſus Chriſtum pugnare. Multaq; alia quæ breuitatis ſtudio prætereo flentes aſſerebant, parati & ſubſcriptionem priſtinam, & omnes Arrianorum blaſphemias condemnare. Hoc loco interrogo iſtos nimium religioſos, quid de confeſſoribus agendum putauerint? Depoſitis(inquient)ueteribus epiſcopis,nouos ordinaſſent. Tentatum eſt. Sed quotus quiſq; bene ſibi conſcius patitur ſe deponi? Præſertim cum omnes populi,ſacerdotes ſuos diligentes pene ad lapides & ad interemptionem deponentium eos cōuolauerint? Manſiſſent (aiunt) intra ſuam cōmunionē,hoc eſt dicere, irrationabili crudelitate orbem totū diabolo condonaſſent. Cur damnaſſent eos qui Arriani non erant? Cur eccleſiam ſcinderent in concordia fidei permanentē? Cur denique credentes bene,obſtinatione ſua facerent Arrianos? Nam cum in ſynodo Nicena, quæ propter Arrianā perfidiam cōgregata eſt,octo epiſcopos Arrianos ſuſceptos ſciamus:& epiſcopus iam in mundo nullus ſit,niſi quos ſynodus illa ordinauit, quomodo potuerunt aduerſum eam facere, propter quā exilium ſuſtinuerunt? LVCIFE. d.An tandē & tūc recepti ſunt Arriani? qui nā quæſo? ORTHODO.d.Euſebius epiſcopus Nicodemienſis, Theogonus epiſcop9 Nicenus.Saras tūc preſbyter Libyæ.Euſebius epiſcopus Cæſareæ Paleſtinæ,& reliqui quos enumerare longum eſt. Ipſe quoq; caput horū & cauſa malorum Arrius preſbyter, & Euçoius diaconus, qui poſtea ſub Theodoſio Antiochenus epiſcopus fuit, & Achillas lector.Hi quippe tres Alexandrinæ eccleſiæ clerici,authores huius hæreſeos extiterunt.LVCIFERIA.dixit:Si quiſpiam eos neget fuiſſe ſuſceptos, quomodo reuincetur? ORTHODO .d. Superſunt adhuc homines, qui illi ſynodo interfuerunt. Et ſi hoc parum eſt, quia propter temporis antiquitatem rari admodum ſunt:& in omni loco teſtes adeſſe nō poſſunt:legamus acta & noia epiſcoporum ſynodi Nicenæ:& hos quos ſupra diximus fuiſſe ſuſceptos, ſubſcripſiſſe homuſion ,inter cæteros reperiemus. LVCIFE.d. Si potes oſtende poſt ſynodū Nicenam illos in perfidiam declinaſſe. ORTHODO.d. Recte ꝓpoſuiſti.Solent em̄ oculis clauſis denegare:qui non credunt factum eſſe quod nolunt.Sed quomodo poſtea non declinarūt, propter quos ſynodus congregata eſt? Et quorū epiſtolæ & libri impietatis ante ſynodū æditi, uſq; ad præſentē diē durāt? Igit cū illo tēpore trecēti & eo amplius epiſcopi paucos hoies,quos

ſine

A sine damno ecclesiæ abijcere poterant susceperint,miror quosdam & certe Nicenæ fidei sectato
res,tãtæ duritiæ existere, ut tres cõfessores de exilio reuertẽtes,nõ putent id ob toti9 orbis salutẽ
necessitate facere debuisse,quod tot & tales uiri uoluntate fecerunt. Sed(ut dicere cœperamus)
post reditũ confessorum, in Alexandrina postea synodo constitutum est:ut exceptis authori/
bus hæreseos,quos error excusare non poterat,pœnitentes ecclesiæ sociarentur:non quod epi/
scopi possent esse qui hæretici fuerant:sed quod constaret eos qui reciperent, hæreticos non fuis
se.Assensus est huic sententiæ occidens:& per tam necessarium concilium,satanæ faucibus mun
dus ereptus est. Ventum est ad asperrimum locum,in quo aduersum uoluntatem & propositũ
meum,cogor de beato Lucifero,secus quicq̃,cq̃ & illius meritũ & mea humanitas poscit existi/
mare.Sed quid faciam? ueritas os reserat,& inuitã linguam conscitũ ad æloquendum pectus im
pellit.In tali articulo ecclesiæ,in tanta rabie luporum,segregatis paucis ouibus, reliquũ gregem
deseruit.Bonus quidẽ ipse pastor,sed multã prædam bestijs relinquens. Prætereo illa, quæ qui/
dam ex maledicis,quasi satis firma defendunt:hoc illum nõ amore gloriæ: & nominis in poste/
ros trãsmittendi feciſſe: necnon & pro simultate, quã aduersus Eusebium propter Antiochenã
dissensionem susceperat. Nihil istorum de tali uiro credo:unum est quod etiam in præsenti cõ/
stanter loquar,uerbis eum a nobis dissentire,non rebus:si quidem recipiat, qui ab Arrianis ba/
ptisma consecuti sunt. LVCIFE.d.Q̃z longe alia,& ut nunc intelligo errori magis q̃ spei pro/
ficientia,mihi antea afferebant. Verũ gratias ago Christo deo,q in pectus meũ ueritatis lumẽ
infudit:ne adhuc ore sacrilego,uirginem eius scortũ diaboli damarẽ.Restat unũ,quod quæso te
ut edisseras, quid aduersum Hilarium dicendum sit, qui ne baptiçatos quidem recipiat ab Ar/
rianis. ORTHODO.d. Hilarius cũ diaconus de ecclesia recesserit, soluscq̃ ut putat turba sit
mundi,neq̃ eucharistiam conficere potest,episcopos & presbyteros non habẽs:neq̃ baptisma
sine eucharistia tradere.Et cum iam homo mortuus sit,cũ homine pariter interijt & secta, quia
B post se nullum clericum diaconus potuit ordinare.Ecclesia autem non est,quæ non habet sacer/
dotẽ.Sed omissis paucis homunculis, q ipsi sibi & laici sunt & episcopi,ausculta quid de omi ec/
clesia sentiendũ sit.LVCIFE.d.Tribus(ut aiunt)uerbis tam grandẽ quæstionem dissoluisti, &
quidẽ dum loqueris,uideor mihi tecũ facere.Si uero obticueris,nescio quid rursum scrupuli na/
scitur: quare ab hæreticis baptiçati suscipiuntur. ORTHO.d.Hoc est quod & ego dixi: au/
sculta quid de omni ecclesia sentiendum sit.Iste em̃(ut ais) scrupulus multos titillat. Et longus
fortasse ero in enarrando:uerũ tanti est lucrum ueritatis.Arca Noe ecclesiæ typus fuit:dicẽte Pe
tro apostolo:In arca Noe pauci,id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & nos
nunc similis formæ baptisma saluos facit. Vt in illa omnium animaliũ genera, ita & in hac uni/
uersarum & gentium & morũ homines sunt. Vt ibi pardus & hædi,lupus & agni: ita & hic iusti
& peccatores,id est,uasa aurea & argentea,cum ligneis & fictilibus commorant. Habuit arca ni
dos suos:habet ecclesia plurimas mansiones. Octo animæ hominum in arca Noe seruatæ sunt:
Et nobis Ecclesiastes iubet dare partes septem,dare partes octo,id est credere utriq; testamen/
to. Ideo quidã psalmi p octaua inscribunt, & p octonos uersus,q singulis litteris subiecti sunt:
in centesimo decimooctauo psalmo iustus eruditur. Beatitudines quoq; quas dñs discipulis in
monte pronuncians,ecclesiam deliniauit,octo sunt.Et Eçechiel in ædificationem tẽpli,octona/
rium numerum assumit.Multaq; alia in hunc modum per scripturas significata reperies. Emit/
titur itaq; de arca coruus,& non redijt: & postea pacem terræ,columba nunciat.Ita & in baptis
mate ecclesiæ teterrimo alite expulso:id est diabolo,pacem terræ nostræ columba spiritus san/
cti nunciat. A triginta cubitis incipiens:& usq; ad unum cubitum paulatim decrescens,arca con/
struitur.Similiter & ecclesia multis gradibus consistens, ad extremum diaconis, presbyteris,epi
scopisq; finitur.Periclitata est arca in diluuio,periclitatur ecclesia in mundo. Egressus Noe ui/
neam plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoq; in carne Christus, ecclesiam plan/
tauit,& passus est.Nudatum patrem irrisit maior filius,& minor texit:& deum crucifixum illuse
runt Iudæi,& honorauerunt gentiles.Dies me deficiet,si omnia arcæ sacramenta cum ecclesia
componens,ædisseram. Qui sint inter nos aquilæ,qui columbæ,qui leones,qui cerui, qui uermi
culi,qui serpentes,quod ad præsens negocium pertinet,breuiter expediam. Non solum in eccle/
sia morant

Quare ab hæreticis baptiçati suscipiuntur

C sia morantur oues,nec mundæ tantum aues uolitant,sed frumentum in agro seritur,& inter ni/
tentia culta, Lappæq; & tribuli & steriles dominantur auenæ. Quid faciat agricola? Euellat
lolium? Sed tota pariter messis euertitur. Quotidie industria rustica aues sonitu abigit, ima-
ginibus exterret: hinc flagello crepitat, hinc formidines tendit. Attamen aut ueloces capreæ, aut
lasciuus onager incurrit: hinc in effossa horrea mures frumenta comportant, hinc feruenti agmi
ne segetem formica populatur. Ita res se habet. Nemo securus agrum possidet. Dormiente pa/
trefamilias, inimicus homo çiçaniam superseminauit, ad quã eradicandã cum serui ire propo-
nerent: dominus prohibuit, sibi seruans palearum & frumenti discretionem. Hæc sunt uasa iræ
& misericordiæ: quæ in domo dei ab Apostolo prædicantur. Veniet ergo dies quando the-
sauro ecclesiæ aperto proferet dominus uasa iræ suæ, quibus exeũtibus sancti dicent: Ex nobis
exierunt, sed non erant ex nobis. Si em̃ fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Nemo po/
test Christi palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Si iam mun
data est ecclesia, quid dño reseruamus? Est uia quæ uidet̃ esse apud homines recta, nouissima
autem eius ueniunt in profundum inferni. In hoc errore iudicij quæ potest esse certa senten/
tia? Conatus est beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: & idcirco
hæreticorum baptisma reprobans: ad Stephanum tũc Romanæ urbis episcopum qui a beato
Petro uigesimus sext9 fuit, sup hac re Africanã synodũ direxit, sed conatus eius frustra fuit. De-
niq; illi ipsi episcopi, qui rebaptiçandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquã consuetudinẽ
reuoluti, nouum emisere decretum. Quid facimus? ita & nobis maiores nostri & illis sui tradide
re maiores. Sed quid de posterioribus loquar? Apostolis adhuc in sæculo superstitibus, adhuc
apud Iudæam Christi sanguine recenti, phantasma domini corpus asserebatur. Galatas ad ob
seruationem legis traductos, apostolus iterum parturit. Corinthios resurrectionem carnis nõ
credentes, pluribus argumentis ad uerum iter trahere conatur. Tunc Simon magus & Menan
der discipulus eius, dei se asseruere uirtutes: tunc Basilides summũ deum Abraxas cum trecen/
D tis sexagintaquinq; æditionibus cõmẽtatus est: tũc Nicolaus qui unus de septem diaconis fuit,
die noctuq; nuptias faciens, obscœnos & auditu quoq; erubescendos coitus, somniauit. Taceo
de iudaismi hæreticis, qui ante aduẽtum Christi, legem traditam dissiparunt, quod Dositheus
Samaritanorũ princeps prophetas repudiauit: quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam
resurrectionem carnis negauerũt: quod pharisæi a Iudæis diuisi, propter quasdam obseruatio-
nes superfluas, nomen quoq; a dissidio susceperunt: quod Herodiani Herodem regem suscepe
re pro Christo. Ad eos uenio hæreticos, qui euangelia laniauerunt. Saturninũ quẽdã & Ophi-
tas & Choitam & Carpocratẽ & Cherinthum, & huius successorem Hebionẽ, & cæteras pestes:
quorum plurimi uiuente adhuc Iohanne apostolo eruperunt: & tamẽ nullum eorum legimus
rebaptiçatum. Quoniam autem talis uiri fecimus mentionem, de Apocalypsi quoq; eius ap-
probemus, hæreticis sine baptismate debere pœnitẽtiam concedi. Angelo Ephesi deserta chari/
tas imputatur. In angelo Pergamenæ ecclesiæ, idolothytorum esus, & Nicolaitarũ doctrina re-
præhenditur. Item apud angelum thiatyrorum, Hieçabel prophetissa, & simulacrorum escæ
& fornicationes increpant̃. Et tamen omnes hos ad pœnitentiã dominus hortatur, sub commi
natione quoq; futuræ pœnæ, nisi conuertantur. Non autem cogeret pœnitere, si non esset pœni
tentibus ueniam concessurus. Nunquid dixit rebaptiçentur, qui in Nicolaitarum fide baptiça-
ti sunt? uel imponantur eis manus qui eo tempore apud Pergamenos crediderunt, qui disciplí/
nam tenebãt Balaam? Quin potius age (inquit) pœnitentiam: sin autem, ego ueniam tibi cito:
& pugnabo tecum in romphea oris mei. Verum si uoluerint hi qui ab Hilario instituti sunt, &
oues sine pastore esse cœperunt, de scripturis ea proferre, quæ beatus Cyprianus ob hæreticos
non rebaptiçandos in epistolis suis reliquit: sciant illũ hæc nõ cum anathemate eorũ q se sequi
noluerant edidisse, Si quidem in communione eorum permansit, qui sentẽtiæ suæ contraierãt:
sed hortatum potius fuisse, propter Nouatum, & alias tunc hæreses multas enascentes, ne qui-
q̃ ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. Sermonem deniq; suum quem super hac re ad
Stephanum Romanum pontificem habuit: tali fine compleuit. Hæc ad conscientiam tuam fra

ter charissime

A ter chariſſime,& pro honore cõmuni,& pro ſimplici dilectione protulimus:credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei ueritate placere, quæ & religioſa pariter & uera ſunt. Cæterũ ſcimus quoſdam,quod ſemel imbiberunt nolle deponere,nec propoſitum ſuum facile mutare,ſed ſaluo inter collegas pacis & concordiæ uinculo,quædam propria quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata retinere. Qua in re non uim cuiq; facimus,aut legem damus: quin habeat in eccleſiæ adminiſtratione uolũtatis ſuæ arbitrium liberum:unuſquiſq; ſit præpoſitus,rationem actus ſui domino redditurus. Ad Iubanum quoq; de hæreticis rebaptiçandis ſcribens, in fine libelli ſic locutus eſt.Hæc tibi breuiter pro noſtra mediocritate ſcripſimus frater chariſſime: nemini præſcribentes aut præiudicantes,quo minus unuſquiſq; epiſcoporum quod putat faciat:habens arbitrij ſui liberam poteſtatẽ.Nos quãtũ in nobis eſt,ppter hæreticos cũ collegis & coepiſcopis noſtris non contendimus: cum quibus diuinam concordiam & dominicam pacem tenemus, maxime cum Apoſtolus dicat:Si quis autem putauerit ſe contentioſum eſſe:nos talem conſuetudinem non habemus,nec eccleſia dei. Seruatur a nobis patienter & leniter charitas animi,collegij honor, uinculum fidei, concordia ſacerdotij. Eſt præterea aliud quod inferemus: aduerſum quod ne mutire quidam audeat Hilarius Deucalion orbis. Si enim hæretici baptiſma non habent:& ideo rebaptiçandi ab eccleſia ſunt,quia in eccleſia non fuerunt: ipſe quoq; Hilarius non eſt Chriſtianus.In ea qppe eccleſia baptiçat9 eſt:quæ ſemp ab hæreticis baptiſmũ recepit.Ante q; Ariminenſis ſynodus fieret:anteq; Lucifer exularet,Hilarius Romanæ eccleſiæ diaconus ab hæreticis uenientes,in eo quod prius acceperant,baptiſmate ſuſcipiebat. Niſi forte tantum Arriani hæretici ſunt, & ab his ſolis baptiçatum recipere non licet, ab alijs licet. Diaconus eras o Hilari,& a Manichæis baptizatos recipiebas. Diaconus eras, & Hebionis baptiſma cõprobabas:repente poſtq; exortus eſt Arrius,totus tibi diſplicere cœpiſti.Segregas te cum tuis uernulis:& nouum balneum aperis.Si te angelus aliquis aut apoſtolus rebaptizauit,non infringo qd' ſequeris.Si uero in ſinu meo natus,ſi uberum meorum lacte nutritus:aduerſum me gladium leuas,redde quod dedi:& eſto,ſi potes,aliter Chriſtian9.Meretrix ſum, ſed tamẽ mater tua ſum.

B Non ſeruo unius thori caſtitatem:talis eram quando conceptus es:cum Arrio adulteria cõmitto,feci & antea cum Prauea,cum Hebione,cũ Cerintho,Nouato:hos amplexaris,hos in matris tuæ domum iam adultos recipis. Neſcio quid te unus adulter offendat.Quod ſi negandũ quiſpiam putauerit,hæreticos a maioribus noſtris ſemper fuiſſe ſuſceptos:legat beati Cypriani epiſtolas: in quibus Stephanum Romanæ urbis epiſcopum & inueteratæ conſuetudinis lacerat errorem. Legat & ipſius Hilarij libellos, quos aduerſum nos de hæreticis rebaptizandis ædidit:& ibi reperiet ipſum Hilarium confiteri, a Iulio,Malcho,Sylueſtro,& cæteris ueteribus epiſcopis:ſimiliter in pœnitentiam omnes hæreticos ſuſceptos:nec tamen ſibimet ueritatis conſuetudinem præiudicare debere.Synodus quoq; Nicena,cuius pauloante fecimus mentionẽ, oẽs hæreticos ſuſcepit:exceptis Pauli Samoſateni diſcipulis.Et quod his maius eſt:epiſcopo Nouatianorum,ſi conuerſus fuerit,preſbyterij gradum ſeruat:quæ ſententia & Luciferum impugnat, & Hilarium:dum idem & clericus eſt & baptizatus.Poteram diem iſtiuſmodi æloquio ducere: & omnes propoſitionũ riuulos,uno eccleſiæ ſole ſiccare. Verum quia iam multum fermocinati ſumus:& prolixitas concertationis audientiũ ſtudia laſſauit:breuem tibi apertamq; animi mei ſententiam proferam:in illa eſſe eccleſia permanendum:quæ ab apoſtolis fundata, uſq; ad diẽ hanc durat.Sicubi audieris eos qui dicuntur Chriſti,non a dño Ieſu Chriſto:ſed a quoq; alio nuncupari:utputa Marcionitas, Valentinianos,Montenſes ſiue Campates:ſcito non eccleſiam Chriſti,ſed antichriſti eſſe ſynagogam.Ex hoc enim ipſo quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros apoſtolus prænunciauit. Nec ſibi blandiantur, ſi de ſcripturarum capitulis uidentur ſibi affirmare quod dicunt,cum & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant:ſed in intelligendo.Alioquin ſi litterã ſequimur:poſſumus & nos quoq; nouum nobis dogma componere:ut aſſeramus in eccleſiam nõ recipiendos,qui calciati ſint,& duas tunicas habeant. LVCIFE. d. Non ſolum te uiciſſe exiſtimes,uicimus utriq; uterq; noſtrum,palmam refer tu mei,& ego erroris.Vtinãq; mihi ſic ſemper diſputare cõtingat: ut ad meliora proficiens,deſeram quod male tenebam. Vnum tamen tibi confiteor, quia mo-

C res meorum apprime noui, facilius eos uinci posse ꝙ persuaderi.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

SCclesiæ alumno.) Id est, Orthodoxo. Caninam facundiam.) Dictum est Appij, quo Hieronymus libenter utitur, uel hoc argumẽto quod crebro utitur. Lupanar.) Id est, undiq; cõtaminatam. Importuno & loco.) Quod parum tutum esset in circulo fauentium hæretico: aut loco, nempe in media uia: tempore, quia iam ingruente nocte. Ob surdoꝝ tantum Mastrugam.) Quid attinet cõmemorare quæ portenta scioli quidam, ac prorsum mei similes in hunc induxerint locum? Restituimus autem sagaciter omnia subodorati, ad hunc modũ, ut legamus: Nec ob Sardorum tantum Mastrucam, dei filium descendisse. Est autem Mastruca uestis Barbaricæ genus, quã Sardi sua lingua, Mastrucam appellant. Eandem Hispani, Strigium, Germani, Renonem appellabant. Vnde Plautus, Mastrucatus & plenus puluere. Porro quoniã aduersarij spurco & sordido uocabulo Christi ecclesiam dixerant lupanar, Hieronymus uolens retaliare conuicium, barbarum ac ridiculum regerit uocabulum, Significãs multos adhuc superesse bonos Christianos, etiam si nulli essent in Sardinia, in qua sola ille Christi ecclesiam esse uolebat, id quod aliquãto post explicat Hieronymus. De Sardiensi synodo meminit & Hilarius, in libro de Synodis. Item in libris ad Constantium: Neq; enim Christum ob illos solos descendisse in terram. Et ut ridicule notaret Sardorum gentẽ, Mastrucæ meminit, quod & uestis, & uox esset illius gentis, utraq; ridicula. Apparet autem Luciferum huius authorem hæreseos Sardum fuisse: tametsi Isidorus tradit illũ Syrmiæ episcopũ fuisse. Atq; hinc præmiserat, importuno & loco & tẽpore, qđ apud Sardum, Sardorũ Mastrucam taxaret. Vnde & cõsputus discessit. Alium neophytis.) Neophyti uocabantur, qui nuper uenissent ad fidem Christi. Ex his Paulus uetat episcopũ eligi, unde illos opposuit episcopis. Ac lineas.) Metaphora est, a certãtibus infra præscriptũ, hoc est certum spatiũ lineis circũscriptum. Circũieris saltum.) Sumptum a uenatu feræ. Nam saltus indagine cinguntur, ne possit ela bi fera. Ad unum compitum.) Hic corruperant pro compitum, computum. Est autem compitum, spatium illud medium inter multas uias inter se concurrentes. Vanos pennarum.) Id fit arte uenatorũ, ut motis alis factic̃js cerui in fugam adigant̃, hoc est in insidias, & in casses. Paruulus de serpẽtibus lusit.) Alluſit ad illud Esaiæ cap. u. in quo baptistã ueluti depingit: Et erit iustícia cingulũ lumborũ eius &c. Ac paulo post: Et delectabit̃ infans ab ubere, super foramina aspidis, & in foramina reguli qui ablactatus fuerit manum mittet &c. Velut in lauacro.) Animaduerte lector ueteres in baptismo cerimonias. Claudite quæso.) Mire per Apostrophen uersus ad auditores ostendit abominandum quod dicturus est. In
D de uenit.) Nota Chrismatis unctionem, proprie ad episcopum pertinere. De Platonis & Aristophanis sinu.) Hoc est statim a studio sæcularis philosophiæ, & lectione poetarum, necdum exercitatus in diuinis litteris. Et alleguntur legendum, non eliguntur, attestantibus peruetustis exẽplaribus. Arriana hæresis.) Hæc lege Theologe, qui nihil nisi Aristotelẽ crepas. In luto hæsitabimus.) Ita Terentius. In eodem hæsitas luto. Trinominem credens.) Nam Sabellius sustulit distinctionem personarum, affirmãs in uno Christo simul fuisse patrem, filium & spiritum, atq; hæc esse uocabulis distincta non re. Verum deum.) Hoc est a nullo creatũ, cum filius sit creatus a patre, iuxta Arrianos: & spiritus sanctus sit creatus a creato filio. Edoctus in capitolio.) Iocatur. Nam in capitolio non discũtur mysteria fidei, sed prophana tractantur negocia & dediscitur Christiana religio. Vno ut aiunt digitulo.) Id est facillime nulloq; negotio. Oro te ut.) Vides ut recusatur in negotio fidei, philosophorum argumentatio, & requirit̃ simplicitas. Q̃ꝫ hic nulla mẽtio de primis, aut secundis intentionibus, de formalitatibus, de quidditatibus, de echeitatibus, deq; similibus ridiculis argutijs. In integro habeas.) Hoc est ut liberum tibi sit eum ꝓ aduersario ferire si uelis. Oliuæ ramum.) Mira allegoria rem extulit. Solebant olim oliuæ ramũ prætendere, qui pacem petituri uenissent. Sed qui ramum oliuæ gladio inserit, ita petit pacem, ut si nõ detur quod petit, paratus sit ad pugnam. En tollo.) A gladiatoribus sumptum est, qui hoc signo agnoscebant uictorẽ prostrati. Sacramẽti in quod.) Victor uicto dictabat iusiurandũ quod ab illo exigebat. Cõcessit Christo.) Alij legunt Hiberniam, legendum arbitror Hiberiam, nimirũ eã quæ est in Hispania iuxta columnas herculis: non eam, quæ est finitima Hircaniæ. Et Celtiberos.) Qua uergunt ad Galliam, gens omnium immanissima, ut testis est Strabo. Hos luridos appellat, quod colore sint huiusmodi, quo uidemus esse Saracenos. Hoc dictum est per ironiam, quasi diabolus non fuerit a Christo uictus, & toto ex pulsus orbe, sed luridas quasdam nigras ac barbaras modo nationes Christo concesserit, ne nihil haberet ipse reliqui orbis dominus. Hoc quasi ariete.) Aries militaris est machina, qua portæ urbium mœniaq; impulsu quatiuntur. Vsiæ nomẽ.) Quod hypostasis uocabulum reijcerent, inuentum ab Ario. Incocto pure.) Hic mendose legebat̃, in corpore. Ex uetustissimo codice restituimus incocto pure. Pus em̃ sanies est uomicæ: quod ubi maturuit, ulcere rupto erũpit. Aegyptus recepit.) Nam Alexandria in Aegypto est: unde pulsus Athanasius factione Arrianorum, ad Constantinum confugerat: & Constantis litteris est restitutus. Tunc Hilariũ.) Is factione Saturnini Arelatensis, & aliorum Arrianorum pulsus, in Phrygiam confugerat: ubi triẽnium cõmoratus, librum scripsit de religione Christiana. Qua de re meminit ipse in libro de Synodis. Ad reditum Eusebij.) Qui una cum Lucifero post Athanasium restitutũ, fuit ab exilio reuocatus, Is fuit episcopus Nicomediensis, a quo quidam Constantinum magni Constantini filium rebaptiçatum tradunt, quod ab Arrianis baptiçatus esset: cuius mox facit mẽtionem. Quãq; nominat & alterum Eusebium Cæsareæ Palæstinæ. Eusebij & Hilarij pariter meminit Auxentius Mediolanẽsis episcopus Arrianus ad Valentem imperatorem. Ecclesiã deliniauit.) Hoc est depinxit. Sed quotus quisq; est hodie episcoporũ, qui hoc exemplar non rideat, non abominetur? Lapi

pæq;

A pæq; & tribuli.) Intertexuit Maronis carmen ex Georgicis. Africanam Synodum direxit.) Quidam habebant, indixit. Christi sanguine recenti.) Quidam habebant, calente: fortassis scriptum erat, recens calente. Simon magus.) Hic a Philippo diacono fuerat baptiçatus: unde apud Augustinum primum inter hereſiarchas locum obtinet. Ab huius discipulo Menandro, Menandriani dicti sunt: qui dicebant mundū nō a deo, sed ab angelis fuisse conditū. Deū Abraxas.) Nam huius dictionis ἄβραξας literis, iuxta Græcorū supputationem tot cœlos inducebat, ut alias exposuimus. Nicolaus.) Hic uxores uoluit esse cōmunes: Vnus fuit ex septem diaconis, ut habes in actis apostolorū. Dositheus.) Huius & alias meminit. Samaritani & ante Christum uelut hæretici erant: neq; em̄ totam legem reiiciebant, sed in quibusdam dissidebāt. Saturninū quēdam.) Quēdam addidit ueluti de obscuro. Is cum Simone & Menādro sensit, & discipulos habuit Saturninianos dictos. Ophitas.) Incredibile dictu, quibus modis totus hic locus fuerit corruptus. Hi dicti sunt a serpente: colūt em̄ pro deo colubrum, qui seduxit Euam, ueluti cognitionis authorē, & eundē affirmant esse Christum. Et Chaldæam.) Legendū arbitror Caianos. Nā hæc quoq; fuit antiquissima hæresis. Honorabant Cain & Iudam, quod illum dicerent esse fortissimæ uirtutis, hunc pio consilio prodidisse Christum: quod præsciret, quantum boni esset illinc profecturum orbi. Et Choitas.) Legendum arbitror Gnoitas, ut sint ijdem cum Gnosticis, quos sic appellabāt, ab usurpatiōe scientiæ. Nisi mauis Chnoitas, a puluere. Nam Augustinus testat̄ hos a nōnullis βορβορίτας fuisse uocatos, a cœno ob spurcitiem. Fit & horum mētio in decretis cauſ. 24. quæſt. 3. Carpocratem.) Vnde Carpocratiani sunt dicti, negabāt corporū resurrectionem. Cerinthum.) Vnde Cerinthiani. Dicebant Iesum hominē tantū fuisse: nec resurrexisse, sed resurrecturū. Hebionē.) Nam de Christo idem sensit, quod Cerinthus: hi Mosaicæ legis obseruationem cū Christo copulant. Cyprianus ad hæreticos.) Extat hæc epistola inter illius opera. Deucalion orbis.) Non sine stomacho dictum: quasi totus mundus in baptismo hæreticorū, uelut in diluuio periturus fuerit, nisi ab uno Hilario seruaret̄. Notissima fabula est apud Ouidium de Deucalione & Pyrrha. Montenses siue Campates.) Lusit in affinitate uocum. Montes em̄ campis respondent. At ante dixit, Campenses cū Tharsensibus Arrianis fuisse coniunctos. Et in Montensibus, ad Montanum hereſiarcham alluſit. Vicimus utriq; nostrum.) Nihil dici potuit argutius, neq; lepidius.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruffinus opinor male uerterat librum Origenis περὶ ἀρχῶν. Proinde ad Pāmachij preces, ipse denuo uertit, nihil immutans. Verum quoniam Arrianorum hæresis & aliorum, in multis uidebatur Origenis decretis consentire, Hieronymus quo posset citra religionis periculum legi tam eruditum opus, indicat quæ sint illic impie dicta: hæc agens, ne aut periret liber, aut cum pernicie legeretur. At illud assecutus
B est sua industria Hieronymus, ut perdito libro, nihil inde teneam⁹, præter ea, quæ sola, p fuerat ignorasse.

AD AVITVM QVID CAVENDVM IN LIBRIS ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ

ANte ānos circiter decē, sanctus uir Pāmachius ad me cuiusdā schedulas misit: quæ Origenis περὶ ἀρχῶν interp̄tata uolumina cōtinerent, imo uitiata: hoc magnopere postulans: ut Græcam ueritatem, latina seruaret translatio: & in utrāq; partem seu bene seu male dixisset ille qui scripsit, absq; interpretis patrocinio, Romana lingua cognosceret. Feci, ut uoluit: misiq; ei libros: quos cum legisset, exhorruit: & reclusit scrinio, ne prolati in uulgus, multorum animos uulnerarent. A quodam fratre qui habebat zelum dei, sed nō secundū scientiam, rogatus ut traderet ad legendū, quasi statim reddituro, propter angustiam tēporis, fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos, adhibitis notarijs opus oīe descripsit: & multo celerius, q̄ p̄miserat codicem reddidit. Eadēq; temeritate & (ut leuius dicam) ineptia, quod male surripuerat, peius alijs credidit. Et quia difficile grandes libros de rebus mysticis disputantes, notarū possunt seruare compendia: præsertim qui furtim celeriterq; dictant̄: ita in illis confusa sunt omnia: ut & ordine in plærisq; & sensu careant. Quāobrem petis Auite charissime: ut ipsum ad te exemplar dirigam: quod a me olim trāslatum, & nulli alij traditum, a supradicto fratre peruerse æditum est. Accipe igitur, quod petisti: sed ita, ut scias detestanda tibi in eis esse q̄ plurima: & iuxta sermonem dñi, inter scorpiones & colubros incedendum: ut est illud statim in primo uolumine. Christum filium dei non natum esse, sed factum. Deum patrē per naturam inuisibilem, etiam a filio non uideri. Filium qui sit imago inuisibilis patris, comparatum patri, non esse ueritatem: apud nos autem qui dei omnipotentis non possumus recipere ueritatem, imaginariam ueritatem uideri: ut maiestas ac magnitudo maioris, quodammodo circūscripta sentiatur in filio. Deum patrem esse lumen incomprehensibile. Christū collatione patris, splendorem esse perparuum: qui apud nos pro imbecillitate nostra magnus esse uideat̄. Duarum statuarum maioris & paruulæ: unius, quæ mundū impleat & magnitudine sua quodammodo inuisibilis sit: & alterius, quæ sub oculos cadat, ponit exemplū: priori, patrē: posterio

C ri filium comparans. Deum patrem omnipotentem appellat bonum, & perfectæ bonitatis. Filium non esse bonum, sed auram quandam & imaginem bonitatis: ut non dicatur absolute bonus, sed cũ additamẽto pastor bonus, & cætera. Tertiũ dignitate & honore post patrem & filiũ, asserit spiritum sanctum. De quo cum ignorare se dicat: utrum factus sit, an infectus: in posterioribus quid de eo sentiret, expressit: nihil absq; solo deo patre, infectum esse cõfirmans. Filiũ quoq; minorem patre, eo quod secundus ab illo sit: & spiritũ sanctum inferiorem filio, in sanctis quibusq; uersari. Atq; hoc ordine, maiorem patris fortitudinem esse, q̃ filij & spiritus sancti. Et rursum maiorem filij fortitudinem esse, q̃ spiritus sancti: & consequenter ipsius sancti spiritus, maiorem esse uirtutem cæteris, quæ sancta dicuntur. Cũq; uenisset ad rationales creaturas: & dixisset eas per negligentiam, ad terrena corpora esse delapsas, etiam hoc addidit. Grandis negligentiæ atq; desidiæ est: intantum unũquẽq; defluere atq; euacuari: ut ad uitia ueniens, irrationabilium iumentorum possit crasso corpore colligari. Et in consequentibus. Quibus (inquit) moti disputationibus, arbitramur sua sponte alios esse in numero sanctorũ & ministerio dei: alios ob culpam propriam de sanctimonia corruentes, in tantam negligẽtiam corruisse: ut etiam in contrarias fortitudines uerterentur. Rursumq; nasci ex fine principiũ, & ex principio finem: & ita cuncta uariari: ut & qui nunc homo est, possit in alio mũdo dæmon fieri: & qui dæmon est, & negligẽtius egerit: in crassiora corpora relegetur: id est, ut homo fiat. Sicq; permiscet omnia, ut de archangelo possit diabolus fieri: & rursus diabolus in angelũ reuertatur. Qui uero fluctuauerint, & motis pedibus nequaq̃ corruerint: subñcientur omnino dispensandi & regendi atq; ad meliora gubernandi principatibus, potestatibus, thronis, dñationibus: & forsitan ex his hominũ cõstabit genus, in uno aliquo ex mundis: quãdo iuxta Esaiam cœlũ & terra noua fient. Qui uero nõ fuerint meriti, ut per genus hominũ reuertantur ad pristinũ statũ, fient diabolus & angeli eius, & pessimi dæmones: ac pro uarietate meritorũ, in singulis mundis diuersa officia sortientur. Ipsosq; dæmones ac rectores tenebrarũ, in aliquo mundo, uel mundis, si uoluerint ad meliora conuerti, fieri hoies: & sic ad antiquũ redire principium: Ita dũtaxat, ut p supD plicia atq; tormenta, quæ uel multo uel breui tempore sustinuerint: in hominũ eruditi corporibus, rursum ueniant ad angelorũ fastigia. Ex quo cõsequenti ratione monstrari, omnes rationabiles creaturas, ex omnibus posse fieri: non semel & subito, sed frequentius: nosq; & angelos futuros dæmones, si egerimus negligentius: & rursum dæmones, si uoluerint capere uirtutes, peruenire ad angelicam dignitatẽ. Corporales quoq; substantias penitus dilapsuras. Aut certe in fine omniũ hoc esse futura corpora, quod nunc est æther & cœlũ, & si quod aliud corpus syncerius & purius intelligi potest. Quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat perspicuũ est. Solem quoq; & lunam & astra cætera esse animantia: imo quomodo nos hoies, ob quædã peccata his sumus circũdati corporibus, quæ crassa sunt & pigra: sic & cœli luminaria, talia uel talia accepisse corpora, ut uel plus uel minus luceãt: & dæmones ob maiora delicta, aereo corpore esse uestitos. Omnẽ creaturã (secundũ apostolũ) uanitati esse subiectam, & liberari in reuelationẽ filiorum dei. Ac ne quis putet nostrum esse quod dicimus: ipsius uerba ponamus. In fine atq; consũmatione mũdi: quãdo uelut de quibusdã repagulis atq; carceribus missæ fuerint a dño animæ & rationabiles creaturæ, alias earũ tardius incedere ob segniciẽ: alias pernici uolare cursu, ꝓpter industriã. Cũq; omnes liberũ habeant arbitriũ, & sponte sua uel uirtutes possint capere uel uitia: illæ multo in peiori conditione erunt, q̃ nunc sunt. Hæ ad meliorem statum perueniẽt: quia diuersi motus & uariæ uoluntates in utrãq; partẽ diuersum accipient statũ, id est, ut angeli homines uel dæmones: & rursum ex his homines uel angeli fiant. Cũq; omnia uario sermone tractasset, asserens diabolum nõ incapacem esse uirtutis: & tamen necdum uelle capere uirtutem: ad extremũ sermone latissimo disputauit, angelũ siue animã aut certe dæmonem: quos unius asserit esse naturæ, sed diuersarum uoluntatũ, pro magnitudine negligentiæ & stulticiæ iumentum posse fieri: & pro dolore pœnarum & ignis ardore, magis eligere ut brutum animal sit: & in aquis habitet & fluctibus, ac corpus assumere huius uel illius pecoris: ut nobis non solum quadrupedũ: sed & piscium corpora sint timenda. Et ad extremũ ne teneretur Pythagorici dogmatis reus, qui asserit μετεμψύχωσιν: post tã nephandã disputationẽ, qua lectoris animũ uulnerauit:

hæc

A hæc(inquit)iuxta noſtrã ſententiã nõ ſint dogmata:ſed quæſita tantũ atq; proiecta,ne penitus intractata uiderent. In ſecundo autẽ libro,mundos aſſerit innũerabiles: nõ iuxta Epicurũ uno tẽpore plurimos & ſui ſimiles:ſed poſt alterius mundi finẽ,alterius eſſe principiũ. Et ante hunc noſtrũ mundũ,aliũ fuiſſe mundũ: & poſt hunc aliũ eſſe futurũ:& poſt illũ aliũ:rurſumq; cæteros,poſt cæteros. Et dubitat utrũ futurus ſit mundus alteri mundo,ita ex omni parte cõſimilis, ut nullo inter ſe diſtare uideant:an certe nunc̃q; mũdus alteri mũdo ex toto indiſcretus,& ſimilis ſit futurus. Rurſumq; poſt modicum. Si oĩa inquit(ut ipſe diſputatiõis ordo cõpellit)ſine corpore uixerint:cõſumet corporalis uniuerſa natura: & redigẽt in nihilũ,quæ aliquãdo facta eſt de nihilo: eritq; tẽpus,quo uſus eius iterũ neceſſarius ſit. Et in cõſequẽtib9. Sin autẽ ut ratiõe & ſcripturarũ authoritate monſtratũ eſt:corruptiuũ hoc induerit incorruptionem,& mortale hoc induerit immortalitatẽ:abſorbebit mors in uictoriã,& corruptio in incorruptionẽ: & forſitan omnis corporea natura tollet e medio,in qua ſola poteſt mors operari. Et poſt paululũ. Si hæc nõ ſunt cõtraria fidei,forſitan ſine corporibus aliquãdo uiuemus. Sin autem qui perfecte ſubiectus eſt Chriſto,abſq; corpore intelligit: omnes aũt ſubn̄ciẽdi ſunt Chriſto:& nos erimus ſine corporibus,quãdo ei ad perfectũ ſubiecti fuerimus. Et in eodẽ loco. Si ſubiecti fuerint oẽs deo, oẽs depoſituri ſũt corpora:& tunc corporaliũ rerũ uniuerſa natura ſoluetur in nihilũ: Quæ ſi ſe cũdo neceſſitas poſtularit:ob lapſum rõnabiliũ creaturarũ rurſus exiſtet. Deus em̃ in certamẽ & luctam animas dereliquit:ut intelligant plenã conſummatãq; uictoriã,nõ ex propria ſe fortitudine,ſed ex dei gratia cõſecutas. Et idcirco arbitror pro uarietate cauſarũ diuerſos mũdos fieri:& elidi errores eorũ,qui ſimiles ſui mundos eſſe contendũt. Et iterũ: Triplex ergo ſuſpitio nobis de fine ſuggeritur:e quibus quæ uera & melior ſit,lector inquirat. Aut em̃ ſine corpore uiuemus,cũ ſubiecti Chriſto ſubn̄ciemur deo:& deus fuerit omnia in oĩbus:aut quomodo Chriſto ſubiecta,cũ ipſo Chriſto ſubn̄cient deo:& in unũ fœdus artabunt:ita oĩs ſubſtantia rediget in optimã q̃litatẽ,& diſſoluet in ætherẽ:q d' purioris ſimplicioriſq; naturæ eſt:aut certe ſphæra illa

B quã ſupra appellauim9 ἀπλαμῆ & quicquid illius circulo continetur,diſſoluetur in nihilũ:illa uero qua ἀντιζώνη ip̃a tenetur & cingitur,uocabitur terra bona:necnon & altera ſphæra quæ hanc ip̃am terram circũambit uertigine,& dicit cœlum:in ſanctorum habitaculũ cõſeruabitur. Cum hæc dicat: nõne manifeſtiſſime gẽtiũ ſeqtur errorẽ:& philoſophorũ deliramẽta, ſimplicitati ingerit Chriſtianæ? Et in eodẽ libro. Reſtat ut inuiſibilis ſit de9. Si aũt inuiſibilis p̃ naturã eſt,neq; ſaluatori uiſibilis erit. Et in iferioribꝰ, Nulla alia ania,q̃ ad corpꝰ deſcẽdit hũanũ,purã & germanã ſimilitudinẽ ſigni in ſe prioris exp̃ſſit,niſi illa de qua ſaluator loqt: Nemo tollet animã meã a me:ſed ego pono eã a meip̃o. Et in alio loco: Vnde cũ infinita cautiõe tractãdũ eſt:ne forte cũ animæ ſalutẽ fuerint cõſecutæ:& ad beatã uitã puenerint,animæ eẽ deſiſtãt. Sicut em̃ uenit dñs atq; ſaluator q̃rere & ſaluũ facere q̃d perierat,ut p̃ditũ eſſe deſiſtat:ſic ania quæ perierat,& ob cuius ſalutẽ uenit dñs,cũ ſalua facta fuerit,ania eſſe ceſſabit. Illud quoq; pariter reqrendũ: utrũ ſicut perditũ aliquãdo nõ fuit perditũ:& erit tẽpus quãdo perditũ non erit:ſic & ania aliquãdo fuerit non anima:& fore tẽpus,quãdo nequaq̃ ania p̃ſeueret. Et poſt multũ de anima tractatũ hæc intulit, νοῦς, id eſt mens corruens,facta eſt anima: & rurſum anima inſtructa uirtutib9 mens fiet. Quod & de anima Eſau ſcrutantes poſſumus inuenire:propter antiqua peccata eũ in deteriori uita eſſe damnatũ. Et de cœleſtibus reqrendũ eſt:quod nõ eo tp̃e quo factus eſt mũdus,ſolis ania,uel q̃dcũq; eã appellari oportet eſſe cœperit,ſed antecq̃ lucẽs illud & ardẽs corpus intraret. De luna & ſtellis ſimiliter ſentiam9: qd' ex cauſis p̃cedẽtibus,licet inuite cõpulſæ ſint ſubn̄ciuanitati,ob p̃mia futurorũ:nõ ſuã facere, ſed creatoris uoluntatẽ,a quo in hæc officia diſtributæ ſunt. Ignis quoq; gehẽnæ & tormenta,quæ ſcriptura ſancta peccatoribus cõminat,nõ ponit in ſupplicĩs,ſed in cõſcientia peccatorũ:quãdo dei uirtute & potẽtia,oĩs memoria delictorũ ante oculos noſtros ponit. Et ueluti ex q̃buſdã ſeminib9 in ania derelictis:uniuerſa uitiorũ ſeges exoritur. Et q̃q d feceram9 in uita uel turpe uel impiũ,oĩs eorũ in cõſpectu noſtro pictura deſcribit,ac p̃teritas uoluptates mens intuens cõſciẽtiæ,punit ardore,& pœnitudinis ſtimulis confoditur. Et iterũ: Niſi forte corpus hoc pingue atq; terrenũ caligo & tenebræ nominãdæ ſunt: per quod cõſummato hoc mũdo, cui neceſſe fuerit in aliũ trãſire mundũ:rurſum naſcendi ſumet exordia. Hæc dicens, pſpicue μετεμψύχωσιν Pythagoræ Platoniſq; defẽdit. Et in fine ſecũdi uolumi

nis de pfectiõe nostra disputãs intulit. Cũ q; intantũ ꝓfecerimus: ut neq; carnes & corpora, forsitan ne animæ quidẽ fuerimus: sed mens & sensus ad perfectũ ueniens, nullo q; perturbationũ nubilo caligans: intuebitur rationabiles intelligibilesq; substãtias, facie ad faciẽ. In libro quoq; tertio hæc uitia cõtinẽtur. Sin autẽ semel recipimus, quod ex præcedentibus causis aliud uas in honorẽ, aliud in contumeliã sit creatũ: cur nõ recurramus ad animæ arcanũ, & intelligamus eam egisse antiquitus, ꝓpter quod in altero dilecta: in altero odio habita sit: antecq; in Iacob corpore supplantaret, & in Esau planta teneret' a fratre? Et iterũ. Vt autẽ aliæ animæ fierent in honorẽ, aliæ in cõtumeliã, materiarũ causarũ q; merita præcesserũt. Et in eodẽ loco. Iuxta nos aũt ex præcedẽtibus meritis, uas quod in honorẽ fuerit fabricatũ, si nõ dignũ uocabulo suo opus fecerit, in alio sæculo fiet uas contumeliæ: & rursum uas illud quod ex anteriori culpa, cõtumeliæ nomen acceperat: si in p̃senti uita corrigi uoluerit, in noua creatione fiet uas sanctificatũ: & utile dño, in omne opus bonũ paratũ: statimq; subiungit. Ego arbitror posse quosdã homines, a paruis uitijs incipiẽtes, ad tantã nequitiã peruenire: si tamen noluerint ad meliora cõuerti, & pœnitẽtia emẽdare peccata: ut & cõtrariæ fortitudines fiant: & rursum ex inimicis cõtrarijsq; uirtutibus, intantum quosdã per multa tẽpora uulneribus suis adhibere medicinã, & fluentia prius delicta constringere, ut ad locũ transeant optimorũ. Sæpius diximus, in infinitis perpetuisq; sæculis, in quibus anima subsistit & uiuit, sic nõnullas earũ ad peiora corruere, ut ultimũ maliciæ locũ teneãt: & sic quasdã proficere: ut de ultimo maliciæ gradu, ad perfectã ueniant consummatãq; uirtutẽ. Quibus dictis conat' ostendere & homines, id est animas, posse fieri dæmones: & rursum dæmones in angelicã redigi dignitatẽ. Atq; in eodẽ uolumine. Sed & hoc requirendũ, quare humana anima nũc ab his, nũc ab alijs uirtutibus ad diuersa moueat'. Et putat quorundã antecq; uenirẽt in corpore merita præcessisse: ut est illud Iohãnis exultãtis in utero matris suæ, quãdo ad uocẽ salutationis, Mariæ indignã se cõfabulatione eius Elisabet cõfiteꝛ: statimq; subiungit. Et ecõtrario paruuli licet & pene lactẽtes malis replent' spiritibus, & in diuinos, atq; hariolos inspirant', intã
D tum ut etiã dæmon Pythonicus quosdã a tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud prouidentiã dei, cũ nihil tale fecerint ut istiusmodi insaniã sustinerẽt, nõ est eius, qui nihil uult absq; deo fieri, & oia illius iustitia gubernari. Rursumq; de mundo. Nobis autẽ (inquit) placet, & ante hunc mundũ, aliũ fuisse mundũ: & post istũ, aliũ futurũ. Vis discere, quod post corruptionem huius mundi, alius sit futurus? Audi Esaiã loquentẽ: Erit cœlũ nouũ & terra noua, quæ ego facio ꝓmanere in cõspectu meo. Vis nosse, quod ante fabricã istius mũdi, alij mũdi in p̃terito fuerint? Auscultа Ecclesiastẽ. Quid est quod fuit? ipm quod erit. Et qd est, quod factũ est? ipm qd' futurũ est. Et nõ est omne nouũ sub sole, quod loquat' & dicat: Ecce hoc nouũ est. Iam em̃ fuit in sæculis pristinis, quæ fuerũt ante nos. Quod testimoniũ, nõ solũ fuisse, sed futuros mundos esse testat': nõ quod simul & pariter oẽs fiant, sed alius post aliũ: statimq; subiũgit: Diuinit9 habitaculũ & uerã requiẽ apud superos existimo intelligi: in qua creaturæ rationabiles cõmorãtes antecq; ad inferiora descenderent: & de inuisibilibus ad uisibilia commigrarent, ruentesq; ad terrã, crassis corporibus indigerẽt: antiqua beatitudine fruebant'. Vnde cõditor deus, fecit eis cõgrua humilibus locis corpora, & mundũ istũ uisibilẽ fabricatus est: ministrosq; ob salutẽ & correptionẽ eorũ q ceciderũt, misit in mundũ: ex qbus alij certa obtinerẽt loca, & mũdi necessitatibus obedirent: alij iniuncta sibi officia singulis quibusq; tẽporibus, quæ nouit artifex deus, sedula mente tractarent. Et ex his sublimiora mundi loca, sol & luna & stellæ, quæ ab apostolo creatura dicitur, acceperũt. Quæ creatura uanitati subiecta est, eo quod crassis circũdata corporibus, & aspectui pateat. Et tamẽ nõ sponte subiecta est uanitati: sed propter uoluntatẽ eius, q eam subiecit in spe. Et iteꝛ: Alij uero in singulis locis atq; tẽporibus, quæ solus artifex nouit, mũdi gubernaculis seruiunt, quos angelos ei9 esse credim9. Et post paululũ. Quẽ rerũ ordinẽ & totã mũdi ꝓuidentiã: dũ aliæ uirtutes de sublimioꝛib9 corruũt, aliæ paulatim labunt' in terras. Istæ uolũtariæ descẽdũt: aliæ præcipitant' inuitæ: Hæ sponte suscipiũt ministeria, ut ruẽtibus manũ porrigãt: Illæ cogunt' ingratæ, ut tãto tẽpore, in suscepto officio perseuerẽt. Et iterũ: Ex quo sequit': ut ob uarios mot9, uarij creent' & mũdi: & post hũc quẽ incolim9, alius multo dissimilis mũdus fiat. Nullusq; alius diuersis casibus & profectibus, & uel uirtutũ præmijs, uel uitioꝛ supplitijs, & in præsenti, & in futuro atq; in oĩbus & retro, & priora tẽporibus potest merita dispensare: & ad

unum

A unum rursum finē cūcta pertrahere, nisi solus conditor omniū deus: qui scit causas, ppter quas alios permittat sua perfrui uolūtate, & de maioribus ad ultima delabi, alios incipiat uisitare: & gradatim quasi manu data, ad pristinū retrahere statum, & in sublimibus collocare. Cūq; de fine disputare cœpisset: hæc intulit. Quia (ut crebro iam diximus) principiū rursus ex fine generatur: quæritur utrum & tunc futura sint corpora: an sine corporibus aliquando uiuendum sit: cū redacta in nihilum fuerint: & incorporalium uita, incorporalis esse credenda sit: qualem & dei nouimus. Nec dubium est, quin si omnia corpora ad mundum istū sensibilem pertineant, quæ appellātur ab apostolo uisibilia: futura sit uita incorporalium incorporalis. Et paulopost. Illud quoq; quod ab eodem Apostolo dicitur: Omnis creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei: sic intelligimus, ut primam creaturam rationabilium & incorporalium esse dicamus, quæ non seruiat corruptioni: eo quod non sit uestita corporibus: & ubicūq; corpora fuerint, statim corruptio subsequatur. Postea autem liberabitur de seruitute corruptionis: quando receperint gloriam filij dei: & deus fuerit omnia in omnibus. Et in eodem loco. Vt autem incorporeum finem, omnium rerum esse credamus, illa nos saluatoris oratio prouocat, in qua ait: Vt quomodo ego & tu unum sumus: sic & isti in nobis unū sint. Etenim scire debemus, quid sit deus, & quid sit futurus in fine saluator: & quomodo in sanctis similitudo patris & filij repromissa sit: ut quomodo in se illi unū sunt, sic & isti in eis unū sint. Aut em̄ suscipiēdum est uniuersitatis deum, uestiri corpore: & quomodo nos carnibus, sic illum qualibet materia circūdari: ut similitudo uitæ dei, in fine sanctis possit æquari: Aut si hoc indecēs est, maxime apud eos, qui saltem ex minima parte dei sentire cupiunt maiestatem, & ingenitæ atq; oīa excedentis naturæ gloriam suspicari: e duobus alterum suscipere cogimur: ut aut desperemus similitudinem dei, si eadem semper sumus corpora habituri: aut si beatitudo nobis eiusdem cū deo uitæ promittitur, eadem qua uiuit deus, nobis conditione uiuendum est. Ex quibus omnibus approbatur quid de resurrectione sentiat, & quod omnia corpora interitura cōfirmet: ut simus absq; corporibus, quomodo prius fuimus, anteq; crassis corporibus uestiremur. Rursumq; de
B mundorum uarietate disputans, & uel ex angelis dæmones, uel de dæmonibus angelos siue homines futuros esse contestans: & econtrario ex hominibus dæmones, & omnia ex omnibus, sententiā suā tali fine cōfirmat. Nec dubium est, quin post quædam interualla temporū, rursus materia subsistat, & corpora fiant, & mundi diuersitas constituatur: propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum, quæ post perfectā beatitudinē, usq; ad finē omniū rerū paulatim ad inferiora dilapsæ, tantā maliciā receperūt: ut in cōtrariū uerterentur: dū nolunt seruare principiū, & incorruptā beatitudinē possidere. Nec hoc ignorandum, quod multæ rationabiles creaturæ, usq; ad secundū & tertiū & quartū mundū seruent principiū, nec mutationi in se locum tribuāt. Aliæ uero tam parū de pristino statu amissuræ sint, ut pene nihil perdidisse uideant: & nōnullæ grandi ruina, in ultimū præcipitādæ sint barathrū. Nouitq; dispensator omniū deus, in cōditione mundorū singulis abuti iuxta meritū, & oportunitates & causas, quibus mūdi gubernacula sustentant & initiant: ut qui omnes uicerit nequitia, & penitus se terræ coæquauerit: in alio mūdo, qui postea fabricandus est, fiat diabolus, principium plasmationis dñi: ut illudatur ei ab angelis, qui exordij amisere uirtutē. Quibus dictis, quid aliud conatur ostendere, nisi huius mūdi homines peccatores, in alio mūdo posse diabolū & dæmones fieri? Et rursum nunc dæmones, in alio mundo posse uel angelos, uel hoies procreari? Et post disputationē longissimā, qua oēm creaturā corpoream in spiritalia corpora & tenuia dicit esse mutandā: cunctāq; substantiam in unum corpus mundissimum, & omni splendore purius cōuertendā: & talem qualē nunc humana mens nō potest cogitare: ad extremū intulit. Et erit deus oia in oibus, ut uniuersa natura corporea, redigatur in eam substantiam, quæ omnibus melior est: in diuinam scilicet, qua nulla est melior. In quarto quoq; libro, qui operis eius extremus est: hæc ab ecclesia Christi damnanda interserit. Et forsitan quomodo in isto mundo qui moriuntur separatione carnis & animæ: iuxta operum differentiam, diuersa apud inferos obtinent loca: sic qui de cœlestis Hierusalem (ut ita dicam) administratione moriuntur, ad nostri mundi inferna descēdūt: ut pro qualitate meritorum, diuersa in terris possideant loca. Et iterum: Et quia comparauimus de isto mundo ad inferna pergentes animas: ijs animabus, quæ de superiori cœlo, ad uostra habitacula perue-

C nientes quodãmodo mortuæ ſunt:prudenti inueſtigatiõe rimandũ eſt:an hocipſum poſſimus etiã in natiuitate dicere ſingularũ:ut quõ quæ in iſta terra noſtra naſcunt᷑ animæ:uel de inferno rurſum meliora cupientes,ad ſuperiora ueniũt,& humanũ corpus aſſumũt: uel de melioribus locis ad nos uſq; deſcendũt:ſic & ea loca quæ ſupra ſunt in firmamẽto, aliæ animæ poſſideant, quæ de noſtris ſedibus ad meliora,pficiant: aliæ quæ de cœleſtibus ad firmamentũ uſq; delapſæ ſunt:nec tantũ fecere peccatũ,ut ad loca quæ incolimus truderent᷑. Quibus dictis nitit᷑ approbare,& firmamentũ:id eſt,cœlũ,ad cõparationẽ ſuperioris cœli eſſe inferos: & hãc terrã quã incolimus,collatione firmamẽti inferos appellari: & rurſum ad cõparationẽ inferorꝝ,qui ſubter nos ſunt,nos cœlũ dici:ut quod alĩs infernus eſt, alĩs cœlũ ſit. Nec hac diſputatione contentus, dicit in fine omniũ rerꝝ,quãdo ad cœleſtẽ Hieruſalẽ reuerſuri ſumus,aduerſariarũ fortitudinũ cõtra populũ dei bella cõſurgere:ut nõ ſit eorꝝ ocioſa uirtus,ſed exerceant᷑ ad p̃lia: & habeant materiã roboris:quã cõſequi nõ poſſint:niſi fortes primũ aduerſarĩs reſtiterint: quos ratiõe & ordine & ſolertia repugnãdi,in libro Numerorꝝ legimus eſſe ſuperatos. Cũq; dixiſſet iuxta Iohãnis Apocalypſim,euãgeliũ ſempiternũ:id eſt futurꝝ in cœlis,tantũ p̃cedere hoc noſtrũ euangeliũ,quãtũ Chriſti p̃dicatio legis ueteris ſacramenta:ad extremũ intulit(qd᷑ & cogitaſſe ſacrilegũ eſt)pro ſalute dæmonũ,Chriſtũ etiã in aere & in ſupernis locis eſſe paſſurũ. Et licet ille nõ dixerit:tamẽ quod cõſequẽs ſit intelligit᷑:ſicut pro hoibus homo factus eſt,ut hoies liberaret:ſic & pro ſalute dæmonũ,deũ futurꝝ quod ſunt hi,ad quos uẽturus eſt liberãdos. Quod ne forſitan de noſtro ſenſu putemur aſſerere,ipſius uerba ponẽda ſunt. Sicut em̃ per umbrã euangelĩ,umbrã legis impleuit:ſic quia oĩs lex exemplũ & umbra eſt cerimoniarũ cœleſtiũ,diligẽtius requirendũ:utrũ recte intelligamus legẽ quoq; cœleſtẽ,& cerimonias ſuperni cultus plenitudinẽ nõ habere:ſed indigere euãgelĩ ueritate:quod in Iohãnis Apocalypſi,euãgeliũ legimus ſempiternũ,ad cõparationẽ uidelicet huius noſtri euãgelĩ,quod tẽporale eſt:& in trãſituro mũdo ac ſæculo p̃dicatũ. Quod quidẽ etiã ſi uſq; ad paſſionẽ dñi ſaluatoris inquirere uoluerimus,cꝫcꝫ au
D dax & temerariũ ſit in cœlo,eius quærere paſſionẽ:tamẽ ſi ſpiritualia nequitiæ in cœleſtib⁹ſunt: & nõ erubeſcimus crucẽ dñi cõfiteri,ppter deſtructionẽ eorũ:quæ ſua paſſione deſtruxit: cur timeamus etiã in ſupernis locis,in cõſummatiõe ſæculorꝝ aliquid ſimile ſuſpicari:ut omniũ locorũ gentes,illius paſſiõe ſaluent᷑? Rurſumq; blaſphemans de filio ſic locutus eſt: Si em̃ patrẽ cognoſcit filius:uidet᷑ in eo quod nouit patrẽ, poſſe eũ cõprehendere: ut ſi dicamus artificis animũ,artis ſcire menſurã. Nec dubiũ,quin ſi pater ſit in filio,& cõprehendat᷑ ab eo in q̃ eſt. Sin autem cõprehenſionẽ eam dicimus:ut nõ ſolũ ſenſu quis & ſapiẽtia cõprehendat:ſed & uirtute & potentia cũcta teneat qui cognouit: nõ poſſumus dicere, quod cõprehẽdat filius patrem:pater uero oia cõprehendit. Inter oia aũt & filius eſt:ergo & filiũ cõprehendit. Et ut ſciremus cauſas, qbus pater cõprehẽdat filiũ,& filius patrẽ nõ queat cõprehendere:hæc uerba ſubnectit. Curioſus lector inquirat,utrũ ita a ſemetip̃o cognoſcat᷑ pater,quõ cognoſcit᷑ a filio:ſcienſq; illud qd᷑ ſcriptũ eſt:Pater qui me miſit,maior eſt omnibus:uerum eſſe contendet:ut dicat,& in cognitiõe filio patrẽ eſſe maiorem:dum perfectius & purius a ſemetipſo cognoſcit᷑,cꝫ a filio. μετεμψύχωσιν quoq; & abolitionẽ corporũ,per hoc rurſum ſentire cõuincitur. Si quis aũt potuerit oſtendere incorporalẽ rationabilẽq; naturã, cũ expoliauerit ſe corpore,uiuere per ſemetipſam:& in peiori conditione eſſe, quando corporibus ueſtitur: in meliori, quando illa deponit: nulli dubium eſt corpora nõ principaliter ſubſiſtere,ſed per interualla,& ob uarios motus rationabiliũ creaturarum nunc fieri:ut qui his indigent, ueſtiantur:& rurſum cũ illa deprauatione lapſuũ ſe ad meliora correxint,diſſolui in nihilũ:& hac ſemp ſucceſſiõe uariari. Et ne paruã putaremus impietatem eſſe eorũ,quæ præmiſerat:in eiuſdẽ uoluminis fine cõiungit:oẽs rationabiles naturas,id eſt patrem & filium & ſpiritũ ſanctũ,angelos,poteſtates,dñationes,cæteraſq; uirtutes: ip̃m quoq; hominẽ ſecundũ animæ dignitatẽ unius eſſe ſubſtantiæ. Intellectualem(inquit)rationabilẽq; naturã ſentit deus & unigenitus filius eius & ſpiritus ſanctus:ſentiunt angeli & poteſtates,cæteræq; uirtutes:ſentit interior homo,qui ad imaginem & ſimilitudinẽ dei cõditus eſt. Ex quo concluditur deũ & hæc, quodãmodo unius eſſe ſubſtantiæ. Vnũ addit uerbũ,quodãmodo:ut tãti ſacrilegĩ crimen effugeret:& qui in alio loco filiũ & ſpiritũ ſanctum nõ uult de patris eſſe ſubſtantia,ne diuinitatẽ in partes ſecare uideatur: naturã omnipotentis dei, angelis hominibuſq;

largitur

A largitur. Cū hæc ita ſe habeant, quæ inſania eſt, paucis de filio & ſpiritu ſancto cōmutatis, quæ apertā blaſphemiā præferebant: cætera ita ut ſcripta ſunt protuliſſe in medium, & impia uoce laudaſſe: cum utiq; & illa & iſta de uno impietatis fonte proceſſerint? Aduerſum omnia ſcribere: nec huiꝰ eſt tēporis: & oēs q aduerſus Arriū & Eunomiū Manichæū q; & diuerſas ſcripſerūt hæreſes, his quoq; impietatibꝰ reſpōdiſſe credendi ſunt. Quiſq; igit hos uoluerit legere libros & calciatis pedibus ad terrā repromiſſiōis pergere: necubi a ſerpentibꝰ mordeat, & arcuato ſcorpij uulnere uerberet: legat prius hūc librū: & antecq; ingrediat uiā, quæ ſibi cauēda ſint nouerit.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

ANte annos.) Vide ut diſtulit rem in decimū annū, adhuc fauens Origenis ingenio. Cuiuſdam.) Abſtinet a noie, cū Ruffinū ſignificet. Schedulas.) Ita uocāt tabellas rudes & nōdū emēdate ſcriptas. Vnde & Græcis uerbū χεδιάζω & nomē χέδιος. περιἀρχῶμ.) Id eſt de principijs. Nā hic eſt libro titulus. Aethera & cœlū.) Veteres puriſſimā aeris partem æthera uocabant, ab ardore ſiue luce. Aereo corpore.) Fuit & Auguſtinꝰ in hac ſentētia, ut crederet dæmones habere corpora aerea, nō aſſumpticia, ſed ſua & naturalia: id quod palā declarat, cū aliis locis, tū in libello de diuinatiōe dæmonū. Niſi forte ſic uelimus interpretari, illic corpus accipi p ſubſtantia, quō ueteres aliquoties uſurpabāt eā uocē: ut apud Gelliū, ubi diſputat ex Platone, uox corpus ſit an accidens: & aerea pro ſubtilibus ac tenuibus. Verū ſi quis exactius perpēdat totā illā diſputationē, intelliget eū ita tribuiſſe corpora dæmonibus, ut tribuit Origenes & Plato. Aſſerit μετεμψύχωσιν.) Id eſt, trāſanimationē, hoc eſt migrationē animæ de corpore. Appellauimus ἀπλανῆ.) Id eſt expertē erroris, quod fixa ſit & nō erret more cæteratū. Αρτιζώμη ipſa tentet.) Antiçonā uocat, qd opponat & reſpondeat çonæ. μοῦς.) Summā animi partē & longiſſime ſemotā a materia, aut certe minimū immerſam materiæ, ſic appellāt Theologi. De qua quærit Ariſtoteles in libris de aīa, nū qd agat in corpore abſq; corporis organis. Dæmon Phythonicus.) Id eſt diuinꝰ, a Phytone ſerpēte quē iaculis ſuis interemit Apollo. Vnde & Pythiū dictū uolūt. Calciatis.) Hoc eſt armatis aduerſus ſerpentes. Arcuato Scorpij uulnere.) Sic em̄ ferit ſcorpius: utroq; brachio cōprehēdit quod uult ferire: deinde nitens his, ſupra tergū inflectit caudam in arcus morem, & aculeū infigit, cuſpide adeo ſubtili, ut aciē fallat oculorum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

B Epiphanius epiſcopꝰ Salaminæ Cypri excuſat ſe Iohāni epiſcopo Hieroſolymitano, quod preſbyterū ordinaſſet in illius dioceſi, ipſo incōſulto. Deinde cōmonet ut ab Origenis erroribus abſtineat. Hanc epiſtolam Hieronymus in odiū Iohānis & Ruffini latinam fecit.

EPIPHANIVS IOHANNI EPISCOPO HIEROSOLYMORVM.

DOmino dilectiſſimo fratri Iohāni epiſcopo Epiphanius. Oportebat nos dilectiſſime clericatus honore nō abuti in ſuperbiā, ſed cuſtodia mādatorū dei & obſeruatiōe diligētiſſima, hoc eē qd dicimur. Si em̄ ſctā ſcriptura loqt: cleri eorū nō prderūt eis, q̄ arrogātia clericatus cōducere nobis poterit: q nō ſolū cogitatiōe & ſenſu, uerūetiā ſermone peccamus? Audiui qppe, qd tumeas cōtra nos, & iraſcaris, & miniteris ſcribere in extremos fines terræ, ut loca prouinciaſq; nō nominē. Et ubi eſt dei timor, q nos debet illo tremore cōcutere, q dictus eſt a dño: Si qs iraſcit fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio? Nō quod magnopere curē, ſi ſcribas quod placuerit. Scribebant em̄ & epiſtolæ biblynæ iuxta Eſaiā: & mittebant ſup aquas: quæ cito cū ſæculo tranſeūt. Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec qcq; uiolenter extorſimus. In monaſterio fratrū, & fratrū peregrinorū, q prouinciæ nihil tuæ deberēt: & p̄pter noſtrā paruitatē & litteras quas ad eos crebro direximus: cōmunionis quoq; tuæ cœperūt habere diſcordiā: ne uiderent quadā duritia & cōſciētia noſtra, antiquæ fidei ab eccleſia ſeparari: ordinauimus diaconū: & poſtq; miniſtrauit, rurſum p̄ſbyterū: ſup q̄ debueras gratulari, intelligens quod ob dei timorē hoc ſumus facere cōpulſi: maxime cū nulla ſit diuerſitas in ſacerdotio dei, & ubi utilitati eccleſiæ prouideat. Nā & ſi ſinguli eccleſiarū epiſcopi habent ſub ſe eccleſias, qbus curā uident impendere: & nemo ſup alienā menſurā extēdit: tamē p̄ponit oibus charitas Chriſti: in qua nulla ſimulatio eſt: nec cōſyderādū, quid factū ſit: ſed q̄ tēpore, & quo modo, & in q̄bus, & quare factū ſit. Cū em̄ uidiſſem, quia multitudo ſanctorū fratrū in monaſterio conſiſteret, & ſancti p̄ſbyteri Hieronymus & Vincentius propter uerecundiā & humilitatē nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia: & laborare in hac parte miniſterij, quæ Chriſtianorū p̄cipua ſalus eſt: inuenire aūt & cōp̄hendere ſeruū dei nō poſſes, qui te, eo quod graue onus ſacerdotij nollet ſuſcipe, ſæpe fugiebat: ſed nec alius qs epiſcoporū facile eū reperiret. Vnde & ſatis miratuſ ſum quō diſpenſatiōe dei ad nos uenerit cū diaconis monaſterij & cæteris fratribꝰ, ut mihi ſatiſfaceret, qa neſcio qd aduerſum eos habebā triſticiæ. Cū igit celebraret collecta in eccleſia uillæ, quæ eſt iuxta monaſteriū noſtrū, ignorantē eū, & nullā penitꝰ habentē ſuſpitionē, p multos diaconos

C conos apꝑhendi iu[illegible]nus,& teneri os eius:ne forte liberari ſe cupiens,adiuraret nos per nomẽ Chriſti:& primũ diaconũ ordinauimus:proponentes ei timorem dei,& compellentes ut miniſtraret. Valde quippe obnitebatur,indignum ſe eſſe conteſtans. Vix ergo compulimus eum,& perſuadere potuimus teſtimoniꝭs ſcripturarum,& propoſitione mandatorum dei. Et cum miniſtraret in ſanctis ſacrificiꝭs: rurſus eum ingenti difficultate tento ore eius,ordinauimus preſbyterum:& iſdem uerbis quibus antea ſuaſeramus, impulimus ut ſederet in ordine preſbyteriꝭ. Poſt hæc ſcripſimus ad ſanctos preſbyteros monaſteriꝭ,& cæteros fratres:& increpauimus eos, quare non ſcripſiſſent ſuper eo,cum ante annum,multos eorum queri audiſſem,cur non haberent,qui ſibi domini ſacramenta conficerent,& illum omnes ſuo poſcerent teſtimonio, & grandem utilitatem,in cõmune monaſteriꝭ teſtarentur: Quare tunc reperta oportunitate nõ ſcripſiſſent nobis,neq; ſuper ordinatione eius aliquid popoſciſſent. Hæc ita acta ſunt, ut locutus ſum in charitate Chriſti,quã te erga paruitatem noſtram habere credebam:q̃ q̃ in monaſterio ordinauerim:& non in parochia,quæ tibi ſubiecta ſit. O uere benedicta epiſcoporum Cypri mãſuetudo & bonitas:& noſtra ruſticitas,ſenſu tuo & arbitratu,digna miſericordia dei. Nam multi epiſcopi cõmunionis noſtræ,& preſbyteros in noſtra ordinauerunt prouincia:quos nos comprehendere nõ poteramus: & miſerũt ad nos diaconos & hypodiaconos, quos ſuſcepimus cũ gratia. Et ipſe cohortatus ſum, beatæ memoriæ Philonẽ epiſcopũ & ſanctum Theoprobũ: ut in eccleſiꝭs Cypri,quæ iuxta ſe erant,ad meæ autem parochiæ uidebantur eccleſiã pertinere, eo quod grandis eſſet,& late patens prouincia,ordinarent preſbyteros,& Chriſti eccleſiæ prouiderent. Nunc q̃ autem ego ordinaui diaconiſſas,& ad alienas miſi ꝓuincias:neq; feci quic q̃,ut eccleſiam ſcinderem. Quid ergo tibi uiſum eſt,ſic grauiter intumeſcere & iactari contra nos pro opere dei,quod in ædificationem,& non in deſtructionem fratrum factum eſt? Sed & illud uehementer admiratus ſum,quod meis locutus es clericis,aſſerens te per ſanctum preſbyterum,& abbatem monachorum Gregoriũ,mandaſſe mihi,ne quẽ q̃ ordinarem: & ego hoc pollicitus
D ſim,dicens:Nunquid iuuenis ſum,aut canones ignoro? Audi igitur ueritatem in ſermone dei: me hoc nec audiſſe,nec noſſe,nec iſtius ſermonis penitus recordari. Suſpicatus autẽ ſum,ne forſitan inter multa,quaſi homo oblitus eſſem: & ob hanc cauſam ſanctum Gregorium ſciſcitatus ſum:& Zenonem preſbyterũ,qui cum eo eſt:E quibus abbas Gregorius reſpondit, ſe hoc penitus ignorare. Zenon autem dixit,quia cum ei preſbyter Ruffinus neſcio quæ alia tranſitorie loqueretur,etiã hoc dixerit:Putas ne aliquos ordinaturus eſt ſanctus epiſcopus? Et hucuſq; ſtetiſſe ſermonem. Ego autẽ Epiphanius,nec audiui quic q̃,nec reſpondi. Vnde dilectiſſime,nõ te ꝑueniat furor,nec occupet indignatio,nec fruſtra mouearis:& aliud dolẽs,te uertas ad alia,ut peccandi occaſionem inueniſſe uidearis. Quod propheta deuitans,dñm precatur dicens: Non declines cor meũ in uerba maliciæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis. Illud quo q; audiens admiratus ſum:quod quidam qui ſolent ultro citro q; portare rumuſculos, & his quæ audierũt ſemꝑ addere:ut triſticias & rixas inter fratres concitent,te quo q; turbauerunt,& dixerunt,quod in oratione quãdo offerimus ſacrificia deo,ſoleamus pro te dicere:Dñe præſta Iohãni, ut recte credat. Noli nos intantum putare ruſticos,ut hoc tam aperte dicere potuerimus. Quã q̃ em̃ hoc in corde meo ſemꝑ orem:tamẽ ut ſimpliciter fatear,nũ q̃ in alienas aures protuli: ne te uideret paruipendere dilectiſſime. Quãdo autẽ complemus orationẽ ſecundũ ritũ myſteriorũ, & pro omnibus & pro te quo q; dicimus:cuſtodi illũ qui prædicat ueritatẽ:uel certe ita: Tu præſta dñe & cuſtodi:ut ille uerbũ prædicet ueritatis,ſicut occaſio ſermonis ſe tulerit,& habuerit oratio conſequentiã. Quapropter obſecro te dilectiſſime:& aduolutus pedibus tuis precor: præſta mihi & tibi:ut ſalueris, ſicuti ſcriptum eſt,a generatione peruerſa,& recede ab hæreſi Origenis:& a cũctis hæreſibus dilectiſſime. Video em̃,quod propter hanc cauſam omnis ueſtra indignatio cõcitata ſit,quod dixerim uobis,Arriꝭ patrẽ Origenẽ ſcilicet, & aliarũ hæreſeon radicẽ: & parentẽ laudare nõ debetis. Et cũ uos rogarẽ ne ita erraretis & monerẽ:contradixiſtis & me ad triſticiã atq; lachrymas adduxiſtis. Non ſolum aũt me,ſed & alios plurimos catholicos qui intererãt. Inde ut intelligo hæc eſt oĩis indignatio, & iſte furor. Et idcirco cõminamini, q̃d mittatis aduerſum me epiſtolas: ut huc illucq; ſermo ueſter diſcurrat: & propter defenſionem hæreſeos

A hæreſeos aduerſum me odia ſuſcitantes, rumpitis charitatem quã in uos habuimus: intantum ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere: quare uobis cõmunicauerimus: ita Origenis errores & dogmata defendentes. Simpliciter loquor: nos ſecundum quod ſcriptũ eſt: nec oculo noſtro parcimus, ut non effodiamus eum, ſi nos ſcandaliçauerit: nec manui, neq; pedi, ſi nobis ſcandalũ fecerit. Et uos ergo ſiue oculi noſtri, ſiue manus, ſiue pedes fueritis, ſimilia ſuſtinebitis. Quis em̃ catholicorũ poſſit æquo animo ſuſtinere, & eor̃ qui fidem ſuam bonis operibus exornant, ut audiãt Origenis doctrinã atq; conſiliũ, & credant præclaræ illius p̃dicationi: nõ poteſt filius uidere patrẽ, neq; ſpũs ſanct⁹ uidere filiũ? Hæc in libris περὶ ἀρχῶν ſcribunt, his uerbis legimus, & ita locutus eſt Origenes. Sicut em̃ incõgruũ eſt dicere: qd̃ poſſit filius uidere patrẽ: ſic incõſequẽs eſt opinari, qd̃ ſpũs ſanctus poſſit uidere filiũ. Illud quoq; q̃s Origenẽ dicentẽ patiat̃: qd̃ aniæ, angeli fuerint in cœlis: & poſtq̃ peccauerint in ſupernis, deiectas eſſe in iſtũ mũdũ: & quaſi in tumulos & ſepulchra: ſic in corpora iſta relegatas, pœnas antiquor̃ luere peccatorũ? & corpora credentiũ non templa Chriſti eſſe, ſed carceres damnatorum? Exinde ueritatẽ hiſtoriæ allegoriæ deprauans mendacio, infinita uerba multiplicat: & ſimplices quoſq; uaria perſuaſione ſupplantans, nunc aſſerit animas, iuxta Græcam etymologiã ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι idcirco uocitatas, quia de cœleſtibus ad inferiora uenientes, calorẽ priſtinũ amiſerint: nunc corpus hoc, ob id iuxta Græcos δέμας, id eſt uinculũ, ſiue iuxta aliam proprietatẽ cadauer dici: quia animæ de cœlo ruerint: a plæriſq; autẽ ſecundum uariam Græci ſermonis ſupellectilẽ σῶμα, id eſt corpus, σῆμα, id eſt monumentũ interpretari: eo quod ita animã in ſe clauſam habeat, quomodo ſepulchra & tumuli cadauera mortuorum. Et ſi hoc uerum eſt: ubi eſt fides noſtra? ubi præconiũ reſurrectionis? ubi apoſtolica doctrina, quæ in eccleſijs Chriſti hucuſq; perdurat? ubi illa benedictio ad Adam, & ad ſemen eius, & ad Noe, & ad filios eius: Creſcite & multiplicamini & replete terram? Iam em̃ nõ erit benedictio, ſed maledictio, iuxta Origenem, qui angelos uertit in animas: & de ſublimi faſtigio dignitatis facit ad inferiora deſcendere: quaſi deus generi humano non poſſit animas per benedictionẽ dare, niſi angeli peccauerint: & tot in cœlo ſint ruinæ, quot
B in terra natiuitates. Dimittenda ergo nobis eſt doctrina apoſtolorum & prophetarum & legis & ipſius dñi ſaluatoris in euangelio pertonãtis. Econtrario Origenes præcipit, & legem dat: ut non dicam conſtringit diſcipulos ſuos: ne quis oret in cœlum aſcendere, ne peius iterum peccans q̃ in terris ante peccauerat: præcipitetur in mundum. Q̃ q̃ iſtiuſmodi nugas & deliramenta ſoleat ille ſcripturarum interpretatione peruerſa & aliud ſignificante, q̃ quod uerum eſt affirmare, dicens: Priuſq̃ a malicia humiliarer, ego deliqui: & illud: Reuertere anima mea in requiẽ tuam. necnon & illud: Educ de carcere animam meam. Et in alio loco: Confitebor dño in regione uiuorum: cum alius proculdubio ſenſus ſcripturæ diuinæ ſit: quã ille in hæreſim ſuã maligna interpretatione detorquet. Quod faciunt & Manichæi & Gnoſtici, & Hebionitæ, & Marcionis ſectatores, & aliæ hæreſes numero octoginta, quæ de puriſſimo ſcripturarũ fonte aſſumẽtes teſtimonia, non ita interpretãtur ut ſcripta ſunt: ſed ſimplicitatem ſermonis eccleſiaſtici, id uolũt ſignificare, qd̃ ipſi ſentiũt. Illud quoq; quod aſſerere nititur: doleã ne an rideam neſcio. Doctor egregius Origenes audet docere diabolũ id rurſum futurũ eſſe quod fuerat: & ad eandẽ rediturum dignitatem, & conſcenſurum regna cœlorum. Prohnephas, quis tam uecors & ſtolidus, ut hoc recipiat, quod ſanctus Iohannes baptiſta, & Petrus, & Iohannes apoſtolus & euangeliſta: Eſaias quoq;, & Hieremias, & reliqui ꝓphetæ cohæredes fiant diaboli in regno cœlorũ? Prætereo friuolam eius expoſitionem ſuper tunicis pelliceis, quanto conatu, quantiſq; egerit argumẽtis, ut tunicas pelliceas humana eſſe corpora crederemus. Qui inter multa ait: Nũquid coriarius aut ſordiſcarius erat deus: ut cõficeret pelles animaliũ, & cõſueret ex eis tunicas pelliceas Adã & Euæ? Manifeſtum eſt ergo (inquit) quod de corporibus noſtris loquatur? Et ſi hoc ita eſt, quomodo legimus ante pelliceas tunicas, & ante inobedientiam? & de paradiſo ruinam Adam loquentem non ſecundum allegoriã, ſed uere: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea? Aut unde aſſumptũ eſt illud, quod diuinus ſermo teſtatur: Et iniecit deus ſoporẽ in Adam, & dormiuit: & ſumpſit unam de coſtis eius, & adimpleuit pro ea carnẽ, & ædificauit coſtã, quã tulerat ex eo illi in uxorẽ? Aut quæ corpora cõtegebat Adã & Eua foliꝭ ficus: poſtq̃ comederũt de

arbore

C arbore uetita? Quis autem patienter ferat, Origenem lubricis argumentationibus resurrectio/
nem carnis huius negantem: sicut declarat manifestissime in uolumine explanationum primi
psalmi, & in alijs multis locis? Aut quis audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem para
disum: & illum quem scriptura cõmemorat, de terra ad cœlestia transferentem: & omnes arbo
res quæ scribuntur in Genesi, sic allegorice intelligentem: quod scilicet arbores, angelicæ fortitu/
dines sint: cum hoc ueritas non recipiat? Neq; em̃ dixit scriptura diuina: Deposuit deus Adam
& Euam in terram, sed eiecit eos de paradiso, & habitare fecit eos contra paradisum. Nõ ait, sub
paradiso. Et posuit rompheam flammeam, & Cherubim custodire introitum ligni uitæ. Non
dixit, ascẽsum. Et fluuius egrediebat ex Eden: non dixit, descendit ex Eden. Iste diuidit in qua/
tuor principia: nomen uni Phison, & nomen secundi Geon. Ego uidi aquas Geon. Aquas quas
his carneis oculis aspexi. Iste est Geon, quem Hieremias demõstrat, dicens: Quid uobis & uiæ
Aegypti: ut bibatis aquam Geon turbidam? Bibi & de hoc magno flumine Euphrate aquas
simpliciter, quas manu potes tangere, ore sorbere, non aquas spiritales. Vbi autẽ flumina sunt,
quæ & uidentur & bibuntur: ibi consequens est, quod & ficus & alia ligna sint: de quibus dicit
deus: Ex om̃i ligno quod est in paradiso comedes: similia sunt lignis alijs & arboribus, sicut flu/
mina similia sunt fluminibus & aquis. Si autem aqua quæ cernitur, uere aqua est: necesse est, ut
& ficus uera sit, & alia ligna: & Adã uerus statim a principio plasmatus in corpore, sicut & Eua,
& non in phantasmate, & post ruinam (ut uult Origenes) propter peccatum postea corpus acce
perit. Sed dicis: Legimus, quod sanctus Paulus raptus sit usq; ad tertium cœlum, & usq; in pa/
radisum. Bene dicis: Quando ponit tertium cœlum: & postea addit, & in paradisum: ostendit
alibi esse cœlum, & alibi paradisum. Illas uero præstigias quis non statim abijciat atq; contem/
nat, dicente Origene: de aquis quæ super firmamentum sunt non esse aquas, sed fortitudi/
nes quasdam angelicæ potestatis: & rursum aquas quæ super terram sunt, hoc est sub firma/
mento, esse uirtutes contrarias, id est dæmones? Et quomodo legimus in diluuio apertas ca/
D taractas cœli: & aquas inundasse diluuij? Vnde aperti sunt fontes abyssi, & totus mũdus oper
tus est aquis? O furor hominum iunctus stulticiæ, qui reliquerunt illud quod in Prouerbijs di/
citur: Audi fili sermonem patris tui, & ne abijcias legem matris tuæ, & conuersi sunt ad errorẽ:
& dicunt stulto, ut princeps sui sit: nec contẽnunt res fatuas, quæ dicuntur a fatuo, sicut scripturæ
testat: Fatuus autẽ fatua loquit, & cor eius uana intelligit. Vnde obsecro te dilectissime, & qua/
si membris meis parcens, propter charitatem quam in te habeo, precor scribens & orans, ut im/
pleas illud quod dicitur: Nonne odientes te domine odiui, & super inimicos tuos tabescebam?
Inimica & digna odio Origenis uerba sunt, & deo repugnantia, & sanctis eius: & non ista sola
quæ dixi, sed & alia innumerabilia. Neq; em̃ nunc mihi propositum est aduersus omnia Orige
nis dogmata disputare. Nihil mihi subripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec ꝓpter
aliquas res mundi & hæreditatem, odium aduersum illum pugnasq; suscepi: sed (ut simpliciter
fatear) doleo, & ualde doleo, uidens plurimos fratrum, & eorũ præcipue qui professionem ha/
bent non minimam: & in gradum quoq; sacerdotij maximũ peruenerunt, eius persuasionibus
deceptos: & peruersissima doctrina, cibos factos esse diaboli: in quib9 completũ est illud, quod
dicitur: Super omnem munitionem ludit, & escæ eius electæ, & congregauit sicut arenam capti
uitatem. Te autem frater liberet deus & sanctum populum Christi qui tibi creditus est, & oẽs
fratres qui tecum sunt, & maxime Ruffinum presbyterum ab hæresi Origenis, & ab alijs hære
sibus & perditione earum. Si em̃ propter unum uerbum, aut duo quæ cõtraria fidei sunt, mul/
tæ hæreses abiectæ sunt ab ecclesia: quãtomagis hic inter hæreticos habebitur, qui tãtas peruer/
sitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, deicq; & ecclesiæ hostis extitit? Inter mul/
ta em̃ mala etiam illud ausus est dicere: perdidisse imaginem dei Adam, cum hoc in nullo peni/
tus loco scriptura significet. Si autem ita esset, nunc̃q; omnia quæ in mundo sunt seruirent semi
ni Adam, id est uniuerso generi hominum: sicut & Iacobus Apostolus loquitur: Om̃ia domã/
tur & subiecta sunt humanæ naturæ. Nunc̃q; enim uniuersa subiecta essent hominibus, si non
haberent homines iuxta id quod uniuersis imperarent, imaginem dei. Coniungens autẽ atq;
cõsocians scriptura diuina gratiam benedictionis, quam Adam donauerat, & generationibus

quæ ex

A quæ ex eo erant:ne qui forſitan maligna interpretatione auderent dicere,uni datam gratiã dei, & illũ ſolũ factũ eſſe ad imaginẽ dei, quia plaſmatus eſſet ex humo, & uxorẽ eius quã creaſſet de coſta uiri:eos uero qui conciperentur in utero,& non ita naſcerentur ut Adam:dei non habere imaginem,ſtatim per ordinem iungit & dicit.Et uixit Adam,ducentos triginta annos,& cognouit Eũam uxorem ſuam, & peperit ei filium iuxta ſpeciem,& iuxta imaginẽ eius, & uocauit nomen eius Seth.Rurſumq; in decima generatione poſt annos bis mille ducentenos ſexaginta duos:uindicans deus imaginem ſuam,& oſtendens,quod gratia quã dediſſet hominibus,perſeueraret in eis,ait:Ne comederitis carnem in ſanguine:ego enim ulciſcar ſanguinem ueſtrũ,de manu omnis hominis effundentis illum, quia ad imaginem dei feci hominem.Necnõ poſt alteras decem generationes,uſq; ad Abraham:& ab Abraham, uſq; ad Dauid alias generationes quatuordecim:quæ uiginti quatuor generationes ſimul faciũt,annos bis mille centum decem & ſeptem: ſpiritus ſanctus in triceſimooctauo pſalmo, cum quereretur de omnibus hominibus,quod in uanitate ambularent,& peccatis eſſent obnoxij loquitur: Verũtamen in imagine perambulat omnis homo.Necnon poſt Dauid,etiã ſub Solomone filio eius,legimus tale quiddam ſuper dei imagine nominatum.Dicit em̃ in ſapientia,quæ titulo eius inſcribitur: Creauit deus incorruptum hominẽ, & imaginẽ ſuæ proprietatis dedit ei. Et rurſum poſt annos trecentos undecim plus minus,in nouo legimus teſtamento:quod non perdiderunt homines imaginẽ dei.Iacobus em̃ apoſtolus & frater dñi,cuius & ſupra meminimus,inſtruit nos ne Origenis laqueis capiamur,habere hominem imaginem & ſimilitudinẽ dei.Nam cum de lingua hominis latius diſputaſſet,adiecit:Inſtabile malum,in ipſa quippe benedicimus deum patrem, & in ipſa maledicimus homines,qui ad ſimilitudinẽ dei conditi ſunt. Paulus quoq; uas electionis: & qui doctrinam euangelicam ſua prædicatione compleuit,docet nos,quod homo ad imaginẽ & ſimilitudinem dei conditus ſit,dicens: Vir non debet nutrire comam, cũ gloria & imago dei ſit:Imaginem ſimpliciter appellans ſuo nomine,ſimilitudinem autẽ,gloriæ appellatione ſignificans.Pro tribus igitur teſtimonijs,quæ tibi,ſi de ſcriptura ſancta reperirem,dicebas poſſe ſuffi-
B cere:ecce ſeptem teſtimonia dedimus.Quis ergo ſuſtinebit Origenis ineptias? ut non grauius aliquid loquar:& ſimilis efficiar,uel ipſi uel diſcipulis eius,qui audent in periculo animæ ſuæ aſſerere,quodcũq; eis in buccam uenerit: & magis iubere deo,& nõ ab eo uel orare uel diſcere ueritatem.Quidam em̃ eorum dicunt,quod imago dei,quã prius accepit Adam,illo peccante perierit.Alij ſuſpicantur corpus,quod filius dei habiturus eſſet ex Maria, ipſam eſſe imaginem: alij ſenſum,alij uirtutem: iſti baptiſma,hi quod homo ad imaginẽ dei dominetur omnibus, ebriorum more hæc uel illa ructantes,quos oportebat tantum effugere diſcrimen:nec negare quæ loquitur deus:& credentes ſimpliciter ſaluos fieri:deoq; concedere donationis ſuæ certamẽ, & uetam ſcientiam,in qua potiſſimum parte homines condiderit,ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuã. Qui hæc relinquẽtes,multis ſe quæſtionibus implicarũt,& per has in cœnum demerſi ſunt peccatorum.Nos autem dilectiſſime credimus his quæ locutus eſt dñs: & ſcimus, quod in cunctis hominibus imago dei permaneat:ipſiq; concedimus noſſe,in qua parte homo ad imaginẽ dei conditus ſit.Sed neq; illud,quod quidam in epiſtola Iohannis legentes non intelligunt,quẽq; decipiat: ubi loquitur: Nũc filij dei ſumus,& nondum apparet quod erimus.Nouimus autem, quia cum ille reuelatus fuerit,ſimiles ei erimus. Videbimus em̃ eum ſicuti eſt. Hoc em̃ propter gloriam quæ ibi reuelanda eſt ſanctis eius,dictum eſt:ſicut & in alio loco legimus: A gloria in gloriam: cuius gloriæ iam in iſto ſæculo, ſancti arrabonem & portiunculam ſuſceperũt.Primus eorum Moyſes: cuius fulſit facies ualde & radiabat ueluti fulgur & ſol. Secundus Elias, igneo curru raptus in cœlum: & ignis detrimenta non ſentiens.Stephanus lapidabatur,& faciem habebat angeli:quæ ab omnib9 cernebatur.Hoc autẽ quod in paucis diximus:de omnibus intelligendum eſt:ut impleatur illud quod ſcriptũ eſt:Omnis qui ſanctificat ſemetipſum:inter beatos numerabitur.Beati em̃ mundo corde,quoniã ipſi deum uidebunt. Cum hæc ita ſe habeãt dilectiſſime:cuſtodi animam tuam,& deſine circa nos murmurare. Dicit em̃ ſcriptura diuina: Nolite murmurare adinuicẽ, ſicut quidam murmurauerunt, & a ſerpentibus perierunt:magis acquieſce ueritati:& dilige diligentes te,& ueritatem.Deus autem pacis præſtet nobis iuxta ſuã

C clæmentiam:ut conteratur ſatanas ſub pedibus Chriſtianorum,& abiſciatur omnis occaſio peruerſa,ne ſcindatur in nobis uinculũ charitatis & pacis & rectæ fidei prædicatio. Præterea quod audiui quoſdam murmurare contra me:quia quando ſimul pergebamus ad ſanctum locũ qui uocatur Bethel,ut ibi collectam tecum ex more eccleſiaſtico facerem:& ueniſſem ad uillam,quæ dicitur Anablatha,uidiſſemq; ibi preteriens lucernã ardentẽ: & interrogaſſem, quis locus eſſet: didiciſſem q; eſſe eccleſiam,& intraſſem ut orarem:inueni ibi uelum pendens in foribus eiuſdẽ eccleſiæ tinctum atq; depictum,& habens imaginem quaſi Chriſti, uel ſancti cuiuſdam: Non eñ ſatis memini,cuius imago fuerit. Cum ergo hoc uidiſſem in eccleſia Chriſti contra authoritatem ſcripturarum hominis pendere imaginem: ſcidi illud & magis dedi conſiliũ cuſtodibus eiuſdem loci:ut pauperem mortuum eo obuoluerrẽt & efferrent. Illiq; contra murmurantes dixerunt. Si ſcindere uoluerat,iuſtum erat:ut aliud daret uelum atq; mutaret. Quod cum audiſſem,me daturum eſſe pollicitus ſum,& ilico eſſe miſſurum. Paululum autem morarum fuit in medio,dũ quæro optimũ uelum pro eo mittere. Arbitrabar enim de Cypro mihi eſſe mittendum. Nunc autem miſi quod potui reperire,& precor ut iubeas preſbyteros eiuſdem loci,ſuſcipere uelum a latore,quod a nobis miſſum eſt:& deinceps præcipere in eccleſia Chriſti iſtiuſmodi uela,quæ contra religionem noſtram ueniunt,non appendi. Decet enim honeſtatẽ tuã hanc magis habere ſollicitudinem,ut ſcrupuloſitatẽ tollat,quæ indigna eſt eccleſia Chriſti & populis,qui tibi crediti ſunt. Palladium uero Galatam,qui quondam nobis charus fuit:& nunc miſericordia dei indiget,caue,quia Origenis hæreſim prædicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito, ad peruerſitatem ſui inducat erroris. Opto ut ualeatis in domino.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

SCribuntur his uerbis.) Nempe iis quæ mox ſequuntur. Iuxta Græcam etymologiam, ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι.) Id eſt animas a refrigeſcendo. Torquet autem hanc etymologiam,cum potius dicatur a uerbo ψύχω,quod eſt uiuifico ſiue animo,ζῳοποιῶ & refrigero ſignificet,ſed proprie reſpirando ψύχω,quod ſpiritus refrigeret. Iuxta Græcos δέμας.) δέω uincio,δέσμος uinculum quod corpori ſit illigatũ. Cadauer dici.) Vt σῶμα dicatur,quaſi
D πτῶμα,quod a cadendo dictũ eſt, Plato putat σῶμα dici poſſe quaſi carcerẽ,quod illic anima ſeruetur,donec pœnas luerit. σῆμα.) σῆμα ſepulchrum eſt,ſiue monumentum. Nam σῆμα,quaſi ſignũ dicitur,quod indicet titulũ ſepulti. De his etymologijs,Plato diſſerit in Cratylo,& Macrobius in cõmẽtarijs,quos ſcripſit in ſomniũ Scipionis. Corianus,aut Corticarius.) In nõnullis ſcriptum habebatur,ſordis carnis. Ego legendum arbitror,aut ſcortiſarius, a pellibus animantium,quæ ſcorta uocantur:aut ſcrutarius,a genere ueſtis pelliceæ. Horatius. Vilia uendentẽ tunicato ſcruta popello.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iohannes epiſcopus Hieroſolymitanus,ſuſpectus erat,quod Origenis & Arrianorũ dogmatibus eſſet infectus. Proinde ab huius cõmunione diuus Hieronymus abſtinebat. Cõgregato autẽ ſuper hac re ſub Epiphanio monachorum & preſbyterorum cõcilio apud Antiochiam,efflagitatus eſt Iohãnes ut ſe purgaret de infamia hæreſeos. Is diu tergiuerſatus,tãdem miſſo quodam,ſed ſinẽ litteris,magis auxit ſuſpitionem malæ conſcientiæ. Hunc igitur magna libertate prouocat, ut aperte aut hæreſim ſuã profiteatur, aut Chriſtianum. Hæc tametſi ſunt erudita,tamen abſq; dolore legi non poſſunt,inter tãtos uiros,tantas factionum & ſimultatum turbas incidiſſe.

HIERO. AD PAMMACHIVM ADVERSVS ERRORES IOHANNIS HIEROSOLYMITANI.

SI iuxta Paulum Apoſtolũ quod ſentimus orare non poſſumus,ac ꝓpriæ mentis cogitationẽ ſermo non explicat:quanto magis periculoſum eſt de alterius animo iudicare,& ſingulorũ dictorũ atq; uerborũ inueſtigare atq; ꝓferre rationẽ? Natura hominũ prona eſt ad clæmentiã,& in alieno peccato ſui quiſq; miſeretur. Si ergo reum in ſermone reꝑhenderis,ſimplicitatẽ uocabit. Si calliditatẽ argueris,imperitiã cõfitebit̃,ut ſuſpitionẽ uitet maliciæ. Atq; ita fiet,ut tu qui arguis,calũniator: ille q reprehendit̃, non hæreticus,ſed ruſticus iudicet̃. Noſti Pammachi,noſti me ad hoc opus nõ inimicitijs,nõ gloriæ cupiditate deſcendere:ſed ꝓuocatũ litteris tuis ex ardore fidei,ac uelle ſi fieri poſſet,oẽs idipſum ſapere, nec impatientiæ ac temeritatis poſſe reꝑhendi: ſi poſt trienniũ loquor. Deniq; niſi ad apologiã,de qua nũc ſcribere inſtitui,multorũ animos diceres perturbatos:& in utrãq; partem fluctuare ſententiã,decreueram in incœpto ſilentio permanere,Faceſſat itaq; Nouatus, errantibus

A tibus manus nō porrigens, Montanus cū insanis fœminis, psternatur, iacentes in barathrū præcipitans, ne leuentur. Quotidie peccamus omnes, & in aliquo labimur. Qui ergo in nos dæmentes sumus, rigorem contra alios nō tenemus: quin potius oramus, petimus, obsecramus: ut aut simpliciter nostra fateatur, aut aperte defendat aliena. Nolo uerborū ambiguitates. Nolo mihi dici, quod & aliter possit intelligi. Reuelata facie, gloriā dñi contemplemur. Claudicabat quondā & Israeliticus populus in utroq; pede: Sed Elias qui interpretat' fortis dñi, usq; quo (ait) claudicatis in utroq; uestigio? Si dñs est deus, ambulate post eum. Si autē Baal, sequimini eum. Et ipse dñs de Iudæis: Filij alieni mētiti sunt mihi, filij alieni inueterauerūt, & claudicauerūt a semitis suis. Certe si hæreseos nulla suspitio est (ut cupio & credo): cur non uerbis meis, meū sensum loquit'? Quā ille simplicitatē uocat, ego maliciam interpretor. Persuadere mihi uult, quod pure credat, pure ergo & loquatur. Et siquidem unum uerbū uel unus sensus esset ambiguus, si duo, si tres: ignorantiæ ueniam tribuerem, nec ea quæ aut obscura, uel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem. Nunc uero quæ ista simplicitas est, quasi super oua & aristas inter theatrales præstigias, pendenti gradu incedere: ubiq; dubium, ubiq; suspectū? Putes eum non expositionem fidei, sed figuratam controuersiam scribere. Quod iste nunc appetit, olim in scholis didicimus. Nostra aduersum nos dimicat armatura. Etiam si bene credit, & circūspecte & timide loquitur, suspitionem mihi facit nimia diligentia. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Stultum est frustra infamiam sustinere. Obijcitur ei crimen, cuius non habet conscientiā. Ergo crimen quod totū pendet in uerbo, neget confidenter, ac libere faciat inuidiam aduersario suo. Eadem audacia qua ille insimulat, hic defendat. Cūq; omnia dixerit quæ uoluerit, quæ proposuerit, quæ suspitionibus carent, si perseuerat calumnia, conserta manu in ius trahat. Nolo in suspitione hæreseos, quēcp; esse patientē, ne apud eos qui ignorant innocētiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur si taceat. Licet superfluū sit eius præsentiā quærere, & extorquere silentiū, cuius apud te litteras teneas. Scimus omnes quid tibi scripserit, quid in te arguerit, in quo (ut tuis) calumniatus sit. Responde ad singula, per epistolæ huius gradere uestigia, ne punctū quidem & apicem calumniæ transeas. Si em̄ egeris negligenter, & (ut ego tibi credo iuranti) casu aliqua transieris: statim ille clamabit & dicet, hic hic te uictū teneo, hic totius negotij cardo uersat'. Non æque inimici audiunt, & amici. Qui inimicus est, etiam in scirpo nodū quærit: amicus praua quoq; recta iudicat. Scribunt sæculi litteræ, amantium cæca esse iudicia, quæ tu forsitan sacris uoluminibus occupatus, omnino neglexeris. Nuncq; de amicorū iudicio glorieris. Illud uerū est testimoniū, quod ab inimica uoce profertur. Alioqui si amicus pro te dixerit: non testis aut iudex, sed fautor putabitur. Hæc & huiusmodi loquentur inimici tui, qui tibi forte non credant, & mouere cupiant stomachum. Cæterū ego quē nuncq; uolens læsisti: cuius semp in epistolis tuis nomen cogeris uentilare: do cōsilium, ut aperte aut fidem ecclesiæ prædices, aut loquaris, ut credis. Dispensatio etenim ac libratio ista prudens uerborū, indoctos decipere potest. Cautus auditor & lector cito deprehendet insidias: & cuniculos quibus ueritas subuertitur, aperte in luce demonstrabit. Et Arriani quos optime nosti, multo tempore propter scandalum nominis homusion se dānare simulabant, uenenaq; erroris circūlinebant melle uerborum. Sed tandem coluber se tortuosus aperuit, & noxiū caput, quod spiris toti⁹ corporis tegebat', spiritali mucrone confossum est. Recipit, ut scis ecclesia pœnitentes: & numero superata peccātium, dum deceptis gregibus cōsulit, pastorum uulneribus ignoscit. Eadem nunc in ueteri & noua hæresi consuetudo seruatur: ut aliud populi audiant, aliud prædicent sacerdotes. Ac primum antecp; epistolam tuā, quā scripsisti ad episcopū Theophilum: interpretatam huic uolumini inserā, & ostēdam tibi, me intelligere nimis cautam prudentiam tuā: expostulare tecum libet, Quæ hæc est tanta arrogantia, nō respondere de fide interrogantibus? Tantā fratrū multitudinē, & monachorū choros, qui tibi in Palæstina nō cōmunicant, quasi hostes publicos æstimare? Dei filius, ppter unā morbidam ouem, nonagintanouem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit, & suis humeris portauit ad cœlos baiulans, & patiens delicatam peccatricem. Tu beatissimus papa, & fastidiosus antistes, solus diues, solus sapiens, solus nobilis ac disertus: conseruos tuos, & redēptos sanguine dñi tui, rugata fronte & obliquis oculis despicis? Hoc est illud quod apostolo præcipiēte

C lo præcipiente didiciſti? Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti uos ratione de ea quæ in uobis eſt ſpe. Finge nos occaſionem quærere, & ſub prætextu fidei lites ſerere, ſchiſma confice re, iurgia concitare. Tolle occaſionem uolentibus, ut poſtq; de fide ſatiſfeceris, & omnes nodos qui cõtra te nectuntur abſolueris: tunc liquido omnibus probes non dogmatum, ſed ordinatio nis eſſe certamen. Niſi forte prudenti conſilio, ideo de fide interrogatus taces, ne uidearis hæreti cus eſſe, cum ſatiſfeceris. Omnia ergo crimina quibus accuſantur homines, refutare non debẽt; ne poſtq; negauerint, criminoſi ſint. At contemnis laicos, diaconos atq; preſbyteros. Potes em̃ (ut gloriaris & iactitas) in una hora, mille clericos facere. Habes papam Epiphaniũ, qui te aper te miſſis litteris hæreticum uocat. Certe nec ætate, nec ſcientia, nec uitæ merito, nec totius orbis teſtimonio, maior illo es. Si ætatem quæris, iuuenis ad ſenem ſcribes. Si ſcientiam, non ſic erudi tus ad doctum: licet te fautores tui, diſertiorem Demoſthene, acutiorẽ Chryſippo, ſapientiorẽ Platone cõtendant, & tibiipſi forte perſuaſerint. De uita autem & fide nihil amplius dicam: ne te lædere uidear. Eo tempore quo totum orientem (excepto papa Athanaſio atq; Paulino) Ar rianorum & Eunomianorum hæreſis poſſidebat, quando tu occidentalibus & in medio exi lio confeſſoribus, non cõmunicabas: ille uel preſbyter monaſterij ab Eutitio audiebat, uel poſt ea epiſcopus Cypri, a Valente non tangebatur. Tantæ em̃ uenerationis ſemper fuit: ut regnan tes hæretici, ignominiã ſuam putarent, ſi talem uirum perſequerent. Scribe igitur ad hunc. Re ſponde epiſtolæ eius: ſentiant cæteri fidem, æloquentiam, prudentiam tuam: ne tibi ſolus di ſertus eſſe uidearis. Cur ab alio prouocatus, aliorſum arma cõuertis? Palæſtinæ interrogaris, & reſpondes Aegypto. Alijs lippientibus, ungis oculos non dolentium. Si placitura nobis alteri loqueris, ſatis ſuperbe: ſi aliud q̃ quærimus, ſatis ſupflue. Sed dicis, epiſtolã meã pbauit Alexã drinus epiſcop⁹. Quid pbauit? cõtra Arriũ, cõtra Photinũ, cõtra Manichæũ bene locutũ. Quis em̃ te hoc tẽpore arguit Arrianũ? quis tibi nũc Photini Manichæiq; crimẽ impingit? Olim iſta emẽdata ſunt atq; cõcuſſa. Nõ eras tã ſtultus, ut aperte defenderes hæreſim, quã ſciebas eccleſiæ
D diſplicere. Noueras te ſi hoc feciſſes, ſtatim loco mouendũ: & ſolij tui delitias ſuſpirabas. Sic ſen tentiã tẽperaſti: ut nec ſimplicib⁹ diſpliceres, nec tuos offẽderes. Bene ſcripſiſti, ſed nihil ad cauſam ptinens. Vnde nouerat Alexãdrinæ eccleſiæ pontifex: in qbus arguereris? quorũ a te cõfeſſio poſtularetur? Debueras tibi obiecta proponere: & ſic ad ſingula reſpondere. Vetus narrat hiſtoria, quidam cum diſerte diceret, ferreturq; impetu ac uolubilitate uerborum, cauſamq; om nino non tangeret: prudens auditor & iudex: bene (inquit) bene, ſed quo iſtud tam bene? Impe riti medici ad omnes oculorum dolores, uno utuntur collyrio. Qui arguitur in pluribus, & in di lutione criminum aliqua prætermittit, quicquid tacuerit confitetur. An non reſpondiſti ad epi ſtolã Epiphanij, & ppoſuiſti ipe quæ diſſolueres? Nimirum hac fiducia reſpondiſti: Nullus for titer a ſemetipſo cæditur. Elige e duobus quod uis. Optio tibi dabitur, aut reſpõdiſti ad epiſto lam Epiphanij, aut non. Si reſpondiſti: cur maxima & plurima de his quæ tibi obiecta ſunt reli quiſti? Si nõ reſpõdiſti: ubi eſt illa apologia tua, in qua gloriaris apud ſimplices: & quaſi ignorã tibus cauſam, huc illucq; diſſeminas? Octo tibi (ut ſtatim pbabo, de ſpe fidei Chriſtianæ) quæ ſtionũ capita obiecta ſunt. Tria tantũ tãgis, & præteris. In cæteris grãde ſilentiũ eſt. Si ad ſeptẽ abſolutiſſime reſpondiſſes, hærerem tamen in uno crimine: & quod tacueras hoc tenerem. Nũc uero quaſi auribus lupum apprehẽderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Ipſa quoq; tria quaſi negligẽs atq; ſecurus, quaſiq; aliud agens: & in quibus, aut nulla, aut parua ſit quæſtio: p teruolas atq; perſtringis. Et ita opertus ac tectus incedis: ut plus confitearis tacendo, q̃ renuas diſputando. Quis non protinus tibi poteſt dicere: Si lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ te nebræ quantæ erunt? Si tres quæſtiunculæ, de quibus uiſus es aliquid dicere: ſuſpitione & cul pa nõ carent: & fraudulenter ac lubrice ſcriptæ coarguũtur: quid faciemus de quinq; reliquis: in qbus quia nulla ambigui ſermonis dabat occaſio: nec illudere poteras audiẽtes, maluiſti omni tio reticere, q̃ aperte quod tectũ fuerat cõfiteri. Et primũ de libro περὶ ἀρχῶν ubi loquit. Sicut em̃ incongruum eſt dicere, quod poſſit filius uidere patrẽ: ita incõueniens eſt opinari, quod ſpiritus ſanctus poſſit uidere filiũ. Secundũ, quod in hoc corpore, quaſi in carcere ſunt animæ relegatæ, & anteq̃ homo fieret in paradiſo inter ratiõabiles creaturas in cœleſtib⁹ cõmoratæ ſunt. Vnde

poſtea

A postea in consolationem suam anima loquitur in psalmis: Priusq; humiliarer, ego deliqui. Et, reuertere anima mea in requiem tuam. Et, educ de carcere animam meam, & cætera his similia. Tertium, quod dicat, & diabolum & dæmones acturos pœnitentiam aliquando, & cũ sanctis ultimo tempore regnaturos. Quartũ, quod tunicas pelliceas humana corpora interpretet, quibus post offensam & eiectionem de paradiso Adam & Eua induti sunt: haud dubium, quin ante in paradiso sine carne, neruis & ossibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionẽ, membrorumq; compagem: & sexum quo uiri diuidimur a fœminis, apertissime neget: tam in explanatione primi psalmi, q; in alijs multis tractatibus. Sextum, quod sic paradisum allegoriçet: ut historiæ auferat ueritatem, pro arboribus angelos, pro fluminibus uirtutes cœlestes intelligẽs, totãq; paradisi continentiã, Tropologica interpretatione subuertat. Septimũ, quod aquas quæ super cœlos in scripturis esse dicuntur, sanctas supernasq; uirtutes: quæ super terram & infra terrã, contrarias & dæmoniacas esse arbitretur. Octauũ, quod extremũ obijcit, imaginem & similitudinem dei, ad quã homo conditus fuerat, dicit ab eo perditam: & in homine post paradisum nõ fuisse. Hæ sunt sagittæ, quibus cõfoderis: hæc tela, quibus in tota epistola uulneraris: excepto eo, quod tuis genibus aduolutus, sanctãq; caniciem sepositio parũp; sacerdotis honore substernens, deprecatur salutẽ tuam: & his uerbis loquitur: Præsta mihi & tibi, ut salueris, sicut scriptũ est, A generatione peruersa: & recede ab hæresi Origenis, & a cunctis hæresibus dilectissime. Et infra. Propter defensionem hæreseos aduersum me odia suscitantes rumpitis charitatem, quã in uobis habui: intantum, ut faceretis nos etiam pœnitere, quare uobis communicauerimus, ita Origenis errores & dogmata defendentibus. Dic mihi disputator egregie: de octo capitulis ad quæ responderis. Paulisper de cæteris taceo. Prima illa blasphemia, quod nec filius patrem, nec filium potest uidere spiritus sanctus: quibus a te telis confossa est? Sanctam (inquit) & adorandam trinitatẽ, eiusdẽ substantiæ, & coæternã, eiusdẽ gloriæ & diuinitatis credimus: anathematiçantes eos: qui grande aut paruum, aut inæquale, aut uisibile in deitate trinitatis quicq; loB quuntur. Sed sicut incorporalem, inuisibilẽ & æternum dicimus patrem: sic incorporalem, inuisibilem & æternũ dicimus filium & spiritũ sanctũ. Nisi hoc diceres, ecclesiam non teneres: & tamen non quæro, si ante non dixeris: nõ euentilabo, si amaueris eos qui talia prædicauerũt, cum quibus fueris, quando ista dicentes exilia sustinebant: quis sit ille, qui Theone presbytero spiritũ sanctũ deũ in ecclesia prædicante, clauserit aures, forasq; cum suis concitus fugerit: ne tantum audiret piaculum. Statim særa conuersione fidelẽ, inquit, uolo. Miserabilis prætextatus, qui designatus consul est mortuus. Homo sacrilegus, & idolorum cultor, solebat ludens beato papæ Damaso dicere: Facite me Romanæ urbis episcopũ, & ero ꝓtinus Christianus. Quid mihi longo sermone & lacinijosis periodis Arrianũ te nõ esse demonstras? Aut nega hoc dixisse eũ, qui arguitur: aut si locutus est talia, eum damna qui dixerit. Vis scire quantus sit ardor bene credentium? Audi Apostolũ: Et si nos aut angelus de cœlo aliter euangeliçauerit uobis q; annũciauimus, anathema sit. Tu mihi ut crimen extenues, & dissimulato nomine criminosi, quasi secura sint omnia, & nullus in blasphemijs arguatur, erosam fidem artifici sermone contexis. Dic statim, & epistola tua hoc habeat exordiũ, anathema ei, qui talia ausus est scribere. Fides pura moram nõ patitur. Vt apparuerit scorpius: ilico cõterendus est. Dauid inuentus secundũ cor domini: Nõne (inquit) odientes te dñe oderã, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Ego si patrẽ, si matrem, si germanũ aduersum Christũ meum audiuissem ista dicentes, quasi rabidi canis blasphemantia ora laceraſſem, & fuisset in primis manus mea super eos. Qui patri & matri dixerunt, non nouimus uos, hi impleuerunt uoluntatem dñi. Qui diligit patrem aut matrem super Christum, non est eo dignus. Obijcitur tibi, quod magister tuus, quem catholicũ uocas: quem defendis obnixe, dixerit: Filius non uidet patrem, & filium nõ uidet spiritus sanctus. Et tu mihi dicis: Inuisibilis pater, inuisibilis filius, inuisibilis spũs sanctus: quasi nõ & angeli & cherubim & seraphim, secundum naturã suam oculis nostris inuisibiles sint? Certe Dauid etiã de aspectu cœlorq; dubitans: Videbo (inquit) cœlos opera digitorũ tuorq;. Videbo, nõ uideo. Videbo quãdo facie reuelata gloriam domini fuero contemplatus, nunc autẽ ex parte uidemus, & ex parte cognoscimus. Quæritur an patrem uideat filius: & tu dicis, inuisibilis pater est.

C ter est. Deliberatur,an filium uideat spiritus sanctus:& tu respondes,inuisibilis est filius. Versat in causa,an seinuicem trinitas uideat,humanæ aures tantam blasphemiam ferre non sustinent: & tu dicis,inuisibilis trinitas est. In laudes cæteras euagaris: peroras in his quæ nullus inquirit. Auditorē aliorsum trahis,ut quod quærimus non loquaris. Verū hæc ex superfluo dicta sint. Donamus tibi, ut non sis Arrianus, imo plus, ut nunc̄ fueris. Concedimus,ut in expositione primi capituli,aduersum te nulla suspitio sit,& totum pure,totum simpliciter sis locutus:eadem simplicitate & nos tecū loquimur. Num papa Epiphanius accusauit te qđ Arrianus esses? Nū Eunomij ἀθέου tibi impegit hæresim? Hoc per totam epistolā quæritur,quod Origenis dogmatū sequaris errores,& quosdā habeas huius hæreseos socios. Cur aliud interrogatus,respondes aliud:& quasi cū stultis loquaris,dissimulatis criminibus,quæ in litteris continentur, replicas qd in ecclesia præsente Epiphanio dixeris? Confessionē fidei postularis, & disertissimos tractatus tuos nolentibus ingeris? Quæso lector,ut memor tribunalis dñi,& de iudicio tuo te intelligens iudicandū,nec mihi,nec aduersario faueas:neue personas loquentiū,sed causam cōsyderes. Dicamus ergo qđ cœpimus. Scribis in epistola tua,quod antec̄ Paulinianus presbyter fieret,nū c̄ te papa Epiphanius super Origenis errore cōuenit. Primū dubium est,& de personis disputo. Ille obiecisse se dicit,tu negas:ille testes profert,tu non uis audire productos. Ille etiā commorat aliū esse conuentū:tu pro utroq; dissimulas:mittit tibi per clericū suū epistolam: responsionē flagitat:taces,mutire non audes:& Palæstinæ prouocatus,Alexandriæ loqueris. Inter illū & te,cui accommodanda sit fides, non est meum dicere. Putc quod nec ipse audeas aduersum talem ac tantū uirū,tibi ueritatē,illi mendacium deputare. Sed fieri potest, ut unusquisq; pro se loquatur. Te ipsum contra te testem uocabo. Si em̄ nulla de dogmatibus quæstio uersabatur: si stomachum senis non moueras:si ille tibi nihil responderat:quid necesse erat:ut in uno ecclesiæ tractatu,de cūctis dogmatibus,homo nō satis æloquēs,disputares,de trinitate,de assumptione dñici corporis,de cruce,de inferis,de angelorum natura,de animarum statu, de resurrectiōe salD uatoris, & nostra:& interea quæ forsitan oblitus es scribere,præsentibus populis & tali ac tanto uiro,intrepidus diceres:& omnia una saliua continuares? Vbi sunt ueteres ecclesiæ tractatores,qui uix singulas quæstiones explicare multis uoluminibus potuerunt? ubi electionis uas, tuba euangelij, rugitus leonis nostri,tonitruus gentium,flumen æloquētiæ Christianæ:qui mysterium retro generationibus ignoratū,& profundū diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei magis miratur,q̄ loquitur? Vbi Esaias uirginis demonstrator,qui in una quæstione succumbens ait: Generationē eius quis enarrabit? Repertus est sæculis nostris haud grandis homunculus, qui de cūctis ecclesiæ quæstionibus, uno linguæ rotatu sole clarius coruscaret. Si nemo a te postulabat:& tranquilla erant omnia:stulte tanta disputandi uoluisti subire discrimina. Si iam tunc in sanctificatiōe fidei loquebaris,ergo nō est ordinatio presbyteri,causa discordiæ:quē cōstat multo post tēpore constitutū. Fefellisti absentes,& litteræ tuæ peregrinis auribus blandiunt. Nos hic eramus, cuncta nouimus,quando contra Origenem in ecclesia tua,papa Epiphanius loquebatur:quando sub illius nomine,in uos iacula torquebātur. Tu & chorus tuus canino rictu,naribusq; contractis,scalpentes capita,delirum senem nutibus loquebamini. Nonne ante sepulchrum domini misso archidiacono præcepisti, ut talia disputans conticesceret? Quis hoc usq̄ presbytero suo coram plæbe imperauit episcopus? Nonne cum de anastasi pergeretis ad crucem, & ad eū omnis ætatis & sexus turba cōflueret,offerens paruulos,pedes deosculans,fimbrias uellens:cūq; non posset promouere gradum,sed in uno loco uix fluctus undātis populi sustineret,tu tortus inuidia aduersus glorioſum senem clamitabas,nec erubuisti in os ei dicere,quod uolens & de industria moraretur. Recordare quæso illius diei,quando ad horā septimam inuitatus populus spe sola:quasi postea auditurus Epiphaniū esset, detinebat:quid tūc cōcionatus sis. Nempe cōtra Anthropomorphitas,qui simplicitate rustica deū habere mēbra quæ in diuinis libris scripta sunt arbitrant,furens & indignās loquebaris:oculos & manus & totius corporis truncū,in senem dirigebas:uolēs illū suspectū facere stultissimæ hæreseos. Postq̄ lassus,ore arido:resupinaq; ceruice ac tremētib9 labijs cōticuisti:& tandē totius populi uota cōpleta sunt: quid tibi fecit delirus & fatuus senex? Surrexit,ut se indicaret pauca dicturū esse: salutataq; &

uoce

A uoce & manu eccleſia, cuncta (inquit) quæ locutus eſt collegio frater, ætate filius meus, cõtra Anthropomorphitarũ hæreſim, bene & fideliter locutus eſt, quæ mea quoq; damnatur uoce. Sed æquũ eſt, ut quomodo hanc hæreſim condẽnamus, etiam Origenis peruerſa dogmata cõdemnemus. Qui riſus omniũ, quæ acclamatio conſecuta ſit, puto quod retineas. Hoc eſt illud, quod in epiſtola tua dicis loquentẽ illũ ad populũ quæ uellet: & qualia uellet. Scilicet delirabat, qui in regno tuo, contra tuã ſententiã loquebatur. Quæ uellet, inquis, & qualia uellet. Vel lauda, uel reproba. Quid & hic dubius incedis? Si bona erant quæ loquebat, cur nõ aperte prædicas? Si mala, cur non conſtanter reprehendis? Atqui columna ueritatis ac fidei, qui de tanto uiro audet dicere, loquente illo ad populũ quæ uellet, & qualia uellet: de ſeipſo cũq; prudenter & uerecunde, cũq; humiliter referat, conſyderemus. Cum (inquit) & nos quadã die ante eum locuti eſſemus: & præſens lectio prouocaſſet, audiente illo, & uniuerſa eccleſia: de fide & omnibus eccleſiaſticis dogmatibus hæc locuti ſumus, quæ & ſemper gratia dei indeſinenter in eccleſia docemus, & in catecheſibus. Rogo quæ eſt iſta confidentia: qui tantus animi tumor? Gorgian Leontinũ cuncti philoſophi & oratores lacerãt: quod auſus ſit publice ſella poſita, polliceri reſponſurũ ſe, de qua q̃ſq; re interrogare uoluiſſet. Niſi me honor ſacerdotij, & ueneratio nois refrenaret, & ſcirẽ illud apoſtoli: neſciebã fratres, quia pontifex eſt: ſcriptũ eſt em̃: Principem populi tui non maledices, qua uociferatione & indignatione uerborũ, de tua narratione cõquererer? Licet ipſe nominis tui extenues dignitatẽ, cũ patrem pene omniũ epiſcoporũ: & antiquæ reliquias ſanctitatis & opere & ſermone deſpicias. Dicis te quadam die, cum præſens lectio prouocaſſet audiente illo & uniuerſa eccleſia, de fide & omnibus eccleſiaſticis dogmatibus diſputaſſe. Nũc eſt mirari Demoſthenem, qui pulcherrimã orationẽ contra Eſchinẽ multo tempore dicit exaraſſe. Fruſtra ſuſpicim? Tullium. Refert em̃ Cornelius Nepos, ſe præſente hiſdem pene uerbis quibus ædita eſt, eam p
B Cornelio ſeditioſo tribuno defenſionẽ peroratã. En Lyſias noſter, en Gracchus, & ut aliquid de neotericis inferam, Qu. Ateius, qui ingeniũ in numerato habebat: ut ſine monitore tacere non poſſet: de quo egregie Cæſar Auguſtus, Quintus (inquit) noſter ſufflãmãdus eſt. Quiſq; ne prudentũ & ſani capitis, in uno eccleſiæ tractatu, de fide & de omnibus eccleſiaſticis dogmatibus, ſe aſſerat diſputaſſe? Quæſo te ut oſtendas mihi, quæ ſit illa lectio, toto ſcripturarũ ſapore condita: cuius te occaſio ꝓuocarit, ut repẽte ad periculũ ingenij deſcenderes? Et niſi tibi diſertitudinis tuæ fluuius inundaſſet, poteras argui, quod nõ poſſes ex tẽpore de cunctis dogmatibus dicere. Verũ quid hoc eſt? aliud promittis, & aliud exhibes. Conſuetudo autẽ apud nos iſtiuſmodi eſt: ut his qui baptiçandi ſunt, per quadraginta dies, publice tradamus ſanctã & adorandã trinitatẽ. Si te p̃ſens lectio ꝓuocauit: ut de cũctis dogmatibus una hora diceres: qd neceſſe fuit quadraginta dieꝝ replicare doctrinã? Sin aũt ea referebas, quæ per totã quadrageſimã locutus es: quõ te quadã die, ut de cũctis dogmatibus diceres, una lectio ꝓuocauit? Sed & hic ambigue loquit. Poteſt em̃ fieri, ut quæ p quadraginta dies tradere ſolebat in eccleſia baptiçandis: hæc ſub unius lectionis occaſione perſtrinxerit. Eiuſdẽ em̃ æloquẽtiæ eſt & pauca multis, & multa paucis uerbis poſſe dicere. Hoc quoq; intelligi dat, quod poſtq̃ illũ una lectio ꝓuocauit, inflãmat? ardore dicẽdi, p q̃draginta dies nũq̃ tacuerit. Sed & ocioſus ſenex, ex eius ore dependẽs: dũ res inauditas ſcire deſyderat, pene dormiẽs ceciderit. Vtcũq; tolerãda ſunt: forſitan & hæc ſimpliciter more ſuo ſit locutus. Ponamus reliqua, in quibus poſt lacinioſæ diſputationis labirynthos: nequaq̃ dubiã, ſed apertã ponit ſententiã: & miros tractatus ſuos hoc fine cõcludit. Cũ hæc ip̃o p̃ſente locuti eſſemus: & ip̃e poſt nos cauſa honoris: quẽ ei ſup oẽm menſurã exhibuimus, ꝓuocatus eſſet, ut diceret: prædicationẽ noſtrã laudauit, atq; miratus eſt: & catholicã fidẽ eſſe omnibus declarauit. Quantũ ei ſuper omnẽ menſurã honoris exhibueris, declarãt ſupra menſurã exhibitæ cõtumeliæ: quando eum per archidiaconum tacere iuſſiſti: & morãtem in populis, laudis cupidum pertonabas. Docent præſentia de præteritis. Ille per totum exinde triennium ſuas iniurias deuorat: priuataq; ſimultate contempta, fidei tantum correctionem poſtulat. Tu qui ſumptibus abundas: & totius orbis religio lucrum tuum eſt, grauiſſimos illos legatos tuos huc illucq; tranſmittis, & dormientem ſenem ad reſpondendum ſuſcitas. Et reuera cui tantum honoris detuleras, iuſtum erat: ut tua præſertim extemporalia dicta laudaret. Quia

C uero ſolent interdum homines laudare quod non probant: & alienam ſtulticiam caſſis nutri/
re præconijs:non ſolum tua dicta laudauit,ſed laudauit & miratus eſt: & ne miraculum quoq;
paruum eſſet,catholicæ eſſe fidei omni populo declarauit.Hæc cꝫ uere dixerit,& nos teſtes ſu/
mus q audiuimus,ad quos tuis uocibus ꝓturbatus uenit exanimis,temere ſe cõmunicaſſe dicẽs.
Rogatuſq; ab omni monaſterio:ut ad te de Bethlehem reuerteretur,tantorum preces non fe/
rens:ſic reuerſus eſt ueſpere:ut medio noctis aufugeret:& litteræ ad papam Syritium probant:
quas ſi legeris,peruidebis,quomodo tua dicta miratus ſit, & catholica declarauerit. Verũ nu/
gas terimus,& aniles & ſuperfluas cantilenas,longo ſermone cõuincimus. Trãſeamus ad ſe/
cundam quæſtionem,in qua quaſi nihil ſibi propoſitum ſit:ſecurus & ructans dormire ſe ſimu
lat,ut legentes faciat dormitare.Sed de reliquis quæ ad fidem pertinent,ſermo nobis erat:id eſt
omnium uiſibilium & inuiſibilium,cœleſtium fortitudinum:& terreſtrium creaturarum:unum
& eundem eſſe conditorem deum,id eſt ſanctam trinitatem,iuxta Dauid dicentem:Verbo do
mini cœli firmati ſunt,& ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum:quod ſimpliciter oſtendit & ho/
minis creatio.Ipſe eſt enim qui accepto limo de terra plaſmauit hominem: & per gratiam pro/
priæ inſufflationis animam donauit rationabilem:& liberi arbitrij, non partem aliquam ſuæ
naturæ,iuxta quoſdam qui hoc impie prædicant:ſed propriam conditionem.Et de ſanctis an/
gelis æque credunt,ſecundum diuinam ſcripturam de deo dicentem:Qui facit angelos ſuos ſpi
ritus, & miniſtros ſuos ignem urentem: de quibus credere, quod immutabilis naturæ ſint:
non concedit nobis ſcriptura, dicens: Angelos quoq; qui non cuſtodierunt ſuum principa/
tum:ſed dereliquerunt domicilium in iudicium magni dei,uinculis æternis in tenebris cuſtodi/
uit:quia immutati ſunt,& ex propria dignitate & gloria,magis in dæmonum ordinem abiſſe
eos cognouimus.Animas uero hominum ex angelorum ruina,aut ex cõuerſione fieri:neq; cre/
didimus aliquando,neq; docuimus(abſit enim):& alienum hoc eſſe a prædicatione eccleſiaſti/
ca cõfitemur.Quærimus utrũ animæ anteꝫ homo in paradiſo fieret,& plaſmaretur Adam de
D terra,inter rationabiles fuerint creaturas: utrũ ꝓpriũ ſtatũ habuerint,uixerint,moratæ ſint,atq;
ſubſtiterint:& an Origenis doctrina ſit uera,qui dicit cunctas rationabiles creaturas,incorpora
les & inuiſibiles, ſi negligẽtiores fuerint, paulatim ad inferiora labi,& iuxta qualitates locorum
ad quæ defluunt,aſſumere ſibi corpora.Verbi gratia: primum ætherea:deinde aerea.Cũq; ad
uicinia terræ peruenerint,craſſioribꝰ corporibus circũdari,nouiſſime humanis carnibus alligari:
ipſoſq; dæmones qui proprio arbitrio cum principe ſuo diabolo de dei miniſterio receſſerunt,
ſi paululum reſipiſcere cœperint, humana carne ueſtiri:ut acta deinceps pœnitẽtia,poſt reſurre/
ctionem eodem circulo quo in carnem uenerant, reuertantur ad uiſionem dei, liberati etiam
aereis æthereiſq; corporibus: & tunc omnia genua curuent deo, cœleſtium,terreſtrium & infer
norum:& ſit deus omnia in omnibus.Cum ergo iſta quærantur:cur tu omiſſis ſuper quibus pu
gna eſt,de ſtãmate & loco certaminis egrediens,in peregrinis & longe alienis diſputationibus
immoraris? Credis quod cũctas uiſibiles & inuiſibiles creaturas unus deus fecerit:hoc & Arrius
confitetur,qui dicit cuncta creata per filium.Si de Marcionis arguereris hæreſi,quæ alterum bo
num, alterum iuſtum deum ſerens:illum inuiſibilium,hunc uiſibiliũ aſſerit creatorem:recte mi
hi de huiuſmodi ſatiſfeceris quæſtione.Credis quod uniuerſitatis trinitas ſit creatrix:Iſtud Ar/
riani & Emeriani negant,ſpiritum ſanctum non conditorem,ſed conditum blaſphemãtes.Sed
te quis hoc tempore inſimulat Arrianum? Dicis animas hominũ non partem dei eſſe naturæ,
quaſi Manichæus nunc ab Epiphanio ſis uocatus.Deteſtaris eos,qui animas ex angelis aſſerũt
fieri:& illorum ruinam noſtram dicunt eſſe ſubſtantiã.Noli diſſimulare quod noſti,nec ſimpli/
citate quod non habes fingere:nec Origenes unꝯ dixit ex angelis animas fieri,cum ipſos ange
los nomen eſſe officij doceat,non naturæ.In libris eñ περὶ ἀρχῶν,& angelos,& thronos,& domi/
nationes,poteſtates,& rectores mũdi,& tenebrarum & omne nomẽ quod nominat, nõ ſolum
in præſenti ſæculo,ſed in futuro,dicit animas eſſe eorum corporum,quæ uel deſyderio uel mini
ſterio ſuſceperint.Solemq; ipſum & lunam & omnium aſtrorum chorum,eſſe animas ratione
biliũ quondã & incorporaliũ creaturarum:quæ nũc uanitati ſubiectæ,ignitis uidelicet corpori/
bus,quæ nos imperiti & rudes luminaria mũdi appellamꝰ, liberabũt a ſeruitute corruptiõis,in

libertatem

A libertatem gloriæ filiorum dei. Vnde omnis creatura congemiſcit & parturit. Et apoſtolus deplorat dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non eſt iſtius temporis cõtra dogma gentiliũ & ex parte Platonicũ ſcribere. Ante annos ferme decem in cõmentarijs Eccleſiaſte: & in explanatione epiſtolæ ad Epheſios, arbitror ſenſum animi mei prudentibus explicatũ. Hoc nũc rogo, qui tanta loqueris, qui de cunctis ſermonib⁹ ſub uno tractatu ædiſſeris ueritatem, ut reſpondeas ſciſcitantibus breuem abſolutamq; ſententiam. Quando plaſmauit deus hominẽ ex limo, & per gratiam propriæ inſufflationis ei animam tribuit: utrum illa anima fuerit ante & ſubſtiterit, & ubi uerſata ſit, quæ dei poſtea inſufflatione donata eſt: an in ſexto die quando corpus ex limo formatum eſt, & eſſe & uiuere, dei poteſtate ſuſceperit. De hoc taces, & quid quærat ſcire diſſimulans, in ſupfluis quæſtionibus occuparis. Origenem relinquis intactũ, & contra Marcionem, Apollinarem, Eunomiũ, Arrium, Manichæũ, cæterorũq; hæreticorum ineptias debaccharis. Manum peteris, & pedum porrigis. Et tamen dogma quod retines, latenter inſinuas. Sic nos ruſticos placas, ut tuis penitus non diſpliceas. Dicis ex angelis dæmones, potius q̃ animas fieri: quaſi non & ipſi dæmones iuxta Origenem, hoc eſt pium, animæ ſint aerei corporis: & ex dæmonibus poſtea ſi reſipuerint, humanæ animæ ſint futuri. Angelos ſcribis eſſe mutabiles, & ſub eo quod pium eſt, illud quod impium eſt introducis, ut multis periodis animæ fiant, non ex angelis, ſed ex his uocabulis, in quæ prius angeli mutati ſunt. Volo quod dico, manifeſtius fieri: finge aliquẽ tribunitiæ poteſtatis ſuo uitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia, ad tyronis uocabulum deuolutũ. Nũquid ex tribuno, ſtatim fit tyro? Non, ſed ante primicerius, deinde ſenator, ducenarius, biarchus, circator, eques, dein tyro: & q̃ q̃ tribunus quondam, miles gregarius ſit, tamen ex tribuno non tyro, ſed primicerius factus eſt. Docet Origenes per ſcalam Iacob paulatim rationabiles creaturas ad ultimum gradum: id eſt ad carnem & ſanguinem deſcendere: nec fieri poſſe, ut de cẽtenario numero ſubito quis ad unum numerum præcipitetur: niſi per ſingulos numeros, quaſi per ſca-
B læ gradus, ad ultimum uſq; perueniat: & tot mutare corpora: quot de cœlo ad terram mutauerint mãſiones. Hæ ſunt ſtrophæ ueſtræ atq; præſtigiæ, quibus nos Peluſiotas & iumenta & animales hoies ducitis: quia non recipimus ea quæ ſpũs ſunt. Vos Hieroſolymitæ etiã angelos deridetis, Pertrahuntur in mediũ ueſtra myſteria, & de gentilium fabulis dogma contextũ, Chriſtianis auribus publicatur. Hoc quod uos miramini, olim in Platone contempſimus. Contempſimus autẽ, quia Chriſti ſtulticiam recepimus. Recepimus Chriſti ſtulticiam, quia ſatuum dei, ſapientius eſt hominibus. Non pudet Chriſtianos & ſacerdotes dei, quaſi de rebus ludicris agatur, uerbis dubijs hærere: & ambiguas librare ſententias: quibus loquens magis q̃ audiens decipitur. Vnus ex choro ueſtro cum a me teneret, ut diceret quid ſentiret de anima, fuiſſet ne ante carnem an non fuiſſet: Fuiſſe reſpondit ſimul corpus & animam. Sciebam hominẽ hæreticũ laqueos in ſermone quærere. Tandẽ repperi eum, ex quo corpus animaſſet: ex tunc eam dicere animam nuncupatam, quæ prius uel dæmon, uel angelus ſatanæ, uel ſpiritus fornicationis: aut in parte contraria, dñatio, poteſtas, adminiſtrator ſpiritus, aut nuncius appellata ſit. Si fuit anima anteq̃ Adã in paradiſo formaret, in quolibet ſtatu & ordine, & uixit & egit aliquid (neq; em̃ poſſumus incorporalem & æternam in modum gliriũ immobilẽ torpentẽq; ſentire): neceſſe eſt, ut aliqua cauſa præceſſerit: cur quæ prius ſine corpore fuit: poſtea circũdata ſit corpore. Et ſi aniæ eſt naturale eſſe ſine corpore: ergo cõtra naturã eſt eſſe in corpore. Si cõtra naturã eſt eſſe in corpore: ergo reſurrectio corporis, contra naturã erit. Sed non fiet reſurrectio contra naturã: ergo iuxta ſententiam ueſtram corpus quod contra naturam eſt reſurgens, animam non habebit. Dicis animam non eſſe de dei ſubſtantia. Pulchre. Damnas em̃ impijſſimũ Manichæum, quem nominare pollutio eſt. Dicis ex angelis animas non fieri. Acquieſco pauliſper: licet nouerim quo ſenſu dixeris. Quia ergo didicimus, quid neges, uolumus ſcire quid credas. Accepto (inquis) de terra limo plaſmauit deus hoiem, & p gratiã ppriæ inſufflatiõis animã donauit rationabilẽ: & liberi arbitrij, nõ partẽ aliquam ſuæ naturæ (iuxta quoſdam qui hoc impie p̃dicant) ſed ppriã cõditionẽ. Videte quãto circũitu, quod nõ querimus eloquat. Scimus qd de terra de⁹ plaſmauit hoiem, nouimus qd inſufflauit in faciẽ ei⁹, & fact⁹ eſt in animã uiuentẽ: nõ ignoram⁹ quod anima

BIBL. UNIWERSYT. W POZNANIU

C quod anima rationalis ſit,& proprij arbitrij,& ſcimus quod dei illa conditio ſit. Nemo dubitat errare Manichæum:qui dicit eam eſſe dei ſubſtãtiam.Hoc nunc interrogo.Anima iſta dei conditio, liberi arbitrij,rationalis,neq; de ſubſtantia creatoris,quando facta ſit:utrum eo tempore quo de limo factus eſt homo,& inſufflatum eſt ſpiraculũ uitæ in faciem eius:an quæ prius fuerat:& inter rationabiles creaturas & incorporeas erat atq; uiuebat:dei poſtea inſufflatione donata ſit? Hic taces,hic ſimplicem ac ruſticum te ſimulas:& ſub uerbis ſcripturæ: ea quæ ſcriptura non ſentit abſcondis. In eo loco ubi dicis quod nullus quærit, non illam partem aliquã eſſe ſuæ naturæ:iuxta quoſdam qui hoc impie prædicant:illud magis debueras dicere,quod oẽs quærimus,non eam quæ prius fuerat,non eam quã ante condiderat,quæ inter rationabiles atq; incorporeas & inuiſibiles creaturas multo iam tempore uerſabat? Nihil horũ loqueris,producis nobis Manichæum,& abſcondis Origenem:& ſicut paruulis cibum poſcentibus, ludicra quædam offerunt gerulæ,ut auocent mentes eorũ:ſic tu nos ruſticos auocas ad alia,ut dum alterius ꝓſonæ nouitate tenemur,quod uolumus nõ quæramus.Eſto hoc nõ loquaris,& ſimplicitas tua nihil in ſe habeat quod callide taceas. Qui ergo de anima ſemel dicere cœperas,& de re tãta ab exordio conditionis humanæ repetere: cur diſputatione pendente,ad angelos & ad diſpenſationẽ dñici corporis repente trãſcendis:& tam grandi in medio pretermiſſa ſalebra,dubios nos in luto hærere pateris? Si inſufflatio dei(quod nõ uis,& quod nunc relinquis ambiguũ)humanæ animæ cõditio eſt:Eua in cuius faciẽ nõ inſufflauit deus,unde animã habuit? Taceo de Eua, quæ in typo eccleſiæ,de coſta uiri ædificata, non debet poſt tanta ſæcula nepotum calumnias ſuſtinere.Cain & Abel,primi ex primis hominibus unde habuere animas? O mẽe deinceps humanum genus quibus animarũ cenſetur exordijs? Vtrum ex traduce,iuxta bruta animalia:ut quomodo corpus ex corpore,ſic anima generetur ex anima? an rationabiles creaturæ deſyderio corporum paulatim ad terram delapſæ,nouiſſime etiam humanis illigatæ corporibus ſint? An certe(quod eccleſiaſticũ eſt ſecundũ æloquia ſaluatoris),pater uſq; modo operatur: & ego
D operor:& illud Eſaiæ:Qui format ſpiritũ hominis in ipſo:& in pſalmis:Qui fingit per ſingulos corda eorum,quotidie deus fabricetur animas:cuius uelle feciſſe eſt:& conditor eſſe nõ ceſſat? Scio quæ contra hæc ſoleatis dicere:& adulterina nobis atq; inceſta ꝓponere, quæ longior pugna eſt,nec huius temporis patitur anguſtias.Eadem controuerſia,& in uos retorqueri poteſt. & quodcũq; in conditorem præſentis temporis uidetur indignum: hoc etiam eo donante non eſt indignum.Naſci de adulterio non eius culpa eſt qui naſcitur,ſed illius qui generat.Quomodo in ſeminibus non peccat terra quæ fouet:non ſemen,quod in ſulcis iacitur:non humor & calor,quibus temperata frumenta in germen pullulant(ſed uerbi gratia, fur & latro qui fraude & ui eripit ſemina):Sic in generatione hominum recipit terra,id eſt uulua quod ſuum eſt: & receptum conſouet,confotũ corporat,corporatũ in membra diſtinguit. Et inter illas ſecretas uentris anguſtias,dei manus ſemper operatur.Idemq; eſt corporis & animæ creator.Noli deſpicere bonitatem figuli tui, qui te plaſmauit,& fecit ut uoluit.Ipſe eſt dei uirtus & dei ſapientia,qui in utero uirginis ædificauit ſibi domum.Iepte inter uiros ſanctos apoſtoli uoce numeratus, meretricis eſt filius. Sed audi,ex Rebecca & Iſaac Eſau genitus hiſpidus, tã mente q̃ corpore,qua ſi bonum triticum in lolium auenaſq; degenerat:quia non in ſeminibus,ſed in uolũtate naſcentis cauſa eſt uitiorum atq; uirtutũ.Si offenſa eſt naſci in corporibus humanis: quomodo Iſaac, Sampſon,Iohannes baptiſta de repromiſſione naſcuntur? Intelligis quid ſit fidem ſuam audacter ac libere profiteri? Pone errare me,aperte dico quod ſentio. Et tu igit aut libere noſtra profitere,aut conſtanter tua loquere. Noli ſtatuere te in acie mea : ut ruſticitate ſimulata in tuto abeas:cum uolueris pugnantis terga confodere.Non eſt iſtius temporis, contra Origenis dogmata conſcribere:alteri iſtud,ſi Chriſtus uitam dederit,operi dedicamus. Nunc quæritur, an qui arguitur ad interrogata reſponderit,& ſimplex ſit & aperta eius reſponſio. Tranſeamus hinc ad famoſiſſimam de reſurrectione carnis & corporis quæſtionem,in qua te rurſum lector admonitum uolo, ut cũ timore & iudicio dei me ſcias loqui, & te audire debere. Neq; enim tantæ ſtulticiæ ſum:ut ſi in expoſitione illius fides mera eſt: & perfidiæ nulla ſuſpitio, quæram accuſandi rationem: & dum uolo alium notare culpæ, ipſe noter calumniæ. Lege ergo de

reſurrectione

A resurrectione carnis, quæ subdita sunt: & cum legeris & nō placuerint (scio em̄ haud placitura ignorantibus) suspende iudiciū, expecta paulisper usq; ad finem respōsionis nostræ, cohibe sententiā: & si tibi postea nō placuerint: tunc nos calumniæ denotabis. Passionē quoq; eius in cruce & mortē ac sepulturā, quæ uniuersa seruauit ac resurrectionē, ueritate & non putatiue confitemur: qui & primogenitus ex mortuis, primitias massæ corporū nostrorū quas in sepulchro positas suscitauit, peruexit ad cœlum, spem nobis resurrectionis in resurrectiōe proprij corporis tribuens: unde & omnes sic speramus resurgere ex mortuis, sicut ille resurrexit. Nō in alijs quibusdam peregrinis & in alienis corporibus, quæ assumunt̄ in phantasmate: sed sicut ipse in illo corpore, quod apud nos in sancto sepulchro cōditum resurrexit: ita & nos in ipsis corporibus, quibus nunc circūdamur, & in qbus nūc sepelimur, eadē ratione & uisiōe speramus resurgere. Quæ em̄ iuxta Apostolū seminant̄ in corruptiōe, surgent in incorruptione: quæ seminant̄ in ignobilitate, surgent in gloria. Seminat̄ corpus animale, surget corpus spiritale: de qbus & saluator docens locutus est: Qui em̄ digni fuerint sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; nubent̄, neq; em̄ ultra mori poterūt: sed erūt sicut angeli dei, cū sint filij resurrectiōis. Rursum in alia parte epistolæ: hoc est in fine suorū tractatuū, ut auribus illuderet nescientiū, strepitū resurrectionis ac pompā hac uerborū ambiguitate librauit: Sed neq; de secundo glorio so aduentu dñi nostri Iesu Christi intermisimus, qui uenturꝰ est in gloria sua iudicare uiuos & mortuos: ipse enim suscitabit omnes mortuos, & ante suum tribunal esse faciet: & unicuiq; reddet secūdū quod egit per corpus, siue bonum siue malū: scilicet aut coronandus in corpore, quod caste egit & iuste: aut condemnandus, quod uoluptatibus pariter iniquitatibusq; seruiuit. Hoc quod in euangelio legimus: In consummatione mundi, si fieri potest, seduci etiam electos, in hoc capitulo comprobamus. Audit uulgus indoctum mortuos & sepultos: audit resurrectionem

B mortuorum, ueritate & non putatiue: audit primitias massæ nostrorum corporum, in domini corpore ad cœlestia peruenisse: audit resurrecturos, non in peregrinis alienisq; corporibus, quæ assumunt̄ in phātasmate: sed sicut surrexit dñs in corpore, quod apud nos in sancto sepulchro conditū iacuit: ita & nos in ipsis corporibus, quibus nunc circūdamur & sepelimur, in die iudicij resurrecturos. Et ne hoc parū qs existimaret: addit in extremo capitulo: & unicuiq; reddet secūdum quod egit in corpore, siue bonum siue malū: scilicet aut coronādus in corpore, quod caste egit & iuste: aut cōdemnandus, quod uoluptatibus iniquitatibusq; seruiuit. Hæc audiens indoctum uulgus, in tāto mortuorum sepulti corporis resurrectionis sonitu, nullā stropham, nullas insidias suspicatur. Credit esse quod dicit̄. Sanctiores enim sunt aures populi cū̄ sacerdotis animus. Iterū atq; iterq; te lector cōmoneo: ut patientiā teneas, & discas quod ego quoq; per patientiam didici: & tamen antecū̄ uultū draconis euoluam: & dogma Origenis de resurrectione breuiter exponam (nō enim poteris uim scire antidoti, nisi uenena perspexeris): illud diligenter observa & caute relegens numera: quod nouies resurrectionē nominās corporis, ne semel quidē carnis inseruit: suspectumq; tibi sit, quod de industria pretermisit. Dicit ergo Origenes in pluribus locis, & maxime in libro de resurrectione quarto: & in expositione primi psalmi: & in Stromatibus: duplicem errorem uersari in ecclesia, nostrorū & hæreticorū. Nos simplices & philosarcas dicere: quod eadem ossa & sanguis & caro, id est uultus & membra, totiusq; cōpago corporis resurgat in nouissima die: scilicet ut pedibus ambulemus, operemur manibus, uideamus oculis, auribus audiamus, circūferamusq; uentrem insatiabilem: & stomachū cibos concoquentem. Consequens autem esse, qui ista credamus, dicere nos quod & comedendum nobis sit & bibendum, digerenda stercora, effundendus humor, ducendæ uxores, liberi procreandi: Quo enim membra genitalia, si nuptiæ non erunt? Quo dentes, si cibi non molendi sunt? Quo uenter & cibi, si iuxta Apostolū & hic & illi destruentur? ipso iterum clamante: Caro & sanguis regnū dei non possidebunt, neq; corruptio incorruptionem. Hæc nos innocentes & rusticos asserit dicere. Hæreticos uero, in quorū parte sunt Marcion, Apelles, Valentinus, Manes, nomē insaniæ, penitus & carnis & corporis resurrectionē negare: & salutē tantū tribuere animæ, frustraq; nos dicere ad exēplū dñi resurrecturos: cū ipe quoq; dñs in phātasmate resurrexerit: & nō solū resurrectio ei9; sed & ipsa natiuitas τῷ δοκεῖν, id est putatiue uisa magis sit cū̄ fuerit. Sibi aūt utrāq; displi

cere

C cere ſententiam,fugere ſe & noſtrorum carnes,& hæreticorum phantaſmata: quia utraq; pars in cõtrarium nimia ſit: alijs id uolentibus ſe eſſe quod fuerunt, alijs reſurrectionem corporum omnino denegantibus. Quatuor (inquit) elementa ſunt,philoſophis quoq; nota & medicis,de quibus omnes res & corpora humana compacta ſunt,terra,aqua,aer,& ignis. Terram in carnibus,aerem in halitu,aquam in humore,ignem in calore intelligi. Cum ergo anima caducum hoc frigidumq; corpuſculum dei iuſſione dimiſerit: paulatim omnia redire ad matrices ſuas ſubſtantias:carnes in terram relabi,halitum in aera miſceri,humorem reuerti ad abyſſos,calorẽ ad æthera ſubuolare. Et quomodo ſi ſextarium lactis & uini mittas in pelagus,ueliſq; rurſum ſe parare quod mixtum eſt: uinũ quidem & lac quod miſeras non periere,nõ tamen poſſe quod fuſum eſt ſeparari: ſic ſubſtantiam carnis & ſanguinis non perire quidem in originalibus materijs,nõ tamen in antiquam redire compagẽ,nec poſſe ex toto eadẽ eſſe quæ fuerint. Cum autẽ iſta dicantur,ſoliditas carnium,ſanguinis liquor,craſſitudo neruorum,uenarumq; perplexio,& oſſiũ duricies denegatur. Alia ratiõe reſurrectionẽ corporũ cõfitemur,eorũ quæ ſepulchris poſita ſunt,dilapſaq; in cineres: Pauli Pauli,& Petri Petri,& ſingula ſingulorũ: neq; eim̃ fas eſt,ut in alijs corporib9 animæ peccauerint,in alijs torqueãt: nec iuſti iudicis alia corpora ꝓ Chriſto ſanguinẽ fũdere,& alia coronari. Quis hæc audiẽs reſurrectionẽ carnis eũ negare putet? Eſt (inqt) ſingulis ſeminib9 ratio quædã a deo artifice inſita,quæ futuras materias in medullæ principijs tenet. Et quõ tãta arboris magnitudo,trũcus,rami,poma,folia nõ uident in ſemine,ſunt tamẽ in ratiõe ſeminis,quã Græci ἀντιτκῳσμὸν uocãt: & in grano fruméti eſt intrinſecus,uel medulla,uel uenula:quæ cũ in terra fuerit diſſoluta,trahit ad ſe uicinas materias, & in ſtipulã, folia ariſtaſq; cõſurgit: aliudq; moritur,aliud reſurgit: Neq; eim̃ in grano tritici,radices,culm9,folia, ariſtæ,paleæ ſunt diſſolutæ: ſic & in ratiõe humanorũ corporũ,manent quædã ſurgendi antiqua principia: & quaſi ἀντέριαμ,id eſt,ſeminarium mortuorum,ſinu terræ confouetur. Cum autem iudicij dies ad uenerit,& in uoce archangeli,& in nouiſſima tuba tremuerit terra,mouebuntur ſtatim ſemina,

D & in puncto horæ mortuos germinabunt: non tamen eaſdẽ carnes,nec in his formis reſtituent quæ fuerunt. Vis ſcire uerum eſſe quod dicimus: Audi Apoſtolum. Sed dicit aliquis,quomodo reſurgent mortui? quo autem corpore uenient? Inſipiens,quod tu ſeminas,nõ corpus quod futurũ eſt ſeminas,ſed nudum granum: ut puta tritici,uitis & arboris. Et quia de grano tritici ac ſemẽte arborũ ex parte iam diximus,nunc de acino uinacij differamus. Granum paruum eſt,ita ut uix duobus digitulis teneri poſſit. Vbi ſunt radices? ubi radicum & trunci & propaginũ tortuoſa perplexio? Vbi pãpinorum umbracula,& uuarum pulchritudo, futura uina parturiens? Aridum eſt quod tenet,& pene uix cernitur: ſed in ſicco illo grano,potentia dei & occulta ratione ſementis,ſpumantia muſta fundẽtur. Hæc ligno tribuis,quod periturũ eſt: ſic ornatur,quod manſurum non eſt,nec priſtinam recipiet uilitatem: & uis rurſus oſſa,ſanguinẽ,membra,ut creſcentibus capillis tonſore egeas: naſus pituitas digerat: incremẽta unguiũ ſecanda ſint,ut ꝑ inferiores partes uel ſtercora uel libidines effluãt? Si affers iſtas ineptias ruſticorũ & carnis,in qua deo placere non poſſumus,quaſi inimici,obliuiſceris reſurrectionem mortuorũ. Seminatur in corruptione,ſurget in incorruptione. Seminatur in cõtumelia,ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate,ſurget in uirtute. Seminatur corpus animale,ſurget corpus ſpiritale. Nunc oculis uidemus,auribus audimus,manibus agimus,pedibus ambulamus. In illo autem corpore ſpiritali toti uidebimus,toti audiemus,toti operabimur,toti ambulabimus: & trãſſigurabit dñs corpus humilitatis noſtræ,conforme corpori claritatis ſuæ gloriæ. Quando dixit tranſſigurabit,id eſt, μεταχηματίσει,membrorũ qbus nunc utimur,diuerſitas denegatur. Aliud nobis ſpiritale & æthereum promittitur: quod nec tactui ſubiacet,nec oculis cernitur,nec pondere prægrauatur: & pro locorum in quibus futurum eſt uarietate mutabitur. Alioquin ſi ædem carnes erunt, & corpora quæ fuerunt,rurſum mares & fœminæ,rurſum nuptiæ,uiris hirſutũ ſupercilium,barba prolixa,muliebres leues genæ,& anguſta pectora: ad concipiendos & pariendos fœtus,uenter & femora dilatanda ſunt. Reſurgẽt etiã infantuli,reſurgent & ſenes: illi nutriendi,hi baculis ſuſtentandi. Nec uoſo ſimplices reſurrectio dñi decipiat,quod latus & manus monſtrauerit, in littore ſteterit,in itinere cum Cleopha ambulauerit,& carnes & oſſa habere ſe dixerit. Illud corpus

alijs pollet

A alijs pollet priuilegijs,quod de uiri ſemine & carnis uoluptate non natum eſt.Comedit poſt reſurrectionem ſuam & bibit,& ueſtitus apparuit,tangendū ſe præbuit:ut dubitantibus apoſtolis fidem faceret reſurrectionis.Sed tamen non diſſimulat naturam aerei corporis & ſpiritalis. Clauſis em̄ ingredit̄ oſtijs,& in fractiõe panis ex oculis euaneſcit.Ergo & nobis poſt reſurrectionem bibendum erit & comedendū, & poſt cibum ſtercora egerenda? Et ubi erit illa promiſſio: Oportet mortale hoc induere immortalitatem? Hæc eſt omnis cauſa, cur in expoſitione fidei tuæ, ad decipiendas aures ignorantiū,nouies corpus,& ne ſemel quidē carnes nominas:dū homines putant te carnes in corporibus confiteri,& idem carnē eſſe quod corpus.Si idem eſt,non diuerſum ſignificat.Scio em̄ te hoc eſſe dicturum.Putaui idem corpus eſſe quod carnem: ſimpliciter ſum locutus.Quare non carnem potius nominas: ut corpus ſignifices, & indifferenter nunc carnem,nūc corpus:ut corpus in carne,& caro in corpore demonſtret? Sed mihi crede,nō eſt ſimplex ſilentium tuū. Alia em̄ carnis,alia corporis definitio eſt:omnis caro eſt corpus,non omne corpus eſt caro. Caro eſt proprie,quæ ſanguine,uenis,oſſibus,neruiſq; cõſtringitur.Corpus c̄ꝓ c̄ꝓ & caro dicatur, interdum tamen æthereū uel aereum nominatur: quod tactui uiſuiq; non ſubiacet,& plærūq; uiſibile eſt atq; tangibile.Paries eſt corpus eſt,ſed non caro.Vnde Apoſtolus corpora cœleſtia appellat,& corpora terreſtria. Cœleſte corpus,ſolis,lunæ,ſtellarum.Terreſtre,ignis,aeris,aquæ,terræ,& reliquorū:quæ abſq; anima his ſentiuntur elemētis. Vides nos intelligere ſubtilitates ueſtras,& arcana,quæ in cubiculis & inter ꝓfectos loquimini: & quæ populus foris ſtans,nec meretur audire,proferre in medium? Hoc eſt illud quod reducta ad auriculam manu,& concrepantibus digitis,ridentes dicitis:Omnis gloria filiæ regis intrinſecus:Et, introduxit me rex in cubiculum ſuū.Patet quare corporis,& non carnis reſurrectionem dixeris: ſcilicet,ut nos rudes carnem te dicere putaremus in corpore, & hi qui perfecti ſunt,intelligerent carnem in corpore denegari. Deniq; Apoſtolus in epiſtola ſua ad Coloſſenſes,uolens corpus Chriſti carneum & nō ſpiritale,aereum, tenue demonſtrare,ſignificanter locutus eſt,dicens: Et
B uos cum eſſetis aliquando alienati a Chriſto,& inimici ſenſus eius in operibus malis,recõciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem. Rurſumq; in eadem epiſtola. In quo circũciſi eſtis circũciſione non manufacta,in expoliatione corporis carnis.Si corpus carnē ſolum ſignificat:& non eſt nomē ambiguū,nec ad diuerſas intelligētias trahi poteſt:ſatis ſuperflue corporeū & carneū dicit,quaſi caro nō intelligat̄ in corpore.In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ,quod ab apoſtolis traditum,non ſcribitur in charta & attramento,ſed in tabulis cordis carnalibus,poſt confeſſionem trinitatis & unitatem eccleſiæ,om̄e Chriſtiani dogmatis ſacramentum, carnis reſurrectione includitur.Et tu intãtum in corporis,& iterum corporis & tertio corporis,& uſq; nouies corporis, uel ſermone uel numero immoraris:nec ſemel nominas carnem:quod illi ſemel nominant carnem,corpus uero tacent.Sed & illud quod argute ſubnectis,& prudenter præcauēs diſſimulas, ſcito nos intelligere.His em̄ teſtimonijs ueritatē reſurrectiōis ꝓbas:q bus Origenes negat:& de dubijs incerta confirmans,certam fidei domū,ſubita tempeſtate ſub uertis.Seminatur(inquit) corpus animale,ſurget corpus ſpiritale.Neq; em̄ nubent,neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis.Quæ alia exempla aſſumeres,ſi reſurrectionē negares? Vis reſurrectionē carnis,ueritate & non putatiue,ut loqueris confiteri.Poſt illa quibus ignorantiū blanditus es auribus, quod in ipſis corporibus,in quibus mortui ſumus,& ſepulti reſurgamus:hoc potius adiunge & dic: Quoniam ſpiritus carnē & oſſa nō habet,ſicut me uidetis habere:& ꝓprie ad Thomā:Infer digitū tuū in manus meas,& manū tuā in latus meū,& noli eſſe incredulus,ſed fidelis. Sic & nos poſt reſurrectionem eadem habebimus membra,quibus nunc utimur, eaſdē carnes,& ſanguinem & oſſa:quorum in ſcripturis ſanctis opera,non natura damnantur.Deniq; in Geneſi ſcriptum eſt:Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,quia caro ſunt.Et Paulus apoſtolus de praua doctrina & operibus Iudæorū:Nō acquieui (ait)carni & ſanguini.Et ad ſanctos q utiq; in carne erant,dicit: Vos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu:ſi tamen dei ſpiritus habitat in uobis.Negans em̄ eos in carne,quos in carne eſſe conſtabat:nō carnis ſubſtantiā,ſed peccata damnabat.Hæc eſt uera reſurrectionis confeſſio,quæ ſic gloriam carni tribuit:ut non auferat ueritatem.Quod uero dicit Apoſtolus:corruptibile hoc & mortale:hocipſum corpus,id eſt

C carnem, quæ tunc uidebatur oſtendit. Quod autem copulat, induere incorruptionẽ & immortalitatem: illud indumentum, id eſt ueſtimentum, non dicit corpus abolere quod ornat in gloria: ſed quod ante inglorium fuit, efficere glorioſum: ut mortalitatis & infirmitatis uiliore ueſte depoſita, immortalitatis auro: & (ut ita dicam) firmitatis atq; uirtutis beatitudine induamur, uolentes non ſpoliari carne, ſed ſuperueſtiri in gloria, & domiciliũ noſtrũ quod de cœlo eſt ſuper indui deſyderantes, ut deuoretur mortale a uita. Certe nemo ſupinduitur, niſi qui ante ueſtitus eſt. Sic & dñs noſter in monte tranſfiguratus eſt in gloria: non ut manus ac pedes cæteraq; membra perderet, & ſubito in rotunditate uel ſolis, uel ſphæræ uolueretur: ſed eadẽ membra ſolis fulgore rutilantia, apoſtolorũ oculos præſtringerent: unde & ueſtimenta eius mutata ſunt in candorẽ nõ in aerem, ne forte & ueſtes eius aſſeras ſpiritales: Et facies eiꝰ (inquit) fulgebat ſicut ſol. Vbi autem facies nominatur, exiſtimo quod & cætera membra cõſpecta ſint. Enoch trãſlatus eſt in carne. Elias carneus raptus eſt in cœlum: necdum mortui & paradiſi iam coloni, habent membra cum quibus rapti ſunt atq; tranſlati. Quod nos imitamur ieiunio, illi poſſident dei conſortio. Veſcuntur cœleſti pane, & ſaturant omni uerbo dei: eundem habentes dñm, quẽ & cibum. Audi ſaluatorẽ dicentẽ: Et caro mea requieſcet in ſpe. Et in alio loco: Caro eius nõ uidit corruptionẽ. Et rurſum: Omnis caro uidebit ſalutare dei. Et tu ſemp corpus ingeminas? Profert magis Eçechiel, qui oſſa iungẽs oſſibus, & educẽs ea de ſepulchris ſuis, & ſup pedes ſtare faciẽs, carnibus neruiſq; conſtringit, & cute deſuper tegit: donec Iob tormentorum uictor, & teſta radens putridæ carnis ſaniem, miſerias ſuas reſurrectionis ſpe & ueritate ſoletur: Quis mihi det (inquit) ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, uel celte ſculpãtur in ſilice? Scio enim quod redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum: quẽ uiſurus ſum egoipſe: & oculi mei cõſpecturi ſunt, & nõ alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quid hac prophetia manifeſtius? Nullus tam aperte poſt Chriſtũ, cẽp iſte ante Chriſtum de re
D ſurrectione loquitur. Vult uerba ſua in perpetuũ durare: & ut nulla poſſint uetuſtate deleri: exarari ea uult in plumbi lamina, & ſculpi in ſilice. Sperat reſurrectionẽ, imo nouit & uidit, quod uiuit Chriſtus redemptor eius, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſit. Necdum mortuus erat dñs, & athleta eccleſiæ redẽptorẽ ſuũ uidebat ab inferis reſurgentẽ. Illud uero quod infert, Et rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum: puto quod non loquatur, quaſi amator carniũ, quas putridas fetenteſq; cernebat: ſed ex fiducia reſurgendi cõtemnit præſentia, ſolatio futurorũ. Rurſum (ait) circũdabor pelle mea. Vbi hic corpus æthereũ? ubi aereũ? & ſpiritui & auræ ſimile? Certe ubi pellis & caro, ubi oſſa, & nerui, & ſanguis, & uenæ: ibi carnis ſtructura, ibi ſexus proprietas. Et in carne (inquit) mea uidebo deũ. Quãdo omnis caro uidebit ſalutare dei, & Ieſum deum: tunc & ego uidebo redemptorem & ſaluatorẽ & deum meum. Videbo aũt in iſta carne, quæ me nunc cruciat, quæ nunc præ dolore diſtillat. Idcirco deũ in carne conſpiciam: quia oẽs infirmitates meas ſua reſurrectione ſanabit. Nõne tibi uidetur iam tunc Iob contra Origenem ſcribere: & pro carnis ueritate, in qua tormenta ſuſtinuit alterũ contra hæreticos habere certamen? Dolet enim, ſi tanta ſit fruſtra perpeſſus, & alia ſpiritaliter reſurgente, iſta carnaliter cruciata ſit. Vnde inculcat & exaggerat, & omnia lubricæ cõfeſſionis arcana manifeſta uoce concludit, dicens: Quẽ uiſurus ſum egoipſe & oculi mei cõſpecturi ſunt, & non alius. Is ſi non in ſexu ſuo reſurrecturus eſt: ſi non eiſdem membris, quæ iacuere in ſtercore: ſi non eoſdem oculos aperiat ad uidendum deum, quibus tunc uidebat uermiculos: ubi erit ergo Iob? Tollis ea in quibus ſubſtitit Iob: & donas mihi inane uocabulum reſurgentis: quomodo ſi nauim poſt naufragium reſtitutam uelis, ac neges ſingula de quibus nauis cõſtruitur. Ego libere dicam, & cẽpcẽp torqueatis labia, trahatis capillũ, applaudatis pede, Iudæorũ lapides inquiratis, fidem eccleſiæ apertiſſime confitebor. Reſurrectiõis ueritas catholicæ, ſine carne & oſſibus, ſine ſanguine & mẽbris intelligi non poteſt. Vbi caro & oſſa & ſanguis & membra ſunt, ibi neceſſe eſt, ut ſexus diuerſitas ſit. Vbi ſexus diuerſitas eſt, ibi Iohannes Iohannes, Maria Maria. Noli timere eorum nuptias, qui etiã ante mortẽ in ſexu ſuo ſine ſexus opere uixerunt. Quãdo dicit, in illa die neq; nubent, neq; nubent: de his dicitur qui poſſunt nubere, & tamen nõ nubent. Nemo enim dicit de

angelis

A angelis non nubent, neq; nubentur. Ego nunc̄ audiui ſpiritalium uirtutum in cœlo nuptias ce
lebrari: ſed ubi ſexus eſt, ibi uir & fœmina. Vnde & tu inuitus licet cogente ueritate confeſſus es,
& dixiſti: aut coronādus in corpore, quod caſte egit & iuſte: aut condēnandus in corpore, quod
uoluptatibus iniquitatiq; ſeruiuit. Tolle corpus & pone carnem, & uirum ac fœminam non ne
gaſti. Quis enim uiuit cum gloria pudicitiæ, qui non habet ſexum per quem cōmitti potuit im
pudicitia? Quis em̄ unc̄ lapidem coronauit, quia uirgo permāſerit? Angelorū nobis ſimilitu
do promittitur: id eſt beatitudo illa, in qua ſine carne & ſexu ſunt angeli, nobis in carne & ſexu
noſtro donabitur. Mea ruſticitas ſic credit, & ſic intelligit ſexū cōfiteri ſine ſexuum operibus: ho
mines reſurgere, & ſic eos angelis adæquari. Nec ſtatim ſup̄flua uidebit̄ mēbrorū reſurrectio,
quæ caritura ſint officio ſuo, cū adhuc in hac uita poſiti, nitamur opera nō implere mēbrorū. Si
militudo autē ad angelos, nō hominū in angelos demutatio, ſed p̄fectus immortalitatis & glo
riæ eſt. Argumenta uero illa puerorum & infantium & ſenum & ciborum & ſtercorū, quibus ad
uerſum eccleſiam uteris, non ſunt tua, de gentilium fonte manarunt. Eadem enim opponunt
nobis ethnici. Qui Chriſtianum eſſe te dicis, gentilium arma depone. Diſcant illi magis a te re
ſurrectionem carnis confiteri, c̄ tu ab illis negare. Aut ſi & tu de hoſtium numero es, oſtende
te libere aduerſarium, ut ethnicorum ſuſcipias uulnera. Dono tibi nutriculas tuas, ne uagiant in
fantes: dono decrepitos ſenes, ne hiberno frigore contrahantur. Fruſtra etiam tonſores artifi
cia didicerunt, ſcientes Iſraeliticum populum per quadraginta annos, nec unguiū, nec capillo
rum incrementa ſenſiſſe: & quod his maius eſt, non ſunt attrita ueſtimenta eorum, nec inuetera
uerunt calciamenta eorum. Enoch & Elias, de quibus dudum diximus, tanto tempore in eadē
permanent ætate, qua rapti ſunt. Habent dentes, uentrem, genitalia: & tamen nec cibis, nec uxo
ribus indigent. Quid potentiam dei calumniaris? qui poteſt de medulla illa & de ſeminario ue
ſtro interiori, nō carnes tantū de carnibus, ſed corpus educere, & aliud ex alio facere: & de aqua,
B id eſt de uilitate carnium, precioſa & aeriꝰ corporis uina mutare: poteſt utiq; eadē potētia qua
de nihilo cuncta fabricatus eſt, reddere quæ fuerūt: quia multominus eſt reſtituere quod fuerit,
c̄ facere quod non fuit. Miraris ſi de infantibus & ſenibus in perfecti uiri ætatem reſurrectio
fiat, cum de limo terræ abſq; ullis ætatum incrementis, cōſummatus homo factus ſit? Coſta mu
tatur in fœminam, & tertio humanæ conditionis modo, uilia & pudenda noſtræ natiuitatis ele
menta, mutantur in carnes: ligantur membris, diſcurrunt in uenas, in oſſa durantur. Vis & quar
tum genus humanæ generationis audire? Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſi
mi obumbrabit tibi. Propterea quod naſcetur ex te ſanctū, uocabitur filius dei. Aliter Adam,
aliter Eua, aliter Abel, aliter homo Ieſus Chriſtus. Et in omnibus diuerſis exordijs, una hominis
natura non differt. Reſurrectionem carnis, omniumq; membrorū, ſi uelim probare, & ad ſingu
la teſtimonia explanationes adiungere, multis libris opus erit: ſed præſens cauſa hoc non deſy
derat. Propoſui em̄ non Origeni in omnibus reſpondere, ſed fraudulentæ ſatiſfactionis aperi
re myſteria. Attamen quia longus fui in aſſertione contraria, & uereor ne dum fraudes pandere
ſtudeo, ſcandalum lectori reliquerim, aceruatim teſtimonia ponam, curſimq; perſtringam: ut
toto cōtra uenenatam argumentationē ſcripturarum pondere dimicemus. Qui ueſtem nō ha
bet nuptialem, nec ſeruauit illud mandatum: Candida ſint ueſtimenta tua: ſemper manibus pe
dibuſq; conſtringitur: ne recumbat in conuiuio, ſedeat in ſolio, ſtet ad dexteram dei, mittitur in
gehennam, ubi fletus oculorum & ſtridor dentium eſt. Capilli capitis ueſtri numerati ſunt. Si
capilli, puto facilius dentes. Fruſtra autem numerati, ſi aliquando perituri. Veniet hora in qua
omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filij dei & procedent. Audiēt auribus, procedēt
pedibus. Hoc & laçarus ante iam fecerat. Procedent autē de monumentis, id eſt, qui monumen
tis illati fuerant, uenient mortui, & reſurgent de ſepulchris ſuis. Ros em̄ qui a deo eſt, medulla
eſt oſſibus ipſorum. Tunc implebit̄, quod dominus loquitur per prophetam: Populus meus
intra in cellaria tua aliquantulū, donec ira mea tranſeat. Cellaria ſepulchra ſignificāt, de quibus
hoc utiq; profertur quod conditum fuerat. Et exibunt de ſepulchris ſuis ueluti hinnuli de uin
culis ſoluti. Gaudebit cor eorum, & oſſa eorū ſicut ſol oriētur: ueniet om̄is caro in conſpectu do
mini: & mandabit piſcibus maris, & eructabunt oſſa quæ comederant, & faciet compagem ad

C compagem, & os ad os: & qui in terræ puluere dormierunt reſurgent, alij in uitam æternam, alij in opprobrium & confuſionem æternam. Tunc uidebunt iuſti impiorum pœnas atq; cruciatus: quoniam uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in conſpectu omnis carnis. Quotquot igitur habemus hanc ſpem, ſicut exhibuimus membra noſtra famulantia immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita exhibeamus ea famulantia iuſticiæ ad ſanctificationem, ut reſurgẽtes ex mortuis, in nouitate uitæ ambulemus. Quomodo & uita domini Ieſu manifeſtatur in noſtro mortali corpore: & qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora noſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Iuſtum eſt, ut qui ſemper mortificationem Chriſti in corpore noſtro circũtulimus, uita quoq; Ieſu manifeſtetur in corpore noſtro mortali: id eſt in carne mortali ſecundum naturam, æterna autẽ ſecundum gratiam. Vidit & Stephanus ſtantem Ieſum ad dexteram patris: & manus Moyſi mutata eſt in candorem niuis, & deinceps colori priſtino reſtituta. In utraq; diuerſitate manus fuit. Figulus ille Hieremiæ, cuius per duriciam lapidum uas quod fecerat confractum eſt, de eadem maſſa & de eodem luto redintegrauit quod ceciderat. Sed & ipſum reſurrectiõis uocabulum ſignificat non aliud ruere aliud ſuſcitari: & quod adijcitur mortuorum, carnẽ prophe/ta demonſtrat: quod eñ in homine moriẽ, hoc & uiuificatur. Vulneratus ille itineris Iericho totus refertur ad ſtabulum, & delictorum plagæ immortalitate ſanãtur. Aperta ſunt & ſepulchra in domini paſſione: quando ſol fugit, terra tremuit, & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, & uiſa ſunt in ſancta ciuitate. Quis eſt (inquit) Eſaias, qui aſcendit ex Edom: fulgida ueſtimẽta eius ex Boſor, ſic formoſus in ſtola candida? Edom, aut terrenus interpretatur, aut cruentus. Boſor, aut caro, aut in tribulatione. Paucis uerbis totum reſurrectionis myſterium demonſtrat, id eſt, & ueritatem carnis & augmentũ gloriæ. Et eſt ſenſus. Quis eſt iſte, qui aſcendit de terra, aſcẽdit de ſanguine? Cuius ueſtimenta iuxta prophetiam Iacob: qui alligauit pullum ſuum ad uitem & torcular calcauit ſolus, muſto rubẽtia ſunt. De Boſor, id eſt, de carne ſiue tribulatiõe mũdi: ipſe eñ uicit mũdum. Ideoq; rubra & fulgida ſunt ueſtimẽta eius, quia ſpecioſus forma fuit
D præ filijs hominum: propter gloriam triumphantis in ſtolam candidam cõmutata ſunt: & tunc uere de Chriſti carne completum eſt: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, innitens ſuper fratruelem ſuum? Et quod in eodem libro ſcribitur: Fratruelis meus rubicundus & candidus. Hunc imitantur, qui ueſtimenta ſua non coinquinauerunt cum mulieribus: uirgines eñ permanſerunt, q ſe caſtrauerunt propter regna cœlorum. Itaq; in albis erunt ueſtibus. Eo tempore ſententia dñi opere perfecta monſtrabitur: Omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo quicq̃, ſed reſuſcitabo illud in nouiſſimo die. Totum uidelicet hominem, quem totũ naſcendo ſuſceperat. Tũc ouis quæ perierat, & in inferioribus oberrabat, humeris ſaluatoris tota portabitur: & quæ peccatis languida fuit, dæmentia iudicis ſuſtentabitur. Tunc uidebunt illum qui compunxerunt, qui clamauerũt: Crucifige, crucifige talem. Tribus & tribus cædent pectora, ipſi & mulieres eorum. Illæ mulieres quibus dominus locutus eſt crucem portans: Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos flete & ſuper filios ueſtros. Tunc angelorum uaticinium complebitur, qui ſtupentibus apoſtolis euntem in cœlum dixerunt: Hic Ieſus qui a uobis aſſumptus eſt in cœlum, ſic ueniet, quẽadmodũ uidiſtis eum eũtem in cœlum. Quale eſt autem, idcirco dicere dñm poſt reſurrectionem quadraginta diebus comediſſe cum apoſtolis, ne phantaſma putaretur: & hoc ipſum quod comedit in carne & in mẽbris uiſus eſt in phantaſmate cõfirmare? Aut uerum eſt quod uidebatur, aut falſum. Si uerum eſt, ergo uere comedit & uere membra habuit. Si autem falſum, quomodo res falſas oſtendere uoluit, ut reſurrectionis ueritatem probaret? Nemo eñ falſo uerum probat. Ergo (inquies) & nos poſt reſurrectionẽ comeſuri ſumus? Neſcio. Non eñ ſcriptum eſt: & tamen ſi quæratur, non puto comeſuros. Legi enim non eſſe regnum dei cibũ & potum, repromittens nobis quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Moyſes & Elias quadraginta diebus ieiunauerunt ac noctibus. Hoc hominum natura nõ patitur, ſed quod homini impoſſibile eſt, deo impoſſibile non eſt. Sicut qui futura prædicit, nõ intereſt utrum poſt decem annos, an poſt centum uentura pronunciet: quia una eſt ſcientia futurorum: ſic qui quadraginta diebus poteſt ieiunare & uiuere, imo nõ poteſt ieiunare, ſed uiuit

uirtute

A uirtute dei: & æterno tempore poterit absq; esca & potu uiuere. Quare fauum comedit dñs? Vt resurrectionem probaret, nõ ut tuis faucibus mella permitteret. Piscem in prunis assum petijt, ut dubitantes confirmaret apostolos, qui ad illum accedere non audebant, quod putarẽt se spiritum uidere non corpus. Archisynagogi filia suscitatur, & cibum accipit. Laçarus quatriduanus mortuus resurgit, & prandens inducitur: nõ quia apud inferos esuriebat: sed quia difficultas operis, scrupulositatem fidei requirebat. Quomodo ueras manus & uerum ostendit latus: ita uere comedit cũ discipulis: uere ambulauit cũ Cleopha: uere lingua locutus est cum omnibus: uero accubitu discubuit in cœna: ueris manib⁹ accepit panẽ, benedixit ac fregit & porrigebat illis. Qđ aũt ab oculis repente euanuit, uirtus dei est, nõ umbræ & phantasmatis. Alioqui & ante resurrectionẽ, cũ eduxissent eũ de Naçareth, ut p̃cipitarent de supercilio montis, transiuit per medios, id est elapsus est de manib⁹ eor̃. Nũqd iuxta Marcionẽ dicere possum⁹: qđ ideo natiuitas ei⁹ in phantasmate fuerit: quia cõtra naturã q tenebat elapsus est? Qđ magis licet: hoc dño nõ licet? Apollonius Tyaneus scribitur: cum ante Domitianum staret in cõsistorio, repẽte nõ cõparuit. Noli potentiam dñi, magorũ præstigijs adæquare: ut uideatur fuisse quod non fuit, & putetur comedisse sine dẽtibus, ambulasse sine pedibus, fregisse panẽ sine manibus, locutus esse sine lingua, & latus monstrasse sine costis. Et quomodo (inquies) nõ cognoscebant eũ in itinere: si ip̃m habebat corpus quod ante habuit? Audi scripturam dicentẽ: Oculi eorũ tenebantur, ne eum agnoscerent. Et rursum: Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Nunquid alius fuit quando non agnoscebatur: & alius quãdo agnitus est? Certe unus atq; idem erat. Cognoscere ergo & non cognoscere, oculorum fuit, non eius qui uidebatur, licet & ipsius fuerit. Oculos enim tenebat eorũ, ne se agnoscerẽt. Deniq; ut scias errorem qui uersabat in medio, nõ corporis dñi, sed oculorũ fuisse dauforũ: Aperti sunt oculi eorũ, inquit, & cognouerũt eũ. Vnde & Maria magdalene c̃p̃ diu non agnoscebat Iesum & uiuum quærebat inter mortuos, hortulanũ putabat. Agnoscit, & dñm uocat. Post resurrectionem Iesus stabat in littore, discipuli in naui erant. Cæteris non cognoscentibus eum, dicit discipulus quẽ diligebat Iesus, Petro: Dñs est. Prior em̃ uir-
B ginitas uirginale corpus agnoscit. Idem erat, & non idem omnibus uidebatur. Statimq; subiũgit: Et nemo audebat interrogare eũ, tu qs es? scientes quod dñs est. Nemo audebat, quia deũ sciebant. Vescebantur cũ prandente, quia hominẽ & carnem uidebãt: nõ quod alter deus, alter homo esset, sed unus atq; idem filius dei cognoscebat ut homo, adorabat ut deus. Scilicet nũc mihi philosophandũ est, incertos esse sensus nostros, & maxime uisum. Carneades aliquis ab inferis excitandus: ut proferat remũ in aqua fractũ: uideri porticus longius angustiores: rotundos procul turrium angulos: columbarũ colla, ad singulas cõuersiones colorem mutantia. Cum Rhode Petrum nunciaret & apostolis diceret, ob periculi magnitudinẽ euasisse: non credunt, phantasma suspicantur. Porro quod clausis ingressus est ostijs, eiusdem uirtutis fuit, cuius & ex oculis euanescere. Lynceus (ut fabulæ ferunt) uidebat trans parietem: dñs clausis ostijs nisi phantasma fuerit, intrare non poterit? Aquilæ & uultures transmarina cadauera sentiunt. Saluator apostolos suos, nisi ostiũ aperuerit non uidebit? Dic mihi acutissime disputator. Quid est maius, tantã terræ magnitudinẽ appendere super nihilum, & super aquarũ incerta librare: an deum transire per clausam portam, & creaturã cedere creatori? Quod maius est tribuis, quod minus est calumniaris. Petrus super aquas ambulat graui & solido corpore. Mollis unda nõ cedit: paululum fides dubitat: & statim naturam suã, corpus intelligit: ut sciamus super aquas non corpus ambulasse, sed fidem. Oro te, qui tantũ contra resurrectionẽ sentis: argumentaris, an simpliciter mecũ loqueris? Credis uere dñm resurrexisse, in eodẽ quo mortuus, quo sepultus est corpore, an nõ credis? Si credis, cur ista p̃ponis per quæ resurrectio denegatur? Si non credis, quid ita imperitorũ lactas animas, & resurrectionẽ casso nomine uentilas? Audiui nuper de Marcionis schola, uæ inquit ei, qui in hac carne, & in his ossibus resurrexerit: gaudẽs animus statim intulit: Consepulti em̃ sumus, & consurreximus cum Christo, per baptismum. Animæ an carnis resurrectionẽ dicis? Respondi, non solius animæ, sed carnis, quæ cũ anima renascitur in lauacro. Et quomodo peribit, quæ in Christo renata est? Quia scriptum est (ait) Caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt. Attende obsecro te, quod dicit: caro & sanguis regnũ dei nõ possidebũt. Nũqd

C non reſurgent? Abſit, ſed nō poſſidebūt. Quare nō poſſidebūt? Quia ſequit, neq; corruptio in
corruptionē poſſidebit. Tādiu ergo regnū dei nō poſſidebūt, q̄diu caro tantū ſanguiſq; pman
ſerint. Cū aūt corruptiuū induerit incorruptionē, & mortale induerit immortalitatē: & lutū car/
nis in teſtam fuerit excoctū, quæ prius graui pondere premebat in terrā, acceptis ſpūs pennis,
& immutationis nō abolitionis, noua gloria uolabit ad cœlū: & tūc implebitur illud quod ſcri/
ptū eſt: Abſorpta eſt mors in uictoria. Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus?
Præpoſtero ordine de animarū ſtatu & carnis reſurrectione reſpondimus: omiſſiſq; principijs
epiſtolæ, tota nobis cōtra egregios tractatus eius fuit diſputatio. Maluimus em̄ de dei reb⁹, q̄
de noſtris iniurijs dicere. Si peccauerit homo in hominem, rogabūt pro eo ad dn̄m. Si autē in
deum peccauerit: quis orabit pro eo? Nunc ediuerſo ſup omnia, noſtros aduerſarios immor/
tali odio perſequimur: blaſphemantibus deū, dæmentem porrigimus manū. Scribit ad Theo/
philum epiſcopū apologiam: cuius iſtud exordiū eſt. Tu quidē ut homo dei, & apoſtolica or/
natus gratia: curam omniū eccleſiarū, maxime eius quæ in Hieroſolymis eſt ſuſtines: cum ipſe
plurimis ſollicitudinibus eccleſiæ dei, quæ ſub te eſt, diſtringaris. Laudat faciē, ad perſonā prin/
cipum trahit. Tu qui regulas quæris eccleſiaſticas: & Niceni cōcilij canonibus uteris: & alienos
clericos, & cum ſuis epiſcopis cōmorantes tibi niteris uſurpare: reſponde mihi, ad Alexandrinū
epiſcopū Palæſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur: ut Palæſtinæ metropolis Cæſa/
ria ſit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæſarienſem epiſcopū referre debueras: cui
ſpreta cōmunione tua cōmunicare nos noueras. Aut ſi procul expetendū iudiciū erat, Antio/
chiam potius litteræ dirigendæ. Sed noui cur Cæſariam, cur Antiochiam nolueris mittere. Scie
bas quid fugeres, quid uitares. Maluiſti occupatis auribus moleſtiā facere, q̄ debitū metropo/
litano tuo honorē reddere. Nec hoc dico, quod p̄ter amicitias, quæ ſuſpitionē generant, qc̄q̄ in
legatione reprehendā: ſed quia apud interrogantes magis & præſentes te purgare debueris.
Miſiſti religioſiſſimū hominē dei Iſidor⁹ preſbyterū, uirū potentē tam ex ipſa inceſſus & habi
D tus dignitate q̄ diuinæ intelligentiæ, curare etiam eos, qui animo uehæmenter egrotant: ſi ta/
men ſenſum ſui languoris habeant. Homo dei mittit hominē dei: nihil intereſt inter preſbyte
rū & epiſcopū: eadem dignitas mittentis & miſſi: hoc ſatis imperite: in portu (ut dicitur) naufra
giū. Iſte Iſidorus qui in cœlum tuis laudibus tollitur: idipſum infamatur Alexandriæ, quod tu
Hieroſolymæ: ex quo nō legatus aduenisſe uidetur, ſed ſocius. Alioqui & litteræ manu eius ſcri
ptæ, quæ ante tres menſes legatiōis ad nos directæ erant, portantes errorē, Vincentio preſby/
tero redditæ ſunt: quæ uſq; hodie ab eo tenent: quibus cohortat ducem exercitus ſui, ut ſuper
petrā fidei, ſtabili perſiſtat gradu: nec noſtris nænijs terreat. Pollicetur ſe ante q̄ legatiōis eſſet
ulla ſuſpitio uenturū Hieroſolymā, & ad aduentū ſuū ilico aduerſariorū cuneos pterendos. Et
inter cætera his etiā uerbis utitur. Quomodo fumus in aere diſſoluit: & cera ad uiciniam ignis
liqueſcit: ita diſſipabuntur qui ſemper eccleſiaſticæ fidei reſiſtentes, nūc per hoies ſimplices ean
dē fidem inquietare conātur. Rogo te lector, qui hoc ſcribit ante q̄ ueniat, quid tibi uidet? Ad/
uerſarius an legatus? Iſte eſt quē nos pijſſimū uel religioſiſſimū: & ut uerbū exprimamus e uer
bo, deicolam poſſumus dicere. Iſte eſt homo diuinæ intelligentiæ, tam potens & tanta inceſſus
ac habitus dignitate, ut quaſi ſpiritalis Hippocrates, languorē animarū noſtrarū, ſua potuerit
præſentia mitigare: ſi tamen nos uoluerimus ſuæ medicinæ acquieſcere. Curet ſe tali medica/
mine, qui etiā alios curare cōſueuit. Nobis diuina illa intelligentia pro Chriſto ſtulticia eſt. Li/
benter noſtra ruſticitate languemus: ne collyrio ueſtro impie uidere diſcamus. Tuæ uero ſan/
ctimoniæ, pro optima uolūtate quaſi ad finē uſq; perducta ſit: deprecamur dn̄m in ſanctis lo/
cis nocte ac die: ut ei reddat perfectā mercedem, & coronā uitæ largiatur. Recte gratias agis: ni
ſi em̄ ueniſſet Iſidorus, tu in tota Palæſtina tam fidelē ſodalem nō inueniſſes. Niſi ille tibi pro/
miſſum apportaſſet auxilium: hæreres in turba ruſticorū: quæ ſapientiā tuā intelligere non poſ
ſet. Hæc ipſa apologia, de qua nunc ſermo eſt, Iſidoro præſente & multū collaborante dictata
eſt: ut idē eſſet & dictator & baiulus litterarū. Cū ergo huc ueniſſet, & acceſſiſſet ad nos tribus
uicibus, & admouiſſet tam diuinæ ſapientiæ tuæ q̄ ꝓpriæ intelligentiæ habentia medicinā uer
ba, nec ꝓfuit alicui, nec profuit ei quiſq̄. Hic qui ad tres uices dicitur ad nos acceſſiſſe: ut & in ue/

niendo

A niendo mysticum numerũ cõseruaret, qui Theophili episcopi mandatũ nobis loquebat: litteras ad nos ab eo missas noluit reddere. Cũq; diceremus, si legatus es, redde legationis epistolas: si epistolas non habes, quomodo legatũ te probabis? Respondit se habere quidem litteras ad nos: adiuratum tamẽ ab Hierosolymor̃ episcopo ne nobis eas redderet. En legati constantia: qui ut pacem faceret, & suspitionem in alteram partem fauoris excluderet, æquum se utrisq; tribuit. Et quia sine emplastro uenerat, & medicorũ armamenta nõ habebat: idcirco eius medicina nõ profuit. Hieronymus & hi qui cum eo sunt, & secreto & coram omnibus, frequẽtissime & sub iurisiurandi testificatione satis ei fecerunt, quod nũcq; de nobis ambiguitatem aliquã habuerint fidei, dicentes: Quomodo eo tempore quãdo cõmunicabamus ei: nunc similiter eundẽ affectum habemus de ratione fidei. Videte quid faciat concordia dogmatum. Isidorus qui ut hæc significaret: eius socius erat, homo dei & presbyter θεοσεβέσατος, & uir potens & sacro ac uenerabili incessu & diuinæ intelligentiæ, & Hippocrates Christianorũ uocat. Ego misellus dũ in solitudine delitesco: a tanto pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi. Et tamen iste Hieronymus, cũ pannosa turba & sordidatis gregibus, quid Isidoro illi fulmineo ausus est respondere? At ne forte ille nõ cederet, & opprimeret eos præsentia, & mole corporis sui, non semel, nõ tertio, sed frequẽtissime iurauerũt, se eũ de quo quæstio erat scire orthodoxũ: nec uncq; in suspitiõe habuisse hæreseos. O apertũ impudẽsq; mendaciũ. O testimoniũ ꝓ se, nec Catoni creditũ. In ore em̃ duorũ uel triũ testiũ stat omne uerbũ. Alicubi ne dictũ, aut tibi alicubi mandatum est, quod sine satisfactione fidei communionem tuam subiremus? Quando per uirum disertissimum & Christianissimum Archelaum comitem, qui sequester pacis erat, condictus locus fœderis fuit: nonne hoc in primis postulatum est, ut futuræ concordiæ fides iaceret fundamenta? Pollicitus est esse se uenturum. Instabat dies pascæ: frequens monachorum turba conuenerat: expectabaris in loco, quid faceres nesciebas. Repente mandasti egrotare, ne-

B scio quam: illo die te non posse uenire. Ludio ne an episcopus hæc loquitur? Pone uerum esse quod dicis: propter unius mulierculæ delicias, ne te absente doleat caput, fastidiũ sustineat, stomacho perfrigescat: ecclesiæ causam negligis? Tot uirorũ & Christianorũ & monachorum contemnis præsentiam? Noluimus occasionem dare: uidebamus em̃ stropham, dilationis tuæ iniuriam, patientia uicimus. Rescribit Archelaus: monet altero & tertio die manere, si uellet uenire. At ille occupatus: muliercula em̃ uomere non cessauit: dum nauseam euasisset: nostri penitus oblitus est. Post duos ergo menses tandem expectatus uenit Isidorus: qui non (ut tu fingis) pro te testimoniũ: sed causam postulatæ satisfactiõis audiuit. Cũ em̃ obiiceret nobis, quare ei cõmunicastis, si hæreticus erat: audiuit ab omnibus, cõmunicauimus nihil de hæresi suspicãtes. Postq; uero a beato papa Epiphanio cõuentus, tam sermone q; litteris respondere cõtempsit: cũctis monachis ab eodẽ Epiphanio scripta uenerunt: ut absq; satisfactiõe fidei, nullus ei temere cõmunicaret. Præsto sunt litteræ, nec super hac re dubitari potest. Hæc sunt quæ fratrũ turba respondit: nõ (ut tu argumẽtaris) ex eo te non esse hæreticum, quia aliquãdo non dictus sis. Hac em̃ ratione egrotare non debebit, qui ante egrotationem sanus fuit. Quando autem cœptum est de ordinatione Pauliniani, & aliorũ qui cum eo sunt uentilari, uidentes se reprehendi: cum propter charitatem atq; concordiam concederentur eis omnia: hoc autem solum expeteretur, ut licet ab alijs contra regulas ordinati essent: tamen subiicerentur ecclesiæ dei: ut non scinderẽt eam, neq; propriũ sibi facerẽt principatũ: In hoc non acquiescentes, cœperunt ꝓponere de fide, & omnibus notum facere: quod si nõ arguerentur hi qui cum Hieronymo presbytero erant, nil culparent in nobis. Sin autem arguerent̃ erroris & culpæ, cum pœnitus non queant de istiusmodi quæstionibus disputare, satisfactionem errati proprij nõ inuenientes ad ista confugerẽt: non quo sperarent nos posse conuinci: sed famam nostram lædere niterentur. Quod perplexa oratio est: nemo uitium interpretationis putet. Talis em̃ & Græca est. Interim ego gaudeo, q̃d qui me decollatum putabam, subito mihi presbyterij caput uideo repositum. Dicit nos omnino cõuinci non posse, & uenire ad prelium perhorrescit. Si causa discordiæ, nõ ex dissensione fidei est: sed ex Pauliniani (ut dicis) ordinatiõe descendit: quæ tãta stultitia est uolẽtib9 occasionẽ dare, nolle respõdere? Cõfitere fidẽ, sed tamẽ respõde q̃d quæreris: ut oibus luceat non de fide,

C sed ordinatiõe esse certamẽ. Q; diu eñ interrogat⁹ de fide tacueris, potest tibi aduersarius dicere: Nõ est ordinatiõis causa sed fidei. Si ordinatiõis causa est: stulte facis de fide interrogat⁹, tacere. Si fidei, stulte p̃tendis ordinationẽ. Porro q̃d dicis te petisse ut subiícerent ecclesiæ dei: & nõ scinderẽt eã, neq; ppriũ sibi facerẽt principatũ: de qbus dicas nõ satis intelligo. Si de me & de p̃sbytero Innocẽtio, satis multo dormisti tẽpore, q̃ post ãnos tredecim, nũc excitat⁹ hæc loqueris. Ob id eñ & ego Antiochiã, & ille Cõstantinopolim urbes celeberrimas deseruimus: non ut te in populis p̃dicantẽ laudarem⁹, sed ut in agris & in solitudine adulescẽtiæ peccata deflẽtes, Christi in nos misericordiã deflecteremus. Sin autẽ de Pauliniano tibi sermo est: uides eũ episcopo suo esse subiectũ, uersari Cypri, ad uisitationẽ nostrã interdũ uenire: nõ ut tuũ, sed ut alienũ, eius uidelicet a quo ordinatus est. Quod si hic etiam esse uoluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine uiuere: quid tibi debet, nisi honorem quẽ omnibus debemus episcopis? Fac a te ordinatũ: idẽ ab eo audies, quod a me misello homine sanctæ memoriæ episcopus Paulinus audiuit. Num rogaui te, ut ordinarer? Si sic presbyteriũ tribuis, ut monachũ nobis nõ auferas: tu uideris de iudicio tuo. Sin autẽ sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod sæculũ dereliqui: ego habeo quod semp habui: nullũ dispendiũ in ordinatiõe passus es. Vt nõ scinderẽt (inquit) eam: neq; propriũ sibi facerẽt principatũ. Quis scindit ecclesiã? Nos quorũ omis domus Bethlehem in ecclesia communicat? an tu qui aut bene credis, & superbe de fide taces: aut male, & uere scindis ecclesiam? Nos scindimus ecclesiam, qui ante paucos menses circa dies pentecostes, cũ obscurato sole omnis mundus iamiãq; uenturũ iudicem formidaret, quadraginta diuersæ ætatis & sexus, presbyteris tuis obtulimus baptiçandos? Et certe quinq; presbyteri erant in monasterio: qui suo iure poterant baptiçare: sed noluerũt quicq̃ cõtra stomachum tuum facere: ne & hæc tibi de fide reticendi daret occasio. An non tu potius scindis ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis: ne cõpetentib⁹ nostris in pasca baptismũ traderẽt, quos nos Diospolim ad confessorẽ & episcopũ misimus Dionysium baptiçandos? Ecclesiã scindere dicimur, qui ex

D tra cellulas nostras locũ ecclesiæ non habemus? An tu scindis ecclesiam, qui mandas clericis tuis: ut si quis Paulinianũ ab Epiphanio episcopo consecratũ presbyterum dixerit: ecclesiam prohibeat intrare. Ex quo tẽpore usq; in præsentẽ diẽ uidemus tantũ specũ dñi: & hæreticis intrantibus procul positi suspiramus. Nos ne sumus, qui ecclesiam scindimus: an ille qui uiuis habitaculum, mortuis sepulchrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimã illam feram totius orbis ceruicibus imminentẽ cõtra nostras ceruices spũaliter incitauit? Quis ossa sanctorũ & innoxios cineres hucusq; uerberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor inuitat ad pacẽ: & propriũ arguit facere principatũ: qui omnibus episcopis rectã dũtaxat fidem tenentibus, & cõmunione & charitate sociamur. An tu solus ecclesia es: & qui te offenderit, a Christo excluditur? Si proprium defendimus principatũ, ostende nos in parochia tua habere episcopum. Quod tibi nõ cõmunicamus, fidei est: respõde, & ordinatiõis erit. Occasionẽ quoq; fingunt aliarũ litterarũ, quas dicũt sibi scripsisse Epiphaniũ. Q; q̃ dabit ille rationẽ p̃ oibus quæ gesta sunt ante tribunal Christi, ubi maior & minor absq; ulla personarũ acceptiõe iudicabit? Attamen quõ possunt illius niti epistola, quã de ordinatione Pauliniani illicita: & illorũ q cũ eo sunt a nobis coargut⁹ scripsit: sicut & ipsa epistola eius in exordio suo significat? Rogo quæ tanta est cæcitas & Cimmerijs (sicut aiũt) tenebris inuoluta? Dicit nos occasionẽ fingere, & Epiphanij aduersus se litteras nõ habere: statimq; subiũgit. Quomodo possunt illius niti epistola, quã de ordinatiõe Pauliniani illicita, & eorũ q cũ eo sunt, a nobis coargutus scripsit: sicut & ipa eius epistola in exordio suo significat? Nõ habemus epistolam. Et quæ est illa epistola quæ in exordio suo de Pauliniano loquitur? Est aliquid post exordium: cuius tu times facere mentionem. A te est coargutus ætatis, qua Paulinianus erat: presbyterũ ordinas & legatũ mittis ac socium: tantamq; habes fiduciã: ut ubi Paulinianum mentitus es puerum: illuc puerum mittas presbyterũ. Itemq; Theosebam Thiriæ ecclesiæ diaconum facis presbyterum, & contra nos armas, illiusq; in nos abuteris æloquentia. Tibi soli licet ecclesiæ iura calcare: tu quicquid feceris, norma doctrinæ est, & nõ erubescis ante tribunal Christi iudicandum tecum Epiphanium prouocare. Quæ sequuntur post hoc capitulum, hæc sunt: Mensæ suæ & domus contuberniũ imputat Epi-

phanio:

A phanio, ſcribitq; eum nũcq; eſſe ſecum de Origenis dogmatibus locutum: & ſub iuriſiurandi teſtificatiõe cõfirmat dicẽs: ne ſuſpitionẽ quidẽ (ſicut deus teſtis eſt) puerſæ in nos fidei ſe habere monſtrauit. Nolo reſpondere & arguere acriter: ne periurũ epiſcopum conuincere uidear. Præſto ſunt plures epiſtolæ Epiphanij: una ad ipſum, aliæ ad epiſcopos Palæſtinos: & nuper ad Romanum pontificem: in quibus dicit ſe eum coram multis, de dogmatibus arguentem non meruiſſe reſponſum, totumq; noſtræ paruitatis teſtis eſt monaſterium.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

NOuatus.) Qui nõ recipiebat eos, q ſemel deſciuiſſent a Chriſto. Montanus.) Nec is admiſit ad pœnitẽtiam qui ſemel eſſent a baptiſmo prolapſi. Sed Elias.) Locus eſt libro Regum. 3. cap. 18. Super oua & ariſtas.) Id machinis quibuſdã fiebat in proſcenio, ut quidã uiderentur e cœlo delabi & pendere in aere, quidam ambulare ſuper oua & ariſtas, quo populus miraculo delectaretur: ut nũc hodie ſunt qui ambulent in cuſpide gladiorum. Figuratam cõtrouerſiam.) Eam intelligit, in qua ductus eſt obliquus: hoc eſt, aliud agitur & aliud uidetur agi: Veluti, ſi Piſiſtratus ſuadendo, ut dedaẽ hoſtibus, diſſuadeat. Aut ſi quis laudãdo uituperet, aut defendẽdo accuſet. Nunc appetit.) Hoc eſt figuratas orationes, mihi nõ ignotas. Oculorum medici.) ὀφθαλμικοὶ Græce. Vnde iocus eſt Marcialis in eum qui ex ophthalmico factus erat hoplomachus. Auribus lupum.) Quoniã breues habet aures. Adagium eſt, quod in noſtris explicuimus Chiliadibus. Aliud agens.) Id eſt, obiter, quod Græci παρέργως. Audiret piaculum.) Per Ironiam accipiendũ eſt. Nam illi piaculum erat. Statim ſera conuerſione.) Vox erat impij, qui teſtabatur ſe nondum eſſe Chriſtianum, nec uelle fieri niſi in fine uitæ, quo diu poſſet frui mundo. Vnde & miſerabilem uocat prætextatum, qui non diu ſit fruitus ſuo honore. Miſerabilis prætextatus.) In hunc extat iocus Ciceronis. Nam admirabatur uigilantem conſulem, qui toto conſulatu ſuo ſomnũ oculis non uidiſſet: quod inito conſulatu, mox eodem die ſit mortuus. Lacinioſis periodis.) Lacinia ſinus ueſtis fluẽs. Periodus circuitus. Enoſam fidem.) In quibuſdam ſcriptum erat, ocioſam fidem. Nõnullis placuit, eroſam, pro laceratam ac reprehenſam. Mihi legendum uidetur enodam, hoc eſt ſimplicem, & nihil habentem diſtorti, quã tamen ille tortuoſo ſermone contexuit. Eunomij ἀθέου.) Id eſt, ſine deo, Id eñ ſonat ἄθεος. quod nominis tribuunt & Luciano. Cæterum Eunomius epiſcopus fuit Coçicenus ſectator Aetij, cum quo cõſuetudinem habuit, cuius & dogma ſecutus eſt & ſtilũ. Nam is cognominatus fuit ἄθεος. ſtilo fuit ſophiſtico, ſed ſacrarum litterarum nõ ſatis eruditus, in multis cũ Arrio ſenſit. Contra Antropomorphitas.) Ἀνθρωπόϛ homo. μορφὴ forma. Hæretici fuerũt, qui deũ faciebant corporeũ, exiſtimantes eum humanis conſtare membris, & humana figura. Collegio frater.) Quia epiſcopus. Honorifica præfatio, ſed nõ caret morſu. Non eſt mirari.) Iam, inquit, non eſt quod miremur egregiam illam orationem Demoſthenis aduerſus Aeſchinẽ, Nihil eñ magnum ſi bella eſt, cum ſit elaborata & ſcripta. Hic de tantis rebus dicit ex tempore. Fruſtra ſuſpicimus.) Id eſt, admiramur. Nam is eam orationem ſcribitur ex tempore dixiſſe, teſte Cornelio nepote. Lyſias noſter.) Hos nominat, quod extemporali dictione ualuerint, quemadmodũ & Gorgias. In numerato haberet.) Seneca narrat hoc dictũ de Vincio in declamationibus, Lucius inquit Vincius, quo nemo ciuis Romanus in agendis cauſis, præſtantius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi præſtatura erat, prima intentio animi dabat. Ex tempore cauſas agebat, ſed non deſyderabat hanc commendationem, ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Auguſtus. Vincius ingeniũ in numerato habet. In numerato dixit, pro eo quod eſt, in promptu: unde & numero dicimur dicere, quod ſtatim ac facile dicimus, tranſlatum eſt a pecunia numerata. Sufflammandus eſt.) pro eo quod eſt, tacite admonẽdus ut deſinat. De ſtãmate tuo.) Varie locus hic fuerat deprauatus. Apparet σάμμα uerbum eſſe militare, a ſtando dictum, quo ſignificetur locus cuiq; militi deſignatus, unde turpiſſimum erat cedere. In quo & hodie miramur Germanos quoſdam, qui magno cũ uitæ cõtemptu, locũ tuentur in acie. Tribuniciæ poteſtatis.) Et hic locus confuſiſſimus habebaẽ. Reſtituimus ut licuit ad hũc modũ. Finge aliquem tribuniciæ poteſtatis, ſuo uitio regradatũ, per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis uocabulũ deuolutũ. Nũquid ex tribuno ſtatim fit tyro? Non, ſed ante primicerius. Deinde ſenator, ducenarius, biarchꝰ, circitor, eques, dein tyro: & quãq; tribunꝰ quõdã miles gregarius ſit, tamẽ ex tribuno nõ tyro, ſed primicerius factus eſt. Summa dignitas ſecundũ imperatorẽ erat penes tribunum militiæ: infima tyronum, proxima a tribuno primicerio, tertia Senatori. Ducenarius autem dicitur, qui duabus præeſſet cẽturijs, ut teſtatur Vegetius libro de re militari ſecũdo. Biarchus opinor dicit, quod cõmeatui præfectus eſſet, βίος eñ uictus eſt. Circitor a circũeundo dictus, caſtrorum cuſtos dicitur. Eques opponit gregario.) Nam gregarius miles, qui nulla re præminet, ſed de media militum turba eſt. Salebra.) Eſt obſtaculum occurrẽs in uia, truncus aut ſaxum quod tranſſiliendum ſit. Philoſarcus.) φιλοσάρκους, ſiue φιλόσαρκας, id eſt amatores carnis, dictione Græcis compoſita a φίλος ſtudioſus ſiue amans, & σάρξ caro, ſed animantis & uiui corporis. Nomen inſaniæ.) μανὸς eñ Græcis inſanus dicitur. Huc torquet nomen Manichæorũ, cum uocabulum ſit Perſicum. Nam Manies ille Perſa fuiſſe legitur apud Auguſtinum.

B τῷ δοκεῖν.) Apparendo, quod alibi expoſitum hic repetimus, quo minus facile uicietur ſcriptura. In ratione ſeminis quã Græci σπερματολογίαν.) Nam σπέρμα ſemen, a σπείρω & λόγος ratio. Sentit autem uim illã ſeminalẽ, quæ formæ rationẽ habet & actus. Quatenꝰ e quorũdã exẽplariũ ueſtigijs licet olfacere, fortaſſe ſcriptũ erat σπινθηρισμὸν, qd' ſeminis uis inſtar ſcintillæ ſit. Et quaſi ἀμπέχειαν.) Ita in plærijſq; ſcriptũ erat exemplaribus

C exemplaribus: Fortasse legendum est ἀρχέτυπον, ut intelligas illud, per quod instauratur aliquid, siue ἀρχήριον. Id est μετηχηματισμένον.) Addidit Græcã uocem, quæ est apud Paulũ. Ea significat in aliã figurã traducere. Et inimici sensus eius.) Græce est, ἐχθρὸυς τῇ διαμοίᾳ, id est, inimicos menti, siue cogitationi: eius additum est & ab Ambrosio & ab Hieronymo, ut explicarent sensum. Alterũ contra hæreticos.) Nam unũ certamen erat cum ipsis corporis cruciatibus, alterũ cum hæreticis. Quidam codices mutarãt, alterũ in altũ. Iudæorum lapides.) Alludit ad illud euangelicum de Iudæis quærentibus lapides, ut iacerẽt in Iesum. Apollonius Tyaneus.) Huius uitam descripsit Philostratus, plenam fabulamentis plus q̃ magicis. Carneades aliquis.) De Cyrenensi sensit, q fuit princeps nouæ Academiæ. Porro Academici dicebãt, nihil certo sciri, quandoquidẽ nec id certũ esset, quod oculis cerneremus. Scripsit sup hisce rebus Cicero & diuus Augustinus. Remũ in aqua.) Hæc sunt exẽpla rerũ in qbus uisus hominũ fallit̃. Lynceus.) Hic frater fuit Idæ. De quo ꝓdidit Aristophanes in Danais, quod per abietem uiderit Castorẽ dolo occidentẽ fratrẽ suũ. Pindarus refert eũ & terrã ipsam oculorũ acie penetrasse. De quo plura diximus in Adagionum Chiliadibus. Aquilæ & uultures.) Nam leguntur & triduo præuolare eo, ubi cadauera sint futura. In portu naufragium.) Id est, statim in ipso negocij ingressu offendere. Vide prouerbiũ, In portu impingere. Deicolã.) Nam Græce uocauerat illũ θεοσεβέσατον, aut certe θεοσεβῆ. Nã id subiecit aliquãto post, homo dei & presbyter θεοσεβέσατος, id est sũmus dei cultor. Nec Catoni.) Qui sũmæ fuit authoritatis apud Romanos, cui sine teste credendũ erat, si cuiq̃ credi par esset. Monet altero & tertio die.) Hic locus uarie deprauatus ferebatur. Restituimus ad hũc modum: Monet altero & tertio die manere, si uellet uenire. At ille occupatus, muliercula uomere eñ non cessauit, dum nauseam euasisset, nostri penitus oblitus est. Apparet eñ illũ excusasse morbũ alicuius matronæ, propter quem non licuisset uenire. Hoc enim uocat uomere. Cimmeriis sicut aiunt tenebris.) Hoc adagio significat summas tenebras, a populo Cimmeriorum, apud quos sol nunq̃ apparet, ob nubium densitatem. Vide sup hoc nostras Chiliadas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theophilus episcopus Alexandrinus uiserat Syriam, ut dissidium inter episcopos & monachos componeret. Huic igitur purgat se Hieronymus, de his quæ ab Iohanne Heliensi episcopo obiiciebantur, ac de illo uicissim queritur, sed ita ut multa reticeat, ob reuerentiam episcopalis gradus.

HIERONYMVS ADVERSVS IOHANNEM HIEROSOLYMITANVM AD THEOPHILVM.

D EPistola tua hæreditatis dñicæ te indicans possessorem, qui pergens ad patrem apostolis loquebatur: Pacem meam do uobis, pacem meã relinquo uobis: illius quoq; felicitatis compotẽ te esse testata est, in qua beati pacifici nũcupantur. Blandiris ut pater, erudis ut magister, instituis ut pontifex. Venisti ad nos non in austeritate uirgæ, sed in spiritu benignitatis & lenitatis & mansuetudinis: ut humilitatẽ Christi, primo statim sermone resonares: q mortaliũ genus nõ fulminãs & tonans, sed in p̃sepe uagiens, & tacẽs saluauit in cruce. Legeras enim in typo illius ante prædictũ: Memẽto dñe Dauid, & omnis mãsuetudinis eius: & in ipso postea præsentatũ: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Vnde & multa de sacris uoluminibus super pacis laude perstringens, ac per uarios scripturarũ campos more apum uolans, quicquid dulce & aptum cõcordiæ fuit, artifici æloquio messuisti. Currentes igitur ad pacem incitati sumus: exposita ad nauigandum uela, crebrior exhortatiõis tuæ aura compleuit: ut non tam retrectantibus & fastidiosis, q̃ ut auidis & plenis faucibus, dulcia pacis fluenta biberemus. Verum quid facimus, in quorum potestate uoluntas tãtum pacis est, non effectus? Et q̃ q̃ uoluntas quoq; apud deum propositi sui mercedem habeat: tamẽ imperfectum opus etiam uolentes mœrore contristat. Quod sciens & Apostolus, perfectissimam uidelicet pacem in utriusq; partis uoluntate consistere: Quantum (inquit) ex nobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Et propheta: Pax pax. Et ubi est pax? Nihil enim grande est, pacẽ uoce prætendere, & opere destruere. Aliud niti, aliud demonstrare: uerbis sonare concordiam: re exigere seruitutem. Volumus & nos pacem. Et non solũ uolumus, sed & rogamus. Sed pacem Christi, pacem ueram, pacem sine inimicitijs, pacem in qua non sit bellum inuolutum, pacem quæ non ut aduersarios subiiciat, sed ut amicos iungat. Quid dominationem pacem uocamus, & non reddimus unicuiq; rei uocabulum suum? Vbi odium est, appellentur inimicitiæ: ubi charitas, ibi tantummodo pax uocetur. Nos nec ecclesiam scindimus, neq; a patrum communione diuidimur: sed ab ipsis (ut ita dicam) incunabulis catholico sumus lacte nutriti. Nemo nanq; magis ecclesiasticus est, quam qui nunq̃ hæreticus fuit. Sed ignoramus absq; charitate pacem, sine pace communionem. Legimus quoq; in euangelio: Si offers munus

A munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: dimitte ibi munus tuum coram altari, & uade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniens offer munus tuum. Si munera noſtra abſq; pace offerre non poſſumus: quanto magis & Chriſti corpus accipere? Qua conſcientia ad euchariſtiam Chriſti accedam, & reſpondebo amen, cum de charitate dubitem porrigentis? Quæſo te, ut patienter me audias, nec ueritatem adulationem putes. Quiſq; ne tibi inuitus cõmunicat? Quiſq; ne extenta manu uertit faciem, & inter ſacras epulas, Iudæ oſculum porrigit? Ad aduentum igitur (ut reor) tuum, non pauet monachorũ turba, ſed gaudet. Certatim tibi procedũt obuiam: & de eremi latibulis exeuntes, ſua te cupiũt humilitate ſuperare. Quis eos compellit exire? Nonne amor tui? Quis per eremum ſeparatos in unum cogit? Nõne tua dilectio? Amare em̃ parens debet. Amari parens & epiſcopus debet, non timeri. Antiqua ſententia eſt: quẽ metuit quis, odit: quem odit, perijſſe cupit. Vnde & in noſtris litteris cum initia paruulorum in timore conſiſtant, perfecta dilectio foras mittit timorem. Non quæris monachos tibi eſſe ſubiectos: ideo magis ſubiectos habes. Tu offers oſculum, illi colla ſubmittunt. Exhibes militem, & ducem impetras: quaſi unus in pluribus es, ut ſis unus ex pluribus. Cito indignat libertas, ſi opprimitur. Nemo plus impetrat a libero, q̃ qui ſeruire non cogit. Nouimus canones eccleſiaſticos. Non ignoramus ordines ſingulorũ: & lectione & quotidianis exemplis, uſq; ad hanc ætatem multa didicimus, multa experti ſumus. Qui ſcorpionibus cedit: & lumbis patris habere ſe putat digitos groſſiores, cito regnum manſueti Dauid diſſipat. Certe Romanus populus, ne in rege quidem ſuperbiam tulit. Dux ille Iſraelitici exercitus, qui decem plagis afflixerat Aegyptum: & ad cuius imperium cœlum & terra & maria ſeruiebãt, inter cunctos homines quos tunc terra genera uit, mãſuetiſſimus prædicatur. Et ideo per quadraginta annos obtinuit principatum: quia poteſtatis ſuperbiam, lenitate & manſuetudine temperabat. Lapidabatur a populo, & pro lapidantibus rogabat, quia potius deleri ipe uult de libro
B dei: ne cõmiſſus ſibi grex pereat. Cupiebat em̃ illũ imitari paſtorem: quẽ ſciebat etiam errantes oues ſuis humeris portaturum. Paſtor (inquit) bonus, ponit animam ſuã pro ouibus ſuis. Boni quippe paſtoris diſcipulus, optat anathema eſſe pro fratribus ſuis atq; cognatis, qui ſunt Iſraelitæ ſecundũ carnem. Et ſi ille perire cupit, ne perditi pereant: quanto magis bonis parentibus, prouidendũ eſt: ne ad iracundiã prouocent filios ſuos, & nimietate duritiæ, etiã leniſſimos, aſperos eſſe compellãt? Epiſtola cogit me breuius loqui: dolor longius. Scribit in ſuis illis (ut ille uult) pacificis, (ut ego ſentio) mordaciſſimis litteris: quod nũq; a me læſus ſit, nec dictus hæreticus. Quonam igitur modo, me ipſe lædit, egrotantẽ morbo peſſimo, & rebellem eccleſiæ uentilans? Ab alijs laceſſitus, accurrit aduerſarijs parcere, lædere nõ lædentẽ? Anteqũ ordinaretur frater meus, nunq; dixit fuiſſe inter ſe & ſanctum papam Epiphanium de dogmatibus quæſtionẽ. Et quæ eum ratio compellebat (ſicut ipe tandem ſcribit) inde inter populos diſputare, unde nemo quærebat? Scit em̃ prudentia tua periculoſas eſſe huiuſmodi quæſtiones, & nihil eſſe tutius q̃ tacere: niſi forte neceſſe eſt loqui de grandibus. Certe quod illud tantum ingenium flumenq; æloquentiæ fuit, ut in uno eccleſiæ tractatu, cuncta comprehendiſſe ſe dicat: de quibus ſingulis nouimus eruditiſſimos uiros infinita uerſuum milia cõſcripſiſſe? Sed hoc quid ad me? Nouerit ille qui audiuit, ſciat ipſe qui ſcripſit, meq; ab accuſatione ſui ipſe etiam liberet. Ego nec interfui, nec audiui. Vnus e populo ſum, imo ne unus quidem, quia multis clamantibus tacui. Conferamus arguentis accuſatiq; perſonas: & cuius uel meritum, uel uita, uel doctrina præceſſerit, illi magis accõmodemus fidem. Vides ne, quod clauſis (ut dicitur) oculis ſumma quæq; perſtringam: nõ tam æloquens quod mente concepi, q̃ indicans quid reticeam. Intellexi te, & probaui diſputationẽ tuam: quod eccleſiaſticæ paci conſulens, quaſi Sireneos cantus obturata aure pertranſis. Alioqui quia a parua ætate ſacris litteris eruditus es, noſti quo ſenſu unũquodq; dicatur: quomodo in ambiguis ſententijs, tuus ſermo libratus, & aliena non damnet, & noſtra non deneget. Sed fides pura & aperta confeſſio, non quærit ſtrophas, & argumenta uerborum. Quod ſimpliciter creditur, ſimpliciter confitendum eſt. Poteram quidem libere proclamare: & inter gladios quoq; igneſq; Babylonios dicere: cur aliud reſpondetur q̃ quæritur? cur non ſimplex eſt, nec aperta cõfeſſio? Totũ timet, totum temperat, totum relinquit ambiguum, & quaſi

ſuper

C ſuper ariſtas graditur. Verum ſtudio & expectatione pacis, feruente ſtomacho, uerba nō quo/
modo quærunt̃ reſpōdet. Ledunt libere alīj, quos lædere leſus ipſe nō audet. Ego interim ſileo:
nunc & diſpenſationem meam uel imperitiam ſimulabo, uel metum. Quid mihi accuſanti fa/
cturus eſt: qui ut ipſe teſtatur, laudanti detrahit? Tota eius epiſtola, nō tam expoſitionę, c̄ꝫ no/
ſtris plena eſt contumelijs. Nomen meum abſq; ullis officijs quibus nos inuicem palpare ſole/
mus homines, frequenter aſſumitur, carpitur, uentilatur, quaſi de libro uiuentium deletus ſim.
Quaſi illius me litteræ ſuggillauerint, aut iſtiuſmodi nugas unc̄ꝫ quæſierim: q ab adoleſcētia in
monaſterīj clauſus cellulis, magis eſſe uoluerim aliquid, c̄ꝫ uideri. Quoſdam ex nobis ſic cū ho
nore appellat, ut laceret: quaſi & nos non poſſimus dicere, quæ nemo tacet. E ſeruo clericū factū
criminatur: cum & ipſe nōnullos eiuſcemodi clericos habeat, & Oneſimū legerit inter Pauli re/
natum uincula, diaconū cœpiſſe eſſe de ſeruo. Sycophantam iactitat, & ne probare cogatur, au
diſſe ſe dicit. O ſi & mihi liberet dicere, quæ multi clamitant, & aliorum maledictis acquieſcerē:
iam & nos intelligeret ſcire quæ omnes ſciunt, & me quoq; audire, quæ nullus ignorat. Dicit ei
uelut præmia pro calumnia reſtituta. Quis tam argutum & callens non perhorreſcat ingeniū?
Quis tāto poteſt æloquētiæ fulmini reſpondere? Quid eſt plus, ſuſtinere calumniā, an facere?
Accuſare quem poſtea diligas, an peccanti ueniam tribuere? Quid minus ferendū, de ſycophā/
ta ædilem fieri, an conſulem? Scit & ipſe quid taceā, quid loquar, quid & ego audierim: quid pro
Chriſti metu fortaſſe non credam. Origenem me arguit uertiſſe in latinum. Hoc nō ſolus ego
feci, ſed & confeſſor Hilarius fecit: & tamen uterq; noſtrum noxia quæq; detruncans, utilia tran
ſtulit. Legat ipſe ſi nouit (arbitror em̄ eum aſſidua confabulatione & quotidiano latinorū con/
ſortio Romanum non ignorare ſermonem) aut ſi certe penitus non imbibit, interpretentur ei
qui ſolent: & tunc ſciet me in hoc ipſo laudandum eſſe quod detrahit. Sicut enim interpreta/
tionem & idiomata ſcripturarum Origeni ſemper attribui, ita dogmatum conſtantiſſime ab/
ſtuli ueritatem. Nunquid ego in turbam mitto Origenem? Nūquid cæteros tractatores? Scio
D me, aliter habere apoſtolos, aliter reliquos tractatores? Illos ſemper uera dicere, iſtos in quibuſ/
dam ut homines aberrare. Nouum defenſionis genus, ſic Origenis uitia nō negare: ut cum illo
cæteros crimineris. Videlicet cum aperte defendere nō audeas, multorum ſimili errore tuearis.
Sex milia Origenis Tomos nō poterat quiſc̄ꝫ legere, quos ille nō ſcripſit: faciliuſq; credo teſtē
huius ſermonis c̄ꝫ authorem eſſe mentitum. Fratrem meum cauſam dicit eſſe diſcordiæ: homi
nem, qui quieſcit in monaſterīj cellula: & clericatum nō honorem interpretatur, ſed onus. Cūq;
nos uſq; ad præſentem diem ficta pacis oſtenſione lactauerit, occidentalium ſacerdotum com/
mouit aures, dicens eum adoleſcentulum & pene puerum in parochia ſua Bethlehem preſby/
terum conſtitutum. Si hoc uerum eſt, cuncti Palæſtini epiſcopi non ignorant. Monaſteriū enim
ſancti papæ Epiphanīj nomine uetus Ad dictū, in quo frater meus ordinatus eſt preſbyter, in
Eleuteropolitano territorio, & non in Helienſi ſitum eſt. Porro ætas eius, & beatitudini tuæ no
ta eſt: & cum ad triginta annorum ſpacia iam peruenerit: puto eam in hoc nō eſſe reprehenden
dam, quæ iuxta myſterium aſſumpti hominis in Chriſto pfecta eſt. Recordetur legis antiquæ,
& poſt uigintiquinq; annos a leuitica tribu, eligi in ſacerdotium peruidebit. Aut ſi in hoc teſti/
monio ſolo Hebraicam ſequitur ueritatem, nouerit triginta annorum fieri ſacerdotē. Ac ne for
ſitan dicat uetera tranſierunt, & facta ſunt omnia noua, audiat cum Timotheo: Adoleſcentiā
tuam nemo contemnat. Certe ipſe quando epiſcopus ordinatus eſt, non multum ab ea, in qua
nunc frater meus eſt, diſtabat ætate. Vel ſi hoc in epiſcopis licet, in preſbyteris nō licet, ne per an
tiphraſim a ſuo nomine diſcrepare uideantur: cur ipſe aut eius, aut minoris ætatis, & quod his
amplius eſt, miniſtrum alterius eccleſiæ ordinauit preſbyterum? Quod ſi non poteſt pacem ha
bere cum fratre, niſi cum ſubdito, & ordinationis ſuæ epiſcopo renunciante, oſtendit ſe nō tam
pacem cupere c̄ꝫ ſub pacis occaſione uindictam: nec aliter quietis & pacis ocio eſſe conten/
tum, niſi integrum habeat quod minatur. Etiam ſi ipſe eum ordinaſſet, & ſic ſecreti amator
quieſcere uellet, ne quic̄ꝫ exerceret. Quod ſi eccleſiam ſcinderet, nihil ei deberet præter honorē
cunctis ſacerdotibus debitum. Hucuſq; apologia eius, imo categoria & lacinioſus contra nos
ſermo protractus eſt. Cui ego quidē in epiſtola breuiter præterienſq; reſpōdi: ut ex his quæ dixi

intelligat

A intelligat, quid tacuerim: & nouerit nos homines esse rationale animal & prudentiam suã posse intelligere: nec ita obtusi cordis, ut instar brutorum animalium, uerborum tantũ sonum & non sententias audiamus. Nunc quæso te, ut ueniam tribuas dolori meo. Et si superbum est respondisse, multo sit superbius accusasse. Quãcp̃ ita responderim, ut silentium potius meum indicauerim cp̃ sermonẽ. Quid procul pacem quærunt, & uolunt eam nobis ab alijs imperari? Sint pacifici, & ilico pax sequetur. Cur nomine sanctitudinis tuæ contra nos terrore abutuntur, cũ epistola tua pacem & mansuetudinẽ sonet: illorum uerba duriciem cõminentur? Deniq; cp̃ pacificas & ad concordiam pertinentes per Isidorum presbyterum litteras nobis miseris, hinc probamus, quod illas quæ pacem falso iactant, reddere noluerit. Eligant itaq; quod uolunt. Aut boni sumus, aut mali. Si boni, dimittãt quiescere. Si mali, quid malorum expetunt societatẽ? Quãtum ualeat humilitas, experimento didicit. Qui nunc dissuit, quæ suo consilio olim disiuncta sociauit, probat se nunc ad alterius uoluntatem, tunc copulata discerpere. Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atq; utinam implere potuisset: ut sicut illi uolũtas imputatur pro opere, ita & nos non solum uoluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij. Fundendo sanguinẽ, & patiendo magis cp̃ faciendo cõtumelias, Christi fundata est ecclesia. Persecutionibus creuit, martyrijs coronata est. Aut si isti soli iuxta quod legimus amant rigorem: & non nouerunt persecutionem sustinere, sed facere: sunt & hic Iudæi, sunt uariorum dogmatum hæretici & maxime impurissimi Manichæi, cur eorum ne uerbo quidem quẽpiam audent lædere? Nos solos expellere cupiunt? Nos soli qui ecclesiæ cõmunicamus, ecclesiam scindere dicimur? Oro te, nõne æqua est ista postulatio: ut aut illos nobiscum expellant, aut nos cũ illis teneant? Nisi quod in eo magis honorant, quos saltem exilio ab hæreticis separant. Monachus prohdolor, monachis & minatur & impetrat exilium: & hoc monachus, apostolicam cathedrã habere se iactans. Non nouit terrori natio ista succumbere, & impendẽti gladio magis ceruices cp̃ manus subijcit.

B Quis enim monachorum exul patriæ, non exul est mundi? Quid opus est authoritate publica, & rescripti impendijs: & toto orbe discursibus? Tangat saltem digitulo, & ultro exibimus. Dñi est terra, & plenitudo eius. Christ9 loco nõ tenetur inclusus. Præterea quod scribit nos pergere, tecum Romam & ecclesiæ cõmunicare ei, a qua uidemur cõmunione separati: non necesse est ire tam longe: & hic in Palæstina eodem modo ei iungimur. Et ne hoc quod procul sit, in uicu/lo Bethlehem presbyteris eius (quantum in nobis est) cõmunione sociamur. Ex quo perspicuũ est, dolorem proprium causam ecclesiæ nõ putandum: nec stomachum unius hominis, imo per illum aliorum generali ecclesiæ uocabulo nũcupandum. Quapropter quod in principio epistolæ dixi, etiam nunc repeto, nos uelle pacem Christi, optare concordiam: & te rogare, ut illos moneas, pacem non extorquere, sed uelle. Sit præteritarum nostrarum contumeliarum dolore contentus. Veterata uulnera, saltem noua obliteret charitate. Sit talis qualis ante fuit, quando nos suo arbitrio diligebat. Verba ei de alieno stomacho non fluant. Faciat quod uult, & non quod uelle cõpellitur. Aut quasi pontifex cunctis æqualiter imperet, aut quasi imitator apostoli, uniuersorum saluti ex æquo seruiat. Si talem se præbuerit, ultro præbem9 manus, extendimus brachia, amicos & parẽtes habeat: & sentiat in Christo, sicut omnibus sanctis: ita & sibi nos esse subiectos. Charitas patiens est, charitas benigna est, charitas non æmulatur, nõ inflatur, omnia sustinet, omnia credit. Cũctarum uirtutum mater est charitas: & quasi spartum triplex Apostoli sententia roboratur dicẽtis, fides, spes, charitas. Credimus, speramus: atq; ita per fidem & spem dilectionis uinculo copulemur. Idcirco eñ & nos patrias nostras dimisimus: ut quieti absq; ullis simultatibus in agris & in solitudine uiueremus: ut pontifices Christi, qui tamen rectam fidẽ prædicant: non dominorum metu, sed patrum honore ueneremur: ut deferamus episcopis ut episcopis, & non sub nomine alterius, alijs quibus nolumus, seruire cogamur. Non sumus tam inflati cordis, ut ignoremus quid debeatur sacerdotibus Christi. Qui eñ eos recipit, non tam eos recipit cp̃ illum cuius episcopi sunt. Sed contenti sint honore suo. Patres se sciant esse, nõ dominos, maxime apud eos qui spretis ambitionibus sæculi, nihil quieti & ocio præferũt. Tribuat autem orationibus tuis Christus deus omnipotens: ut pacis nõ ficto nomine, sed uero & fideli amore sociemur: ne mordentes inuicem, consumamur ab inuicem.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

C GVrrentes igitur.) Prouerbium retulit, incitare currentem, hoc est, ultro promptum adhortari, addidit autem de suo bellissimã metaphoram. Qui scorpionibus cædit.) Locus est Regũ libro. 3. cap. 12. Ab alijs lacessitus.) Hic locus ferebat corruptus. Opinor ita legẽdũ. Ab alijs lacessitus, ad me currit: aduersarijs parcens, ledens nõ ledentẽ. Et Onesimũ legerit.) Hunc Paulus miro studio cõmendat Philemoni. Sycophantam.) Id est, calumniatorem. Sic em̃ probro uocabãtur Athenis, qui quibuslibet de rebus alios in ius uocabant. Aedilem fieri an consulem.) Innuit ipsum Iohannem e sycophanta factum episcopum, id em̃ intelligi uult per consulem, cũ ille sit ædilis, qui est infimus magistratus, hoc est clericus. Agit enim de illo, quem e seruo clericũ factum dicebat. Per Antiphrasin.) Quod πρεσβύτερος Græcis dicatur senior.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ex hac præfatione ingens natum est incendiũ inter Hieronymum & Ruffinum, quod figurata laude, uideretur id agere, ut Hieronymum pertrahat in factionem Origenistarum.

PRAEFATIO RVFFINI IN LIBROS ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ ORIGENIS.

SCio q̃ plurimos fratrum scientiæ scripturarũ desyderio prouocatos, popposcisse ab aliquantis eruditis uiris, & Græcarũ litterarũ peritis, ut Origenem, Romanũ facerent, & latinis auribus eum donarent. In quod etiam frater & collega noster ab episcopo Damaso deprecatus, cũ Homilias duas de Cantico canticorũ in latinũ transtulisset ex Græco: ita in illo opere ornate magnificeq; præfatus est: ut cuiuis legẽdi Origenẽ, & auidissime perquirendi desyderiũ cõmoueret: dicens illius animæ cõuenire quod dictum est: Introduxit me rex in cubiculum suum: asserens eum, quod cũ in cæteris libris oẽs uincat, in Cãticis canticorũ etiã ipse se uicerit. Pollicetur sane in ipsa præfatione, se & ipsos in Cãtico canticorũ libros: & alios q̃ plurimos Origenis Romanis auribus largiturũ. Sed ille (ut uideo) in stilo proprio placens: rem maioris gloriæ sequit̃: ut pater uerbi sit potius, q̃ interpres. Nos ergo rem ab illo quidẽ ceptam sequimur & probatã: sed nõ æquis æloquentiæ uiribus, tãti uiri ornare possumus dicta. Vnde uereor, ne uitio meo id accidat: ut uir quẽ ille alterum post apostolos ecclesiæ
D doctorẽ scientiæ ac sapientiæ merito cõprobauit: inopia sermonis nostri longe esse inferior uideatur. Quod ego sæpe consyderans reticebã, nec deprecantibus me frequenter in hoc opus fratribus annuebam. Sed tua uis fidelissime frater Macari, tanta est, cui obsistere ne imperitia quidem potest: propter quod ne te ultra tam grauem paterer exactorem, etiã contra propositum meũ cessi: ea tamen lege atq; ordine, ut quantũ fieri potest, interpretando sequar regulã præcessorũ. Et eius præcipue uiri, cuius superius fecimus mentionẽ: qui cum ultra septuaginta libellos Origenis: quos Homiliticos appellauit, aliquantos etiã de Tomis in Apostolũ scriptis trãstulisset in latinum: in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco: ita elimauit omnia interpretãdo atq; purgauit: ut nihil in illis quod a fide nostra discrepet, latinus lector inueniat. Hunc ergo etiam nos, licet non æloquentiæ uiribus, disciplinæ tamen regulis inquantum possumus sequimur, obseruantes scilicet, ne ea quæ in libris Origenis a seipõ discrepantia inueniunt̃ atq; cõtraria, proferamus. Cuius diuersitatis causam plenius tibi in Apologetico, quẽ Pamphilus pro libris ipsius Origenis scripsit edidimus, breuissimo libello superaddito: in quo euidentibus ut arbitror probamentis corruptos esse in q̃ plurimis ab hæreticis & maliuolis libros eius ostendimus: & istos præcipue, quos nunc exigis ut interpreter: id est περὶ ἀρχῶν, quod de principijs uel de principatibus dici potest, qui sunt reuera alias & obscurissimi & difficillimi. De reb⁹ em̃ ibi talibus disputat: in quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerũt. Hic uero noster quantũ potuit id egit, ut creatoris fidem & creatarum rerum rationem: quã illi ad impietatẽ traxerunt, ad pietatem ipse cõuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid cõtra id inuenim⁹: quod ab eo cæteris locis fideliter pie de trinitate fuerat definitũ: ueluti adulteratum hoc & alienum, aut prætermisimus, aut secundum eam regulam protulimus, quam ab ipso frequẽter inuenimus affirmatã. Si qua sane, uelut peritis iam & scientibus loquẽs, dum breuiter trãsire uult, obscurius protulit: nos ut manifestior fieret locus: ea quæ de ipa re in alijs eius libris apertius legeramus adiecimus, explanationi studentes, nihil tamẽ nostrũ diximus. Sed licet in alijs locis, dicta sua tamẽ sibi reddidimus. Hoc aũt idcirco in p̃fatione cõmonui: ne forte calumniatores iterũ se criminandi putarent inuenisse materiã. Sed uiderint ipsi, quid peruersi & cõtentiosi hoies

A tiosi homines agãt. Nobis interim tantus labor, si tamẽ orantibus uobis deus annuerit, idcirco
susceptus est: nõ ut calumniosorũ ora (quod fieri nõ potest, licet forte etiã hoc deus faciet) clau-
deremus: sed ut proficere ad scientiam rerũ uolentibus, materiã præberemus. Illud sane omnẽ
qui hos libros uel descripturus est, uel lecturus, in cõspectu dei patris & filij & spiritus sancti cõ
testor: atq; conuenio per futuri regni fidẽ, per resurrectionis ex mortuis sacramentũ, per illũ q
præparatus est diabolo & angelis suis æternũ ignẽ, si nõ illũ locũ æterna hæreditate possideat:
ubi est fletus & stridor dentiũ: & ubi ignis eorũ nõ extinguetur, & uermis eorũ nõ morietur: ne
quis addat aliquid huic scripturæ, ne auferat, ne inserat, ne immutet: sed conferat cũ exemplari-
bus unde scripserit, & emendet ad litterã & distinguat, & inemendatũ uel non distinctũ codicẽ
nõ habeat: ne sensuũ difficultas si distinct⁹ codex nõ sit, maiores obscuritates legentib⁹ generet.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Pammachius & Oceanus extimulant Hieronymũ, ut a calumnijs Ruffini, & hominum suspitionibus se purget, & ostendat se ab Origenistarum errore alienum.

PAMMACHIVS ET OCEANVS HIERONYMO

SAnctus aliquis ex fratribus schedulas ad nos cuiusdã detulit, quæ Origenis uolu-
men quod περὶ ἀρχῶν inscribitur in latinũ sermonẽ uersum tenerent. Et quoniã in his
multa sunt quæ tenuitatem nostri ingenij permouent: quæq; minus catholice dicta
existimamus: suspicamur etiã ad excusationẽ authoris multa de libris eius esse sub-
tracta, quæ apertam impietatẽ eiusdẽ monstrare potuissent: quæsumus præstantiã tuam: ut &
hoc specialiter, non tam nobis q̃ uniuersis qui in urbe habitant, profuturũ opus, digneris im-
pendere: ut supra dictũ librũ Origenis quẽadmodũ ab ipso authore æditus est ad fidem, tuo
sermone manifestes: & quæ a defensore eius interpolata sunt prodas. Et quæ etiã in his schedu
lis quas ad sanctitatẽ tuam direximus, uel cõtra catholicã regulã uel imperite ædita sunt, redar-
guas atq; conuincas. Sane subtiliter in præfatione operis sui mentionẽ tacito nomine tuæ san-
ctitatis expressit: qd̃ a te ꝓmissum opus ipse cõplerit: illud oblique agẽs, etiã te simili ratiõe sen
B tire. Purga ergo suspitiones hoim, & cõuince criminãtẽ: ne si dissimulaueris, cõsentire uidearis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Exponit quo animo legerit & amarit & laudarit Origenem, quẽ ab omnibus legi cupiat, si fieri possit absq; periculo pietatis: & æmulorum calumnias refellit, ac suspitiones hominum diluit. Coactusq; prodit errores Origenis, quos frustra conabant̃ defendere, qui suã hæresim illius prætextu defendere studebãt.

HIERO. PAMMACHIO ET OCEANO

SChedulæ quas misistis, honorifica me affecere contumelia: sic ingeniũ p̃dicantes,
ut fidei tollerent ueritatẽ. Et quia eadẽ & Alexãdriæ & Romæ audierã, & in toto
pene orbe boni homines sup meo nomine iactare cõsueuerũt: & tãtũ me diligũt,
ut sine me hæretici esse non possint: omittã personas, rebus tantũ & criminibus re
spondebo. Neq; em̃ causæ prodest maledicentibus remaledicere: & aduersarios talione morde-
re, cui præcipitur malum pro malo non reddere, sed uincere in bono malũ, saturari opprobrijs:
& alteram uerberanti præbere maxillam. Obijciunt mihi, quare Origenem aliquando lauda-
uerim. Ni fallor duo loca sunt, in quibus eũ laudaui: præfatiuncula ad Damasum in Homilias
Cantici canticorũ, & prologus in librũ Hebraicorũ nominũ. Quid ibi de dogmatibus ecclesiæ
dicitur? Quid de patre & filio & spiritu sancto? Quid de carnis resurrectione? Quid de animæ
statu atq; substantia? Simplex interpretatio atq; doctrina, simplici uoce laudata est. Nihil ibi
de fide, nihil de dogmatibus comprehensum est. Moralis tantũ tractat̃ locus: & allegoriæ nu-
bilum, serena expositione discutitur. Laudaui interpretem, non dogmatistẽ: ingenium, nõ fidẽ:
philosophum, non apostolum. Quod si uolunt super Origene meũ scire iudicium: legant in Ec
clesiasten cõmentarios: replicent in epistolam ad Ephesios tria uolumina: & intelligent me sem
per eius dogmatibus contraisse. Quæ em̃ stultitia est: sic alicuius laudare doctrinã, ut sequaris &
blasphemiam? Et beatus Cyprianus Tertulliano magistro utitur, ut eius scripta probant: cũ-
q; eruditi & ardentis uiri delectetur ingenio, Montanũ cum eo Maximillãq; non sequitur. For
tissimos libros contra Porphyriũ scribit Appollinaris. Ecclesiasticã pulchre Eusebius historiam
texuit: alter eorum dimidiatam Christi introduxit œconomiam, alter impietatis Arrij apertissi

C mus propugnator est. Væ(inquit Esaias)qui dicunt bonum malum,& malum bonũ: & qui faciunt amarum dulce,& dulce amarũ.Nec bonis aduersariorũ(si honestũ quid habuerint)detrahendum est,nec amicorũ laudanda sunt uitia:& unũquodq; nõ personarũ,sed rerum pondere iudicandũ est.Mordet & Lucilius,quod incõposito currat pede:& tamen sales eius leposq; laudant. Dũ essem iuuenis,miro discendi ferebar ardore:nec iuxta quorũdã p̃sumptionẽ, ipse me docui. Apollinariũ Laodicenũ audiui Antiochiæ frequẽter, & colui:& cũ me in sanctis scripturis erudiret,nũq; illius contentiosum super sensu dogma suscepi.Iam canis spargebat caput, & magistrũ potius,q; discipulum decebat.Perrexi tamẽ Alexandriã,audiui Didymũ:in multis ei gratias ago.Quod nesciui didici:quod sciebam,illo docente nõ perdidi.Putabant me homines finem fecisse discendi.Veni rursum Hierosolymã & Bethlehem.Quo labore,quo precio Barrabanum nocturnũ habui præceptorẽ? Timebat em̃ Iudæos,& mihi alterum exhibebat Nicodemum.Horũ omniũ frequenter in opusculis meis facio mentionem. Certe Apollinarij & Didymi inter se dogma contrariũ est.Rapiat me ergo utraq; turma diuersum altrinsecus: quia magistrum utrũq; confiteor.Si expedit odisse homines,& gentẽ aliquã detestari,miro odio auersor circũcisos.Vsq; hodie em̃ persequuntur dñm nostrum Iesum Christum in synagogis Satanæ. Obijciat mihi quispiam:cur hominẽ Iudæum habuerim præceptorẽ. Et audet quidã proferre litteras meas ad Didymũ,quasi ad magistrũ. Grande crimen discipuli,si hominẽ eruditũ & senem magistrũ dixerim.Et tamen uolo inspicere ipsam epistolam,quæ tanto tempore in calumniã reseruata est.Nihil præter honorẽ & salutationẽ continet.Inepta sunt hæc & friuola. Argui te potius ubi hæresim defenderim,ubi prauũ Origenis dogma laudauerim.In lectione Esaiæ, in qua duo Seraphim damantia describuntur: illo interpretante filium & spiritũ sanctum, nõne ego detestandã expositionẽ in duo testamẽta mutaui? Habet liber in manibus,ante uiginti annos æditus. Tot opuscula mea,& maxime cõmentarij,iuxta oportunitatem locorũ gentilẽ sectam lacerant.Quod autem opponunt cõgregasse me libros illius,super cũctos homines:uti-
D nam omniũ tractatorum haberem uolumina:ut tarditatẽ ingenij,lectionis diligentia compensarem.Congregaui libros eius fateor.Et ideo errores nõ sequor,quia scio uniuersa quæ scripsit. Credite experto,quasi Christianus Christianis loquor.Venenata sunt illius dogmata, aliena a scripturis sanctis,uim scripturis facientia.Legi inquã,legi Origenẽ. Et si in legendo crimen est. fateor:& nostrũ marsupiũ,Alexandrinæ chartæ euacuarunt.Si mihi creditis,Origenistes nũq; fui.Si non creditis,nunc esse cessaui.Quod si nec sic adducimini ad fidem,cõpellitis me ad defensionẽ mei,contra amasiũ uestrũ scribere: ut si non creditis neganti,credatis saltẽ accusanti. Sed libentius mihi erranti creditur,q; correcto.Nec mirum,putant em̃ me suũ esse συμμύσκρ:& propter animales & luteos nolle palam dogmata confiteri.Ipsorũ em̃ decretum est,non facile margaritas ante porcos esse mittendas,nec dandum sanctũ canibus:& cum Dauid dicere:Abscondi in corde meo æloquia tua,ut non peccem tibi.Et in alio loco super iusto:Qui loquit (inquit) ueritatem cũ proximo suo,id est,cũ his qui domestici fidei sunt.Ex quo uolunt intelligi,nos qui necdum initiati sumus,debere audire mendaciũ:ne paruuli atq; lactentes,solidioris cibi edulio suffocemur.Quod autẽ periurioꝝ atq; mendacij inter se orgijs fœderentur:sextus Stromatum liber(in quo ex Platonis sententia nostrum dogma componit)planissime docet. Quid igitur faciam? Negẽ me eiusdẽ dogmatis esse? Non credent.Iurem? Ridebũt, & dicent:domi nobis ista nascũtur.Faciam(quod solũ cauent)ut sacra eorũ atq; mysteria in publicũ proferam, & omnis prudentia eorum qua nos simplices ludunt,in propatulo sit:& qui neganti uoci non credũt,credant saltem arguenti stilo.Hoc em̃ uel maxime cauent,ne quando cõtra authorẽ suũ eorũ scripta teneantur. Facile dicunt cũ iuramento,quod postea alio soluant periurio. Ad subscriptionẽ tergiuersantur, quærũtq; suffugia. Alius,non possum(inquit)damnare,quod nemo damnauit.Alius,nihil super hoc a patribus statutum est:ut dum totius orbis prouocatur authoritas, subscribendi necessitas differatur. Quidam Cõstantius: quomodo(inquit)damnabimus, quos synodus Nicena non tetigit? Quæ em̃ damnauit Arrium,damnasset utiq; & Origenem,si illius dogmata reprobasset. Scilicet uno medicamine omnes simul morbos debere curare. Et idcirco spiritus sancti neganda maiestas est:quia in illa synodo super substantia eius silentiũ fuit. De

Arrio

A Arrio tunc,non de Origene quæstio fuit: de filio,non de spiritu sancto.Confessi sunt quod negabatur,tacuerunt de quo nemo quærebat.Qz q̃ latenter Origenem fontẽ Arrij percusserunt. Damnantes em̃ eos qui filiũ de patris negant esse substantia:illum pariter Arriumq; damnauerunt.Alioqui hoc argumento,nec Valentinus,nec Marcion,nec Cataphryges,nec Manichæus damnari debent,quia synodus Nicena eos non nominat,quos certe ante synodũ fuisse non dubiũ est. Quod si quãdo urgeri cœperint,& aut subscribẽdũ eis fuerit,aut exeundũ de ecclesia, miras strophas uideas.Sic uerba temperant,sic ordinem uertunt,& ambigua quæq; cõcinnant: ut & nostrã & aduersariorꝝ cõfessionẽ teneant:ut aliter hæreticus,aliter catholicus audiat, quasi non eodem spiritu & Apollo delphicus atq; Loxias oracula fuderit Crœso & Pyrrho diuersis tẽporibus,sed pari illudens stropha.Exempli causa pauca subijciã.Credimus,inquiunt,resurrectionẽ futurã corporum.Hoc si bene dicatur,pura confessio est.Sed quia corpora sunt cœlestia & terrestria:& aer iste & aura tenuis,iuxta naturã suam,corpora nominant̃:corpus ponunt nõ carnem,ut orthodoxus corpus audiens,carnem putet:hæreticus spiritũ recognoscat.Hæc est eorũ prima decipula, quæ si deprehensa fuerit,instruũt alios dolos,& innocentiã simulant, & maliciosos nos uocant:& quasi simpliciter credentes aiunt.Credimus resurrectionẽ carnis. Hoc uero cum dixerint,uulgus indoctũ putat sibi sufficere,maxime quia idipsum & in symbolo creditur.Interroges ultra,circuli strepitus cõmouetur,fautores clamitant: Audisti resurrectionẽ carnis.Quid quæris amplius?Et in peruersum studijs cõmutatis,nos sycophantæ,illi simplices appellantur.Quod si obduraueris frontẽ & urgere cœperis,carnem digitis tenens,an ipsam dicant resurrecturam,quæ cernit̃,quæ tangit̃, quæ incedit,& loquit̃:primo rident,deinde ãnuunt:Dicentibusq; nobis,utrum capillos & dentes,pectus & uentrẽ,manus & pedes, cæterosq; artus ex integro resurrectio exhibeat:tunc uero risu se tenere non possunt,cachinnoq; ora soluentes,tonsores nobis necessarios & placentas & medicos ac sutores ingerunt. Vltroq; interrogant,utrum

B credamus & genitalia utriusq; sexus resurgere,nostras genas hirtas,fœminarũ leues fore:& habitudinem corporis pro maris ac fœminæ distinctione diuersam. Quod si dederimus, statim expetunt uuluã & coitũ:& cætera quæ in uentre sunt,& sub uentre.Singula membra negant:& corpus quod constat ex membris,dicunt non resurgere.Non est huius temporis cõtra dogma peruersum,rhetoricũ iactare sermonẽ. Nõ mihi diues Ciceronis lingua sufficiat:nõ feruens Demosthenis oratio,animi mei possit implere feruorem:si uelim hæreticorũ fraudulentias prodere,qui uerbotenus resurrectionẽ fatentes,animo negant.Solent em̃ mulierculæ eorũ,mammas tenere,uentri applaudere,lumbos & fœmora & putres attrectare axillas,& dicere:Quid nobis prodest resurrectio, si fragile corpus resurget?Et futuræ angelorũ similes,habebimus & naturam?Dedignantur uidelicet cũ carne & ossibus resurgere,cũ quibus resurrexit & Christus. Sed fac me errasse in adolescentia,& philosophorũ,id est gentiliũ studijs eruditũ, in principio fidei dogmata ignorasse Christiana:& hoc putasse in apostolis,qd̃ in Pythagora & Platone & Empedocle legeram.Cur paruuli in Christo atq; lactentis errorem sequimini?Cur ab eo impietatem discitis,qui necdum pietatem nouerat?Secunda post naufragiũ tabula est,culpam simpliciter cõfiteri.Imitati estis errantem,imitamini & correctum.Errauimus iuuenes, emendemur senes.Iungamus gemitus, lachrymas copulemus, ploremus,& cõuertamur ad dñm qui fecit nos, non expectemus diaboli pœnitentiã.Vana est illa præsumptio,& in gehennæ trahens profundum.Hic aut quæritur uita,aut amittitur.Si Origenem nũq̃ secutus sum,frustra infamare me quæritis.Si discipulus eius fui,imitamini pœnitentẽ.Credidistis cõfitenti, credite & neganti. Si ista ut ais(inquit)noueras:cur eum laudasti in opusculis tuis?Et hodie laudarem, nisi uos eius laudaretis errores.Non mihi displiceret ingeniũ,nisi quibusdã eius placeret impietas. Et Apostolus præcipit:omnia legentes,quæ bona sunt retinentes.Lactantius in libris suis & maxime in epistolis ad Demetrianũ,spiritus sancti negat substantiã:& errore Iudaico dicit eũ uel ad patrẽ referri uel ad filiũ:& sanctificationẽ utriusq; personæ sub eius nomine demonstrari.Quis mihi interdicere potest,ne legam Institutionũ eius libros,quibus cõtra gentes scripsit fortissime,quia superior sententia detestanda est?Apollinarius cõtra Porphyrium egregia scripsit uolumina.

C Probo laborem uiri,licet fatuum in plærisq; dogma cõtemnam.Cõfitemini & uos in quibusdã errare Origenem, & mu ultra nõ faciam.Dicite eum male sensisse de filio, peius de spiritu sancto,animarum de cœlo ruinas impie protulisse,resurrectionem carnis uerbo tantum confiteri: cæterum assertione destruere:& post multa sæcula atq; unam omniũ restitutionẽ:idipsum fore Gabrielem quod diabolum, Paulum quod Caipham,uirgines,quod prostibulas. Cum hæc reieceritis,& quasi censoria uirgula separaueritis a fide ecclesiæ,tuto legam cætera:nec uenena iam timebo cum antidotum præbibero.Non mihi nocebit si dixero:Origenes cum in cæteris libris omnes uicerit,in Cantico canticorum ipse se uicit.Nec formidabo sententiam qua illum doctorem ecclesiarũ quondã adolescentulus nominaui: nisi forte accusare debui, cuius rogatus opuscula transferebam:& dicere in prologo: Hic cuius interpretor libros hæreticus est.Caue lector, ne legas,fuge uiperã. Aut si legere uolueris, scito a malis hominibus & hæreticis corrupta esse quæ transtuli, q̃q̃ timere non debeas. Ego enim omnia quæ uitiata fuerunt correxi. Hoc est alijs uerbis dicere,ego qui interpretor catholicus sum,hic quẽ interpretor hæreticus est. Deniq; & uos satis simpliciter & ingenue,& non maliciose,parui scilicet pendentes præcepta rhetorica: & præstigias oratoꝝ,dum libros eius περὶ ἀρχῶν hæreticos confitemini,& in alios crimen trãsferre uultis,iniecistis legentibus scrupulum: ut totam authoris uitam discuterẽt: & ex cæteris libris eius,coniecturã præsentis facerent quæstionis.Ego callidus qui emendaui, silens quod uolui, & dissimulans crimina,non feci inuidiã criminoso.Aiunt & medici grandes morbos non esse curandos,sed dimittendos naturæ,ne medela languorẽ exasperet.Centũ quinquaginta anni prope sunt,ex quo Origenes mortuus est Tyri.Quis latinorũ ausus est unq̃ transferre libros eius, de resurrectione,περὶ ἀρχῶν,στρωματέας & τόμους.Quis per infame opus seipsum uoluit infamari? Nec disertiores fumus Hilario,nec fideliores Victorino, qui eius tractatus, non ut interpretes, sed ut authores proprij operis transtulerunt.Nuper sanctus Ambrosius sic Hexameron illius compilauit:ut magis Hippolyti sententias Basilijq; sequeretur.Ego ipse,cuius æmulatores esse uos dicitis,& ad cæteros,talpæ,capreæ; in me oculos possidetis,si malo animo fuissem erga Origenem,interpretatus essem hos ipsos quos supradixi libros,ut mala eius etiam latinis nota facerem.Sed nunq̃ feci,& multis rogantibus acquiescere nolui.Non em̃ consueui eorum insultare erroribus,quorum miror ingenia.Ipse si adhuc uiueret Origenes, irasceretur uobis fautoribus suis: & cum Iacob diceret,odiosum me feciſtis in mundo.Vult aliquis laudare Origenem? Laudet ut laudo.Magnus uir ab infantia,& uere martyris filius,Alexandriæ ecclesiasticã schoD lam tenuit: succedens eruditissimo uiro Clementi presbytero. Voluptates intantum fugit, ut zelo dei,sed tamen non secundũ scientiam,ferro truncaret genitalia.Calcauit auariciam, scripturas memoriter tenuit. Et in studio explanationis earũ,diebus desudauit ac noctibus. Mille & eo amplius tractatus quos in ecclesia locutus est ædidit.Innumerabiles præterea cõmentarios, quos ipse appellat τόμους:& quos nunc prætereo, ne uidear operum eius indicem texere. Quis nostrum tanta potest legere,quanta ille conscripsit? Quis ardentem in scripturis animũ nõ miretur? Quod si quis Iudas zelotes opposuerit nobis errores eius,audiat libere. Interdum magnus dormitat Homerus. Verum operi longo fas est obrepere somnũ. Non imitemur eius uitia,cuius uirtutes non possumus sequi.Errauerunt in fide alij tam Græci q̃ latini,quorum nõ necesse est proferre nomina,ne uideamur eum non sui merito,sed alioꝝ errore defendere. Hoc non est inquies excusare Origenem,sed accusare cæteros.Pulchre,si eum errasse non dicerem, si in fidei prauitate saltem apostolum Paulum uel angelum de cœlo audiendum crederem. Nũc uero cum simpliciter errorem eius fatear,sic legam ut cæteros,quia sic errauit ut cæteri. Sed dicas,si multorum cõmunis est error,cur solum persequimini? Quia uos solũ laudatis, ut apostolum. Tolle amoris ὑπερβολὴν, & nos tollimus odij magnitudinẽ. Cæterorum uitia de libris suis ad hoc tantũ excerpitis:ut huius defẽdatis errorẽ.Origenẽ sic fertis in cœlũ:ut nihil eũ errasse dicatis.Quisqs es assertor nouoꝝ dogmatũ,quæso te,ut parcas Romanis auribꝰ:parcas fidei,quæ apostoli uoce laudata est.Cur post quadringẽtos ãnos docere nos niteris,qd̃ ante nesciuimus? Cur,pfers in mediũ,qd̃ Petrus & Paulus ædere noluerũt? Vsq; ad hũc diẽ sine ista doctrina mũ-

dus

A dus Christianus fuit. Illā senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Peluſiotas nos appellāt, & luteos anialeſq; & carneos, quod nō recipiamus ea quæ ſpiritus ſunt: illi ſcilicet Hieroſolymitæ, quorꝝ mater in cœlo eſt. Nō contēno carnē, in qua Chriſtus natus eſt, & reſurrexit: non deſpicio lutum quod excoctum in teſtam puriſſimam regnat in cœlo. Et tamen miror, cur carni detrahē tes uiuant carnaliter, & inimicam ſuam foueant, & nutriant delicate: niſi forte implere uolūt ſcri pturam dicentem: Amate inimicos ueſtros, benefacite his qui perſequuntur uos. Amo carnē ca ſtam, uirginem, ieiunantem: amo carnis non opera, ſed ſubſtantiam. Amo carnem, quæ iudican dam ſe eſſe nouit. Amo illā, quæ p Chriſto in martyrio cædit, laniatur, exurit. Illud uero quod aſſerūt a quibuſdā hæreticis & maliuolis hominibus libros eius eſſe uiolatos, q̄ ineptū ſit, hinc ꝓbari poteſt. Quis prudentior, doctior, æloquētior, Euſebio & Didymo aſſertoribus Origenis inueniri poteſt? Quorum alter ſex uoluminibus τῆς ἀπολογίας, ita eum ut ſe ſenſiſſe confir mat: alter ſic eius errores nititur excuſare, ut tamen illius eſſe fateatur: non ſcriptum ne gans, ſed ſenſum ſcribentis ædiſſerens. Aliud eſt ſi quæ ab hæreticis addita ſunt, Didymus qua ſi bene dicta defendat. Solus inuentus eſt Origenes cuius ſcripta in toto orbe falſarent: & quaſi ad Mithridatis litteras, omis ueritas uno die de uoluminibus illius raderetur. Si unus uiolatus eſt liber, num uniuerſa eius opera, quæ diuerſis & locis & temporibus ædidit, ſimul corrūpi po tuerunt? Ipſe Origenes in epiſtola quā ſcribit ad Fabianum Romanæ urbis epiſcopum, pœni tentiam agit cur talia ſcripſerit: & cauſas temeritatis in Ambroſium refert, quod ſecreto ædita in publicum protulerit: & quid adhuc αἰτιαλογῆσιμ aliena eſſe quæ diſplicent? Porro quod Pam philum proferunt laudatorem eius: gratias illis ago meo nomine, quod dignū me putauerunt, quem cum martyre calumniarentur. Si em̄ ab inimicis Origenis libros eius dicitis eſſe uiolatos, ut infamarentur: quare mihi non liceat dicere ab amicis eius & ſectatoribus compoſitū eſſe ſub nomine Pamphili uolumen, quod illum teſtimonio martyris ab infamia uindicaret? Ecce uos emendatis in Origenis libris, quod ille non ſcripſit: & miramini, ſi ædat aliquis librum, quē ille
B non ædidit? Vos in ædito opere poteſtis coargui: ille qui nihil aliud ædidit, facilius patet calum niæ. Date quodlibet aliud opus Pamphili, nuſq; reperietis. Hoc unum eſt. Vnde igitur ſciam, quod Pamphili ſit? Videlicet ſtilus & ſaliua docere me poterit. Nūq; credam, quod doctus uir primos ingenij ſui fructus quæſtionibus & infamiæ dedicarit, & ipſum nomē Apologetici oſtē dit accuſationem. Non em̄ defenditur, niſi quod in crimine eſt. Vnum nunc proferam cui con tradicere uel ſtulti ſit, uel impudentis. Sexti libri Euſebij ſuper Origenis defenſione principiū uſq; ad mille ferme uerſus liber iſte q Pamphili dicitur, continet. Et in reliqs ſcriptor eiuſdē ope ris profert teſtimonia, quibus nititur approbare Origenem fuiſſe catholicum. Euſebius & Pam philus tantam inter ſe habuere concordiam: ut unius animæ homines putes, & ab uno alter no men acceperit. Quomodo igitur inter ſe diſſentire potuerūt: ut Euſebius in toto opere ſuo Ori genem Arriani probet dogmatis, & Pamphilus Nicenæ ſynodi quæ fuit poſtea, defenſor eſt? Ex quo oſtenditur uel Didymi uel cuiuſlibet alterius eſſe opuſculū, qui ſexti libri capite detrun cato, cætera membra ſociarit. Sed concedamus ex ſuperfluo, ut Pamphili ſit, ſed necdū marty ris. Ante enim ſcripſit q̄ martyriū perpeteretur. Et quomodo (inquies) martyrio dignus fuit? Scilicet ut martyrio deleret errorem: ut unam culpam, ſanguinis ſui effuſione purgaret. Quan ti in toto orbe martyres anteq̄ cæderentur, uarijs ſubiacuere peccatis? Defendamus ergo pecca ta, quia qui poſtea martyres, prius peccatores fuerunt. Hæc fratres amantiſſimi ad epiſtolam ueſtram celeri ſermone dictaui, uincens propoſitum, ut contra eum ſcriberem, cuius ingenium ante laudaueram, malens exiſtimatione periclitari, q̄ fide. Hoc mihi præſtiterunt amici mei, ut ſi tacuero, reus: ſi reſpondero, inimicus iudicer. Dura utraq; cōditio. Sed e duobus eligam, quod leuius eſt: ſimultas redintegrari poteſt, blaſphemia ueniam nō meretur. Quid autem laboris in libris tranſferendis περὶ ἀρχῶμ ſuſtinuerim, ueſtro iudicio derelinquo: dum & mutare quip piam de Græco non eſt uertentis, ſed euertentis: & eadem ad uerbum exprimere, nequaq̄ eius, qui ſeruare uelit æloquij uenuſtatem,

C HOnorifica contumelia.) Mira gratia coniunxit inter se pugnantia, honorem & contumeliã. Causæ prodest.) Causam uocat rem de qua agitur, idq; rhetorum more. Talione morderi re.) Talio pœnæ genus est ex duodecim tabulis, quo damnum illatum, simili damno pensabatur: ueluti si oculus eruatur ei, qui oculum excusserit alteri. Vnde retaliare dicimus, cũ pari refertur. Nõ dogmatisten.) Dogma decretum, δογματικὸς, qui leges ac decreta præscribat. Tertulliano magistro.) Sic eũ solitus est eũ appellare Cyprianus, quoties libros illius posceret sibi dari. Date (inquiebat) mihi magistrũ meũ. Huic Hieronymus tribuit eruditionẽ, & ardens tribuit ingeniũ: quẽ tandẽ ait in hæresim Montani prolapsum, sed ut id mali magis tribuat inuidiæ clericorũ, q̃ uitio Tertulliani. Augustinus dicit eum ob id inter hæreticos habitum, quod ad Cataphrygas desciuerit, & iteratas nuptias pro stupro damnarit. Dimidiatam Christi.) Nam Apollinaristæ dicunt Christum corpus humanum dũtaxat accepisse: cæterum loco animæ fuisse uerbum, atq; hoc ipsum uerbum ita factum carnẽ, ut Christi caro & uerbũ, eiusdem essent substantiæ. Ita diuus Augustinus. Economiam uocat, quod parcus dispensator, partem hominis tribuat Christo, partem detrahat. Impietatis Arrij.) Qui in personis induxit inæqualitatem, quem errorem Arrius ex Origenis hauserat libris. At Origenis defensor est Eusebius. Mordeẽ & Lucilius.) Ita Flaccus in Satyris. Nempe incomposito dixi pede, currere uersus Lucilli. Ac paulopost. At idem, quod sale multo urbem defricuit, Charta laudatur eadem. Damnat igit̃ in Lucilio, quod est damnandũ, nempe quod est inconditus. Laudat quod est probandum, uidelicet sales & lepores. Certe Apollinarij ac Didymi.) Nam Ambrosius Alexandrinus Didymi discipulus, scripsit uolumen aduersus Apollinariũ, ut testatur Hieronymus in Catalogo uirorum illustriũ. Cæterũ hic Apollinarius Laodicenæ ecclesiæ fuit episcopus. Alexandrinæ chartæ.) Lepos est in allusione tacita. Nam Origenes Alexandrinæ ecclesiæ presbyter fuit, & ex Aegypto biblinæ chartæ adferebantur. Suũ esse συμμύσκμ.) Mystæ, sacris initiati, Symmystæ ijsdẽ initiati sacris. Et Luteos.) Quos aliquãdo uocant Pelusiotas. Orgijs fœderent̃.) Mysteria uocat orgia, q̃q̃ orgia proprie dicũtur Bacchi. Ex Platonis sententia.) Is eũ in reipublicæ libris, uult ciuitatis custodes, callere artem mentiendi, & populo imponere, quoties id ipsius exigit utilitas: reliquos mentiri uetat, ne pernicioſum exemplum latius serpat. Et omnino uulgus crassum nõ ducit̃ ueris. Alioqui quorsum erat opus, tot cerimonijs in lege Mosaica, quæ Hieronymus ob id scribit tradita, ne in deorũ cultũ prolaberẽtur, & his cancellis ad tẽpus continerẽtur? Poro quæ scribit Augustinus de mendacio, quæq; traduntur a nostri temporis Theologis, partim eiusmodi sunt, ut etiam si maxime sint uera, tamen a cõmuni sensu uehementer abhorreant. Domi nobis ista nascuntur.) Locus hic ob ignoratum prouerbium, in omnibus exemplaribus habebatur deprauatus: sed uarie, ut est fœcunda imperitia. Significat autem hoc ipsorum esse peculiare, mentiri ac peierare, cũ sint Origenistæ. Quidã Cõstantius.) Nõ est hic constantius nomẽ propriũ, sed aduerbiũ, ut intelligas hos liberius & audacius suã hæresim defendere. Scilicet uno me.) Scilicet, Ironiã habet. Atq; loxias.) Cognomẽ est Apollinis, ppter obliqua respõsa, quæ reddebãt huiꝰ uates, quo facilius imponerẽt cõsultoribꝰ. λοξος em̃ Græcis obliquum significat: sic Aristophanes in pluto. Τῷ δὲ λοξία μέμφομαι δικαίαν μέμφομαι τάυτην. Crœso & Pyrrho.) De Oraculis crœso redditis, legis apud Herodotũ libro primo. Pyrrho respõdit ad hũc modũ. Dico te Aeacida Romanos uincere posse. Pari stropha.) Strophã uocat obliquã & figuratam orationem, quo uerbo Hieronymus perquam libenter utitur. Pyrrhum fefellit Amphibologia, Crœsum ænigmate mulæ. Nos Sycophantæ.) Id est calumniatores, hoc est qui uitio accusant non recte.

Et puras attrectare maxillas.) Varie mendosa erant exemplaria. Legendum, lumbos ac femora, & putres attrectare axillas: Vt intelligas partes quæ sub alis sunt, sudore plærũq; infectas. Aut si cui hoc nõ placet: legat, lumbos ac femora & suras. Deinde post stygmen, adijciat, attrectare mammillas. Et futuræ angelorũ.) Natura hoc loco membrũ est mulieris pudendum, quod & Græci uocant φύσιν uerecundiæ causa. Hic locus in quibusdam codicibus ad hunc modum erat immutatus. Futuræ similes angelis, angelorum habebimus & naturam? Sed mendose, nec enim cohæret cũ reliquo disputationis contextu. Et mi ultra nõ faciam.) Perlongum sit dicere, quot modis hic locus fuerit deprauatus. Quidam habebant, & uim ultra non faciam. Quidam, nutum non faciam. Alij, mutuum non faciam. Alij, motum non faciã, ut fit quoties semel a uero fuerit aberratum. Ego pensitatis diligenter omnibus, reposui: Et my, siue mu, ultra non faciam, hoc est uerbũ non faciam. Iuxta illud Ennij, Neq; ut aiunt, mu facere auderent, hoc est uel minimũ uerbum. Nam hæc syllaba mutorum est, unde & muti dicti, & mussare, quod Græci μύζειν. Verũ de hoc copiosius dictum est in Chiliadibus nostris. Quod prostibulas.) Id est, publice prostantes ad quæstum meretrices. De resurrectione περὶ ἀρχῶν σχωματέας, & τόμους.) Nam ex uestigijs exemplariũ ita censeo legendũ, id est de principijs, Stromatenses, ut ita uertam, docendi gratia, & Tomos. Ac perijt quidẽ index librorum Origenis, nedum ipsi libri quem Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium prudens, sed infeliciter omisit, quod eum in epistola quadam ad Paulam posuisset. Ac perijt ipsa quoq; epistola. Cæterum collectanea Suidæ testãtur hũc scripsisse librũ περὶ τῆς ἀναστάσεως, id est de resurrectione, & decẽ quos inscripserit σχωματεῖς: ueluti dicas, ex uarijs cõsarcinatos partibꝰ, more stromatũ. Scripsit & τόμους, quos nos uolumina possumꝰ dicere siue sectiões. Cõpilauit.) Vel hĩc liquet aliena cõpilari nõ nostra, quẽadmodũ nũc uulgo scribũt cõpilauit hũc librũ, p eo qd̃ erat collegit. Ambrosius Origenis Hexameron cõpilauit, id est sublegit illinc ueluti furto, quæ uidebant̃: & cõpilant̃, q furto spoliantur. Operis eius indicẽ.) Latine dixit, quã uulgo uocant tabulã. Plinius elenchũ uocat Graeco uocabulo, ἔλεγχος.

D Iudas zelotes.) Arbitror hoc nomẽ Iudas a librarijs additũ, nihil em̃ facit ad sententiã, imo officit: neq; em̃ quisq; fuit hoc nomine. De Simone zelota, legimus: & huiꝰ collega Iuda, sed laudato. ζηλωτὴς Græce æmulator siue

A lator,siue inuidus. Interdum magnus dor.) Aut Hieronymus memoria lapsus est,aut scriptor immutauit nonnihil, Siquidē Horatius sic habet: Quandoq; bonus dormitat Homerus. Amoris ὑπερβολὴν) Id est, excessum & nimietatē. Nam quod est supra modū supra fidemq;, ὑπερβολικὸν uocāt Græci. Est hoc nomine rhetorum exornatio, quā quidam uertunt superlationem. Pelusiotas nos appellant.) Est Pelusium urbs in extremo Nili ostio sita, Syriam uersus, a limo nomen habens, quem illic opinor inuehit Nilus: atq; illic nati Pelusiotæ uocantur. Est & Thessaliæ portus eius nominis. πηλὸς autem lutū est siue limus, οὐσία substantia. Vnde pelusium quasi luteæ substantiæ. Festiuitas est in ambiguo uerbi. Scilicet Hierosolymitæ.) Scilicet ironiam habet. Hierosolymitæ respōdet ad hoc, quod ante dixerat Pelusiotas. Obiter notat episcopū Hierosolymitanum infectum Origenis dogmatis. τῆς ἀπολογίας.) Id est, defensionis, siue excusationis. Aliud est.) Hic loquendi modus peculiaris est Hieronymo, cū infert absurdū aliquid & incredibile. Quis em̄ credat Didymum tam stultum, ut hoc uelit. Ad Mithridatis litteras.) Respexit ad id, quod est in oratione. M. Tullij, pro lege Manilia. Delenda est (inquit) uobis illa macula Mithridatica, superiore bello suscepta, quæ penitus iā insedit atq; inueterauit in po. Ro. nomine, quod is qui uno die tota Asia tot in ciuitatibus uno nuncio, atq; unica significatiōe litterarum, ciues Romanos, necandos trucidandosq; denotauit &c. Αἰτιαλοσοῦσιμ.) Id est, causantur. Sic em̄ esse legendum ex uarijs exemplariorum uestigijs censui. Stilus & saliua.) Stilus instrumentū est æreū quo ueteres scribebant in tabellis ceratis. Is aliquando ponitur, pro charactere scribendi. Saliuam appellat gustum quēdam orationis peculiarem. Nam lingua superiori admota palato, & interueniente saliua gustamus. Quæstionibus.) Id est, accusationibus, siue controuersijs. Nam & hoc significat quæstio. Dedicarit.) Id est, initiarit.

Nomen Apologetici.) Id est, libri defensorij. Argumentū est a relatiuis. Nā ex defensione colligit̄ fuisse qui accusauit.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ex hac epistola apparet & ante interceſſisse inter Hieronymū & Ruffinum simultatē, uerum eos tū in gratiam rediſſe. Sed ut inquit Horatius, Male sarta gratia nequicq; coit, & rescinditur. Deinde cū obliqs Ruffini laudibus in suspitionē traheretur hæresis Origenicæ, incitantibus etiā amicis recruduit pristinū inimicitiæ uulnus, & in apertum bellum erupit illa qualiscūq; cōcordia. Admonet autem, ne se post hac simili modo laudet.

SCHOLIVM

B Figuratas controuersias.) De his & figuratis laudibus iam antea diximus.

HIEROMYMVS RVFFINO

DIu te Romæ moratū sermo ꝓprius indicauit. Nec dubito spiritaliū parentū ad patriā reuocatū desyderio: quē matris luctus ire ꝓhibebat: ne magis corā doleres, qđ absens uix ferre poteras. Quod quereris stomacho suo unūquēq; seruire: & nostro nō acquiescere iudicio: conscientiæ nostræ testis est dñs, post reconciliatas amicitias nullū interceſſisse rancorem, quo quempiā læderemus: quin potius cū omni cautione prouidimus: ne saltem casus in malíuolentiā uerteret. Sed quid possumus facere, si unusquisq; iuste putat se facere, quod facit? & uidetur sibi remorderi potius q̄ mordere? Vera amicitia quod sentit dissimulare nō debet. Præfatiuncula librorū περὶ ἀρχῶν ad me missa est: quā ex stilo intellexi tuā esse. In qua oblique imo aperte ego petor. Qua mente sit scripta: tu uideris: qua intelligat, & stultis patet. Poterā & ego, qui sæpissime figuratas cōtrouersias declamaui, aliqd de uetere artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed absit a me, ut quod reprehēdo in te, imiter: quin potius ita sententiā tēperaui: ut & obiectū crimen effugerem, & amicū quantū in me est, nec læsus lædere. Sed obsecro te, ut si deinceps aliquē sequi uolueris, tuo tantū iudicio sis cōtentus. Aut em̄ bona sunt quæ appetimus, aut mala. Si bona, non indigent alterius auxilio. Si mala, peccantiū multitudo nō parit errori patrocinium. Hæc apud te amice potius expostulare uolui, q̄ lacessitus publice desæuire: ut animaduertas me reconciliatas amicitias pure colere, & nō iuxta Plautinā sententiā altera manu lapidē tenere, panē offerre altera. Frater meus Paulinianus, necdū de patria reuersus est, & puto quod eū Aquilegiæ apud sanctū papā Chromatiū uideris. Sanctū quoq; presbyterū Ruffinū ob quandā causam per Romā mediolanū misimus, & orauimus, ut nostro animo & obsequio uos uideret. Cæterisq; amicis eadē significauimus, ne mordentes inuicē, cōsumamur ab inuicē. Iam tuæ moderationis est, & tuorū, nullam occasionē impatientibus dare, ne non omnes similes mei inuenias, qui possint figuratis laudibus delectari.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit Ruffini calūnias, quas ex aliorū ad se litteris intellexerat. Idq; facit maiori fortasse stomacho, q̄ ut talē decuerit uirū, nisi intolerabilis esset calumnia hæreseos insimulari. Si cui libebit Ruffini libros in Hieronymū scriptos legere, uel ob id, quo hæc rectius intelligat (Nam alioqui non uideo magnopere, cur legi debeant) reperiet eos in secunda parte secundi Tomi.

C AD PAMMA.ET MARCEL.APOLOGIA HIERO.ADVERSVS RVFFINVM

ET ueſtris & multorum litteris didici,obiĳci mihi in ſchola tyrannica, lingua canum meorum ex inimicis ab ipſo:cur περὶ ἀρχῶν libros in latinū uerterim.O impudentiam ſingularem:accuſant medicum quod uenena prodiderit:ut ſcilicet φάρμακον θανάσιμον ſuum: non innocentiæ merito, ſed criminis communione tueantur: quaſi culpam numerus peccantium minuat: & in perſonis, non in rebus ſit accuſatio. Scribuntur contra me libri. Ingeruntur omnibus audiendi: & tamen non æduntur, ut ſimplicium corda percutiant:& mihi facultatem pro me auferant reſpondendi.Nouum maliciæ genus, accuſare,quod prodi timeas:ſcribere,quod occultes.Si ſunt uera quæ ſcripſit: cur publicū timuit? Si falſa,cur ſcripſit? Olim pueri legimus,intemperantis eſſe arbitror ſcribere quicq̄, quod occultari uelis.Rogo quis eſt iſte dolor? Quid æſtuant? quid inſaniunt? Quod præconem repuli figuratum? quod nolui me ſubdolo ore laudari? quod ſub amici nomine,inimici inſidias deprehēdi? Frater & collega in præfatiuncula uocor,& ſatis aperte exponūtur crimina mea, quid ſcripſerim,quibus in cœlū Origenem laudibus leuauerim.Bono animo feciſſe ſe dicit. Et quomodo nūc eadem inimicus obiĳcit,quæ tūc amicus laudauerat? Voluerat me in interpretatiōe, quaſi præuium ſequi,& authoritatem operi ſuo ex noſtris opuſculis mutuari.Suffecerat ſemel dixiſſe, quod ſcripſeram. Quid neceſſe fuit eadem rurſus iterare:& frequenter ingerere:& quaſi nemo ſibi laudanti crederet,ipſa dicta replicare? Non eſt tam ſollicita de audientium fide, ſimplex & pura laudatio.Quid metuit,ne illi ſine teſtimoniĳs dictorum meorum in meis laudibus non credatur? Videtis nos intelligere prudentiam eius,& prædicationis diaſyrticæ ſtrophis in ſcholis ſæpe luſiſſe? Simplicitatem obtendere non poteſt,in quo artifex deprehēditur malicia. Semel aut ut multum bis,erraſſe ſit caſus:cur prudenter errat & crebro:& ſic per totum texit errorem:ut mihi non liceat negare quod laudat? Prudentis fuerat & amici poſt reconciliatam ſimultatem,etiam leues ſuſpitiones fugere:ne quod fortuito feciſſet,conſulto facere putaret. Vn
D de & Tullius in commētariĳs cauſarum pro. T. Gabinio:Ego(inquit)cum omnes amicitias tuēdas ſemper putaui,ſumma religione & fide:tum eas maxime,quæ eſſent ex inimicitiĳs reuocatæ in gratiam:Propterea,quod integris amicitiĳs officiū prætermiſſum,imprudentiæ,uel(ut grauius interpretemur)negligentiæ excuſatione defenditur.Poſt reditum in gratiam:ſi quid eſt cōmiſſum, id nō neglectum,ſed uiolatū putatur:nec imprudētiæ,ſed perfidiæ aſſignari ſolet.Flaccus quoq; in epiſtola quam ſcribit ad Florum: Male(ait)ſarta gratia:nequicq̄ coit,& reſcindit. Quid mihi nunc prodeſt,quod ſimpliciter erraſſe ſe iurat? Ecce obiĳciuntur mihi laudes eius, & crimini dat ſimpliciſſimi amici, nō ſimplex nec pura laudatio. Si authoritatē ſuo operi p̄ſtruebat, uolens q̄s ſequeret oſtēdere: habuit in promptu Hilariū confeſſorē,q quadraginta ferme milia uerſuum Origenis in Iob, & pſalmos trāſtulit.Habuit Ambroſiū,cuius pene oēs libri huius ſermonibus pleni ſunt.Et martyrē Victorinum, qui ſimplicitatem ſuam in eo probat,dum nulli molit inſidias. De his omnibus tacet,& quaſi columnis eccleſiæ prætermiſſis, me ſolū publicat,& nihili hominē per angulos conſectatur. Niſi forte eadē ſimplicitate,qua amicū neſcius accuſauit,illos ignoraſſe ſe iuret.Et quis ei credet uiro eruditiſſimo,& qui tantam habeat ſcientiam ſcriptorū ueterū, maxime Græcorum: ut dum peregrina ſectatur,pene ſua amiſerit: ut recentiſſimæ memoriæ uiros & latinos neſciat? Ex quo apparet non tam me ab eo laudatum, q̄ illos nō accuſatos:ut ſiue laus illa eſt,ut ſtultis perſuadere conatur:ſiue accuſatio,ut ego ex uulneris mei dolore ſentio,nec in laude haberem æqualium gloriam,nec in uituperatione ſolatiū. Teneo epiſtolas ueſtras,quibus accuſatum me ſcribitis eſſe: & hortamini ut reſpondeam criminanti:ne ſi tacuerim,uidear crimen agnoſcere.Ad quas reſpondi,fateor:& cuius læſus ſic amicitiæ iura ſeruaui:ut me ſine accuſantis accuſatione defenderem:& quod unus Romæ amicus obiecerat a multis in toto orbe inimicis dicerem iactitatum:ut non uiderer homini, ſed criminibus reſpondere.Aliud eſt,ſi pro iure amicitiæ accuſatus tacere debui. Et dum lutatam habeo faciem:atq; ut ita dicam,hæretico fetore conſperſam, ne ſimplici quidem aqua diluerem, ne ille mihi feciſſe putaretur iniuriam. Hæc uox nec hominis eſt, nec ad hominem: aperte amicum petere: crimina eius ſub perſona laudatoris exponere: & illi ne hoc quidem liberum

A derelinqui,ut ſe catholicum probet:& laudationem hæretici,quæ illi obĳcitur,nō de aſſenſu hæ/reſeos:ſed de ingenĳ extitiſſe admiratione reſpondeat.Placuerat ei,ſiue ut ipſe uult uideri,com pulſus erat in latinam linguam uertere,quod nolebat.Quid neceſſe fuit me latentem̄, & tantis maris atq; terrarū diuiſum ſpacĳs,inſerere quæſtioni? opponere inuidiæ plurimorum? ut plus mihi laudando noceret,q̄ ſibi prodeſſet exemplo? Nunc quoq; quia renui laudatorem, & uer/ſo ſtilo docui me non eſſe,quod meus neceſſarius prædicauit:dicitur furere:& tres contra me li/bros,uenuſtate attica texuiſſe:eadē accuſans,quæ ante laudauerat.& obĳciens mihi in trāſlatiōe Origenis nefaria dogmata,de quo in præfatiuncula laudationis ſuæ dixerat:ſequar regulā præ ceſſorum:& eius præcipue uiri:cuius ſuperius fecimus mentionem:qui cū ultra ſeptuaginta libel los Origenis, quos Homiliticos appellauit:aliquātos etiā de Tomis in Apoſtolū ſcriptis,trāſtu liſſet in latinum:in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco: ita elimauit om̄ia interpretādo atq; purgauit,ut nihil in illis quod a fide noſtra diſcrepet,latinus lector inueniat. Hunc ergo etiā nos:licet nō æloquentiæ uiribus:diſciplinæ tamen regulis, inquantū poſſumus, ſequimur.Certe hæc illius uerba ſunt:negare non poteſt.Ipſa ſtili elegantia & ſermo compoſi/tus:quod q̄ his maius eſt,ſimplicitas Chriſtiana,authoris ſui characterem probant. Aliud eſt, ſi iſta Euſebius deprauauit, & accuſator Origenis meiq; ſtudioſus in uno eodēq; opere,& illū & me uel erraſſe uel bene ſenſiſſe teſtatus eſt. Non poteſt me nunc inimicus hæreticum dicere: quem a fide ſua dudum non diſcrepare præfatus eſt.Simulq; & hoc ab eo quæro,quid ſibi uelit ſermo moderatus & dubius? Nihil, inquit, in illis quod a fide noſtra diſcrepet, latinus lector inueniet.Fidem ſuam quam uocat? Eam ne qua Romana pollet eccleſia? an illam quæ in Orige nis uoluminibus continetur? Si Romanam reſponderit:ergo catholici ſumus,qui nihil de Ori/genis errore tranſtulimus.Sin autem Origenis blaſphemia,fides illius eſt:dum mihi inconſtan tiæ crimen impingit,ſe hæreticum probat.Siue bene credit laudator meus, confeſſione ſua me aſſumit in ſocium.Siue male,oſtendit me ideo ante laudatum:quia participem ſui putabat er/

B roris.Sed aduerſus illos libros qui per angulos garriunt,& furtiua accuſatione me mordent: cū æditi fuerint:& de tenebris ad luc̣em proceſſerint:atq; ad nos uel ſtudio fratrum,uel temeritate æmulorum potuerint peruenire:reſpondere conabor. Neq; em̄ magnopere formidandi ſunt, quos metuit author ſuus prodere, & tantum confœderatis legendos eſſe decreuit. Tunc aut agnoſcam crimina,aut diluam, aut in accuſatorem quæ ſunt obiecta retorquebo:& oſtendam, quod hucuſq; ſilentium modeſtiæ fuerit,non male conſcientiæ. Interim apud tacitum lectoris iudicium purgatum me eſſe uolui,& grauiſſimum inter amicos crimen refellere,ne prior læſiſſe uidear:qui & uulneratus nequaq̄ contra perſecutorem tela direxi,ſed meo tantum uulneri ad moui manū. Quē obſecro,ut abſq; præiudicio perſonarum culpam in eū referat, qui laceſſiuit. Nec læſiſſe contentus,quaſi aduerſus elinguem ſemperq; taciturum tres elucubrauit libros. Et ἀρτιώσεις Marcionis,de meis opuſculis fabricatus eſt.Geſtit animus,& illius repente doctrinā,& meā inſperatā uecordiā cognoſcere. Fortaſſe breui tempore didicit quod nos docere debeat,& quod illum ſcire nullus putabat,ſubitum æloquentiæ flumen oſtendet.Sic pater ille deus faciat, ſic magnus Ieſus.Incipiat conferre manum. Quāuis librauerit accuſationis ſuæ haſtas:& totis aduerſum nos uiribus intorſerit:credimus in deo ſaluatore,quod ſcuto circūdabit nos ueritas eius: & cū pſalmiſta cantare poterimus:Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum. Et ſi cō/ſtiterint aduerſum me caſtra, non timebit cor meū. Si ſteterit aduerſum me preliū: in hoc ego ſperabo.Sed hæc alias.Nūc ad id reuertamur quod cœperamus. Obĳciunt mihi ſectatores eius: cerealiaq; arma expediunt feſſi rerum: quare περὶ ἀρχῶν libros Origenis noxios: & eccle/ſiaſticæ fidei repugnantes in latinum ſermonē uerterim.Ad quos breuis & ſuccincta reſponſio eſt. Tuæ me frater Pammachi & tuorū litteræ cōpulerūt:dicentes illos ab alio fraudulenter eſſe tranſlatos, & interpolata nōnulla, & uel addita uel mutata.Ac ne parū epiſtolis haberem fidē: miſiſtis exemplaria eiuſdem tranſlationis,cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legiſ/ſem:contuliſſemq; cum Græco:ilico animaduerti,quæ Origenes de patre & filio & ſpiritu ſan/cto impie dixerat: Et quæ Romanæ aures ferre nō poterāt,in melioré partē ab interp̄te cōmu/tata.Cætera autem dogmata,de angelorū ruina, de animarū lapſu,de reſurrectionis præſtigĳs,

de mundo

C de mundo uel mundis Epicuri,de reſtitutione omnium in æqualem ſtatum,& multo his deteriora,quæ longum eſſet retexere:uel ita uertiſſe,ut in Græco inuenerat:uel de cõmentariolis Didymi,qui Origenis apertiſſimus propugnator eſt,exaggerata & firmiora poſuiſſe:ut qui in trinitate catholicum legerat,in alijs hæreticum nõ caueret.Alius forſitan,qui non eſſet amicus eius diceret:aut totum muta,quod malum eſt:aut totum prode,quod optimum putas. Si propter ſimplices noxia quæq; detruncas:& ea quæ ab hæreticis addita ſimulas,in peregrinum non uis tranſferre ſermonem,cede quicquid eſt noxium.Sin autem ueritatis fidem in tranſlatione conſeruas,cur alia mutas,& alia dimittis intacta? Quãcp aperta cõfeſſio eſt, in eodẽ prologo emẽdaſſe te praua, & optima reliquiſſe.Ex quo non interpretis libertate, ſed ſcriptoris authoritate teneberis: ſi quid in his quæ uertiſti hæreticum comprobetur,& manifeſti criminis arguere: id circo te ueneni calicem circumlinere melle uoluiſſe: ut ſimulata dulcedo, uirus peſſimum tegeret.Hæc & multa his duriora inimicus diceret:& te nõ interpretem mali operis, ſed ut aſtipulatorem in ius eccleſiæ traheret. Ego autem memet tantum defendiſſe contentus: in libris περὶ ἀρχῶν ſimpliciter, quod in Græco habebatur expreſſi:non ut crederet lector his quæ interpretabar:ſed ne crederet illis,quæ tu ante tranſtuleras.Duplex in opere meo utilitas fuit: dum & hæreticus author proditur:& nõ uerus interpres arguitur.Ac ne quis me putaret his cõſentire quæ uerteram,interpretationis neceſſitatem,præfatione muniui & docui,quibus lector non deberet credere.Prior trãſlatio laudẽ authoris cõtinet:ſecunda uituperationẽ.Illa lectorẽ ꝓuocat ad credendũ:iſta ad nõ credẽdũ mouet.Ibi & ego inuitus laudator aſſumor:hic intãtũ nõ laudo quẽ trãſſero,ut cogar accuſare laudantẽ.Eadem res,nõ eadem mente pfecta eſt,imo unũ iter diuerſos exitus habuit.Abſtulit quæ erant,dicẽs ab hæreticis deprauata:& addidit quæ nõ erant, aſ-
D ſerens ab eodem in locis alijs diſputata: quod niſi ipſa loca monſtrauerit, unde tranſtuliſſe ſe dicit,ꝓbare non poterit.Mihi ſtudio fuit nihil mutare de uero.Ad hoc em̃ interpretabar,ut male interpretata conuincerẽ.Putatis me interpretem? Proditor fui,prodidi hæreticum, ut eccleſiã ab hæreſi uindicarẽ.Cur Origenem in quibuſdam ante laudauerim:prælatus huic operi oſtẽdit liber.Nunc ſola interpretationis meæ cauſa redditur:quæ cum pietatis habeat uoluntatem: nõ debeo impietatis argui,prodens impium,quod quaſi pium eccleſijs tradebatur.Septuaginta libros eius,ut meus neceſſarius criminatur,in latinum uerteram:& multa de tomis. Nũcp de opere meo fuit quæſtio,nuncp Roma commota eſt. Quid neceſſe erat latinis auribus tradere, quod deteſtatur & Græcia? quod orbis accuſat? Ego per tot ãnos tam multa conuertens nũcp ſcandalo fui.Tu ad primum & ſolum opus, ignotus prius, temeritate factus es nobilis. Docet ipſa præfatio,& Pamphili martyris librum pro defenſione Origenis a te eſſe trãſlatum.Et hoc agis totis uiribus:ut cuius fidem martyr probat:eccleſia non refutet.Sex libros(ut ante iam dixi)Euſebius Cæſarienſis epiſcopus,Arrianæ quondam ſignifer factionis, pro Origene ſcripſit, latiſſimum & elaboratum opus:& multis teſtimonijs approbauit Origenem iuxta ſe catholicum,id eſt iuxta nos Arrianum eſſe.Horum tu primum librum uertis ſub nomine martyris. Et miramur,ſi me homunculum parui precij,Origenis laudatorem uellis, cũ martyri calumniam feceris? Pauciſcp teſtimonijs de filio dei & ſpiritu ſancto cõmutatis:quæ ſciebas diſplicitura Romanis:cætera uſcp ad finẽ integra dimiſiſti. Hoc idem faciens in apologia,quaſi Pamphili, qd & in Origenis περὶ ἀρχῶν tranſlatione feciſti.Si iſte Pamphili liber eſt de ſex libris:quis erit primus Euſebij? In ipſo uolumine,quod tu Pamphili ſimulas:ſequentium librorum facta mentio eſt.In ſecundo quoq; & reliquis dicit Euſebius:quid in primo libro ante iam dixerat:& quod eadem repetere non debeat.Si totum opus Pamphili eſt:cur reliquos libros non tranſſers? Si alterius,cur nomen immutas? Taces,ipſæ res loquentur,uidelicet ut crederent martyri, qui Arrianorum principem deteſtaturi erant.Quid tibi animi fuiſſe dicam amice ſimpliciſſime? te ne potuiſſe hæretici hominis libro,martyris nomen imponere? Et ignoras te ſub authoritate teſtis Chriſti Origenis facere defenſores? Pro eruditione qua polles & inclytus συμπάκτης in occidente laudaris:ita ut κοσυφαῖον te omnes tuæ partis nominent:non reor te ignoraſſe Euſebij σύνταγμα & Pamphilum martyrem nihil omnino operis condidiſſe.Ipẽ enim Euſebius amator & præco contubernalis Pamphili treis libros ſcripſit elegantiſſimos,uitã Pamphili cõtinentes. In quibus

cũ cætera

A cum cætera miris laudibus prædicaret, humilitatem q; eius ferret in cœlum, etiam hoc in tertio libro addidit. Quis studiosorum amicus non fuit Pamphili? Si quos uidebat ad uictum necessariis indigere: præbebat large quæ poterat. Scripturas quoq; sanctas, non ad legendum tantum: sed & ad habendum tribuebat promptissime. Nec solum uiris, sed & fœminis, quas uidisset lectioni deditas. Vnde & multos codices præparabat, ut cum necessitas poposcisset, uolẽtibus largiretur. Et ipse quidem proprij operis nihil omnino scripsit: exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat, intantum se humilitate deiecerat. Veterum autem tractatus scriptorum, legebat studiosissime: & in eorum meditatione iugiter uersabatur. Defensor Origenis, & laudator Pamphili, dicit Pamphilum nihil omnino scripsisse, nec proprij quicq; cõdidisse sermonis. Et hoc dicit iam Pamphilo martyrio coronato: ne habeas suffugium, post æditos ab Eusebio libros hoc Pamphilum scripsisse. Quid facies? Eo libro, quẽ sub nomine martyris ædidisti, uulneratæ sunt conscientiæ plurimorum. Non ualet apud eos super Origenis damnatione episcoporũ authoritas: quẽ putant a martyre prædicatum. Quid facient epistolæ Theophili episcopi? quid papæ Anastasij in toto orbe hæreticum persequentes, cũ liber tuus sub nomine Pamphili æditus, pugnet contra epistolas eorum: & episcopali nomini, testimonium martyris opponatur? Quod fecisti in libris περὶ ἀρχῶν, hoc facito & in isto uolumine ψευδεπιγράφῳ. Audi consilium amici, non te pœniteat artis tuæ: uel dicito tuum non esse, uel ab Eusebio presbytero deprauatum. Vnde probari tibi poterit, quod a te translatum est? Non manus tua tenetur, nõ tantæ es æloquentiæ: ut nullus te possit imitari. Aut certe si res ad probationem uenerit, & impudentiã frontis oppresserint testimonia plurimorum, palinodiam Stesichori more cantato. Melius est te pœnitere facti tui, q; & martyrem in calũnia, & deceptos in errore persistere. Nec erubescas de cõmutatiõe sententiæ: non es tantæ authoritatis & famæ, ut erasse te pudeat. Imitare me, quem plurimũ amas, sine quo nec uiuere, nec mori potes: & mecum clama, quæ ego laudatus a te in defensione mei locutus sum. Eusebius Cæsariensis episcopus: cuius supra memini in sexto libro τῆς ἀπολογίας Ori-
B genis, hoc idem obijcit Methodio episcopo & martyri, quod tu in meis laudibus criminaris, & dicit: quomodo ausus est Methodius nũc cõtra Origenẽ scribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus est dogmatibus? Non est huius loci pro martyre loqui. Neq; eñ oñia in locis omnibus differenda sunt: nunc tetigisse sufficiat hoc ab Arriano homine obijci clarissimo & æloquentissimo martyri: quod tu in me & amicus laudas, & offensus accusas. Habes occasionem, & de præsenti loco si uelis, mihi calumniam struere: cur nunc & Eusebio detraham, quem in alio loco ante laudaui? Alterum quidem nomen Eusebij, sed eadem quæ super Origenis uocabulo est calũnia. Laudaui Eusebium in ecclesiastica historia, in digestione tẽporũ, in descriptione sanctæ terræ: & hæc ipa opuscula in latinũ uertens, meæ linguæ hominib9 dedi. Num ex eo Arrianus sum, quia Eusebius qui hos libros condidit, Arrianus est? Si ausus fueris me hæreticũ dicere, memento præfatiunculæ περὶ ἀρχῶν, in qua fidei tuæ me esse testaris: simulq; obsecro, ut amicũ quondã tuum, expostulantem patienter audias. Contra alios digladiaris, aut facis calumniam, aut pateris. Quos accusas, & a quibus accusaris, ordinis tui sunt: recte an perperam, uos uideritis. Mihi etiam uera accusatio contra fratrem displicet, nec reprehendo alios, sed dico quid ipse non facerem. Tantis spacijs terrarũ separatus quid peccaui in te? Quid cõmerui? An quia Origenistem me non esse respondi? Nunquid defensio mea accusatio tua est? Et tu si non es Origenistes, uel non fuisti, credo iuranti. Si fuisti, suscipio pœnitentem. Quid doles, si id sum, quod esse te dicis? An quia περὶ ἀρχῶν Origenis libros post te transferre ausus sum, & interpretatio mea suggillatio putatur operis tui? Quid poteram facere? Missa mihi est laudatio tua, id est accusatio mea. Tam fortiter me prolixeq; laudaueras: ut si tuis laudibus acquieuissem, omnes hæreticũ me putarent. Vide quid Romanæ ad me epistolæ clausula teneat: Purga suspitiones hominum, & cõuince criminantem, ne si dissimulaueris, consentire uidearis. Tali constrictus articulo, interpretaturus eosdem libros, ausculta quid scripserim: Hoc mihi præstiterunt amici mei (nõ dixi amicus meus, ne te uiderer arguere) ut si tacuero, reus: si respondero, inimicus iudicer. Dura utraq; cõditio, sed e duobus eligã, quod leuius est. Simultas redintegrari potest. Blaphemia ueniã nõ meretur. Animaduertis inuito mihi & repugnanti hoc onus impositũ: & futuram ex huiusce-

C modi opere ſimultatem,neceſſitatis excuſatione curatam. Si interpretãtus eſſes libros περὶ ἀρχῶν abſq; meo nomine, recte quereris in reprehenſionem tuam a me poſtea eſſe tranſlatos. Nunc autem iniuſte doles,in eo opere a me tibi eſſe reſponſum: in quo a te laudando accuſatus ſum.Quam enim tu laudem uocas,omnes accuſationem intelligunt. Conſtet apud te quod accuſaueris,non indignaberis quod reſponderim. Eſto,tu bono animo ſcripſeris,& homo innocens & amicus fidiſſimus,de cuius nunc̃ egreſſum eſt ore mendacium, me neſcius uulneraris: quid ad me,qui percuſſus ſum? Num idcirco curari non debeo,quia tu me bono animo uulnerasti? Confoſſus iaceo,ſtridet uulnus in pectore: candida prius ſanguine membra turpantur: & tu mihi dicas:Noli manum adhibere uulneri:ne ego te uidear uulneraſſe? Quanc̃ & ipſa trãſlatio magis Origenem c̃ te arguit. Tu enim emendaſti quæ addita ab hæreticis arbitratus es.Ego prodidi,quod ab illo ſcriptum Græcia uniuerſa conclamat. Quis rectius arbitratus ſit: nec meum,nec tuum iudicium eſt. Vtriuſq; ſcripta,cenſoriam lectoris uirgulam ſentiant. Tota illa epiſtola qua pro me ſatiſfacio, contra hæreticos & accuſatores meos dirigitur: quid ad te, q & orthodoxum & laudatorem meum te eſſe dicis: ſi aſperior ſum in hæreticos, & illorum in publicum ſtrophas profero? lætare inuectione mea:ne ſi dolueris,hæreticus eſſe uidearis.Quãdo ſine nomine contra uitia ſcribitur:qui iraſcitur accuſator ſui eſt. Prudentis hominis fuerat, etiam ſi dolebat,diſſimulare conſcientiam:& cordis nubilum,frontis ſerenitate diſcutere. Alioqui ſi quicqd contra Origenẽ & ſectatores eius dicitur,in te dictum putas: ergo & epiſtolæ papæ Theophili & Epiphanij,& aliorum epiſcoporum:quas nuper ipſis iubentibus tranſtuli, te petunt,te lacerant. Imperatorum quoq; ſcripta,quæ de Alexãdria,& Aegypto Origeniſtas pelli iubent,me ſuggerente dictata ſunt. Vt Romanæ urbis pontifex,miro eos odio deteſtet̃,meũ conſilium fuit. Vt totus orbis poſt tranſlationem tuam in Origenis odia exarſerit,quem antea ſimpliciter lectitabat,meus operatus eſt ſtilus. Si tantũ poſſum,miror cur me non metuas. Ego ille moderatus in epiſtola publica,qui diligenter caui,ne quid in te dictum putares,ſcripſi ad te
D ſtatim breuem epiſtolam,expoſtulans ſuper laudibus tuis. Quam,quia Romæ non eras,amici mei tibi mittere noluerunt:eo quod te dicerent cum ſodalibus tuis indigna nomine Chriſtiano,de mea conuerſatione iactitare. Cuius exemplum huic uolumini ſubdidi:ut ſcias quantum dolorẽ,quanta moderatione neceſſitudinis temperaui. Audio præterea te quædam de epiſtola mea philoſophice carpere:& hominem rugoſæ frontis adductiq; ſupercilij,Plautino in me ſale ludere:eo quod Barrabbã Iudæum dixerim præceptorẽ meũ. Nec mirũ ſi pro Barhanina, ubi eſt aliqua uocabulorum ſimilitudo,ſcripſeris Barrabbam:cum tantam habeas licentiã nominum immutandorum:ut de Euſebio Pamphilum,de hæretico martyrem feceris. Cauendus homo,& mihi maxime declinandus,ne me repente dum neſcio,de Hieronymo Sardanapalum nomines. Audi ergo ſapientiæ columen,& norma Catonianæ ſeueritatis. Ego non illum magiſtrum dixi,ſed meum in ſcripturas ſanctas ſtudium uolui comprobare:ut oſtenderem me ſic legiſſe Origenem, quomodo & illum audieram. Neq; enim Hebræas litteras a te diſcere debui. An iniuria tibi facta eſt, quod pro te Apollinariũ Didymumq; ſectatus ſum. Nunquid in illa epiſtola Gregorium uirum æloquentiſſimum non potui nominare:qui tui apud latinos compar eſt,quo ego magiſtro glorior & exulto? Sed eos tantum poſui qui in reprehenſione erant: ut ſimiliter me Origenem non ob fidei ueritatem,ſed ob eruditionis meritum legiſſe teſtarer. Ipſe Origenes & Clemens & Euſebius:atq; alij complures, quando de ſcripturis aliqua diſputant, & uolunt approbare quod dicunt:ſic ſolẽt ſcribere:Referebat mihi Hebræus, & audiui ab Hebræo, & Hebræorum iſta ſententia eſt. Certe etiam Origenes patriarchen Huillum,qui tẽporibus eius fuit nominat:& triceſimum Tomum in Eſaiam,in cuius fine ædiſſerit: Væ tibi ciuitas Ariel,quã expugnauit Dauid,illius expoſitione concludit:ut cum aliter prius ſenſiſſe ſe dicat: doctum ab illo, id quod eſt uerius confitetur. Octogeſimum quoq; nonum pſalmum: qui ſcribitur Oratio Moyſi hominis dei: & reliquos undecim,qui non habent titulos,ſecundũ Huilli expoſitionẽ,eiuſdem Moyſi putat:nec dedignatur Hebræam ſcripturã interpretans per ſingula loca, qd Hebræis uideat̃,inſerere. Lectis nuper papæ Theophili epiſtolis,in qbus Origenis exponit errores, dicit̃ obturaſſe aures ſuas:& authorem tanti mali, clara coram omnibus

uoce

A uoce damnaſſe:& dixiſſe uſq; ad illud tempus ſe ignoraſſe,quod tam nefaria ſcripſerit.Non re-
cuſo,nec dico quod alius diceret forſitan,non potuiſſe eũ ignorare, quod interpretatus eſt: cu-
ius Apologiam,ſcriptam ab hæretico ſub nomine martyris ædidit:cuius defenſionem etiã pro
prio uolumine profeſſus eſt:aduerſum quod in ſequentibus,ſi dictandi ſpacium fuerit,diſputa
bo. Hoc loquor cui contradicere non poteſt. Si illi licet nõ intellexiſſe quòd trãſtulit:quare mi-
hi non liceat ignoraſſe libros περὶ ἀρχῶν, quos ante non legi:& eas tantũ Homilias legiſſe quas
tranſtuli, in quibus nihil eſſe mali,ipſius teſtimonium eſt? Sin autem cõtra ſententiam ſuã nũc
me in eis arguit,in quibus ante laudauerat:undiq; ſtrictus tenebitur. Aut enim idcirco me hæ-
reticũ hominẽ laudauit,quia eiuſdem mecum dogmatis erat:aut nunc fruſtra inimicus accuſat,
quem prius ut orthodoxum prædicauit.Sed forſitan tunc errores meos, quaſi amicus tacuit: &
nunc iratus profert, quod prius celauerat.Quanq̃ non mereatur fidem inconſtantia, & profeſ
ſæ inimicitiæ,ſuſpitionem habeant mendacij: tamen audacter conferam gradum, uolens ſcire
quid hæreticum ſcripſerim:ut aut cum illo agam pœnitentiam, & Origenis mala ignoraſſe me
iurem:ac nunc primum a papa Theophilo didiciſſe impietates eius:aut certe doceam me quidẽ
bene ſenſiſſe,ſed illum more ſuo nõ intelligere.Neq; eñ fieri poteſt:ut in eiſdem ad Epheſios li
bris:quos ut audio,criminatur,& bene & male dixerim:& de eodem fonte,dulce amarũq; pro-
ceſſerit:ut qui toto opere damnauerim eos,qui credunt animas ex angelis conditas: ſubito mei
oblitus,id defenderẽ quod ante damnaui.Stulticiam mihi obijcere non poteſt:quem diſertiſſi-
mum & æloquentiſſimũ in ſuis opuſculis prædicauit. Alioqui ſtulta uerboſitas,fabulæ potius
& garruli hominis q̃ æloquentis putanda eſt.Quid in illis libris proprie accuſet ignoro. Fama
eñ ad me criminum eius,non ſcripta uenerunt:& ſtultum eſt iuxta Apoſtolum,pugnis aerem
B uerberare. Tamen in incertum reſpondebo:donec ad certa perueniam, ἀντίμαχον meum do-
cebo ſenex,quod puer didici:multa eſſe genera dictionum: & pro qualitate materiæ: non ſo-
lum ſententias, ſed & ſcripturarum uerba uariari. Chryſippus & Antipater inter ſpineta uer-
ſantur. Demoſthenes & Eſchynes contra ſe inuicem fulminant. Lyſias & Iſocrates dulciter
fluunt.Mira in ſingulis diuerſitas,ſed omnes in ſuo perfecti ſunt. Lege ad Herenniũ Tullij li-
bros:lege rhetoricos eius: aut quia illa ſibi dicit inchoata & rudia excidiſſe de manibus:reuolue
tria uolumina de Oratore:in quibus introducit æloquentiſſimos illius temporis oratores,Craſ
ſum & Antonium diſputantes,& quartum Oratorem:quem iam ſenex ſcribit ad Brutum: tũc
intelliges aliter componi hiſtoriam,aliter orationes,aliter dialogos,aliter epiſtolas, aliter com-
mentarios.Ego in cõmentarijs ad Epheſios,ſic Origenem & Didymum & Apollinarium ſecu
tus ſum:qui certe contraria inter ſe habent dogmata:ut fidei meæ non amitterem ueritatẽ. Cõ-
mentarij quid operis habent? Alterius dicta,ædiſſerunt:quæ obſcure ſcripta ſunt, plano ſermo
ne manifeſtant:multorum ſententias replicant:& dicunt,hunc locum quidã ſic ædiſſerunt:alij ſic
interpretant:illi ſenſum ſuum & intelligentiam his teſtimonijs,& hac nituntur ratione firmare:
ut prudens lector,cum diuerſas explanationes legerit:& multorũ uel probanda,uel improban-
da didicerit:iudicet quid uerius ſit:& quaſi bonus trapezita,adulterinæ monetæ pecuniã repro-
bet.Num diuerſæ interpretationis & contrariorũ inter ſe ſenſuũ tenebitur reus:qui in uno ope-
re quod ædiſſerit,expoſitiones poſuerit plurimorũ? Puto quod puer legeris,Aſperi in Vergiliũ
& Saluſtiũ cõmentarios, Vulcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius,& in Terẽ
tij comœdias,præceptoris mei Donati,æque in Vergilium:& aliorum in alios,Plautum uideli-
cet,Lucretium,Flaccum,Perſium atq; Lucanum.Argue interpretes eorum:quare non unam ex
planationẽ ſecuti ſint: & in eadem re quid, uel ſibi, uel alijs uideatur enumerent. Prætermitto
Græcos,quorum tu iactas ſcientiam:& dum peregrina ſectaris,pene tui ſermonis oblitus es:nẽ
ueteri prouerbio:ſus Mineruã docere uidear:& in ſyluam ligna portare.Illud miror, quod Ari-
ſtarchus noſtri temporis, puerilia iſta neſcieris.Quãq̃ tu occupatus in ſenſibus,& ad ſtruendã
mihi calumniam cernulus,grãmaticorũ & oratorũ præcepta contempſeris, paruipendens ὑπερ-
βατὰ poſt anfractus reddere,aſperitatem euitare conſonantiũ,hiulcam fugere dictionem. Ridi
culum eſt debilitati & fracti totius corporis uulnera pauca monſtrare.Non eligo quod reprehẽ
dam, eligat ipſe quod uitio careat. Ne illud quidẽ Socraticũ noſſe debuerat: ſcio quod neſcio.

C Nauem agere ignarus nauis timet. Abrotanū ægro non audet, niſi qui didicit, dare. Quod me-
dicorū eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Scribimus indocti, doctiq; poemata paſ-
ſim. Niſi forte ſe litteras nō didiciſſe iurabit: quod illi & abſq; iuramēto pfacile credimus: uel ad
apoſtolum confugiet profitentem: & ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Ille Hebræis lit-
teris eruditus, & ad pedes doctus Gamalielis: quem nō erubeſcit, iam apoſtolicæ dignitatis, ma
giſtrum dicere, Græcam facundiam contemnebat: uel certe quod erat humilitatis, diſſimulabat:
ut prædicatio eius, non in perſuaſione uerborū: ſed in ſignorum uirtute cōſiſteret, ſpernens alie
nas opes, qui in ſuis diues erat: cū q̄ ad imperitum & per ſingulas inſtar tui ſentētias corruentē,
nūq̄ pro tribunali ſedēs Feſtus diceret: inſanis Paule, inſanis: multæ te litteræ ad inſaniam con-
uertūt. Tu qui in latinis muſſitas, & teſtudineo gradu moueris potius, q̄ incedis: uel Græce de-
bes ſcribere: ut apud homines Græci ſermonis ignaros, aliena ſcire uidearis. Vel ſi latina tenta-
ueris, ante audire grammaticū, ferulæ manum ſubtrahere, & inter paruulos ἀθηνογένους, artem lo-
quendi diſcere. Quis Cœſos quis ſpiret & Darios, litteræ marſupiū nō ſequunt. Sudoris co-
mites ſunt & laboris, ſociæ ieiuniorū non ſaturitatis, cōtinentiæ nō luxuriæ. Demoſthenes plus
olei q̄ uini expendiſſe dicitur: & omnes opifices, nocturnis ſemper uigiliis præueniſſe. Quod il
le in una littera fecit exprimenda, ut a cane rho diſceret: tu in me criminaris: quare homo ab ho
mine, Hebræas litteras didicerim. Inde eſt quod quidā inerudite ſapientes remanent: dum no-
lunt diſcere quod ignorant. Nec Oratiū audiunt cōmonentē. Cur neſcire pudens praue, q̄ diſce
re malo? Loquitur & ſapientia, quā ſub nomine Solomonis legimus: In maliuolam animā nū-
q̄ intrabit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus em̄ ſanctus eruditiōis
fugiet dolum: & recedet a cogitationibus ſtultis. Aliud eſt, ſi uulgi lectione contenti, doctorum
aures deſpiciunt: & contemnunt illud elogiū, quo procax imperitia denotatur. Non tu in triuiis
indocte ſolebas, Stridenti miſerū ſtipula diſperdere carmē? quaſi nō cirrhatorū turba, Mileſio
rum in ſcholis figmenta decantet: & teſtamentum ſuis, Beſſorū cachinno membra concutiat,
atq; inter ſcurrarum epulas, nugæ iſtiuſmodi frequentent. Quotidie in plateis fictus hariolus
D ſtultorum nares uerberat: & obtorto ſcorpione, dentes mordentiū quatit: & miramur ſi imperi
torum libri lectorem inueniant? Indignantur quare Origeniſtas ſcripſerim inter ſe orgiis men
daciorū fœderari. Nominaui librum, in quo hoc ſcriptū legerim: id eſt, ſextū Stromatū Orige-
nis: in quo Platonis ſententiæ, noſtrū dogma cōponens: ita loquitur Plato in tertio de republi-
ca libro: Veritas quoq; ſectāda magnopere eſt. Si em̄ ut pauloante rectiſſime dicebamus: deo
indecens, & inutile mendaciū eſt: hominibus quandoq; utile: ut utantur eo quaſi condimento
atq; medicamine: nulli dubiū eſt, quin huiuſmodi licentia medicis danda ſit: & ab imprudenti-
bus remouenda. Vera (inquit) aſſeris: ergo principes urbiū ſi quibus & aliis hoc cōceditur, opor
tet aliquando mentiri: uel contra hoſtes, uel pro patria & ciuibus. Ab aliis uero qui uti menda-
cio neſciunt, auferendū eſt omne mendaciū. Origenes. Et nos igitur illius præcepti memores: lo
quimini ueritatē unuſquiſq; cū proximo ſuo: non debemus dicere: quis eſt proximus meus?
ſed conſyderare quomodo philoſophus caute dixerit: deo indecens & inutile eſſe mendaciū:
hominibus interdum utile. Et quod ne pro diſpenſatione quidē putandus ſit deus aliquando
mētiri. Sin autē cōmodum audientis exegerit: uerbis loquitur ambiguis: & per ænigmata quæ
uult profert: ut & ueritatis apud eū dignitas cōſeruet: & quod noxiū eſſe poterat, ſi nudū pfer
retur in uulgus, quodā tectū uelamine proferat. Homo aūt cui incumbit neceſſitas mentiendi:
diligenter attendat: ut ſic utatur interdum mendacio, quomodo cōdimento atq; medicamine:
ut ſeruet menſurā eius: ne excedat terminos, quibus uſa eſt Iudith contra Holoferne: & uicit eū
prudenti ſimulatione uerborū. Imitet Heſter, quæ Artaxerſis ſententiā, diu tacita gentis uerita
te correxit. Et in primis patriarcham Iacob: quē legimus benedictiones patris, artifici impetraſ-
ſe mendacio. Ex quo perſpicuum eſt, quod niſi ita mentiti fuerimus: ut magnum nobis ex hoc
aliquod quæratur bonum: iudicandi ſimus, quaſi inimici eius, qui ait: Ego ſum ueritas. Hæc Ori
genes ſcripſit, negare non poſſumus: ſcripſit in his libris: quos ad perfectos & ad diſcipulos lo-
quebatur: docetq; magiſtris mentiendum: diſcipulos autem non debere mentiri. Qui ergo be-
ne mentitur: & abſq; ulla uerecundia quicquid in buccam uenerit confingit in fratres: magiſtrū

ſe optimum

A ſe optimum probat. Illud quoq; carpere dicitur: quod ſecundū pſalmum interpretans, pro eo quod legimus in latino, apprehēdite diſciplinam: & in Hebraico uolumine ſcriptū eſt נַשְּׁקוּ בַר naſcu bar, dixerim in cōmētariolis meis, adorate filiū. Et rurſum oīe pſalteriū in Romanū uertens ſonum: quaſi immemor expoſitionis antiquæ poſuerim, adorate pure: quod utiq; ſibi eſſe contrariū omnibus patet. Et reuera ignoſcendum eſt ei, ſi ignoret linguæ Hebraicæ ueritatem, qui interdū & in latinis hæſitat. נַשְּׁקוּ naſcu, ut uerbū de uerbo interp̄ter, καταφιλήσατε, id eſt deoſculamini dicitur: quod ego nolens tranſferre putide, ſenſum magis ſecutus ſum, ut dicerem, adorate. Quia em̄ qui adorāt ſolent deoſculari manū, & capita ſubmittere: quod ſe beatus Iob elementis & idolis feciſſe negat dicens: Si uidi ſolem cū fulgeret, & lunam incedentē clare: & lætatum eſt in abſcondito cor meum: & oſculatus ſum manum meā ore meo: quæ iniquitas maxima eſt, & negatio contra deum altiſſimum. Et Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem, deoſculationē pro uenerationē ponunt. Id tranſtuli, quod ipſi intelligunt, quorū uerbū eſt, בַּר Bar autē apud illos diuerſa ſignificat. Dicitur em̄ & filius: ut eſt illud: Bariona, filius columbæ: & Bartholomeus, filius Ptolomei: & Barchineus, & Barchiſeus & Barrabbas. Triticū quoq; & ſpicarū faſciculus & electus ac purus. Quid igitur peccaui, ſi uerbum ambiguū diuerſa interpretatione cōuerti? & qui in cōmentariolis, ubi libertas eſt diſſerendi, dixeram: adorate filium, in ipſo corpore, ne uiolentus uiderer interpres, & Iudaicæ calumniæ locum darem, dixerim: adorate pure ſiue electe: quod Aquila quoq; & Symmachus tranſtulerunt. Quid ergo eccleſiaſticæ fidei nocet, ſi doceat̄ lector, qd̄ modis apud Hebræos unꝰuerſiculus explanet̄? Origeni tuo licet tractare μεμψύχωσιν, innūerabiles mūdos introducere, & ratiōabiles creaturas alīs atq; alīs ueſtire corporibꝰ: Chriſtū q; dicere ſæpe paſſum, & ſæpius paſſurū: ut qd̄ ſemel profuit, ſemp̄ pſit aſſumptū: tibi quoq; ipſe tantā aſſumis authoritatē: ut de hæretico martyrē, de Origenis libris, hæreticoꝝ adulteria mentiaris. Mihi nō licebit diſputare de uerbis: & in cōmentariorum opere latinos docere, quod ab Hebræis didici? Niſi em̄ & prolixum eſſet, & redoleret gloriolā: iam nunc tibi oſtēderem, quid utilitatis habeat magiſtrorum limina terere, & artem ab artificibus diſcere: & uide
B res quanta ſylua ſit apud Hebræos ambiguorum nominum atq; uerborum. Quæ res diuerſæ interpretationi materiam præbuit: dum unuſquiſq; inter dubia, quod ſibi conſequentius uidetur, hoc tranſfert. Quid ad peregrina te mitto? Reuolue Ariſtotelem & Alexandrum Ariſtotelis uolumina differentē, & quāta ambiguoꝝ ſit copia, eorum lectione cognoſces: ut tandē deſinas amicum tuum in eo reprehendere, quod ne per ſomnium quidem aliquādo didiciſti. Sed quia Paulinianus frater meus, de cōmentarīs ad Epheſios quædam ab eo reprehēſa narrauit, & pauca ex his memoriæ tradidit, mihiq; ipſa demonſtrauit loca: nō debeo ſubterfugere, quæſoq; lectorem: ut ſi paululo in proponēdis & diluendis criminibus longior fuero, neceſſitati det ueniam. Non enim alterum accuſo, ſed me nitor defendere, & obiectam hæreſeos calumniam refutare. In epiſtolam Pauli ad Epheſios, tria Origenes ſcripſit uolumina. Didymus quoq; & Apollinarius propria opuſcula condidere. Quos ego uel tranſferens uel imitans, quid in prologo eiuſdem operis ſcripſerim, ſubīciam. Illud quoq; in præfatione cōmoneo: ut ſciatis Origenē tria uolumina in hanc epiſtolam conſcripſiſſe: quem & nos ex parte ſecuti ſumus: Apollinariū, etiam & Didymū quoſdam cōmentariolos ædidiſſe. Ex quibus licet pauca decerpſimus: & nonnulla quæ nobis uidebātur adiecimus, ſiue ſubtraximus: ut ſtudioſus ſtatim in principio lector agnoſcat hoc opus uel alienū eſſe uel noſtrū. Quicquid ergo in explanatione huius epiſtolæ uitī potuerit demōſtrari: ſi ego illud in Græcis uoluminibus, unde in latinū uertiſſe me dixi, oſtēdere non potuero: crimen agnoſcam, & meum erit, quod alienum non fuerit. Tamen ne rurſus uidear cauillari: & hac excuſationis ſtropha, gradum non audere conferre: ponam ipſa teſtimonia, quæ uocantur in crimen. In primo ſtatim uolumine teſtimoniū Pauli, in quo loquitur: ſicut elegit in ipſo nos ante conſtitutionem mundi: ut eſſemus ſancti & immaculati corā ipſo: ſic interpretati ſumus: ut electionem non iuxta Origenem eorum diceremus, qui prius fuerāt, ſed ad dei præſcientiam referremus. Deniq; diximus: quod autem electos nos, ut eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo: hoc eſt deo, ante fabricam mundi, teſtatus eſt, ad præſcientiam dei pertinet: cui omnia futura iam facta ſunt: & antequā fiant uniuerſa ſunt nota. Sicut & Paulus ipſe

C prædestinatur in utero matris suæ:& Hieremias in uulua sanctificatur,eligitur,roboratur, & in typo Christi propheta gentibus mittitur.Certe in expositione ista nullum crimen est:& Origene dicente contraria:nos ecclesiasticū sensum secuti sumus.Et quia commentatoris est officium multorum sententias ponere: & hoc me facturum in præfatione promiseram:etiam Origenis absq; inuidia nominis eius explanationem posui dicens:Alius uero qui deum iustum conatur ostendere,quod non ex præiudicio scientiæ suæ,sed ex merito electorum unumquemq; eligat: dicit ante uisibiles creaturas,cœlum,terram,maria,& omnia quæ in eis sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas in quibus & animas:quæ ob quasdā causas soli deo notas deiectæ sunt deorsum, in uallem lachrymarum,in locum afflictionis & peregrinationis nostræ,in quo sanctus constitutus orabat,ut ad sedem pristinā reuerteretur,dicens:Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,habitaui cum habitantibus cedar,multum peregrinata est anima mea.Et Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, melius est reuerti, & esse cum Christo.Et alibi: Anteq; humiliarer ego peccaui:& cætera his similia,quæ lōgum est scribere.Animaduertē quid dixerim:Alius uero qui deum iustum conatur ostendere: conatur ostendere inquā,non ostendit.Si autem in eo scandalum pateris,quare latissimam Origenis disputationem breui sermone comprehenderim,& lectori sensum eius aperuerim: atq; ex eo tibi occultus illius uideor esse sectator,quia nihil ab eo dictum prætermiserim:uide ne hoc idcirco fecerim:ut uestram calumniam declinarem,ne me diceretis quæ ab eo fortiter sunt dicta,tacuisse:& illum in Græco robustius disputare.Posui ergo omnia,licet breuius,quæ in Græco repperi: ut nihil haberent discipuli eius noui,quod latinorum auribus ingererent. Facilius enim nota q̄ repentina contemnimus.Exposita autem interpretatione eius,quid in fine capituli dixerimus,ausculta.Non em̄ ait Apostolus,elegit nos ante constitutionem mundi,cum essemus sancti & immaculati:sed elegit nos ut essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti & immaculati ante non fuimus,ut postea essemus.Quod & de peccatoribus ad meliora cōuersis dici potest: & sta
D bit illa sententia: Nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens:id est,in tota uita sua,in omni quo in mundo isto uersatus est tempore.Quod quidē ita intellectum, & aduersum eū facit, qui anteq; mundus fieret,animas dicit esse electas propter sanctitatem,& nullum uitium peccatorum.Non em̄ (ut ante iam diximus)eliguntur Paulus,& qui ei similes sunt,quia erāt sancti & immaculati,sed eliguntur & prædestinantur:ut in consequenti uita per opera atq; uirtutes, sancti & immaculati fiant:Et audet quisq; post huiusmodi sententiam:nos Origenis hæreseos accusare? Decem & octo ferme anni sunt,ex quo istos dictaui libros,eo tēpore quo Origenis nomen florebat in mundo,quo πῶ ἀρχῶν illius opus,latinæ aures ignorabant: Et tamen professus sum fidem meam,& quid mihi displiceret ostendi.Ex quo etiam si in cæteris aliquid hæreticum monstrare potuisset inimicus: nō tam dogmatū peruersor̄:quæ hic & in alijs libris sæpe damnaui,quā improuidi tenerer erroris. Secundū locū quē mihi ab eo reprehensum frater ostendit:quia ualde friuolus est:& apertam sui præfert calumniam,ponā breuiter. In eo testimonio ubi Paulus loquit̄:Sedere eū faciens ad dexterā suā in cœlestibus,super omnē principatū & potestatem & uirtutem & dominationē,& omne nomen quod nominatur:non solum in hoc sæculo,sed etiam in futuro:post multiplicem expositionem,cum ad ministrorū dei officia peruenissem,& de principatibus ac potestatibus & uirtutibus ac dominationibus dicerem, etiā hoc addidi:Necesse est,ut subiectos habeant,& timentes se,& seruientes sibi,& eos qui a sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum:nō solum in præsentiarum,sed etiam in futuro sæculo erunt:ut per singulos profectus & honores,ascensiones & descensiones,uel crescat aliqs uel decrescat:& sub alia atq; alia potestate,uirtute,principatu,& dn̄atione fiat.Et post exemplū terreni regis,totamq; palacij descriptionem:per quā diuersa ministeriorum dei officia demonstrabam:addidi: Et putamus deum, dominū dominorum,regemq; regnantiū, simplici tantū ministerio esse contentum? Quomodo archāgelus non dicitur,nisi qui prior est angelorum: sic principatus & potestates & dominationes non appellantur, nisi subiectos aliquos habeant & inferioris gradus. Sin autem putat idcirco me Origenē sequi:quia profectus & honores,ascensiones & descensiones,incremēta & imminutiones, in expositione mea posui:sciat multū inter/

esse

A esse de angelis & seraphim & cherubim dicere dæmones & homines fieri, quod affirmat Origenes: & ipsos inter se angelos diuersa officiorum genera esse sortitos, quod ecclesiæ nō repugnat. Quomodo & inter homines ordo dignitatum ex laboris uarietate diuersus est, cum episcopus & presbyter, & omnis ecclesiasticus gradus habeat ordinem suum: & tamen omnes homines sunt: sic & inter angelos merita esse diuersa: & tamen in angelica omnes persistere dignitate: nec de angelis homines fieri, nec rursum homines in angelos reformari. Tertius est reprehensionis locus, quod dicente apostolo: Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundātes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu: nos triplicem expositionem posuimus. In prima quid nobis uideret: in secunda quid Origenes opponeret: in tertia quid Apollinarius simpliciter explanaret. Quorū si nomina non posui, ignosce uerecundiæ meæ: non debui eos carpere, quos imitabar ex parte: & quorum in latinam linguam sententias transferebā: sed dixi, qui diligens lector est: statim requiret & dicet: & rursus in fine: alius uero hoc qđ ait, ut ostēderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ: ad illā intelligentiā transfert. Ecce (inquies) sub diligentis lectoris persona, Origenis sententias explicasti. Fateor errorem, non debui diligentē dicere, sed blasphemum: quod si feciſſem, & aliquo sciſſem uaticinio te istiusmodi næ/nias sectaturum, etiam calumniæ uerba uitassem. Grande crimen si Origenem diligentem dixi esse lectorem: cuius septuaginta libros interpretatus sum: quē in cœlū laudibus tuli, pro quo cōpulsus sum ante bienniū breui libello tuis contra me præconijs respondere. Ecclesiarū magistrum a me dictū esse Origenem, in tuis laudibus obijcis: & putas quod pertimescere debeam, si diligentem lectorem me illum dixisse inimicus accuses. Solemus & negociatores parcissimos, & frugi seruos, & molestos pædagogos, & argutissimos fures, diligentes uocare. Et in euāgelio uillicus iniquitatis prudenter quædam fecisse dicitur: & prudentiores sunt filij huius sæculi filijs lucis in generatione sua: & serpens sapientior erat omnibus bestijs, quas fecit dominus sup ter/
B rā. Quartus reprehensionis locus, exordium secundi libri possidet, in quo hoc Pauli testimoniū exposuimus: Huius rei gratia ego Paulus uinctus Iesu Christi pro uobis gētibus: & quia p se locus ipse manifestus est, eam tantū partē ponā explanationis, quæ patet calumniæ. Vinctū Christi Iesu Paulum esse pro gentibus, potest & de martyrio intelligi: quod Romæ in uincula coniectus, hāc epistolam miserit, eo tempore quo ad Philemonem, & ad Collossenses, & Philippenses, in alio loco scriptas esse monstrauimus. Vel certe, quia in plurimis locis lectum est uinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clausa teneatur in carcere: dicimus propterea Paulum corporis nexibus coerceri: nec reuerti & esse cum Christo: ut perfecta in gentes per eum prædicatio impleat: licet quidā aliū sensum in hoc loco introducāt: quod Paulus p̄destinatus & sanctificatus ex utero matris suæ ad prædicationem gentium antec̄ꝫ nasceretur: postea uincula carnis acceperit. Et in hoc loco triplicem, ut supra expositionem posui. In prima quid mihi uideretur: in secunda quid Origenes assereret: in tertia quid Apollinarius contra illius uadens dogmata sentiret. Lege Græcos commentarios, & nisi ita reppereris, crimen fatebor. Quod est in isto loco peccatum meum? Illud nimirum, pro quo supra respondi: quare non eos a quibus dicta sunt nominarim? Superfluum erat per singula apostoli testimonia, eorū nomina ponere, quorum me opuscula transtaturum in præfatione signaueram. Et tamen uinctam dici animam corpore: donec ad Christum redeat, & in resurrectionis gloria, corruptiuum & mortale corpus, incorruptione & immortalitate commutet, non absurdæ intelligētiæ est. Vnde & Apostolus: Miser ego (inquit) homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus mortis appellās, qđ uitijs & morbis & perturbationibus ac morti subiaceat: donec cū Christo resurgat in gloria: & fragile prius lutum, excoquatur feruore spiritus sancti in testam solidissimam: demutans gloriam, non naturam. Quintus locus ualidissimus est, in quo exponentes illud apostoli testimonium: Ex quo totum corpus compactum & conglutinatum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate: latissimā Origenis expositionē, & eosdem sensus per diuersa uerba uoluentē, breui sermone cōstrinximus: nihil exemplis & assertionibus illius auferentes. Cūq; peruenissemus ad finē, hæc subiecimus. Igit & in restitutione omniū, quādo corpus

C totius ecclesiæ nũc dispersum atq; laceratũ uerus medicus Christus Iesus sanaturus aduenerit: unusquisq; secũdũ mensurã fidei & agnitionis filij dei: quem ideo agnoscere dicitur, quia prius nouerat, & postea nosse desijt, suum recipiet locum, & incipiet id esse quod fuerat: ita tamen, ut non iuxta hæresim aliam omnes in una ætate sint, id est, omnes in angelos reformẽtur: sed unũ quodq; membrum iuxta mensuram & officium suum perfectum sit. Verbi gratia, ut angelus refuga id esse incipiat, quod creatus est: ut homo qui de paradiso fuerat eiectus, ad culturam iterum paradisi restituatur: & reliqua. Miror te hominem prudentissimum non intellexisse artem expositionis meæ. Quando em̃ dico (ita tamen ut non iuxta aliam hæresim omnes in una ætate sint positi: id est, omnes in angelos reformentur) ostendo & ea de quibus disputo esse hæretica, & ab alia hæresi discrepare. Quæ sunt ergo duæ hæreses? Vna, quæ dicit omnes rationabiles creaturas in angelos reformari. Altera, quæ asserit unumquodq; in restitutione mundi id fore quod conditũ est. Verbi gratia: quia ex angelis dæmones sunt, rursum dæmones angelos fieri: & animas hominũ, ita ut sunt conditæ: non in angelos, sed in id quod a deo sunt conditæ reformari: ut & iusti & peccatores æquales fiant. Deniq; ut scias me non meam explicasse sentẽtiam, sed inter se hæreses comparasse, quarum utrãq; in Græco legeram, disputationem meam hoc fine compleui. Idcirco (ut supra diximus) hæc apud nos obscuriora sunt: quia μεταφορϊκῶσ dicunt in Græco: & omnis metaphora, si de alia in aliam linguam transferatur ad uerbum, quibusdã quasi sentibus, orationis sensus & germina suffocãtur. Nisi hæc eadem in Græco reppereris, quid dictum est, meũ putato. Sextũ quod & extremum mihi obijcere dicitur: si tamẽ nihil in medio frater oblitus est: Cur illum locum apostoli interpretans, ubi ait: Qui uxorem suã diligit, seipsum diligit: Nemo em̃ unq̃ suam carnem odit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam: post simplicem expositionem, Origenis posuerim quæstionem, ex cuius persona tacito noïe dixerim: Opponi nobis potest, quod nõ sit uera sentẽtia dicentis apostoli: Nemo unq̃ carnem suam odit: cum morbo regio laborantes, pthisi, & cancro & distillationibus, mortem uitæ præferant, & sua oderint corpora: & statim quid ipse sentirem adiunxi: magis itaq; ad tropicam intelligentiam sermo referatur. Quando dico tropicam: doceo uerum non esse quod dicit, sed allegoriæ nubilo figuratum. Ponamus tamen ipsa uerba quæ in Origenis libro tertio continentur: Dicamus quod illam carnem quæ uisura sit salutare dei anima diligat, & nutriat & foueat eam, disciplinis erudiens, & cœlesti saginans pane, & Christi sanguine irrigans: ut refecta & nitida, possit libero cursu uirum sequi: & nullo debilitatis pondere prægrauari. Pulchre etiam in similitudinem Christi nutrientis & fouentis ecclesiam, & dicentis ad Hierusalem: Quoties uolui cõgregare filios tuos, ut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? animæ quoq; fouent corpora sua, ut corruptiuum hoc induat incorruptionem: & alarum leuitate suspẽsum, in aerem facilius subleuetur. Foueamus igitur & uiri uxores nostras: & animæ nostræ corpora: ut & uxores in uiros, & corpora redigãtur in animas: & nequaq̃ sit sexuum ulla diuersitas: Sed quomodo apud angelos, non est uir & mulier: ita & nos qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipiamus esse quod nobis in cœlestibus repromissum est. Supra simplicem expositionem quæ nobis in testimonio isto esse uidebatur expressimus, dicentes: Quantum ad simplicẽ intelligentiam pertinet, sancta inter uirum & uxorem charitate præcepta: nunc iubemur, ut nutriamus & foueamus cõiuges: ut scilicet eis uictum & uestitum, & ea quæ sunt necessaria præbeamus. Hæc nostra sententia est. Igitur omne quod sequitur, dicẽtes, opponi nobis potest: ostẽdimus non ex nostra, sed ex contradicentium intelligi debere persona. Quæ cũ sit breuis & absoluta responsio: & iuxta id quod supra diximus, etiam allegoriæ umbris, de eo quod est, ad id quod non erat deprauata: tamen accedam propius: & scisciter abor quid tibi in hac disputatione displiceat. Nempe quia dixerim, animas ut uiros fouere quasi uxores corpora sua, ut corruptiuum hoc induat incorruptionẽ: & alaq̃ leuitate suspensum, in aerem facilius subleuetur. Quãdo dico, corruptiuum hoc induat incorruptionẽ: non muto naturam corporum, sed augeo gloriam. Necnõ quod sequit, alarũ leuitate suspẽsum in aerẽ facilius subleuetur: qui alas assumit, id est immortalitatẽ, ut leuius ad cœlum uolet, nõ perdit esse quod fuerat. Sed dices, mouent me quæ sequunt: Foueam9 igit & uiri uxores & animæ nostræ corpora: ut & uxores in uiros, & cor-

D

pora

A pora redigantur in animas:& nequaq̃ sit sexuum ulla diuersitas:sed quomodo apud angelos non est uir,neq; mulier: ita & nos qui similes angelis futuri sumus,iam nunc incipiamus esse in terris,quod nobis in cœlestib9 repromissum est.Recte mouerent̃,nisi post priora dixissem,iam nunc incipiamus esse,quod nobis in cœlestibus repromissum est. Quãdo dico,hic esse incipiamus in terris,naturam non tollo sexuum:sed libidinem & coitum uiri & uxoris aufero,dicente apostolo:Tempus breue est, reliquum est:ut & qui habent uxores,sic sint quasi non habeãt.Et dñs interrogatus in euangelio: cuius de septem fratribus in resurrectione esse deberet uxor, ait: Erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem dei:in resurrectione em̃ neq; nubent, neq; nubẽtur, sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Et reuera ubi inter uirum & mulierem castitas est: nec uir incipit esse,ne fœmina:sed adhuc in corpore positi,mutantur in angelos:in quibus non est uir neq; mulier.Quod & in alio loco ab eodem Apostolo dicitur: Quicunq; in Christo baptiçati estis, Christum induistis:non est Iudæus neq; Græcus,nõ est seruus neq; liber,nõ est masculus neq; fœmina.Omnes enim unũ uos estis in Christo Iesu. Sed quoniã de confragosis & asperis locis enauigauit oratio: & hæreseos crimen impactũ tota frontis libertate reppulimus: ad alias eius accusationis partes,quibus nos mordere nititur,transeamus.E quibus prima est,me hominem maledicum,omnium detractorem,in præcessores meos genuinum semper infigere. Det unum, cuius in opusculis meis nomen taxauerim: uel quẽ iuxta artem illius,figurata laude perstrinxerim.Sin autem contra inuidos loquor:&.L.Lauinium uel Asinium Pollionem de genere Corneliorum,stili mei mucro conuulnerat:si histricosæ & liuidæ mentis hominem a me submouco:& ad unũ stipitem,cũcta iacula dirigo:quid uulnera sua partit̃ in multos?Quid ex impatientia respondendi,ostendit se esse qui petitur?Obĵcit mihi mixtum periurium sacrilegio: quod in libro quo ad instituendam Christi uirginẽ loquor:ante tribunal iudicis dormiens pollicitus sim,nunq̃ me litteris sæcularibus daturum operam: & nihilominus damnatæ eruditionis interdum meminerim.Nimirum iste est Salustianus Calphurnius: qui nobis per magnum

B oratorem,nõ magnam mouerat quæstionẽ: cui libello breui satiffecimus.Nũc quod instat pro sacrilegio atq; periurio somnĵ respondendũ est.Dixi me sæculares litteras deinceps non lecturum:de futuro sponsio est, nõ præteritæ memoriæ abolitio. Et quomodo(inquies)tenes,quod tanto tempore non relegis?Rursum si aliquid de ueteribus libris respõdero & dixero: adeo in teneris consuescere multum est: dum renuo, crimen incurro: & pro me testimonium proferens, hoc ipso arguor,quo defendor.Scilicet nunc longo sermone texendum est,quod probant conscientiæ singulorum.Quis nostrũ non meminit infantiæ suæ?Ego certe,ut tibi homini seueriss̃imo risum moueã: & imiteris aliquãdo Crassum:quẽ semel in uita dicit risisse Lucilius: meminime puerũ cursitasse per cellulas seruulorũ: diem feriatũ duxisse lusibus: & ad Orbiliũ sæuientẽ de auiæ sinu tractũ esse captiuũ. Et quo magis stupeas,nũc cano & recaluo capite,sæpe mihi uideor in somnis comatulus:& sumpta toga,ante rhetorẽ controuersiolã declamare.Cũq; experrectus fuero,gratulor me dicendi periculo liberatũ.Crede mihi multa ad purum recordatur infantia.Si litteras didicisses:oleret testa ingenioli tui,quo semel fuisset imbuta.Lanarũ conchylia nullæ aquæ diluunt.Etiã asini & bruta animalia,q̃uis in longo itinere,nouerunt secũdo diuerticula.Miraris si ego litteras latinas non sum oblitus,cũ tu Græcas sine magistro didiceris?Septẽ modos conclusionum,dialectica me elementa docuerunt:quid significet ἀξίωμά,quod nos pronunciatum possumus dicere,quomodo absq; uerbo & nomine nulla sententia fit.Soritarũ gradus,pseudomeni argutias,sophismatum fraudes.Iurare possum me postq̃ egressus de schola sum,hæc nũq̃ omnino legisse.Bibendũ mihi erat igitur de Lethæo gurgite iuxta fabulas poetarũ:ne arguar scire qd̃ didici.En tu q in me paruã criminaris scientiã,& uideris tibi litteratulus at q; rabbi:respõde,cur scribere aliqua ausus sis:& uirũ disertissimũ Gregoriũ pari æloquĵ splẽdore trãfferre. Vnde tibi tãta uerbor̃ copia: sententiar̃ lumẽ,trãslationũ uarietas,homini,q oratoriã uix primis labris in adolescẽtia degustasti?Aut ego fallor,aut tu Ciceronẽ occulte lectitas, Et ideo tã disert9 es,mihi q; lectiõis ei9 crimẽ intẽdis,ut solus inter ecclesiasticos tractatores ælo/quẽtiæ flumine gl̃ieris:licet magis philosophos seq uidearis,spinas Cleãtis:& cõtorta Chrysippi nõ ex arte quã nescis: sed de ingenĵ magnitudine.Et qm̃ Stoici logicã sibi uindicãt:& tu hui9 sciẽtiæ de

C tiæ deliramenta contemnis: in hac parte Epicureus es. Nec quæris quŏ, ſed quid loquaris. Quid eñ ad te pertinet: ſi alius non intelligat, quid uelis dicere: quia nō ad oēs, ſed ad tuos loqueris? Deniq; & ego ſcripta tua relegens, q̄q̄ interdum non intelligā quid loquaris: & Heraditū me legere putem: tamen non doleo, nec me pœnitet tarditatis. Id enim in legēdo patior, quod tu pateris in ſcribendo. Hæc dicerem, ſi quippiam uigilans promiſiſſem. Nunc autem nouum impudentiæ genus, obiȷcit mihi ſomnium meum. Vtinam celebritas loci & ſanctorū de toto orbe cō uentus, ſineret me diuinas ſcripturas legere. Intantū ſpacia non habeo externa meditandi. Sed tamen qui ſomnium criminatur: audiat prophetarū uoces, ſomnijs nō eſſe credendū: quia nec adulteriū ſomnȷ̄ ducit me ad tartarū: nec corona martyrȷ̄ in cœlū leuat. Quoties uidi me eſſe mortuū, & in ſepulchro poſitū? Quoties uolare ſuper terras, & mōtes ac maria natatu aeris trāſ fretare? Cogat ergo me non uiuere, uel pennas habere per latera: quia uagis imaginibus mens ſæpe deluſa eſt. Quanti in ſomnis diuites, apertis oculis repente mendici ſunt? Sitientes flumina bibunt: & experrecti, ſiccis faucibus æſtuant. Tu a me ſomnȷ̄ exigis ſponſionem: ego te ueriꝰ ſtrictiuſq; conueniā. Feciſti omnia quæ in baptiſmate promiſiſti? Quicquid monachi uocabulum flagitat, noſtrum uterq; cōpleuit? Caue quæſo, ne per trabem tuam, feſtucā meā uideas. Inuitus loquor, & retrectantē linguā, dolor in uerba cōpellit. Nō tibi ſufficiunt, quæ de uigilante confingis: niſi & ſomnia crimineris. Tantā habes curioſitatē meorū actuū: ut quid dormiens fecerim, dixerim ue, diſcutias. Prætermitto, quæ contra me loquens, propoſitum tuū deturpaſti: quæ in depompationē omniū Chriſtianorū, & uerbis & opere feceris. Hoc unū denūcio, & repetens iterꝫ iterūq; monebo. Cornutā beſtiā petis, & niſi cauerē illud apoſtoli: maledici regnū dei non poſſidebunt: & mordentes inuicem, conſumpti eſtis ab inuicem: iā nunc ſentires de parua ſubdolaq; concordia, magnā tibi in mundo ortam eſſe diſcordiā. Quid tibi prodeſt, apud notos pariter & ignotos in nos maledicta cōgerere? An quia Origeniſtæ non ſumus, & in cœlo nos peccaſſe neſcimus, in terris arguimur peccatores? Et ideo in concordiā rediuimus: ut mihi loD qui contra hæreticos non liceret? ne ſi illos deſcripſero, tu te appetitum putes? Quamdiu non renuebā laudationē tuā: ſequebaris ut magiſtrū, fratrē & collegā uocabas, & catholicū in omnibus fatebaris. Poſtq̄ nō agnoui laudes tuas, & me indignum tanti uiri præconio iudicaui, ilico uertis ſtilū, & omnia laudata prius uituperas: de eodē ore & dulce proferens & amarum. Sentis ne quid taceā? Quod æſtuanti pectori uerba nō cōmodē? & cū pſalmiſta loquar: Pone dñe cuſtodiā ori meo, & oſtiū circūſtantiæ labijs meis? Nō declines cor meū in uerba maliciæ. Et alibi: Cū cōſiſteret aduerſum me peccator, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui a bonis. Et rurſus: Factus ſum quaſi homo non audiens, nec habens in ore ſuo redargutiones. Sed pro me ultor tibi dñs reſpondebit: qui dicit per prophetā: Mihi uindicta, & ego retribuā dicit dñs. Et in alio loco: Sedēs aduerſus fratrē tuū loquebaris, & aduerſus filiū matris tuæ ponebas ſcādalū. Hæc feciſti & tacui, exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis: arguā te, & ſtatuā cōtra faciē tuā: ut in te uideas cōdēnata, quæ falſo in alijs criminaris. Audio præterea obiȷci mihi a Chryſogono ſectatore eiꝰ: cur in baptiſmate dixerim uniuerſa peccata dimitti: & mortuo bimarito, nouū uirū in Chriſto reſurgere: atq; iſtiuſmodi ſacerdotes in eccleſijs eſſe nōnullos. Cui breui ſermone reſpondebo: habent libellū, quē in crimen uocāt: ille reſpondeat: hūc ſua diſputatiōe ſubuertat, & ſcripta ſcriptis arguat. Quid auſteritate frontis & cōtractis rugatiſq; naribus, concaua uerba trutinatur: & ſanctitatē apud uulgus ignobile ſimulato rigore mentitur? Audiat nos iterū proclamantes: ueterē Adam in lauacro totū mori, & nouū cum Chriſto in baptiſmate ſuſcitari: perire choicum, & naſci ſupercœleſtem. Hæc dicimus, non quod ipſi propicio Chriſto hac quæſtione teneamur: ſed interrogati a fratribus: quid nobis uideretur, reſpondimus: nulli præiudicantes ſequi quod uelit: nec alterius decretū, noſtra ſententia ſubuertētes. Neq; eñ ambimus ſacerdotium, qui latemus in cellulis: nec humilitate dānata, epiſcopatū auro redimere feſtinamus: nec electū pontificē a deo, rebelli cupimus mēte iugulare: nec fauendo hæreticis, hæreticos nos docemꝰ. Pecunias nec habemus, nec habere uolumꝰ: habētes uictū & ueſtitum his contenti ſumus: illud deaſcēſore mōtis dñici iugiter decantantes: Qui pecuniā ſuā nō dedit ad uſurā, & munera ſup innocentē nō accepit. Qui facit hæc, nō mouebit in æternū. Ergo q̄ nō facit, iā corruit in æternū.

A Πάρμακον θαμάσιμον.) Id est,uenenum mortiferum. Prædicationis diasyrticæ strophis.) διὰ σύρω Græce est distraho,siue dilacero. Stropha est oblique tortꝰ sermo, id est cũ aliud agimꝰ, ꝯ oratio præ se ferat: ut si qd dissuadẽdo suadeamus,laudando uituperemus. Figuratũ itaq; morsum,diasyrticas strophas appellat. Male sarta.) Id est reconciliata:nequaꝯ coit,id est frustra connectitur,& rescinditur. Trãslatum est a sartura uestis. Est autem carmẽ ex epistolis Horatianis. Et nihili hominẽ.) Id est,nullius precij,& cõtemptissimum. Hoc admonui,quod hũc locum offenderim mire deprauatũ,sed non uno modo. Et ἀρτιώσεως Marcionis.) Nam id scriptum fuisse cõiecto ex uestigijs quibusdam codicum.ἀρτίωσις Græce instauratio est.Sentit eñ illum renouasse Marcionis hæresim ex suis libris. Et illius repente doctrinã.) Hæc Ironiã habent,cum ille nunq; fuerit doctus, & ipse pro docto sit habitus. Sic pater ille deus.) Verba sunt Aeneæ optantis ut Mœcentius secũ cõgrediat̃,ita ut minitabat̃.Locus est Aeneidos libro decimo.Aliquot uerbulis cõmutatis,Hieronymus carmẽ ad suam accõmodauit sententiam. Quãuis librauerit.) In nonnullis erat,limauerit.Forte uibrauerit legendum, Cerealiaq; arma.) Palam irridet aduersarios.Cerealia arma dicuntur,quibus frumentum molitur,pinsitur & coquitur: quæ omnia sordida sunt.Et addidit,fessi rerum,hoc est, adacti inopia. Alluśit autem imo retulit uerba Maronis e primo Aeneidos. De mundi uel intermundis.) Sic eñ habebant quædam exemplaria. Sic autem dixit intermũdum ut nos interregnum. Sub authoritate testis.) Nam martyr Græce testẽ significat. Et inclytus ἀσύμτας.) Sic habebatur.Quidam codices indicant scribendũ esse συγγραφεύς, id est scriptor. Mihi magis probatur συμτάκτης,id est cõpositor.Nam illud tractator, ab interprete quopiã additum est.Et σύμταγμα,librum studio elaboratum significat,& mox sequitur de syntagmate. Ita ut corruptum.) κορυφαῖον legendum est,non corruptum,hoc est ducem & antesignanũ.κορυφὴ Græce uertex & apex est. Vnde Coryphæum uocant summum & principem cæterorum. Et in isto uolumine ψευδεπιγράφῳ.) Id est,falsæ inscriptionis siue falsi tituli. Palinodiam.) Id est recantationem, quod uulgo uocãt reuocationem. Stesichorus enim uituperata uersibus Helena oculis orbatus est,donec eadem laudata recepit. τῆς ἀπολογίας.) Id est defensionis. Sardanapalum.) Rex Assyriorũ fuit Sardanapalus,uir quauis muliere corruptior. Sapientiæ columẽ.) Ironia amarulentior. Columina uocamus principes & summos,quasi columnas. Ad certa peruenia.) Ex latinis uestigijs codicũ conijcio subijciendã hoc loco Græcã uocẽ ἀντίμαχον, id est aduersarium,uel ἀντίζηλον,id est æmulum,uel ἀντίπαλον,id est aduersarium.Malim ὁμογέροντα,aut ἀθηνογέροντα,si quid suffragarentur exẽplaria, ut intelligas senem discipulum.Hac uoce & alias in Ruffinum utitur. Bonus trapeçita.) Id est argentarius siue mẽ-
B sarius. Sus mineruam.) Minerua dea iuxta fabulas poetarum præses est ingeniorum & artiũ. Sus animal stupidissimum & indocile.Ita dicunt sus Mineruam,subaudi docet,cum indoctus docet doctissimũ, stultus consilium dat sapienti. In syluam ligna.) Qui docet eum qui abundat doctrina,ligna deportat in syluam, unde petuntur ligna. Alluśit ad Horatianum illud. In syluam non ligna feras insanius.

Aristarchus nostri.) De Aristarcho censore scriptorum, alias diximus. Cernulus.) Legendum opinor cernuus, hoc est pronus & intentus, quod Graeci dicũt ἐπικύπτων. Vsus est hoc uerbo Prudentius in hymno ante cibum dicendo.Quod modo cernua fœmineis uipera proteritur pedibus. Hyperbata.) Cum multis interiectis uerbis, sermonis series perturbatur.Fit autem aliquãdo ut in huiusmodi scriptor parum attentus,non reddat id quod cœpit, oblitus sui. Hiulcã fugere.) Creber consonantium concursus asperiorem facit orationẽ, Creber uocalium coitus, hiulcam,hoc est hiantem facit.Nam uocales oris hiatu pronunciantur. Eligat ipse quod uitio.) Significat nihil illic esse non uitiosum. Ne illud quidẽ Socrati.) Hoc loco uerbum debuerat,additum uidetur ab indocto quopiã. Satis erat,ne illud quidẽ Socraticũ nosse:ut infinitũ ponatur abrupte ,ppter affectũ admirationis. Nauẽ agere ignarus timet) .Versus sunt Horatij ex epistola ad Augustum. Abrotanum herba medica est,quæ minore tamẽ periculo datur ꝯ elleborum. Vultũ Draconis euoluam.) Alluśit ad locũ qui est in Iob cap. 41. de Leuiathan. Quis reuelabit faciem indumenti eius.Ac mox,portas uultus eius quis aperiet? Dissimulabat.) Seruit argumentationi Hieronymus. Nam in alia quadam epistola, palam dicit Paulum ignorasse Græcam grammaticam Mussitare.) Est tacite timideq; loqui. Inter paruulos.) Græca desunt.Ex latinis litterarum uestigijs legendum conijcio Ἀθηνογέρων, quasi dicas,senex scholasticus.Nã Minerua studijs præsidet quæ Græcis Athena dicitur. Crœsos.) Venuste mutauit numeꝝ,id est,ꝯuis elatus sit diuitijs. Plus olei.) Quia ad lucernulam lucubrabat. Vt a cane ῥῶ.) Demosthenes cum primum accederet ad rhetoricam, primam rhetoricæ litteram non poterat exprimere,nempe,r,quam litteram caninam uocant: hanc enim exprimunt canes rixantes. Nõ tu in triuijs.)Ex Aeglogis Vergilianis. Cirrhatorum turba.) Cirrhatos pueros appellat ob capillos nondum attonsos: ita Persius. Ten Cirrhatorum centum dictata fuisse.

Milesiorum.) Milesia uocat lasciuas fabulas, cuiusmodi sunt Apulei de Asino aureo.De quo copiose politissimus ille Politianus in sua centuria. Testamentum suis.) Apparet simile fuisse argumentum de sue testamẽtũ condente,quod Bessos,hoc est,barbaros magnope delectaret.De Bessis diximus in Epitaphio Nepotiani. Fictus Hariolus.) Qui fingit se posse diuinare. Nares uerberat.) Dũ offert olfaciẽdũ aliqd,ut ita risus causa nasum feriat,aut gustandũ offert,ut os pungat.Scorpionẽ uocat uncũ ferrũ,aut simile quiddã. Origenis &uos.) Quidã addiderãt,hæc Origenis,omnẽ uno pronomine subuertẽtes sentẽtiã.Nã hactenus Origenes recitauit Platonis uerba.Quæ sequũtur ipsius sunt.Ideo addidit Origenis: ut intelligas ab ipso subijci non ex Platone citari. καταφιλήσατε.) Id est, deosculamini. Nam hanc uocem reposui ex uestigijs latinorum codicum, quam & alibi in huius scriptis deprehendimus ,ueteres enim osculo adorabant. Alexandrum.) Aphrodiseum intelligit, cuius extant problemata.

Ne per

C Ne per ſomniũ quidẽ.) Prouerbialiter dictũ eſt, οὐδ' ἐν καθόδῳ pro eo quod eſt, ne leuiter quidẽ. Quia prius nouerat.) Indicat elegantiam uerbi. Agnoſcimus em̃ proprie prius cognita. Cognoſcimus quæ diſcim⁹. Quia ἀλληγορικῶς.) Allegorice, qdã codices μεταφορικῶς. Nihil aũt intereſt, niſi quod allegoria perpetua metaphora eſt. Morbo regio.) Hic eſt quẽ Græci uocant Ictericũ. Phthiſis.) Id eſt tabe, Græce φθίσις. Quãq; magis arbitror legẽdũ φθειρίασι, id eſt morbo pediculari, q fœdus eſt, & intolerabilis, quẽadmodũ & cancer. Lauinius.) Lauinius inuidebat Terentio. Aſini⁹ Pollio infenſus erat Ciceroni & inuidebat gloriæ illius, ut teſtat Seneca in cõtrouerſijs. Si hiſtriculæ.) Quidã codices habebãt hiſtricolæ, legẽdũ opinor, hiſtricoſæ, Hiſtrix animal eſt ex genere herinaceorũ, qd' tergũ habet ſpinis obſitũ, quaſ cũ uult eiaculatur. Vnde hiſtricoſæ mẽtis uocat, q ſpinas in animo habet, qbus alios petat. Saluſtianus Calphurnius.) Ita ſubinde uocat Ruffinum, ut indoctum & Craſſum. Quis autem is fuerit, quoniam huius hiſtoriæ interciderũt exceptis pauculis fragmentis, non facile eſt explicare. Adeo in teneris.) Hemiſtichiũ eſt Vergilianum, & ideo addit, dum renuo crimen incurro. Dum negat ſe legere poetas, citat carmẽ poetæ. Ad Orbilium fæuientem.) Orbilius ludi litterarij magiſter fuit, quem Horatius plagoſum uocat: cuiuſmodi ſunt ferme omẽs. Hoc loco quidam portenta quædam induxerant, ad horribiliũ perſonas pauentem. Comatulus.) Id eſt cirrhatus, ut ante dixit, hoc eſt ſomniabat ſe puerum adhuc. Conchylia.) Id eſt purpuræ. Ἀξίωμα.) Quã nunc propoſitionem uocãt, ueteres uarijs appellabant nominibus, ut teſtatur Gellius. Soritarum gradus.) Soriten Græci, latini uocant acerualem, inſidioſum ſyllogiſmũ, Vt, triginta ãnos natus, non eſt ſenex. Quid ſi accedat dies? Non, qd ſi alter? Et ſic gradatim interrogando nunc̃q; fiet ſenex. Vnus nummus non facit diuitem, quid ſi accedat unus, quid ſi unus. Pſeudomeni argutias.) ψευδόμενος Græce mentiens. Eſt & hoc inſidioſum ſyllogiſmi genus, ſeipſum deſtruentis, Cretẽſes mendaces. Si uerum eſt, nõ ſunt mendaces, cum Epimenides qui hoc dixit fuerit Cretenſis. Si falſum eſt: non dixit uerum Epimenides. Igitur mendaces Cretenſes. Sophiſmatum fraudes.) Elenchos intelligit, qui uarijs modis decipiunt, Equiuocatione, Amphibologia. Diuiſione, & alijs huiuſmodi rationibus, quas tradidit Ariſtoteles. De Letheo gurgite.) Videlicet ut poſſet obliuiſci. Et Heraclitum.) Heraclitus data opera obſcurus fuit in libris. Vnde cognomẽ inditum Scotini, id eſt tenebricoſi. De hoc Socrates dixit, ad illius libros intelligẽdos, opus eſſe Delio natatore. At o deus bone, quid ſi Hieronym⁹ audiſſet quoſdam huius ætatis theologos rhetoricantes, & abyſſalem illam ſuam ſapientiam prodigioſis ſchematis efferentes. Nonnullis in locis uidetur diuus Hieronymus ſecũ pugnare. Siquidem in epiſtola, in qua narrat hoc ſomnium, plane negat fuiſſe ſomnium, ſed reperiſſe ſe ſcapulas plagis liuentes: hic ridet tanc̃q; friuolum ſomnium. Propoſitum tuum.) Cum & ipſe monachus eſſet. In depompationẽ.) Id eſt in traductionem & infamationem. Nam in pompis circũferebantur quædam ſpectanda populo.

D Periſſe Choicum.) χοϊκόν, id eſt terrenum dictum apparet Græce quaſi χοϊκός, id eſt puluereus. Nam χοῦς puluis.

APOLOGIAE HIERONYMI ADVERSVS RVFFINVM LIBBR SECVNDVS.

HAcuſq; de criminibus, imo pro criminibus meis: quæ in me quõdam ſubdolus laudator ingeſſit, & diſcipuli eius conſtantius arguunt: non ut debui, ſed ut potui, moderato dolore reſpondi. Propoſitum quippe mihi eſt, non tam alios accuſare, c̃q; me defendere. Veniam ad apologiã eius, qua ſancto Anaſtaſio, Romanæ urbis epiſcopo ſatiſſacere nititur: & in defenſionẽ ſui, mihi rurſum calumniam ſtruit, tantumq; me diligit, ut raptus turbine: & in profunda demerſus, meum potiſſimum inuadat pedem, ut mecum aut liberetur, aut pereat. Dicit ſe primum reſpondere rumoribus, quibus illius Romæ carpatur fides, hominis probatiſſimi tã in fide, c̃q; in charitate dei. Et niſi poſt triginta annos parentibus redditus: nollet eos deſerere, quos tam tarde uiderat, ne inhumanus putaretur, aut durus: & tam longi itineris labore fragilior, ad iterandos labores eſſet infirmus, ipſum uenire uoluiſſe. Quod quia non fecerit, contra latratores ſuos miſiſſe baculum litterarum: quem ille teneret in dextera, & ſeuientes contra ſe abigeret canes. Si ꝓbatus eſt cunctis, & maxime ipſi cui ſcribit epiſcopo in fide & charitate dei: quomodo Romæ mordetur & carpitur, & appetitæ æſtimatiõis eius fama crebreſcit? Deinde cuius eſt humilitatis, probatum ſe dicere in fide & charitate dei, cum apoſtoli petant: Dñe adauge nobis fidem: & audiant: Si habueritis fidem, ut granum ſinapis. Et ad ipſum dicatur Petrum: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Quid loquar de charitate, quæ & fide & ſpe maior eſt: & quã Paulus optat potius c̃q; præſumit: ſine qua & martyrio ſanguis effuſus, corpuſq; flammis traditum, coronam non habet præmiorum? Harum utrãq; iſte ſic ſibi uindicat: ut tamen contra ſe habeat latratores: qui niſi inuicti pontificis baculo repellantur, latrare nõ ceſſant. Illud uero ridiculum, quod poſt triginta annos ad parentes ſe reuerſum eſſe iactat, homo qui nec patrem habet, nec

matrem

A matrem:& quos uiuentes iuuenis dereliquit,mortuos ſenex deſyderat:niſi forte parentes milita
ri uulgariq; ſermone,cognatos & affines nominat:quos quia non uult deſerere,ne inhumanus
putetur aut durus, idcirco patria derelicta, Aquilegiæ habitat. Periclitatur Romæ illa proba-
tiſſima fides eius:& hic ſupinus & laſſulus poſt triginta ānos p̄ molliſſimū Flaminiæ iter,eſſedo
uenire non poteſt:ſicq; prætendit longi itineris laſſitudinē,quaſi triginta annis ſemper cucurre
rit:aut biennio Aquilegiæ ſedens,præteriti itineris labore cōfectus ſit. Carpamus reliqua, & ip̄a
epiſtolæ eius uerba ponamus. Quāuis igitur fides noſtra:perſecutionis hæreticorum tempore,
cum in ſancta Alexandrina eccleſia degeremus in carceribus & exilijs,quæ pro fide inferebant
p̄bata ſit. Miror qd̄ non adiecerit,uinctus Ieſu Chriſti,& liberatus ſum de ore leonis:& Alexā-
driæ ad beſtias pugnaui:& curſum conſummaui: fidem ſeruaui, ſupereſt mihi corona iuſticiæ.
Quæ malum exilia,quos iſte carceres nominat? Pudet me apertiſſimi mendacij: quaſi carceres
& exilia abſq; iudicum ſententijs irrogētur. Volo tamen ipſos ſcire carceres,& quarum prouin-
ciarum ſe dicat exilia ſuſtinuiſſe. Et utiq; habet copiā de multis carcerib⁹ & infinitis exilijs unū
aliquod nominandi. Prodat nobis confeſſionis ſuæ acta,quæ hucuſq; neſciuimus:ut inter alios
Alexandriæ martyres huius quoq; geſta recitemus:& contra latratores ſuos poſſit dicere: De
cætero nemo mihi moleſtus ſit,ego em̄ ſtigmata dñi noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.
Tamen & ſi quis nunc eſt,qui uel tentare fidem noſtram cupit,uel audire,uel diſcere:ſciat quod
de trinitate ita credimus:& reliqua. Supra contra canes tuos baculum epiſcopo porrigis:quo p̄
te munitus incedat: Nunc quaſi ambigens dicis:Si quis eſt qui tentare fidē noſtrā cupit:denuo
dubitas,cum multorū latratus ad te uſq; peruenerint. Nō diſcutio parumper elocutiones tuas,
quas & tu contemnis & deſpicis,tantum ſenſibus reſpondebo. Aliud a te quæritur,& pro alio ſa
B tiſfacis. Contra Arrij dogmata, iam Alexandriæ in carceribus & exilijs dimicaueras, non uoce
ſed ſanguine: Nūc ſuper Origenis hæreſi tibi calumnia cōmouetur. Nolo cures quæ ſana ſunt,
uulnera medicare. Trinitatē dicis unius eſſe deitatis. Hoc toto credente iam mundo:puto quod
& dæmones confiteantur filium dei natum de Maria uirgine,& carnem naturæ humanæ atq;
animam ſuſcepiſſe. Si arctius quid rogauero,contentioſum uocabis. Si dicis filium dei huma-
næ naturæ carnē atq; animam ſuſcepiſſe:oro te,ut abſq; ſtomacho reſpondeas: anima iſta quā
ſuſcepit Ieſus,erat ne anteq̄ naſceret ex Maria? An in origine uirginali: quæ de ſpiritu ſancto
naſcebatur,cum corpore ſimul creata eſt:uel iam in utero corpore figurato,ſtatim facta & miſ-
ſa eſt de cœlo? E tribus unum quid ſentias,ſcire deſydero. Si fuit anteq̄ naſceret ex Maria: nec
dum ergo erat anima Ieſu,& agebat aliquid: ac propter merita uirtutum poſtea facta eſt ani-
ma eius. Si cœpit,ex traduce. Humanarum igitur animarum,quas æternas fatemur, & brutorū
animantium,quæ cum corpore diſſoluuntur,una conditio eſt. Sin autem figurato corpore ſta-
tim creatur & mittitur:fatere ſimpliciter,& nos ſcrupulo libera. Nihil horum loqueris:ſed occu-
patus in alijs,ſimplicitate noſtra abuteris:& præſtigijs pompaq; uerborum hærere nos non ſi-
nis quæſtioni. Quid(inquies),nonne quæſtio erat de reſurrectione carnis & pœnis diaboli? Fa
teor. Ergo breuiter pureq; reſponde. Non quæro quod ſcribis eādem carnem reſurgere, in qua
uiuimus, nullo membro amputato: nec aliqua parte corporis deſecta:hæc em̄ tua uerba ſunt:
ſed quæro (quod Origenes negat) utrum in eodem ſexu quo mortua ſunt corpora ſuſcitentur:
& Maria Maria, Iohannes reſurgat Iohannes: An commixto ſexu atq; turbato, nec uir, nec fœ
mina ſit,ſed utrūq; uel neutrum: Et an ipſa corpora incorrupta & immortalia:&(ut argute præ
mones)iuxta Apoſtolum ſpiritualia permaneant in æternum:& non ſolum corpora, ſed caro
& ſanguis infuſus uenis & oſſibus irrigatus,quæ Thomas tetigit: An certe paulatim reſoluant
in nihilum,& ad quatuor unde compacta ſunt elementa,retrahātur? Hæc aut dicere debueras,
aut negare, & nō ea loqui quæ ſubdole Origenes fatetur, ut quaſi fatuis & pueris illudens, nul-
lo mēbro amputato,nec aliqua corporis parte deſecta. Scilicet hoc timuim⁹,ne ſine naſo & auri
bus ſurgeremus:& amputatis ſectiſq; genitalib⁹,eunuchorū in cœleſti Hieruſalē ciuitas cōdere-
tur. Porro de diabolo ſic ſententiam temperat. Dicimus quoq; & iudicium futurum, in quo iu-
dicio unuſquiſq; recipiet propria corporis, pro ut geſſit,ſiue bona ſiue mala. Quod ſi homines
recepturi ſunt pro operibus ſuis: quantomagis & diabolus:qui omnibus extitit cauſa peccati?

C De quo illud ſentimus quod ſcriptū eſt in euangelio: quia & ipſe diabolus, & oīes angeli eius, cum his qui opera eius faciunt, id eſt, qui criminantur fratres: cum ipſo pariter æterni ignis hæreditate potientur. Si quis ergo negat diabolum æternis ignibus mancipari: partem cū ipſo æterni ignis accipiat, ut ſentiat quid negauit. Repetamus ſingula. Dicimus (inquit) futurum iudiciū: in quo iudicio, & cætera. Sup uerborū uitiȝs tacere decreuerā, ſed quia diſcipuli eius mirant' ælo quentiam præceptoris, pauca perſtringam. Dixerat iudicium futurum, ſed homo cautus timuit ſolum dicere, in quo, & poſuit, in quo iudicio: ne ſi non ſecundo repetiſſet iudicium: nos obliti ſuperiorū, pro iudicio aſinum putaremus. Illud quoq; quod poſtea infert: qui criminātur fratres, cum ipſo pariter æterni ignis hæreditate potientur, eiuſdem eſt uenuſtatis. Quis em̄ unc̄ audiuit potiri ignibus, & frui ſupplicijs? Sed homo Græcus uidet' mihi ſeipſum interpretari uoluiſſe: & pro eo quod apud eos dicit' κληρονομήσουσιμ, & apud nos uno uerbo dici poteſt hæreditabūt, cōpoſitius & ornatius dixiſſe, hæreditate potientur. Iſtiuſmodi nugis & acyrologijs, omnis eius ſcatet oratio. Sed reuertamur ad ſenſum. Grandi diabolus lancea percutitur (qui omnibus exti tit cauſa peccati) ſi pro operibus ſuis, quaſi homo redditurus eſt rationem, & cum angelis ſuis æterni ignis hæreditate potietur. Hoc em̄ deerat: ut hominibus torm̄to ſubditis: ille potiretur ignibus æternis, quos tanto tempore deſyderauerat. Et uideris mihi calumniam in hoc loco facere diabolo, & criminatorem omnium, falſis criminibus accuſare. Dicis em̄, qui oīmbus extitit cauſa peccati: & dum in illum refers crimina, homines culpa liberas, tolliſq; arbitrij libertatē, ſaluatore dicente, quod de corde noſtro exeunt cogitatiōes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Et rurſum de Iuda in euangelio legimus: Poſt buccellā intrauit in eum Satanas, quia ante buccellā ſponte peccauerat: & nec humilitate, nec dæmētia ſaluatoris flexus eſt ad pœnitentiam. Vnde Apoſtolus: Quos tradidi (inquit) ſatanæ: ut diſcant non blaſphemare. Et in alio loco. Tradidi huiuſmodi Satanæ, in interitū carnis, ut ſpirit9 ſaluus fiat. Tradidit eos Satanæ, quaſi tortori ad puniendum: qui antec̄ traderētur, uolūtate propria blaſphemauerant. Et Dauid: ab occultis (inquit) meis munda me domine, & ab alienis parce ſer
D uo tuo: breuiter & ſuæ uoluntatis errorem & uitiorū incentiua ſignificās. In Eccleſiaſtico quoq; legimus: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper cor tuum, locum tuum ne dimiſeris. Ex quo liquido apparet, ſi dederimus aſcendenti locum, nos peccaſſe qui dederimus, & aſcendētem muros hoſtem non præcipitem deturbauerimus. Quod autē imprecaris fratribus: hoc eſt criminatoribus tuis, æternos ignes cum diabolo: non tam fratres mihi uideris premere, c̄ diabolum ſubleuare, cum ijſdem quibus homines Chriſtiani ignibus puniendus ſit. Ignes autem æternos quos intelligere ſolet Origenes, puto quod te non fugiat, conſcientiam uidelicet peccatorum, & pœnitudinem interna cordis urentē. De qua & Eſaias loquitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorū non extinguet'. Et ad Babylonem ſcriptū eſt: Habes carbones ignis, ſedebis ſuper eos: Hi erūt tibi in adiutorio. Et in pſalmo pœnitens audit: Quid detur tibi, aut qd apponatur tibi ad linguā doloſam? Sagittæ potentis acutæ, cū carbonibus deſolatorijs: ut linguā doloſam, ſagittæ præceptorū dei (de qbus in alio loco propheta dicit: Verſatus ſum in miſeria, dū cōfigit' mihi ſpina) uulnerent atq; confodiant, & peccatorꝝ in ea ſolitudinē faciant. Illud quoq; teſtimonium, in quo dñs loquitur: Ignem ueni mittere ſuper terram, & quem uolo ut ardeat, ſic interpretatur: Omnes cupio agere pœnitentiam, & excoquere ſpiritu ſancto uitia atq; peccata. Ipſe em̄ ſum de quo ſcribitur: Deus ignis cōſumens eſt. Nō ergo grande eſt hoc de diabolo dicere, quod & hominibus præparatum eſt. Magis debueras (ut ſuſpitionem ſalutis diabolicæ declinares) dicere, perditio factus es, & non eris in æternum: & ex perſona domini loquentis ad Iob de diabolo: Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & uidentibus cunctis præcipitabitur. Nō quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis enim reſiſtere poteſt uultui meo? Quis autem dedit mihi, ut reddam ei? Omnia quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. Non parcam ei, & uerbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. Verum hæc poſſunt quaſi ſimplicis hominis excuſari: & cum eruditos non ſubterfugiant, apud indoctos præferre innocentiæ ſimilitudinem. Quod ſequitur de animarum ſtatu, excuſari omnino non poteſt. Dicit enim: Audio & de anima quæſtiones eſſe commotas: de qua re utrum recipi debeat querimonia an abijci, uos probate. Si autem & de

me

A me quid ſentiam quæritur:fateor me de hac quæſtione apud ꝯplurimos tractatorum diuerſa legiſſe,Legi quoſdam dicentes:quod pariter cũ corpore per humani corporis traducem, etiam animæ diffundantur:& hæc quibus poterant aſſertionibus confirmabant:quod puto inter latinos Tertullianum ſenſiſſe,uel Lactantium,fortaſſis & nonnullos alios.Alĩ aſſerunt, quod formatis in utero corporibus,deus quotidie faciat animas & infundat.Alĩ factas iam olim, id eſt, tunc cum omnia creauit deus ex nihilo;nunc eas iudicio ſuo naſci diſpenſet in corpore.Hoc ſentit & Origenes & nõnulli alĩ Græcorum.Ego uero cũ hæc ſingula legerim(deo teſte dico)quia uſq; ad præſens certi & definiti aliquid de hac quæſtione non teneo, ſed deo relinquo ſcire qd ſit in uero:& ſi cui ipſe reuelare dignabitur. Ego tamẽ hæc ſingula, & legiſſe me non nego,& adhuc ignorare confiteor:præter hoc quod manifeſte tradit eccleſia,deum eſſe & animarum & corporum cõditorem.Anteqũ de ſenſibus diſputem, Theophraſti uerba,mirabor. Audio(inquit) de anima quæſtiones cõmotas eſſe: de quã re utrum recipi debeat querimonia, aut abĩci,uos probate.Si quæſtiones de animæ ſtatu in urbe cõmotæ ſunt, quæ eſt iſta querimonia uel querela: quæ utrum recipi debeat, epiſcoporum iudicio derelinquit?niſi forte quæſtionem & querimoniam idipſum ſignificare putat:quia in capri cõmentarĩs huiuſcemodi figuram repperit. Deinde ponit: legi quoſdã dicentes, quod pariter cũ corpore per humani ſeminis traducẽ,etiã animæ diffundantur: & hæc quibus poterant aſſertionibus cõfirmabant.Rogo quæ eſt iſta licẽtia figurarum:quæ modorum & temporum perturbatio?Legi dicentes,quibus poterant aſſertionibus confirmabant. Et in conſequẽtibus:Alĩ aſſerunt,quod formatis in utero corporibus, deus quotidie faciat nouas animas & infundat.Alĩ factas iam olim:id eſt,tunc cũ omnia deus creauit ex nihilo,nunc eas iudicio ſuo naſci diſpenſet in corpore.Et hic ordo pulcherrimus.Alĩ (inqt)afferũt hoc uel illud:alĩ factas iã olim,id eſt tũc cũ oĩa deus creauit ex nihilo,nũc eas iudicio ſuo naſci diſpenſet in corpore.Tã putide & cõfuſe loquit̃:ut plus ego in reprehẽdendo laborẽ,ꝯ ille in ſcribendo. Ad extremũ poſuit:ego uero cũ hæc ſingula legerim:& adhuc pendente
B ſentẽtia, quaſi nouũ aliquid protuliſſet,adiecit.Ego tamẽ hæc ſingula,& legiſſe me nõ nego,& adhuc ignorare confiteor.O infelices animas,quæ tantis uitiorum lanceis uulnerantur:non eas puto iuxta Origenis errorem tantum laboraſſe,cum de cœlo in terras ruerent,& craſſis corporibus ueſtirentur:ut nunc & uerbis & ſententijs hincinde colliſas,ut prætermittã κακέμφατον, quo de humani ſeminis traduce diffundi animæ dicũtur.Scio inter Chriſtianos uerborum uitia nõ ſolere reprehendi:ſed ex paucis oſtendere uolui,cuius temeritatis ſit docere quod neſcias, ſcribere quod ignores,ut ſimilem prudentiam & in ſenſibus requiramus.Mittit epiſtolam,id eſt, robuſtiſſimum baculum:quo Romanæ urbis armen[illegible]epiſcopus:& in ipſa quæſtione pro qua canes latrant,dicit ſe neſcire quod quæritur.Si ignorat,pro quo ſibi calumnia commouetur: quid neceſſe eſt Apologiam mittere: quæ non habet defenſionem ſui, ſed ignorantiæ cõfeſſionem? Hoc eſt ſuſpitiones hominum non ſopire,ſed ſerere. Tres ſuper animarum ſtatu ponit ſententias:& in fine concludens:ſingula(inquit)me legiſſe non nego:& adhuc ignorare confiteor.Arceſilaũ,aut Carneadem putes,qui omnia incerta pronunciant:licet & illos ſuperet cautione. Illiẽ omnium philoſophorum inuidiam non ferentes,quod uitam e uita tollerẽt:ueriſimilia reppererunt:ut ignorantiam rerum,probabili aſſertione temperarent:iſte ſe dicit incertum, & e tribus omnino neſcire,quid uerum ſit.Si hoc erat reſponſurus,quæ eum ratio impulit, ut tantum pontificem inſcitiæ ſuæ teſtem faceret? Nimirum hæc illa eſt laſſitudo,quod triginta annorum itinere confectus Romam uenire non potuit.Quanta & alia neſcimus:& tamen imperitiæ noſtræ teſtes nõ quærimus? De patre,filio,& ſpiritu ſancto:de natiuitate dñi ſaluatoris ſuper qua Eſaias clamitat: Generationẽ eius quis enarrabit:audacter loquitur,& myſteriũ omnibus retro ſæculis ignoratũ, ſciẽtiæ ſuæ uindicat:& hoc ſolũ ignorat,quod ignoratũ cũctis ſcandalũ facit. Scit quõ deũ uirgo generarit:& neſcit quõ ipſe ſit natus.Animarũ & corporũ cõditorem fatet̃ dñm; ſiue animæ ante corpora fuerint,ſiue cum corporum naſcant̃ exordĩs,ſiue iam formatis in utero,figuratiſq; corporibus immittant̃.In omnibus nouimus authorẽ dñm:nec de hoc nũc quæſtio eſt:utrũ deus an alius eas fecerit:ſed e tribus quas poſuit:quæ ſit illarũ ſententia uera, neſcire ſe dicit. Vide ne ſtatim tibi obĩciat̃:idcirco te triũ ignorantiã cõfiteri:ne unũ dãnare co-

C garis:& Tertulliano & Lactantio ideo parcere,ne Origenem cũ illis iugules. Quantũ memoria ſuggerit,niſi tamen fallor,neſcio me legiſſe Lactantiũ συναφθομένην animã dicere. Cæterũ qui legiſſe te ſcribis:dic in quo libro legeris,ne ut me dormientẽ,ſic illũ mortuũ,calumniatus eſſe uidearis. Sed & in hoc contabundus incedis & cautus. Dicis em̃:Puto inter latinos Tertullianum ſenſiſſe uel Lactantium:fortaſſis & alios nõnullos. Nõ ſolũ de animarũ ſtatu dubitas,ſed de authorum ſententijs putas:& tamẽ aliquid intereſt. De animabus autẽ aperte neſcis: & inſcitiam confiteris:de authoribus ſic noſſe te dicis:ut putes potius q̃ præſumas. In ſolo Origene nõ ambigis. Dicis qppe:hoc ſentit Origenes. Interrogabo te,bene ſentit,an male? Neſcio inquis. Quid me igitur miſſis tabellarijs & creberrimis nuncijs docere conaris: ut ſciam, quod neſcias? Et ne forte non credam imperitiæ tuæ,& arbitrer te callide reticere quod noſti: iuras deo teſte: quod uſq; ad præſens certi & definiti aliquid de hac quæſtione nõ teneas:& deo relinquas ſcire,quid ſit in uero:& ſi cui ipſe reuelare dignabit. Per tãta ſæcula tibi nullus uidet dign⁹fuiſſe,cui de hac quæſtione dñs reuelarit? Non patriarcha,non propheta, non apoſtolus, non martyr? Ne tibi quidem,quando in carceribus & exilijs morabaris,huiuſcemodi ſacramenta patuerunt? Dominus in euangelio:Pater(inquit)reuelaui nomen tuum hominibus. Qui patrem reuelauit:de animarum ſtatu tacuit: & miraris ſi contra te fratrum ſcandala concitentur,cum id neſcire te iures, quod Chriſti eccleſiæ ſe noſſe fateantur? Expoſita fide ſua,imo inſcitiæ confeſſione, tranſit ad aliud:& excuſare ſe nititur,cur libros περὶ ἀρχῶν in latinum uerterit. Et hæc ſcribit ad uerbum. Sane quia audio etiam inde eſſe diſputatũ,quod quædam Origenis rogatus a fratribus de Græco in latinum tranſtuli:puto quod omnes intelligant,hæc pro ſolo liuore culpari. Si em̃ aliquid eſt quod diſpliceat in authore,quare id ad interpretem detorquet? Sicut in Græcis habetur rogatus ſum,ut latinis oſtenderem, Græcis ſenſibus,uerba dedi latina tãtummodo. Siue ergo in illis ſenſibus laus ineſt aliqua, non eſt mea: ſiue culpa,ſimiliter nõ eſt mea. Audio(inquit)etiam inde eſſe diſputatum. Quã prudenter accuſationẽ ſuã, diſputationem uocat. Quod quædã Ori
D genis rogatus a fratribus de Græco in latinũ tranſtuli. Quæ ſunt illa quædam? Nomen nõ habent? Taces? Libelli accuſatorum loquũtur. Puto ait quod omnes intelligant hæc pro ſolo liuore culpari. Pro quo liuore? Num inuident æloquentiæ tuæ? Aut feciſti,quod nullus hominum unq̃ facere potuit? Ecce & ego Origenis multa trãſtuli: & præter te nemo,nec inuidet,nec calũniatur. Si em̃(inquit)aliquid eſt,quod diſpliceat in authore: quare id ad interpretẽ detorquet? ſicut in Græcis habet rogatus ſum,ut latinis oſtenderem, Græcis ſenſibus uerba dedi latina tãtummodo. Siue ergo in illis ſenſibus laus in eſt aliqua,non eſt mea: ſiue culpa, ſimiliter non eſt mea. Et miraris ſi de te homines male ſentiant:cum de apertis blaſphemijs dicas: ſi eſt aliquid quod diſpliceat in authore. Omnibus quæ in illis libris dicta ſunt,diſplicẽt: & tu ſolus dubitas: & quereris cur ad interpretem detorqueatur: quod in tranſlationis tuæ præfatiõe laudaſti. Rogatus eras ut quomodo habebatur in Græco, in latinum uerteres. Vtinã feciſſes quod rogatũ te eſſe ſimulas:nulli nunc inuidiæ ſubiaceres. Si tu tranſlationis ſeruaſſes fidem,mihi neceſſitas non fuiſſet interpretationem falſam uera interpretatione ſubuertere. Nouit cõſcientia tua, quæ addideris, quæ ſubtraxeris, quæ in utrãq; partem,ut tibi uiſum fuerit,immutaris:& poſt hæc audes dicere,quod & bona & mala non tibi,ſed authori debeãt imputari. Et oppreſſus inuidia, adhuc uerba moderaris: & quaſi ſuper ariſtas pendẽti incedens gradu,loqueris:Siue in illis ſenſibus laus eſt,ſiue culpa. Defendere non audes:& tamen damnare nõ uis. Elige e duobus quod uis, optio tibi datur: ſi bona eſt interpretatio tua,lauda:ſi mala, cõdemna. Verum excuſat ſe,& ſubnectit aliã ſtrophã. Dicit em̃,quinimo etiã aliud adieci,ſicut in præfatiuncula mea deſignaui:ut inquantũ poſſem aliquãta decidere:illa tamẽ quæ mihi ad ſuſpitionẽ ueniebãt,quod non ab ipo Origene ita dicta,ſed ab alijs uiderent eſſe inſerta,,ppter hoc quod de eiſdẽ reb⁹ in alijs authoris eiuſdẽ locis catholice dictũ legeram. Mira æloquẽtia,& Attico flore uariata:quinimo etiam & quæ mihi ad ſuſpitionem ueniebant,auſum illum eſſe hæc Romam uerborum portenta tranſmittere. Compeditã putes linguã eius,& inextricabilibus nodis ligatam,uix in humanũ ſonum erumpere. Sed ad cauſam redeam. Quis tibi dedit hanc licentiã:ut multa de interpretatione decideres? Rogatus eras:ut Græca in latinũ uerteres,non ut emendares: ut alterius dicta

proferres

A proferres,nō ut tua conderes.Nō feciſſe te quod rogatus es:recidendo plurima confiteris.Atq; utinā præcidiſſes mala,& non in aſſertionē malorū,tua multa poſuiſſes.E quibus unū proferā: ut ex hoc cognoſcantur & cætera.In primo libro περὶ ἀρχῶν,ubi Origenes lingua ſacrilega blaſphemauit,quod filius patrem nō uideat:tu etiam cauſas reddis,quaſi ex ꝓſona eius qui ſcripſit: & Didymi interpretaris ἐξόδιον: in quo ille caſſo labore conatur alienum errorē defendere,quod Origenes qdē bene dixerit,ſed nos ſimplices hoīes & cicures Enniani,nec illius ſapiētiā,nec tuā q interp̄tatꝰes,intelligere poſſumꝰ.Præfatio tua quā noīas,& in qua me miris ornas laudibꝰ:te reū peſſimæ trāſlationis facit. Dicis em̄ qd̄ de Græco multa decideris,licet taceas qd̄ addideris. Quæ decidiſti,mala erāt,an bona? Vtiq; mala.Quæ reſeruaſti,bona,an mala? Vtiq; bona.Ne q; em̄ mala trāſferre poteras.Ergo mala amputaſti,& reliqſti bona? nulli dubiū eſt.Probāt̄ aūt quæ trāſlata ſunt,pene oīa mala. Quicquid igit̄ in trāſlatione mōſtrauero,tibi imputabit̄,qui illud pro bono tranſtuliſti.Aliud eſt,ſi iniquus cenſor eiuſdē criminis reus,alios de ſenatu pellis, alios in curia retines. Sed dicis,oīa mutare nō poterā,ſed ea tantū, quæ addita ab hæreticis arbitrabar mihi amputanda credidi.Pulchre.Si amputaſti,quæ addita ab hæreticis exiſtimabas: ergo quæ reliquiſti,eius ſunt quē interpretabaris.Si eius ſunt quē interpretatus es:reſpōde utrū bona an mala ſint? Mala tranſferre non poteras.Semel em̄ quæ ab hæreticis addita fuerāt amputaſti.Niſi forte hæreticorū mala amputare debueris, & Origenis errores,in latinū integros uertere.Dic ergo quare Origenis mala in latinū uerteris:ut authorē mali proderes,an ut laudares? Si prodis,in præfatione cur laudas? Si laudas:hæreticus approbaris.Reſtat, ut quaſi bona protuleris.Si hæc omnia probant̄ mala: igit̄ unius & author & interpres rei criminis erūt,& implebitur illa ſentētia: Videbas furē,& currebas cū eo,& cum adulteris portionem tuā ponebas.

B Non eſt neceſſe rem planam,argumentatione dubiā facere.Quod ſequit̄ reſpondeat:unde illi ſit orta ſuſpitio hæc ab hæreticis addita.Quia(inquit)de eiſdem rebus in alīs locis eiuſdem authoris catholice dictum legeram. Videamus quod primum eſt,ut ordine uenerit ad ſecūdum. Probo ego inter multa Origenis mala,hæc maxime hæretica.Dei filiū creaturā: ſpiritū ſanctū miniſtrum:mundos innumerabiles,æternis ſibi ſæculis ſuccedentes: angelos uerſos in animas hominū:animam ſaluatoris fuiſſe anteq; naſceretur ex Maria:& hanc eſſe quæ cū in forma dei eſſet,nō eſt rapinā arbitrata æqualē ſe eſſe deo, ſed ſe exinaniuit formā ſerui accipiens:reſurrectionē noſtrorū corporum ſic futurā,ut eadem membra non habeant: quia ceſſantibus membrorum officijs,ſuperfluo membra reddant̄:ipſaq; corpora tenuia & ſpiritalia paulatim euaneſcere:& in auram tenuē atq; in nihilum diſſipari:in reſtitutiōe omniū,quādo indulgentia principalis uenerit, cherubim & ſeraphim,thronos,principatus,dīnationes,uirtutes,poteſtates,archāgelos,angelos,diabolū,dæmones,animas omniū hominū:tā Chriſtianorū,q; iudæorū & gentiliū,unius cōditionis & menſuræ fore.Cūq; ad formam & librā æquitatis peruenerint, & rationabiles creaturas omni corporum fece depoſita:nouus de mundi exilio populi reuertentis mōſtrauerit exercitus:tunc rurſus ex alio principio fieri mundū alium,& alia corpora:quibus labētes de cœlo animæ ueſtiant̄:ut uerendū nobis ſit:ne qui nūc uiri ſumus,poſtea naſcamur in fœminas:& quæ hodie uirgo,tunc ꝓſtibulū ſit.Hæc in Origenis libris ego hæretica doceo:tu oſtē de,in quo eius opere his contraria legeris.Nolo dicas:quæ de eiſdem rebus in alīs locis eiuſdē authoris catholice dicta legeram:ne me mittas ad ſex milia librorū eius, quos legiſſe beatū papam Epiphanium criminaris: ſed iꝑa loca nomina: nec hoc mihi ſufficiet,niſi eadē dicta ad uerbū protuleris. Non eſt fatuus Origenes:& ego noui,cōtraria ſibi loqui nō poteſt. Igitur ex hac ſupputatione,illa ſumma naſcitur:non hæreticorū eſſe quæ amputaſti,ſed Origenis:cuius ideo mala interpretatus es,quia putaſti bona:& tibi tam bona q; mala illius imputanda: cuius ſcripta in prologo cōprobaſti.Sequitur in eadem Apologia.Origenis ego neq; defenſor ſum, nec aſſertor,nec primus interpres. Alīj ante me hoc idē opus fecerūt:feci & ego poſtremus rogatꝰ a fratribus.Si iubetur ne fiat,iuſſio obſeruari ſolet in poſterum.Si culpantur qui ante iuſſionē fecerūt: culpa a primis incipiat. Tādem euomuit quod uolebat:& omnis animi tumor in noſtræ accuſationis erupit inuidiam. Vbi interpretatur libros περὶ ἀρχῶν, me ſequi ſe dicit:ubi accuſatur

C ur hoc fecerit,meum ponit exemplũ:& ſecurus & periclitans ſine me uiuere non poteſt.Audiat igitur quod neſcire ſe ſimulat.Nemo tibi obĵcit, quare Origenẽ interpretatus es: alioqui Hilarius & Ambroſius,hoc crimine tenebuntur:ſed quia interpretatus hæretica, præfationis tuæ laude firmaſti. Egoipſe quem in crimen uocas:ſic ſeptuaginta Homilias eius tranſtuli,& nonnulla de Tomis:ut & mala in bonorum interpretatione ſubtraherem:& aperte in libris περὶ ἀρχῶν ad coarguendam tranſlationem tuam,quid lector uitaret oſtenderem. Vis Origenẽ in latinum uertere? Habes multas Homilias eius & Tomos,in quibus moralis tractatur locus, ſcripturarum panduntur obſcura.Hæc interpretare:hæc rogantibus tribue.Quid primus labor tuus incipit ab infamia? Cur tranſlaturus hæretica,in defenſionem eorum præmittis quaſi martyris librum? Et id Romanis auribus ingeris,quod tranſlatum totus orbis expauit? Aut certe ſi ideo interpretaris,ut eum hæreticum arguas,nihil de Græco mutes: Et hocipſum præfatione teſtare:quod prudentiſſime papa Anaſtaſius in epiſtola,quam contra te ſcribit ad epiſcopum Iohannem,ſuo ſermone complexus eſt:me liberans qui id feci:& te arguens qui facere noluiſti. Ac ne forſitan,hoc quoq; neges,ſubieci exemplum eius:ut ſi non uis audire fratrem monentẽ, audias epiſcopũ cõdemnantem. Dicis te nõ eſſe defenſorẽ neq; aſſertorẽ Origenis:iã nunc tibi proferam librũ tuum,de quo in famoſa illa præfatiuncula præclari operis tui his uerbis loqueris. Cuius diuerſitatis cauſam,plenius tibi in Apologetico,quẽ Pamphilus in libris ſuis ſcripſit ædidimus,breuiſſimo libello ſuperaddito:in quo euidentibus(ut arbitror)probamentis,deprauatos eſſe,in q̃plurimis ab hæreticis & maliuolis libros eius oſtendim9:& præcipue iſtos quos nũc exigis ut interpreter,id eſt, περὶ ἀρχῶν. Nõ tibi ſuffecerat Euſebĵ,uel certe(ut tu uis)Pamphili pro Origene defenſio:niſi quod ab illis minus dictum putabas,tu quaſi ſapientior & doctior adderes? Longum eſt, ſi uelim totum librum tuũ huic operi inſerere: & propoſitis capitulis ad ſingula reſpondere,quid in his uitiorum ſermo habeat,quid mendaciorum aſſertio,quid incõſequens textus ipſe uerborum. Vnde lacinioſæ diſputationis faſtidia fugiens:& in arctum uerba compingens,tantum uerſibus reſpondebo.Statim de portu egrediens,nauem impegit.Re-
D ferens eñ de Apologia Pamphili martyris,quam nos Euſebĵ Arrianorum principis probauimus:de qua dixerat,prout potuimus uel res popoſcit,latino ſermone digeſſimus,intulit: Illud eſt quod deſyderiorum uir Macari te admonitum uolo:ut ſcias hanc quidem fidei regulã: quã de libris eius ſupra expoſuimus eſſe talem,quæ & amplectenda & tenenda ſit. In omnibus eñ his catholicum ineſſe ſenſum euidenter probatur:q̃uis de Euſebĵ libro multa ſubtraxerit:& in bonam partem de filio & ſpiritu ſancto niſus ſit cõmutare:tamen multa in illo ſcandala reperiuntur:& apertiſſime blaſphemiæ,quæ iſte ſua negare non poterit,catholica eſſe pronuncians. Dicit Euſebius imo(ut tu uis)Pamphilus in iſto uolumine,filĵ & patris miniſtrum ſpiritũ ſanctum,non de eadem patris filĵq; ſubſtantia:animas hominũ lapſas eſſe de cœlo: & in hoc qđ ſumus de angelis commutati,in reſtitutiõe omnium æquales,& angelos,& dæmones, & homines fore:& multa alia tam impia & nefaria, quæ etiam replicare ſit criminis. Quid faciet aſſertor Origenis & interpres Pamphili? Si in his quæ emendauit tanta blaſphemia eſt: in illis quæ ab hæreticis falſata confingit,quanta ſacrilegia continentur? Cuius opinionis cauſam hanc ſuſpicatur,quod uir neq; ſtultus,neq; inſanus dicere ſibi repugnantia non potuerit.Et ne forſitan putaremus diuerſis eum uaria ſcripſiſſe temporibus: & pro ætatibus ædidiſſe cõtraria, addidit. Quid facimus quod interdum in eiſdem locis atq;(ut ita dixerim)in conſequenti pene capite, ſententia contrarĵ ſenſus inuenitur inſerta? Nunquid in eodem opere eiuſdem libri & interdũ (ut diximus)ſtatim in cõſequenti capitulo oblitus ſui eſſe potuit? Verbi gratia:ut qui ſuperius dixerat,nuſq̃ inueniri in omni ſcriptura ubi ſpiritus ſanctus factus uel creatus eſſe diceretur,cõtinuo ſubĵceret,inter cæteras creaturas factum eſſe ſpiritum ſanctum? Aut iterum,qui patrem & filium unius ſubſtãtiæ, quod Græce ὁμούσιον dicitur deſignauit,in conſequentibus ſtatim capitulis alterius eſſe ſubſtantiæ & creatum poterat dicere eum, quem pauloante de ipſa natura dei patris pronũciauerat natum? Hæc ipſius uerba ſunt, negare non poteſt. Nolo dicas,uerbi cauſa, ut qui ſuperius dixerat:ſed ipm librũ noĩa,ubi prius bene dixerit, & poſtea male:ubi ſpiritum

A ritum ſanctum & filium de dei patris ſcribens eſſe ſubſtantia: ſtatim in conſequentibus aſſerue
rit creaturas. Neſcis ne me Origenis habere omnia? Legiſſe ꝯplurima? Ad populū phaleras:
ego te intus & in cute noui. Vir doctiſſimus Euſebius (doctiſſimum dixi, nō catholicum, ne mo/
re ſolito mihi & in hoc calumniam ſtruas) per ſex uolumina nihil aliud agit, niſi ut Origenem
ſuæ oſtendat fidei, id eſt Arrianæ perfidiæ. Et multa ponit exempla: & hoc conſtanter probat.
Tibi ergo in quo ſomnio Alexandrini carceris reuelatum eſt: ut quæ ille uera profitetur, falſa/
ta confingas? Sed forſitan hic, ut Arrianus, ab hæreticis addita, in occaſionem ſui traxit erroris,
ne ſolus male ſenſiſſe contra eccleſiam putaretur. Quid reſpondebis pro Didymo, qui certe in
trinitate catholicus eſt? Cuius etiam nos de ſpiritu ſancto librum in latinam linguā uertimus.
Certe hic in his quæ ab hæreticis in Origenis operibus addita ſunt conſentire non potuit: &
in ipſis περὶ ἀρχῶν, quos tu interpretatus es libris, breues dictauit commentariolos: quibus non
negaret ab Origene ſcripta quæ ſcripta ſunt: ſed nos ſimplices homines non poſſe intelligere
quæ dicuntur: & quo ſenſu in bonam partem accipi debeant perſuadere conatur. Hoc dūtaxat
de filio & ſpiritu ſancto. Cæterum in aliꝭs dogmatibus & Euſebius & Didymus apertiſſime in
Origenis ſcita concedunt: & quod omnes eccleſiæ reprobant, catholice & pie dictum eſſe de/
fendunt. Videamus tamen quibus argumentis probare nitatur Origenis ab hæreticis ſcripta
uitiata. Clemens (inquit) apoſtolorum diſcipulus: qui Romanæ eccleſiæ poſt apoſtolos epiſco/
pus & martyr fuit, libros ædidit qui appellantur ἀναθεωρισμοὺς, id eſt, recognitio: in quibus cum ex
perſona Petri apoſtoli doctrina, quaſi uere apoſtolica in ꝯplurimis exponatur: in aliquibus
ita Eunomij dogma inſeritur: ut nihil aliud ꝯ ipſe Eunomius diſputare credatur, filiū dei crea/
tum de nullis extantibus aſſeuerans. Et poſt alia, quæ prolixum eſt ſcribere. Quid quæſo (ait) de
his ſentiendum eſt, quod apoſtolicus uir hæretica ſcripſerit? An id potius credendum, quod per
uerſi homines ad aſſertionem dogmatum ſuorum ſub uirorum ſanctorum nomine tanꝯ faci
lius credenda interſeruerint, ea quæ illi, nec ſenſiſſe, nec ſcripſiſſe credendi ſunt? Clementem
B quoq; Alexandrinæ eccleſiæ preſbyterum uirum catholicum, ſcribit in libris ſuis interdum dei
filium dicere creaturam: & Dionyſium Alexandrinæ urbis epiſcopum uirum eruditiſſimum, cō
tra Sabellium quatuor uoluminibus diſputantem, in Arrianum dogma delabi. Et ſub his ex/
emplis illud agit: ut non eccleſiaſticos & catholicos uiros male ſenſiſſe: ſed ab hæreticis eorum
ſcripta corrupta eſſe teſtetur: & concludat ad extremum, dicens: De Origene quoq;, in quo ſimi
liter, ut in his quos ſupra diximus, quædam diuerſitas inuenitur: iſtud nō ſufficiat ſentire, quod
de præiudicatis iam catholicis ſentitur uel intelligitur uiris, ne ſimilis cauſæ, ſimilis ſufficiat excu/
ſatio. Si conceditur, ut quicquid in libris omnium reperitur, ab aliꝭs corruptum ſit: nihil eorum
erit quorum fertur nominibus: ſed his deputabitur, a quibus dicitur eſſe uitiatum. Quamꝯ &
illorū non erit, quorū incerta ſunt nomina: atq; ita fiet: ut dum omniū omnia ſunt, nihil alicu/
ius ſit. Hac defenſionis perturbatione, nec Marcion, nec Manichæus, nec Arrius, nec Eunomius
accuſari poterunt: quia quicquid nos ab his impie dictum obiecerimus: diſcipuli reſpondebūt,
non a magiſtris ſuis ita æditum, ſed ab inimicis eſſe uiolatum. Hoc genere & iſte ipſe tuus liber,
tuus non erit, ſed forſitan meus. Et meus liber, quo tibi accuſatus reſpondeo: ſi in illo aliquid re
prehenderis, non erit meus, ſed tuus a quo reprehenditur. Et dum omnia ad hæreticos refers:
quid eccleſiaſticis tribues, quibus proprium nihil relinquis? Et quomodo (inquies) in libris eoꝝ
uitioſa nōnulla ſunt? Si me cauſas uitiorum neſcire reſpondero: non ſtatim illos hæreticos iudi
cabo. Fieri em̄ poteſt: ut uel ſimpliciter errauerint, uel alio ſenſu ſcripſerint, uel a librariꝭ imperi
tis eorum paulatim ſcripta corrupta ſint. Vel certe anteꝯ in Alexandria quaſi dæmonium me/
ridianum Arrius naſceretur, innocenter quædā & minus caute locuti ſunt, & quæ nō poſſint per
uerſorū hominū calumniā declinare. Obiiciunt Origeni crimina: & tu non illum defendis, ſed
alios accuſas: nec crimē renuis, ſed criminoſoꝝ turbā requiris. Si tibi dicerēt, quos habet Orige/
nes in hæreſi ſocios, recte iſta proferres. Nunc a te quæritᵉ, hæc quæ in Origenis libris ſcripta re
periuntᵉ, bona ſint an mala. Taces, & p his alia loqueris: Clemēs hoc ait, Dionyſius in iſto erro
re deph̄ēditᵉ, Anaſtaſiꝰ epiſcopꝰ ſic Dionyſij defendit errorē, Apoſtoloꝝ ſcripta ſimiliter depra

C uata ſunt:quō & nūc ab alijs tibi hæreſeos crimē impingit̃:& tu pro te taces,& pro me cōfiteris. Ego neminē accuſo: pro me tantū reſpondiſſe cōtentus. Non ſum quod arguis:ſi tu es quod accuſaris,ipſe uideris.Nec abſolutio mea me:nec reatus te,aut innocentē,aut obnoxiū crimini probabunt.Præmiſſa falſatione ab hæreticis apoſtolorum, & utriuſq; Clementis atq; Dionyſij,uenit ad Origenem:& his uerbis loquit̃. Ipſius hoc cōquerentis & deplorantis ſcriptis ac uocibus probauimus.Quid em̄ ipſe cū adhuc in carne uiuens ſentiens uidenſq; perpeſſus ſit, de librorū ſuorum,uel ſermonum corruptionibus,uel adulterinis æditionibus:ex ipſius epiſtola,quā ſcribit ad quoſdam charos ſuos Alexandriā,euidenter docetur:ſtatimq; exemplum ſubiungit epiſtolæ.Et qui falſitatem ſcriptorum Origenis,hæreticis imputat:ipſe incipit a falſitate:non ita interpretans ut habetur in Græco: nec id latinis inſinuās,quod ipſe in ſuis litteris profitet̃. Cūq; illa epiſtola tota,Demetrium Alexandrinæ urbis pontificē laceret:& in totius orbis epiſcopos & clericos inuehatur:& fruſtra ab eccleſijs excōmunicatum eſſe ſe dicat,nec uelle in maledictis referre uicem:ne ſcilicet maledicus uideatur eſſe homo, qui intantū cautus ſit ad maledicendū, ut ne diabolo quidē audeat maledicere: unde & Candido Valentiniani dogmatis ſectatori, calūniandi ſe occaſionem dederit,quod diabolū ſaluandæ dixerit eſſe naturæ:hic diſſimulato argumento epiſtolæ fingit pro Origene,quod ille non loquitur. Vnde epiſtolæ ipſius partem paululum ex ſuperioribus tranſtuli:& his iunxi,quæ ab ipſo cōmatice doloſeq; trāſlata ſunt:ut quo conſilio ſuperiora tacuerit,ipſe lector agnoſcat.Cōtra ſacerdotes ergo eccleſiæ generaliter diſputans,a quibus indignus communione eius fuerat iudicatus,hæc intulit. Quid neceſſe eſt de prophetarum ſermonibus dicere,quibus ſæpiſſime paſtoribus & maioribus natu, & ſacerdotibus ac principibus populi cōminantur, & arguunt eos? Quæ abſq; nobis de ſanctis ſcripturis elicere poteſtis:& liquido peruidere,quod forſitan hoc tēpus ſit,de quo dicitur: Nolite credere amicis,nec ſperetis in principibus.Et nunc impleatur uaticinium:Duces populi mei me neſcierunt,ſi lij ſtulti ſunt,& nō ſunt ſapiētes. Sapientes ſunt,ut faciant mala,bene aūt facere neſciūt.Quorū
D magis miſereri q̄; eos odiſſe debemus,& orare pro illis,q̄; eis maledicere.Ad benedicēdū em̄ & nō ad maledicēdū creati ſum⁹. Vnde & Michael cū aduerſus diabolū diſputaret de Moyſi corpore:ne tanto quidē malo auſus eſt iudiciū inferre blaſphemiæ,ſed dixit:Increpet tibi dn̄s.Cui q̄d ſimile etiā in Zacharia legimus: Increpet tibi dn̄s diabole:& increpet dn̄s in te,q elegit Hieruſalem.Itaq; & nos cupimus increpari a dn̄o eos,qui nolunt a proximis increpari.Dicente aūt Michaele:Increpet tibi dn̄s diabole,& Zacharia ſimiliter:utrum increpet, an non increpet deus diabolum,ipſe uiderit. Et ſi increpat:quomodo increpet,ipſe agnoſcat.Et poſt multa,quæ prolixum eſt ſcribere,addit.Nos hoc ſentimus,quod ejcient̃ de regno cœlorum,non ſolū qui grandia peccauerunt: uerbi gratia, fornicatores & adulteri & maſculorum concubitores & fures, ſed & qui minora deliquerunt:ex eo quod ſcriptum eſt:Neq; ebrioſi,neq; maledici regnū dei poſſidebunt:& tam in bonitate q̄; in ſeueritate dei eſſe menſuram. Vnde cuncta nitimur agere conſilio:in uini quoq; potu,& in moderatione ſermonis,ut nulli audeamus maledicere.Ergo cū propter dei timorem caueamus in quempiam maledicta conferre,recordantes illius dicti,non fuit auſus iudicium inferre blaſphemiæ,quod dicitur de Michaele contra diabolum: & in alio loco: Dominationes quidem reprobant, glorias autem blaſphemant: quidam eorum qui libenter contentiones reperiunt,aſſcribunt nobis & noſtræ doctrinæ blaſphemiam:ſuper qua ipſi uiderint,quomodo illud audiant,neq; ebrioſi,neq; maledici regnum dei poſſidebunt: licet patrem maliciæ & perditionis eorum qui de regno dei ejcientur dicāt poſſe ſaluari:quod ne mente quidem quis captus dicere poteſt.Cætera quidem ex eadem epiſtola tranſtulit,pro hoc quod in fine uerborum Origenis interpretati ſumus.Ergo cum propter timorem dei caueamus in quempiam maledicta conferre,& reliqua:iſte fraudulenter amputatis ſuperioribus,ex quibus inferiora dependent,ſic cœpit tranſferre epiſtolam,quaſi hoc ſenſu ſuperius eſſet exordium:& ait:Quidam eorū qui libenter habent criminari proximos ſuos,aſſcribunt nobis & doctrinæ noſtræ crimen blaſphemiæ, quod a nobis nuſq; audierunt: de quo ipſi uiderint, nolentes obſeruare mandatum illud quod dicit:Quia maledici regnum dei,non poſſidebunt: dicentes aſſerere me

patrem

A patrem malíciæ & perditionis eorum qui de regno dei eíciunt, id eſt, diabolũ, eſſe ſaluandum: quod ne aliquis quidem mente motus, & manifeſte inſaniens dicere poteſt. Cõferte Origenis uerba, quæ ſupra ad uerbum tranſtuli: his quæ ab iſto nõ uerſa ſunt, ſed euerſa: & quantũ inter ſe: non ſolum uerborum, ſed & ſenſuum habeant diſſonantiã, perſpicietis. Obſecro ne moleſta ſit uobis prolixior interpretatio. Idcirco eñ omnia uertimus, ut quo cõſilio ſuperiora tacuerit, p baremus. Habetur dialogus apud Græcos Origenis: & Candidi Valẽtinianæ hæreſeos defen/ſoris, in quo duos Andabatas digladiantes inter ſe ſpectaſſe me fateor. Dicit Candidus filium de patris eſſe ſubſtantia: errans in eo quod προβολὴν aſſerit. E regione Origenes iuxta Arriũ, & Eunomium repugnat, eum uel prolatum eſſe, uel natum: ne deus pater diuidatur in partes: ſed dicit ſublimem & excellentiſſimam creaturam uoluntate extitiſſe patris: ſicut & cæteras creatu/ras. Rurſus ad ſecundam ueniunt queſtionem. Aſſerit Candidus diabolum peſſimæ eſſe natu/ræ, & quæ ſaluari nunq̃ poſſit. Contra hoc recte Origenes reſpondit, non eũ perituræ eſſe ſub/ſtantiæ, ſed uoluntate propria corruiſſe, & poſſe ſaluari. Hoc Candidus uertit in calumniã, qua/ſi Origenes dixerit diaboli naturam eſſe ſaluandam: quod ille falſo obiecerat, hic refutat. Et in/telligimus in hoc tantum dialogo ab Origene argui hæreticam falſitatẽ, & non in cæteris libris: de q̃bus nunq̃ quæſtio fuit. Alioqui ſi oñia quæ hæretica ſunt, nõ erũt Origenis, ſed hæretico rum: omnes autem propemodum illius Tomi his erroribus pleni ſunt: nihil Origenis erit, ſed eorũ quorũ ignoramus uocabula. Nõ ei ſufficit Græcos & antiquos calumniari: de q̃bus pro uetuſtate temporũ & longinquitate regionum habet licentiã quicquid uoluerit mentiendi: Ve/nit ad latinos, & primum ponit Hilariũ confeſſorẽ: quod poſt Ariminenſem ſynodũ liber illius falſatus ab hæreticis ſit. Et ob hanc cauſam cũ in cõcilio epiſcoporũ ei quæſtio moueret, profer/ri librũ de domo ſua iuſſerit: qui neſciente ſe, in ſcriñs ſuis hæreticus tenebatur. Cũq̃ prolatus fuiſſet, & ab oibus hæreticus iudicat⁹, author libri excõmunicat⁹ de cõcilij cõuentiõe diſceſſerit.

B Et tantæ authoritatis ſe putat, ut cũ hoc familiarib⁹ ſuis narrat ſomniũ: nemo ei cõtra cõfeſſorẽ iſta ſimulãti, audeat cõtradicere. Reſpõde quæſo. Snoyd⁹a qua excõmunicat⁹ eſt in q̃ urbe fuit: Dic eporq̃ uocabula: pfer ſentẽtias, ſubſcriptionũ, uel diuerſitatẽ, uel cõſonãtiã. Doce, q eo ãno cõſules fuerint, qs imperator hãc ſynodũ iuſſerit cõgregari: Galliæ ne tantũ epiſcopi fuerint: an & Italiæ, & Hiſpaniæ: certe quã ob cauſam ſynodus congregata ſit. Nihil horũ nominas, ſed ui/rum æloquẽtiſſimũ & cõtra Arrianos latini ſermonis tubam, ut Origenem defendas excõmu/nicatum a ſynodo criminaris. Sed cõfeſſoris calumnia utcũq̃ toleranda eſt. Tranſit ad indytũ martyrem Cyprianũ: & dicit Tertulliani librum, cui titulus eſt de trinitate, ſub nomine eius Cõ/ſtantinopoli a Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentit duo. Nã nec Ter/tulliani liber eſt: nec Cypriani dicit, ſed Nouatiani, cuius & inſcribit titulo: & authoris æloquiũ, ſtili proprietas demonſtrat. Et ſuperfluũ puto apertas ineptias confutare, cũ mihi mea ingerat fabella, a ſynodo uidelicet, & ſub noie eiuſdem amici Damaſi Romanæ urbis epiſcopi, ego pe/tar, cui ille eccleſiaſticas epiſtolas dictãdas tradidit, & Apollinariorũ uerſutiæ deſcribant, quod Athanaſij librũ ubi dñicus homo ſcriptus eſt: ad legendũ acceptũ, ita corruperit: ut in litura id q̃ raſerint rurſus ſcriberet: ut ſcilicet nõ ab illis falſatũ, ſed a me additũ putaret. Quæſo te ami ce chariſſime: ut in eccleſiaſticis tractatibus, ubi de ueritate dogmatũ quærit, & de ſalute anima rũ noſtrarũ maiorũ flagitat authoritas, huiuſcemodi deliramenta dimittas, & prandiorũ cœna rũq̃ fabulas, pro argumẽto nõ teneas ueritatis. Fieri eñ poteſt: ut etiã ſi a me uerũ audiſti: alius qui huius rei ignarus eſt, dicat a te eſſe cõpoſitũ: & quaſi mimũ Philiſtiõis uel Lentuli ac Maril/li ſtrophã eleganti ſermone conflctã. Quo nõ pueniat ſemel effrenata temeritas? Poſt excõmu nicationẽ Hilarij, poſt Cypriani ψευδεπίγραφον hæreſeos librũ: poſt Athanaſij me dormitante li turam, ſimul & inſcriptionem, erupit aliquando contra papam Epiphanium, & dolorem pe/ctoris ſui: quod eum in epiſtola quam ad Iohannem epiſcopum ſcripſerat, hæreticum arguit, in Apologia pro Origene digerit: & his ſe ſermonibus conſolatur. Quin potius aperienda eſt hoc in loco ueritas latens. Non enim poſſibile eſt, tam iniquo iudicio uti quemq̃ hominum: ut de cauſa æquali non æqualiter ſentiat. Sed quod authores obtrectatorum eius hi ſunt: qui uel in eccleſia diſputare latius ſolent, uel etiam libros ſcribere: qui totum de Origene, uel

loquuntur

C loquunt, uel ſcribunt. Ne ergo plures ipſorũ furta cognoſcant: quæ utiq; ſi ingrati in magiſtrũ non eſſent, nequaq; criminoſa uiderentur, ſimpliciores quoſq; ab eius lectione deterrent. Deniq; quidam ex ipſis, qui ſe uelut euangeliçandi neceſſitatẽ per oẽs gentes & per oẽs linguas habere putat, de Origene male loquẽdi, ſex milia librorũ eius ſe legiſſe, cũ plurima fratrũ multitudine audiẽte cõfeſſus eſt. Qui ſi utiq; (ut ipſe dicere ſolet) pro cognoſcẽdis eius malis legebat, ſufficere poterãt decem libri ad cognoſcendũ: aut uiginti certe, aut ut plurimũ triginta. Sex milia aũt librorũ legere: non iam eſt errores ac mala uelle cognoſcere: ſed totam pene uitam diſciplinis eius ac ſtudijs dedere. Quomodo ergo iſte merito audiendus eſt: cũ eos culpat qui inſtructionis ſuæ cauſa perpauca eius (ſalua fidei regula atq; integra pietate) legerũt? Qui ſunt iſti, q in eccleſia diſputare latius ſolent? Qui libros ſcribere? Qui totum de Origene loquunt & ſcribunt? Qui dum ſua nolunt furta cognoſci, & ingrati ſunt in magiſtrum: idcirco ſimplices ab illius lectione deterrẽt. Nominatim debes dicere, & ipſos homines denotare. Ergo beati epiſcopi Anaſtaſius & Theophilus & Venerius & Chromatius, & omnis tam orientis cũ occidentis catholicorũ ſynodus, qui pari ſententia, quia pari & ſpiritu, illum hæreticum denunciant populis, fures librorum illius iudicandi ſunt? Et quando in eccleſijs prædicant, non ſcripturarũ myſteria, ſed Origenis furta cõmemorant? Non tibi ſufficit paſſim contra oẽs detractio, niſi ſpecialiter contra beatum & inſignem eccleſiæ ſacerdotẽ ſtili tui lanceam dirigas? Quis eſt ille qui uel neceſſitatem euangeliçandi per omnes gentes, & per omnes linguas habere ſe putat, de Origene male loquendi, qui ſex milia librorum eius ſe legiſſe, cũ plurima fratrum multitudine audiente confeſſus eſt? In qua multitudine & caterua fratrum tu quoq; medius eras, quãdo ille in ſua epiſtola queritur, pro Origenis hæreſi nefaria a te dogmata eſſe prolata? Crimini ei dandũ eſt quare Græcam, Syram, & Hebræam & Aegyptiacã linguam, ex parte & latinã nouerit? Ergo & Apoſtolus & apoſtolici uiri, qui linguis loquebant, in crimine ſunt: & me trilinguẽ bilinguis
D ipſe ridebis? De ſex milibus autem librorũ, quos ab eo lectos eſſe cõfingis, quis credet, aut te uerum dicere, aut illum potuiſſe mentiri? Si em̃ Origenes ſex milia ſcripſiſſet librorũ, potuerat fieri, ut uir eruditus & ab infantia ſacris litteris inſtitutus, pro curioſitate & ſcientia legiſſet aliena. Quod uero ille non ſcripſit, quomodo iſte legere potuit? Numera indices librorũ eius, qui in tertio uolumine Euſebij, in quo ſcripſit uitam Pamphili, continentur: & nõ dico ſex milia, ſed tertiam partem non reperies. Habemus epiſtolam ſupradicti pontificis, in qua huic calumniæ tuæ dum adhuc eſſes in oriente, reſpondet: & apertiſſimum mendacium, libera ueritatis fronte confutat. Poſt hæc & tanta, audes in Apologia tua dicere, te nõ eſſe defenſorem Origenis, neq; aſſertorem illius, pro cuius defenſione Pamphilus & Euſebius tibi parum dixiſſe ſunt uiſi. Aduerſum quæ uolumina (ſi dñs uitæ huius dederit ſpaciũ) alias reſpondere conabor. Nũc tantum tuis aſſertionibus obuiaſſe ſufficiat: & hoc breuiter prudentẽ inſtruxiſſe lectorẽ, me iſtũ librum qui ſub nomine Pamphili ferebat: uidiſſe primũ ſcriptum in codice tuo: & quia nõ erat mihi curæ, quid ꝓ hæretico diceret: ſic ſemp habuiſſe, quaſi diuerſum eſſet opus Pamphili & Euſebij. Poſtea uero quæſtione mota, ſcriptis eoꝝ reſpõdere uoluiſſe: & ob hanc cauſam legiſſe, qd pro Origene unuſqſq; ſentiret: ſpicueq; deꝓhẽdiſſe, quod primus liber ſex uoluminũ Euſebij ipſe eſſet, q unus ſub noĩe Pamphili a te æditus eſt: tã Græce cũ latine, immutatis dũtaxat ſenſibus, de filio & ſpũ ſancto, qui apertã blaſphemiã ꝓferebãt. Vnde etiã ante ãnos ferme decẽ cũ Dexter amicus meus, q ꝓfecturã adminiſtrauit ꝓtorij, me rogaſſet: ut authorũ noſtræ religiõis ei indicẽ texerẽ: inter cæteros tractatores poſui & hũc librũ a Pamphilo æditũ: ita putãs eſſe, ut a te & tuis diſcipulis fuerat diuulgatũ. Sed cũ ipe dicat Euſebius Pamphilũ nihil ſcripſiſſe, exceptis breuibus epiſtolis ad amicos: & primus liber ſex uoluminũ illius, eadẽ & eiſdẽ uerbis cõtineat, quæ ſub noĩe Pãphili a te ficta ſunt: ſpicuũ eſt te idcirco librũ hunc diſſeminare uoluiſſe: ut ſub ꝓſona martyris hæreſim introduceres. Cũq; de ipo libro quẽ Pãphili ſimulas multa puerteris: & aliter in Græco, aliter in latino ſit, fraudẽ tuã errori meo imputare nõ debes. Credidi em̃ eius eſſe librũ, quẽ titulus ꝓferebat, ſicut περὶ ἀρχῶν, & multa alia Origenis opa, plurimorũq; Græciæ tractatoꝝ: quæ aut ante nõ legi, aut nũc cõpellor legere quæſtione hæreſeos ſuſcitata: ut ſciam, quæ uitare debeam, quæ probare. Vnde & in adoleſcentia Homilias tantũ eius quas loquebat

ad populum

A ad populum,& in quibus non tanta ſcandala tenebantur,ſimpliciter rogantibus tranſtuli:nullis præiudicans ex his quæ probantur,illa ſuſcipere quæ manifeſte hæretica ſunt.Certe(ut cõpendium longi ſermonis faciam)ſicut ego oſtendo me ab his accepiſſe librũ,qui de tuo codice tranſcripſerunt:ſic tu doce a quo exemplar acceperis:ut qui authorem libri dare alium non potuerit,ipſe falſitatis reus teneatur. Bonus homo de bono cordis theſauro profert illa quæ bona ſunt: atq; ex pomorum dulcedine, generoſi ſeminis arbor agnoſcitur. Scribit frater Euſebius ſe apud Afros epiſcopos: qui propter eccleſiaſticas cauſas, ad comitatum uenerant, epiſtolam quaſi meo ſcriptam nomine repperiſſe: in qua agerem pœnitentiam, & me ab Hebræis in adoleſcentia inductum eſſe teſtarer: ut Hebræa uolumina,in latinum uerterem, in quibus nulla ſit ueritas.Quod audiens,obſtupui.Et quia in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum: uniq; teſti, nec Catoni creditum eſt: idipſum multorum me ex urbe fratrum ſcripta docuerunt:ſciſcitantium an ita ſe haberet:& a quo ipſa epiſtola diſſeminata eſſet in uulgus,lachrymabiliter indicantium.Qui hoc auſus eſt facere,quid aliud non audeat? Bene, quod malicia non habet tantas uires, quantos conatus.Perierat innocentia,ſi ſemper nequitiæ iuncta eſſet potentia:& totum quicquid cupit calumnia,præualeret.Stilum meum qualiſcũq; eſt & formam ælo-quĩ,uir diſertiſſimus exprimere non potuit:ſed inter ipſas præſtigias,& alterius perſonã:qua ſe fraudulẽter induerat,quis eſſet oſtẽdit.Ergo ille qui epiſtolã ſub nomine meo pœnitẽtiæ finxerat:quod male Hebræa uolumina trãſtuliſſem, obĩjcere dicit̃,me in Septuaginta cõdẽnationẽ, ſcripturas ſanctas interpretatũ: ut ſiue falſa ſunt, ſiue uera quæ trãſtuli:in crimine maneant:dũ aut in nouo opere fateor me erraſſe:aut recens æditio ueteris condemnatio fit. Miror, quomodo in eadem epiſtola homicidam,& adulterum & ſacrilegum & parricidam me eſſe non dixerit: & quicquid poteſt tacita mentis cogitatio intra ſe turpitudinis uoluere.Gratias ei debeo agere, quod cum tanta ſylua ſit criminum,unum mihi erroris uel falſitatis crimen obiecerit.Ego ne cõtra Septuaginta interpretes,aliquid ſum locutus,quos ante ãnos plurimos diligẽtiſſime emen-

B datos,meæ linguæ ſtudioſis dedi,quos quotidie in cõuentu fratrum ædiſſero:quorum pſalmos iugi meditatione decanto? Tam ſtultus eram,ut quod in pueritia didici,ſenex obliuiſci uellem? Vniuerſi tractatus mei,horum teſtimonĩjs texti ſunt.Commentarij in duodecim prophetas,& meam & ſeptuaginta æditionem ædiſſerunt.O labores hominum,ſemper incerti:o mortalium ſtudia,contrarios interdum fines habentia.Vnde me putabam bene mereri de latinis meis,& noſtrorum ad diſcendum animos concitare,quod etiam Græci uerſum de latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt,inde in culpam uocor:& nauſeanti ſtomacho cibos ingero.Et quid in homine tutum ſit,ſi innocẽtia criminoſa eſt? Dormiente patrefamilias inimicus homo çiçaniã ſuperſeminauit:Exterminauit uineã aper de ſylua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam.Ego taceo,& litteræ non meæ,loquuntur contra me.Ignoro crimen, & crimen in toto orbe confiteor. Heu mihi mater mea,ut quid me genuiſti,uirum qui iudicer & diſcernar omni terræ? Omnes præfatiunculæ ueteris inſtrumenti,quarum ex parte exempla ſubieci,huic rei teſtes ſunt. Et ſuperfluum eſt,quod in illis dictum eſt,aliter cũ ibi dictum eſt ſcribere.Incipiam igitur a Geneſi; cuius prologus talis eſt.Deſyderij mei deſyderatas accepi epiſtolas,qui quodam præſagio futurorum,cum Daniele ſortitus eſt nomen,obſecrantis ut tranſlatum in linguam latinam de Hebræo ſermone Pentateuchũ noſtrorũ auribus traderem.Periculoſum opus certe, & obtrectatorum latratibus patens,qui me aſſerunt in Septuaginta interpretum ſuggillationem, noua ueteribus cudere:ita ingenium quaſi uinum probantes:cum ego ſæpiſſime teſtatus ſim,me pro uirili portione in tabernaculo dei offerre quæ poſſim:nec opes alterius, aliorum paupertate fœdari.Quod ut auderem,Origenis me ſtudium prouocauit, qui æditioni antiquæ tranſlationẽ Theodotionis miſcuit,aſteriſco & obeliſco, id eſt, ſtella & ueru, opus omne diſtinguens: dum aut illuſtria facit, quæ minus ante fuerant, aut ſuperflua quæq; iugulat & confodit, maximeq; quæ euangeliſtarum & apoſtolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de uetere teſtamento legimus:quæ in noſtris codicibus non habentur,ut eſt illud: Ex Aegypto uocaui filium meum:& quoniam Naçareus uocabit̃:& uidebunt in quem cõpunxerunt: & flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: & quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit, nec in cor hois aſcẽdit:

quæ

C quæ præparauit deus diligentibus se: & multa alia, quæ proprium σύνταγμα desyderant. Interro/
gemus ergo eos ubi hæc scripta sint: & cum dicere non potuerint: de libris Hebræis proferam⁹.
Primum testimonium est in Oseæ. Secundum in Esaia. Tertium in Zacharia. Quartum in Pro
uerbijs. Quintū æque in Esaia. Quod multi ignorantes, apocryphorū deliramenta sectantur:
& Hiberas nænias, libris authenticis præferūt. Causas erroris, non est meū exponere. Iudæi pru
denti factum dicunt esse consilio: ne Ptolemæus unius dei cultor: apud Hebræos etiam, dupli/
cem diuinitatem deprehenderet: quod maxime idcirco faciebat: quia in Platonis dogma cadere
uidebatur. Deniq; ubicū q; sacratū aliquid scriptura testat̃ de patre & filio & spiritu sancto: aut
aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: ut & regi satisfacerent, & arcanum fidei nō diuul
garēt. Et nescio quis primus author, septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxe/
rit: quibus diuisi eadem scriptitarint: cum Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑπερασπίσης, & multo
post tēpore Iosephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, nō
prophetasse. Aliud est em̃ uatem, aliud interpretem esse. Ibi spiritus uentura prædicit: hic erudi
tio & uerborū copia, ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius œconomicum
Xenophontis & Platonis Protagorā, & Demosthenis pro Ctesiphonte orationē, afflatus rhe/
torico spiritu transtulisse: ut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes: aliter per apo/
stolos spiritus sanctus testimonia texuerit: ut quod illi tacuerint, hi scriptum esse mentiti sint.
Quid igitur? damnamus ueteres? Minime. Sed post priorū studia, in domo domini quod pos
sumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentū Christi: & quod nesciebant, dubijs, ptulere
sententijs. Nos post passionem & resurrectionē eius, non tā prophetiam q̄ historiā scribimus.
Aliter em̃ audita, aliter uisa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi
igitur æmule, obtrectator ausculta. Non damno, non reprehendo Septuaginta: sed confidenter
cunctis illis apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter
spiritualia charismata positos lego: in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent. Quid
D liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Si cubi tibi in translatione er/
rare uideor: interroga Hebræos: diuersarum urbium magistros consule: quod illi habēt de Chri
sto, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab apostolis usurpata testimonia pro/
bauerūt: & emēdatiora sunt exēplaria, latina q̄ Græca, Græca q̄ Hebræa. In libris quoq; Sa/
muel & Malachim, quos nos regnoꝝ quatuor nominam⁹, post catalogū diuinæ scripturæ, hæc
intuli. Quæ cum ita se habeant, obsecro te lector ne laborem meum, reprehensionem existimes
antiquorum. In tabernaculo dei offert unusquisq; quod potest. Alij aurum & argentum & lapi
des præciosos: alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hiacynthum. Nobiscū bene agi/
tur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen apostolus contemptibiliora nostri magis
necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo: & per singulas species ecclesiæ præ
sentis futuræq; distinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardoremq; solis & iniuriam imbrium, ea
quæ uiliora sunt prohibent. Vide, quanto contra Septuaginta interpretes tumeam supercilio:
ut illos aurum & precios os lapides & purpuram, me pelles & pilos caprarū in tabernaculo dei
obtulisse profitear. Ponam & aliud testimonium, ne nunc me rerum necessitate compulsum, di/
cas mutasse sententiā. In libro temporū, id est, Paralipomenon: qui Hebraice dicit̃ דִּבְרֵי הַיָּמִים
Dibre haiamim, ad sanctū Chromatium præfatiuncula usus sum. Si septuaginta interpretū pu
ra, & ut ab eis in Græcum uersa est æditio permaneret, superflue me mi Chromati episcoporū
sanctissime atq; doctissime impelleres: ut tibi Hebræa uolumina latino sermone transferrem.
Quod em̃ semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem: iustum
erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc uero cum pro uarietate regionum, diuersa ferant̃
exemplaria: & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; uiolata: nostri arbitrij putas,
aut ex pluribus iudicare quid uerum sit, aut nouum opus in ueteri opere cudere: illudētibusq;
Iudæis, cornicum (ut dicitur) oculos cōfigere. Alexandria & Aegyptus in Septuaginta suis, Hesy
chium laudat authorem. Constantinopolis usq; ad Antiochiam, Luciani martyris exemplaria
probat. Mediæ inter has prouinciæ, Palæstinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos,
Eusebius & Pamphilus uulgauerunt, totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate compugnat. Et

certe

A certe Origenes,nō ſolum exempla compoſuit quatuor æditionum,e regione ſingula uerba de/ſcribens:ut unus diſſentiens,ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur: ſed quod maioris audaciæ eſt,in æditione ſeptuaginta,Theodotionis æditionem miſcuit:aſteriſcis uidelicet deſignans,quæ minus fuerant:& uirgulis quæ ex ſuperfluo uidebātur appoſita.Si igitur alijs licuit non tenere,quod ſemel ſuſceperāt:& poſt ſeptuaginta cellulas,quæ uulgo ſine authore iactant, ſingulas cellas aperuere:hocq; in eccleſijs legitur,quod Septuaginta neſcierunt: cur me nō ſuſcipiant latini mei:qui inuiolata æditione ueteri,ita nouam condidi, ut laborem meum, Hebræis &(quod his maius eſt)apoſtolis authoribus probem? Scripſi nuper librum de optimo genere interpretandi:oſtendens illa de euangelio:Ex Aegypto uocaui filium meum:Et, quoniam Nazçareus uocabitur:Et,uidebunt in quem compunxerunt:& illud apoſtoli: Quæ oculus nō uidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt:quæ præparauit dñs diligentibus ſe: cæteraq; his ſimilia,in Hebræorum libris inueniri.Certe Apoſtolus & euāgeliſtæ,Septuaginta interpretes nouerant.Et unde eis hoc dicere,quod in Septuaginta nō habetur? Et Chriſtus dñs noſter, utriuſq; teſtamenti conditor,in euangelio ſecundū Iohannem:Qui credit(inquit)in me:ſicut dicit ſcriptura: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtiq; ſcriptū eſt quod ſaluator ſcriptū eſſe teſtat. Vbi ſcriptū eſt? Septuaginta non habent. Apocrypha,neſcit eccleſia.Ad Hebræos igit reuertendū:unde & dñs loquitur:& diſcipuli exēpla præſumunt. Hæc pace ueterū loquor, & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo,qui canino dente me rodunt: in publico detrahentes,legentes in angulis,ijdem & accuſatores & defenſores:cum in alijs probent, quod in me reprobant:quaſi uirtus & uitium non in rebus ſit,ſed cum authore mutetur.Cæterꝝ memini æditionem Septuaginta tranſlatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris: nec inimicū debere exiſtimari eorꝝ, quos in cōuētu fratrū ſemp ædiſſero. Et quod nūc דִּבְרֵי הַיָּמִים dibre haiamim,id eſt,uerba dierū interptatus ſum:idcirco feci:ut inextricabiles moras,& ſyluā nomi/num quæ ſcriptorum confuſa ſunt uitio, ſenſuumq; labirynthos apertius & per uerſuum cola,
B dirigerem, mihimetipſi & meis iuxta Hiſmeniam canens, ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum. In Eſdre quoq; uolumine, ſimilia præfatus ſum: & poſt multa hæc addidi. Quod illaturus ſum, æquiſſimum eſt. Edidi aliquid, quod non habetur in Græco: uel aliter habetur, cū a me uerſum eſt. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebræos, & ipſis authoribus tranſlationi meæ,uel arrogent uel derogent fidem.Porro aliud eſt:ſi clauſis(quod dicitur)oculis mihi uolunt maledicere: & non imitantur Græcorum ſtudium & beneuolentiam:qui poſt Septuaginta trāſlatores iam Chriſti euangelio coruſcante,Iudæos & Hebionitas legis ueteris interpretes,Aquilam uidelicet, Symmachum & Theodotionem, curioſe legunt,& per Origenis laborē eccleſijs dedicarunt:quanto magis latini mei grati eſſe deberent,quod exultantem Græciam cernerent aliquid a ſe mutuari.Primum em̄ magnorum ſumptuum eſt,& infinitæ difficultatis,exēpla habere omnia.Deniq; & qui habuerint,& Hebræi ſermonis ignari ſunt,magis errabunt,ignorantes quis e multis uerius dixerit.Quod etiam ſapientiſſimo cuidam,nuper apud Græcos accidit: ut interdum ſcripturæ ſenſum relinquens, uniuſcuiuſlibet interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiā: & latinus nobis utcūq; ſermo nō deeſt:& de alijs magis poſſumus iudicare:& ea quæ ipſi intelligimus, in noſtra lingua exprimere. Tranſibo ad librū Iob,quem poſt Septuaginta interpretum æditionem, quam Origenes obelis aſteriſciſq; diſtinxit,ante annos plurimos latino ſermoni datum: cum rurſum iuxta ipm Hebraicum uerterem:ſic locutus ſum.Cogor per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros,aduerſariorꝝ reſpondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehenſionem Septuaginta interpretū criminantur:quaſi non & apud Græcos,Aquila,Symmachus & Theodotion uel uerbum e uerbo, uel ſenſum e ſenſu,uel ex utroq; cōmixtum & mediæ temperatū genus tranſlationis exp̄ſſerint:& omnia ueteris inſtrumenti uolumina Origenes obelis aſteriſciſq; diſtinxerit: quos uel additos uel de Theodotione ſumptos tranſlationi antiquæ inſeruit, probans defuiſſe quod additum eſt. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus ſuſceperunt, aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neq; enim fieri poteſt: ut quos plura intermiſiſſe perſpexerint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur, præcipue in

C Iob:cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt ſubtraxeris,pars maxima detruncabitur.Et hoc dũ/
taxat apud Græcos.Cæterum apud latinos, ante eam trãſlationem quam ſub aſteriſcis & obe/
lis nuper ædidimus, ſeptingenti ferme aut octingenti uerſus deſunt: ut decurtatus & laceratus
corroſuſq; liber,fœditatem ſui publice legentibus præbeat.Et poſt multa quæ ſtudio breuitatis
prætereo,hæc in fine ſubiunxi.Audiant quapropter canes mei,idcirco me in hoc uolumine la/
boraſſe:non ut interpretationem antiquam reprehenderem: ſed ut ea quæ in illa, aut obſcura
ſunt,aut omiſſa,aut certe uitio ſcriptorum deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fie/
rent:qui & Hebræum ſermonem ex parte didicimus:& in latino pene ab ipſis incunabulis inter
grãmaticos & rhetores & philoſophos detriti ſumus. Quod ſi apud Græcos poſt ſeptuaginta
æditionem,iam Chriſti euãgelio coruſcante,Iudæus Aquila,& Symmachus ac Theodotion Iu
daiçantes hæretici ſunt recepti:qui multa myſteria ſaluatoris, ſubdola interpretatiõe celarunt:
& tamẽ in hexaplis habent apud eccleſias,& explanant ab eccleſiaſticis uiris:quãto magis ego
Chriſtianus, de parẽtibus Chriſtianis natus, & uexillum crucis in mea fronte portans:cuius ſtu
dium fuit omiſſa repetere,deprauata corrigere:& ſacramenta eccleſiæ,puro & fideli aperire ſer/
mone,uel a faſtidioſis,uel a malignis lectorib9nõ debeo reprobari? Pſalteriũ quoq; quod cer
te emẽdatiſſimum iuxta Septuaginta interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit,rurſum
iuxta Hebraicum uertens,præfatione muniui: & ſic in parte prologi ſum locutus. Quia igitur
nuper cum Hebræo diſputans:quædam pro domino ſaluatore de pſalmis teſtimonia protuli/
ſti:uolenſq; ille te illudere,per ſermones pene ſingulos aſſerebat,non ita haberi in Hebræo, ut
tu de Septuaginta interpretibus opponebas:ſtudioſiſſime poſtulaſti:ut poſt Aquilã,Symma/
chum & Theodotionem,nouam æditionem latino ſermone tranſferrem. Aiebas em̃ te magis
interpretũ uarietate turbari:& pro amore quo laberis,uel trãſlatione,uel iudicio meo eſſe cõten
tum. Vnde impulſus a te:cui & quæ non poſſum,negare non debeo:rurſum me obtrectatorum
latratibus tradidi, maluiq; te uires potius meas q̃ uoluntatem in amicitia quærere. Certe con/
D fidenter dicam,& multos huius operis teſtes citabo:me nihil dũtaxat ſcientem de Hebraica ue
ritate mutaſſe.Sicubi ergo æditio mea a ueteribus diſcrepat: interroga quemlibet Hebræorũ,
& liquido peruidebis,me ab æmulis fruſtra lacerari:qui malunt contemnere uideri prædara,q̃
diſcere, peruerſiſſimi homines.Nam cum nouas ſemper expetant uoluptates,& gulæ eorum ui
cina maria non ſufficiant:cur in ſolo ſtudio ſcripturarum ueteri ſapore contenti ſunt? Nec hoc
dico,quod præceſſores meos mordeam,aut quicq̃ de his arbitrer detrahendum:quorum tranſ
lationem diligentiſſime emendatam,olim meæ linguæ hominibus dedi:ſed quod aliud ſit in ec
deſijs Chriſti credentium pſalmos legere,aliud Iudæis ſingula uerba calumniantibus reſponde
re. Solomonis etiã libros,quos olim iuxta ſeptuaginta additis obelis & aſteriſcis in latinũ uer
teram,ex Hebraico tranſferens:& dedicans ſanctis epiſcopis Chromatio & Heliodoro, hæc in
præfatiunculæ meæ fine ſubieci. Si cui Septuaginta interpretum magis æditio placet,habet
eam a nobis olim emendatam.Neq; em̃ ſic noua cudimus,ut uetera deſtruamus. Veniã &
ad Eſaiam:& partem prologi eius ſuper ſeptuaginta interpretatione ſubiungam.Quem cũ ma
gis euangeliſtam q̃ prophetam dicerem: eo quod uniuerſa Chriſti eccleſiæ myſteria ſic ad li/
quidum perſecutus eſſet:ut non de futuro uaticinari,ſed de præteritis hiſtoriam texere credere/
tur:etiam hoc addidi. Vnde conĵcio noluiſſe tunc tẽporis Septuaginta interpretes,fidei ſuæ ſa/
cramenta perſpicue ethnicis prodere:ne ſanctum canibus,& margaritas porcis darent. Qui cũ
hanc æditionem legeritis:ab illis animaduertetis abſcondita.Nec ignoro quanti laboris ſit,pro
phetas intelligere:nec facile quempiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit ante
quæ legerit.Nos quoq; patere morſibus plurimorũ,qui ſtimulante inuidia:quod conſequi non
ualent,deſpiciunt.Sciens ergo & prudens in flammam mitto manũ.Et nihilominus a faſtidio/
ſis lectoribus hoc precor: ut quomodo Græci poſt Septuaginta trãſlatores Aquilam & Sym/
machũ & Theodotionẽ legũt, uel ob ſtudiũ doctrinæ ſuæ, uel ut Septuaginta magis ex colla/
tione eorũ intelligant: ſic & iſti ſaltẽ unũ poſt priores habere dignentur interpretẽ.Legãt prius,
& poſtea deſpiciant:ne uideantur nõ ex iudicio,ſed ex odĵ p̃ſumptione,ignorata dãnare. De
Daniele autem breuiter reſpondebo,me non negaſſe eum prophetam,quẽ ſtatim in fronte pro

logi

A logi prophetam esse confessus sum: sed quid Hebræi dicerent:& quibus argumentis suam nite rentur probare sententiã,uoluisse monstrare:& docuisse lectorem,ecclesias Christi hunc ꝓphe/ tam iuxta Theodotionem legere:& non iuxta Septuaginta translatores.Quorũ si in isto libro ædítionẽ dixi multũ a ueritate distare,& recto ecclesiarũ Christi iudicio reprobatã:non est meæ culpæ q̃ dixi:sed eorꝝ qui legũt.In promptu sunt quatuor ædítiões,Aquilæ,Symmachi,Septua ginta,& Theodotionis.Ecclesiæ iuxta Theodotionẽ legunt Danielem. Ego quid peccaui, si ec/ clesiarum iudiciũ secutus sum? Quod autẽ refero,quid aduersum Susannæ historiã & hymnũ trium puerorꝝ & Belis draconis fabulas, quæ in uolumine Hebraico non habẽtur,Hebræi sole ant dicere: qui me criminat' stultũ,se sycophantã probat.Non em̃ quid ipse sentirem:sed qd illi cõtra nos dicere soleant explicaui.Quorũ opinioni,si non respondi in prologo breuitati studẽs, ne nõ præfationẽ,sed librũ uiderer scribere,puto quod statim subiecerim. Dixi em̃, de quo non est huius tẽporis differere.Alioqui & ex eo,quod asserui Porphyriũ cõtra hũc ꝓphetã multa di xisse,uocaui q̃ hui9 rei testes Methodiũ,Eusebiũ & Apollinariũ,qui multis uersuũ milib9,illius uesaniæ responderũt,me accusare poterit,quare nõ in præfatiuncula cõtra libros Porphyrĩ scri pserim.Qui istiusmodi nænias consectat', & scripturæ Hebraicæ ueritatẽ non uult recipere,au/ diat libere proclamantẽ.Nemo em̃ cogitur legere,quod non uult. Ego petentibus scripsi,nõ fa/ stidiosis:gratis,nõ inuidis:studiosis, non oscitãtibus. Et tamen miror quomodo Theodotionẽ hæreticũ & Iudaiçantẽ legit,& qualiscũq̃ peccatoris Christiani,translationẽ fastidit.Quæso te amice dulcissime,qui tam curiosus es,ut etiam somnia mea noueris:omniaq̃ quæ per tot annos absq̃ metu futuræ scripsi calumniæ,in accusationẽ uocas:ut respondeas quomodo eorꝝ præfa/ tiones librorũ nescias,quos accusas:quæ quodã uaticinio,futuræ calumniæ responderũt:implen
B tes prouerbiũ, Prius antidotũ c̃q̃ uenenũ.Quid nocet ecclesiꝭ nostra trãslatio? Magnis(ut scio) sumptibus redemisti,Aquilæ & Symmachi & Theodotionis,quintæq̃ & sextæ ædítionis Iudai cos translatores.Origenes tuus,&(ne forte queraris figurata te laude percussum)Origenes no/ ster(nostrum uoco ob eruditionem ingenĩ,non ob dogmatũ ueritatem)in omnibus libris suis post Septuaginta interpretes,Iudæorũ translationes explanat & ædisserit. Eusebius quoq̃ & Didymus idem faciunt.Prætermitto Apollinariũ,qui bono quidẽ studio,sed nõ secundũ scien/ tiã de omniũ translationibus in unũ uestimentũ pannos assuere conatus est: & cõsequẽtiã scri/ pturæ,nõ ex regula ueritatis,sed ex suo iudicio texere.Apostolici uiri scripturis utuntur Hebrai cis:ipsos apostolos & euãgelistas hoc fecisse perspicuũ est.Dñs atq̃ saluator ubicũq̃ ueteris scri pturæ meminit,de Hebraicis uoluminib9 ponit exẽpla:ut est illud:Qui credit in me,sicut scriptu ra dicit:flumina de uẽtre ei9 fluent aquæ uiuæ.Et in ipa cruce אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי Eli Eli lamma asabthani:quod interptat':Deus me9 deus meus,quare me dereliqsti:nõ ut a Septuaginta posi tũ est:De9 deus me9,respice in me,quare me dereliqsti:& multa his similia.Nec hoc dicim9,qd' Septuaginta interptes suggillem9, sed qd' apl'orꝝ & Christi maior sit authoritas:& ubicũq̃ se/ ptuaginta ab Hebræo nõ discordãt,ibi apl'os de interptatiõe eorꝝ exẽpla sumpsisse:ubi uero dis crepãt:id posuisse in Græco, quod apud Hebræos didicerãt.Sicut ergo ego ostẽdo multa in no uo testamento posita de ueteribus libris,quæ in Septuaginta nõ habent': & hæc scripta in He/ braico doceo:sic accusator ostendat aliquid scriptũ esse in nouo testamẽto de Septuaginta in/ terpretibus,quod in Hebraico non habeatur:& finita cõtentio est. Ex quibus omnibus appro/ bat', & Septuaginta interpretũ ædítionẽ quæ legẽtiũ uetustate firmata est:utilẽ esse ecclesiꝭ,dũ ante gentes audiũt Christũ uenturũ esse c̃q̃ ueniat:& cæteros interptes nõ reprobãdos:quia nõ sua,sed diuina uolumina transtulerũt,& familiarẽ meũ id a Christiano & amico debere suscipe re,qd' magno sumptu sibi a Iudæis describere festinauit.Excessi epistolæ modũ,& q cõtra nefa/ riã hæresim iam stilũ fixerã, pro me respondere cõpulsus sum,expectans tria amici uolumina: & ad congeriem criminum eius tota mente suspensus:nisi quod leuius est,professum inimicum cauere,c̃q̃ hostem latentem sub amici nomine sustinere.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

IN superiore libro,dum uaria codicũ scriptura huc & illuc animũ distrahit, dormitatũ est nõni hil in uno loco,quẽ aliquãto post,sed iam excusa pagina,diligentius perpendimus,ac depre/ hendimus pro his uerbis, qui tui apud latinos compar est,legendũ esse, qui sui apud latinos

C impar est. Notat eũ obiter Ruffinum, qui Gregoriũ uerterat latine, sed parũ feliciter. Proinde qui apud suos æloquentissimus erat, interpretis uitio sui dissimilis erat apud latinos. Hæc maluimus alieniore loco subijcere, & lectorẽ ullo modo fraudare. Meũ potissimũ inuadat.) Hunc aiunt esse morẽ periclitantiũ in aquis, ut quicquid manibus nacti fuerint, id pertinacissime teneant, etiã suo malo. Nisi inflicti.) Quidam codices habent inclyti. Ex uarietate conijcitur locus deprauatus. Forte legendũ est, inflicto pontifi cis baculo. Militari uulgariq.) Et hodie Galli quocũq; modo cognatũ, parentẽ uocãt sua lingua. Flaminiæ iter.) Est una uia Romana quæ Flaminia, sicut Appia, Sacra, cæteræq. Mollissimũ appellat, qd' ea pars minime montuosa sit. Resupinus.) A gestu significauit desidiam. Recũbunt eñ qui lassi sunt, & qui esi sedo uehũtur, quod ipsum genus est delicati uehiculi. Lassulus.) Diminutio cõmode exprimit Ironiã.

Quæ malum.) Malum, hic interiectionis uice ponit, qua solemus tedium aut iram exprimere. Potiri ignibus & frui.) Improprietatẽ notauit. Nam potimur rebus, pro quibus certauimus: & fruimur rebus, pro quibus laborauimus. Apud eos dicitur κληρομοσυσίμ.) Id est, hæreditate capient. Acyrologijs.) Id est, impropriis locutiõib⁹. Id eñ Græce sonat ἀκυρολογία. Et a grãmaticis cõmemorat inter uitia sermonis, ut si qs diceret sperare pro timere. Hoc eñ deerat: ut hominibus tormento subditis, ille nõ potiret ignibus æternis, quos tanto tẽpore desyderauerat.) Negatio expungenda est, ut legas ille potiretur. Nã irridet usurpationẽ uerbi impropriã: potimur eñ his reb⁹ quas desyderauimus. Et quẽ uolo ut ardeat.) Græci codices sic habent, καὶ τί θέλω ἐι ἤδη ἀνήφθη; id est, & quid uolo si iam accensus est? Theophrasti uerba.) Per Ironiam appellat Theophrastum Ruffinũ, propter balbutiem & infantiã. Theophrastus enim philosophus admirabili quadam fuit æloquentia: unde & nomen uidetur inditũ, quod diuine loqueretur.

Temporũ ac modorũ Legi dicentes.) Cõmiscuit præsens cũ præterito: rectius erat, legi qui dicerent. Item legi, male respondet ad cõfirmabant. Præterea, &, copula parũ cõcinne connectit legi, & confirmabant. Postremo quis legit dicentes, ac nõ potius audit? Vide quãtũ interfit inter locutuleium, & hominẽ uere æloquentẽ. Vt prætermittam κακέμφατον.) Cacemphaton, Donatus refert inter decem orationis uitia. Id fit, cũ qs utitur dictiõe quæ habet obscenæ rei significationẽ. Veluti, Arrige aures pamphile. Nã arrigo per se obscœnũ uerbum est. Hic Hieronymus putat obscœnitatẽ subesse, in traduce humani seminis.) Arcesilaũ.) Hic mediæ Academiæ fuit author, & singulis de rebus ambigue disputabat illud addẽs φημὶ ἔγώ, id est, sic mihi uidet. Carneadẽ.) Hic nouæ Academiæ princeps fuit. Erat aũt id omnibus Academicis cõmune, nihil affirmare, sed probabilia sequi. Cautione.) Nam illi uerum nescire se dicebant, tamen quid esset uerisimile, se scire profitebantur. Ruffinus ne hoc quidẽ audet pronũciare, sed omnino nescire se fatetur. Inuidiam.) Pro odio & molestia posuit. Vitam e uita.) Nam sublato delectu rerũ, ratio uiuendi tollitur e uita. Ad hanc inuidiam uitandam, cõfugerunt ad uerisimilia. Lactantiũ ex tra-

D duce factam.) Pro his uerbis, ex traduce factam, quidã codices habent συναφομένην, id est, cõseminatam, hoc est pariter cum semine immissam. Interpretaris ἐξόδιον.) ἔξοδιος, cautum significat: quãq; hic accipi uidet, pro cõmẽtario in librũ Exodi. Sed puto scribendũ ἐξόδιον. Et Cicures.) Quidã codices habent, Cicures Enniani. Quidã cicures Senniani. Quadrupedes quæ feræ nõ sunt, cicures dicunt. Fortassis Ennius alicubi simplices, & qui facile quouis adducantur, cicures appellauit. Quid incõsequẽs.) Quod Græci uocant ἀνακολουθόν: cũ sequentia nõ respondent superioribus. Lacinioſæ.) Id est supfluentis. Nã laciniæ sunt uestium appendices, quibus olim utebant, & adhuc utunt nõnulli. Tantũ uersibus.) Non singulis uerbis, sed uersibus. Versus est, quod uulgo lineam uocãt. Quod si Hieronymus tãtopere offendit huiusmodi uitijs sermonis, quæ probe defendi possent: quid faceret, nostrates legẽs Theologos, quorũ tota oratio, usq; ad prodigiũ spurca est? Et si clamat se plus laborasse in intelligendo Ruffini sermonẽ, qui multis etiã æloquens uidet, & in respondendo: quid si rem haberet cum Occanistis, aut Scotistis, aut similib⁹? Et si huius reliquis in rebus prudẽtiã, ex sermonis ineptia uult æstimari, quãtũ tribueret his quorũ sermone nihil insulsius. Verũ hi longe dissentiũt ab Hieronymo, qui nihil existimãt, neq; sanctũ, neq; doctũ, quod idẽ nõ sit egregie barbarũ. Nauem impetit.) Impegit legẽdũ est, id est illisit in scopulum. Prouerbiũ est, ubi quis statim in agressu operis offendit Ad populum phaleras.) Hoc Persiano uersu nimis uidet Hieronymus delectatus: hoc est, apud uulgus te iacta, mihi penitus notus es. In Origenis scita.) Scita uocat quæ Græci δόγματα, nos decreta, siue placita. Ἀναθεωρισμὸς.) θεωρεῖσθαι, consyderare est, siue cõtemplari, ἀναθεωρεῖσθαι, id est, recõsyderare. Inde ἀναθεωρισμὸς, recognitio. Cõmatice.) Id est, concisim, nã κόπτω incido, κόμμα incisio. Vnde & Michael.) Hic locus est in epistola ludæ apostoli ex apocryphis, ut apparet, Hebræoq; sumpt⁹. Increpet tibi.) ἐπιτιμήσαι σοὶ ὁ κύριος, id est, increpet te dñs. Quãq; Græce dandi casus est. Nostri codices pro increpet habent, imperet, sed mendose. Duos Andabatas.) Andabatæ clausis oculis cõgrediuntur. De hoc uide Prouerbiũ a nobis explicatũ in Chiliadibus. Subscriptionũ.) Subscribebant eñ, q sententiã alicuius cõprobabant. Quis imperator.) Nota lector olim synodos imperatorũ iussu cõgregari solitas. Cũ mihi mea ingerat fabella.) Quidã codices habent tam bella. Vtrũq; tolerari potest. Fabella, id est, sermo leuiter inter cõuiuia dictus: uel tabella, id est, mensula, hoc est, quod in mensa dictũ est. A synodo uidelicet.) Nonnulli codices habebant, asino uidelicet lyra. Verum mihi, pbat, a synodo, id est, a synodis alieno, ἀσύμφωνος, ut intellígas nihil opus esse ingerere sermones prandiorũ ei, q oia synodorũ acta nouerit. Quasi mimũ Philistionis.) Philistion Sardianus, & de patria ambigũt authores, ad risum scripsit comœdiolas quasdã: unde & præ nimio risu mortuus est. Mimum.) Hic uocat carmen ipsum ludicrũ. Marulli.) Et hic mimographus fuit. Cuius meminit Spartianus in uita Antonij. Huius generis fuit & Lentulus, & de eo nihil nominatim cõperi, nisi quod hũc memorat alibi Hieronymus. Stropham.) Vocat obliquũ sermonẽ: cũ aliud agim⁹, & pre nobis ferimus. Sic eñ mimi sub alterius noie, aliũ taxant apud populũ. Cypriani ψευδεπιγραφον.) Id est, falsæ inscriptionis

A nis: ψεῦδος mendaciũ,& ἐπιγράφω inſcribo. Ipſe bilinguis.) Id eſt,Græce perit⁹& latine,q̃q̃ interim ſcomma eſt,ex alluſione bilinguis. Numera indicem.) Indicem uulgo tabulam uocant, Græci ἔλεγχον. Cũ Daniele.) Nam huic dictũ eſt: Vir deſyderiorũ es tu,ut habeẽ apud ipſum capite nono,quod eſſet diſcẽdi cupidus. Aut illuſtria.) Nam prænotatis ſtellulis illuſtrabat & ueru iugulabat & cõfodebat.Eſt em̃ obeliſcus gladij,ſiue teli genus.Aſteriſcus ſtellula. Propriũ σύμπαγμα.) συμπάττω, id eſt, compono. Inde σύμπαγμα,opus compoſitũ. Hiberas Nænias.) Nænias hoc loco nugas uocat aniles. Hiberas aũt dixit, quod in Hiberia multa naſcantur uenena,maleficijs apta,ſicut in Odis teſtaẽ Horatius. Vnde ꝓpter prodigioſa maleficiorũ fabulamenta,fabulæ aniles, Hibericæ næniæ dictæ ſunt. Eſt em̃ Hiberia finitima Colchidi,quæ ſimilibus fabulis infamis eſt. Mendacio ſuo extruxerit.) Feſtiuiter dicit eas cellulas nõ ſaxis, ſed mendacio cõſtructas fuiſſe. Ridet hoc figmentũ ſcribens ad Auguſtinũ,qui ſerio credidit. Neq; deſunt hodie qui credant,cũ diuus Hieronymus plane mendaciũ eſſe pronunciet. Hyperaſpiſtes.) ἀσπίς Græce clypeus eſt, ὑπερασπίστης qui clypeo ſuo protegit aliquẽ. Vnde nõ inepte addidit quiſquis his fuit, id eſt,ſatelles & armiger:maxime cũ de rege loquatur.Nã regij corporis cuſtodes ſatellites appellantur.

Quæ oculus nõ uidit.) Vel ex hoc loco licebit emendare uulgatã æditionẽ noſtrã,quæ perperã habet, qd̃ pro quæ, & deſcẽdit pro deſcenderũt,tametſi Græcis uerbũ ἀμέβω ſingularis eſt numeri, tamẽ uſurpaẽ pro plurali,propter nominatiuũ pluralẽ neutri generis,ad quẽ refertur,nempe ἅ,id eſt,quæ. Moras.) Salebras & impedimenta uocat,quæ lectorẽ offendunt ac remorant. Syluam nominũ.) Cõfuſam & indigeſtam congeriẽ,ſyluam appellat. Senſuũq; labores.) Hoc loco labores uerto in labirynthos,ut intellĩgas difficultates inexplicabiles ſententiarũ. Nam locũ fuiſſe corruptũ,uel ipſa lectionis arguit uarietas. Per uerſuũ cola.) κῶλον,id eſt,membrũ,cũ abſoluta eſt ſententia: hinc apparet olim ſingulos uerſus ſingula cola complecti ſolere: cõmata quoq; ſua habuiſſe interualla. Mirũ eſt horũ nihil obſeruatũ fuiſſe a noſtris,neq; de cõmatis & colis,neq; de obelis & aſteriſcis,neq; canonib⁹,cũ uehementer ad rem pertineant. Iuxta Iſmeniũ.) Iſmeniã legendũ eſt.Hic fuit diſcipulus Antigenidis Thebani cantoris,qui cũ populo nõ ꝓbareẽ, Antigenidas præceptor illi⁹:Mihi(inquit)cane & muſis.Meminit Valerius Maxim⁹ libro.3.cap.de fiducia ſui. Clauſis qd̃ dicit̃ oculis.) Alluſit ad Andabatas,q̃ clauſis oculis ſeſe petebant. Clauſis oculis, id eſt,nullo iudicio. In exaplis habent̃.) ἐξαπλόω Græce explano.Inde ἑξαπλᾶ uocauit cõmẽtaria ſua in pſalmos. Sycophantã.) Id eſt,calũniatorẽ de re nihili,id em̃ ſignificat ſycophãta. Sed quid cõtra.) Hic Hieronymus uafre reſpondet. Siquidẽ ex ipſa præfatione plane apparet eũ ita ſenſiſſe. Ad eundem modũ reſpondet de ſomnio. Figurata laude.) Id eſt,nõ ſimplici,ſed quæ ſtrophã habeat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

B Miſerat ut apparet Ruffinus epiſtolã contumelijs ac minis plenam ad Hieronymum, ac præterea libros,quos in illum ſcripſerat,ad publicum certamen inimicitiæ prouocans. Ad quæ magna libertate reſpondet,in quo non oportebit offendi lectorem. Sua cuiq; dolent:in alienis facile temperati ſumus. Erat Hieronym⁹natura ingenio uehementi.Deinde bene ſibi conſciæ mẽtis fiducia,dicẽdi libertatẽ addebat, ad hæc laceſſitor improbus,& iuxta Publianã ſententiã,furor fit,læſa ſæpius patientia.Poſtremo cõtumelia erat intolerabilis ,quippe, quæ notã hæreſeos impingebat.Super omnia memineris & Hieronymum licet eruditiſſimum,licet ſanctum,hominem tamen fuiſſe.

APOLOGIA HIERO.ADVERSVS RVFFINVM.

LEctis litteris prudentiæ tuæ,quibus in me inueheris:& laudatũ quondam tuũ,quẽ uerum collegam loquebaris & fratrẽ,nunc libris ad reſpondendum prouocas, terreſq; criminibus: intellexi illud Solomonis in te eſſe completum:In ore ſtulti baculus contumeliæ.Et,non recipit fatuus uerba prudentiæ:niſi ea dixeris, quæ uerſant̃ in corde eius.Et Eſaias:Fatuus(inquit)fatua loquetur,& cor eius uana intelliget:ut compleat iniquitates,& loquatur contra deum mendacium.Quid em̃ neceſſe fuit accuſatiõis uolumina mittere,& maledicta proferre in medium:ſi tu in ultima parte epiſtolæ,denunciata morte me deterres,ne audeam reſpõdere criminibus,imo laudibus tuis? Eadem quippe & prædicas & accuſas; & de uno fonte dulce amarumq; procedit. Vnde obſecro te,ut uerecundiam & pudorem quẽa me exigis,prior exhibeas:& qui mendacij alterum criminaris,deſinas ipſe mẽtiri. Ego nulli ſcandalum facio,nec accuſator interim tui ſum.Non etenim cõſydero,quid tu merearis,ſed quid me deceat:& ſaluatoris æloquium pertimeſco dicentis:Qui ſcandaliçauerit unum de puſillis iſtis,q̃ in me credunt:expedit ei,ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius:& demergatur in profundũ maris.Et,uæ mundo ab ſcandalis.Neceſſe eſt em̃ ut ueniant ſcandala: ſed uæ homini per quem ſcandalum uenit.Poteram & ego in te falſa cõgerere:& dicere me uel audiſſe,uel uidiſſe,quæ nullus norat: ut apud ignorantes impudentia ueritas, & furor conſtantia putaretur. Sed abſit ut imitator tui ſim:& quod in te reprehendo,ipſe faciam. Ille loquatur ſpurcitias:qui poteſt ſpurca cõmittere.Malus homo de malo cordis theſauro profert ea quæ mala ſunt.Ex abundantia cordis os loquitur.Habeto interim lucrum,quod amicus quondam tuus nũc accuſatus: turpia tibi

C non uult obiicere. Et hoc dico: non quod accusationis tuæ gladios pertimescam: sed quod magis accusari uelim, ꝙ accusare: & pati iniuriam, ꝙ facere: sciens præceptum ab apostolo: Nō uosmetipsos ulciscentes charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: Mihi uindicta, & ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitierit, potū da illi. Hoc em̄ faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Qui em̄ seipsum uindicat, ultionem dñi non meretur. Et tamen anteꝙ respondeam epistolæ tuæ, expostulare tecum libet: uenustissime monachorum, bone presbyter, imitator Christi, fratrem tuū potes occidere: quē si tantū oderis, homicida es? Hoc a saluatore didicisti, ut uerberanti maxillam præberes alteram? Sic ipse respondit percussori suo? Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si bene, quid me cædis? Mortē minaris, quā & serpentes inferre possunt. Mors omniū est, homicidiū pessimorū. Quid em̄, nisi tu me occideris, ego immortalis ero? Quin potius habeo gratiā, qd̄ facis de necessitate uirtutē. Nōne & apostoli saluis inter se amicitijs dissenserunt? Cū Paulus & Barnabas ꝓpter Iohānē cognomēto Marcū stomachati sunt: & separauit eos nauigatio, quos Christi euāgeliū copulabat? Nōne idē Paulus in faciē Cephæ restitit, quod nō recto pede incederet in euāgelio? Et tamē p̄cessorē suū & colūnā ecclesiæ uocat: & exponit p̄dicationē, ne in uacuū curreret, aut cucurrisset. Nōne in religione etiā liberi a parētibus: & cōiuges a maritis salua pietate dissentiūt? Vos si ita habetis, ut habemus, cur nos odistis? Si aliter creditis, quid uultis occidere? An qui a uobis dissenserit, occidendus est? Testē inuoco Iesum cōscientiæ meæ: qui & has litteras & tuā epistolam iudicaturus est, me ad cōmonitionē sancti papæ Chromatij uoluisse reticere: & finē facere simultatū, & uincere in bono malū: sed quia minaris interitū, nisi tacuero: respōdere cōpellor, ne uidear tacendo crimen agnoscere: & lenitatē meā, malæ cōscientiæ signū interp̄teris. Hoc est uetū dilemma tuū: nō ex dialectica arte quā nescis, sed ex carnificū officina & meditatiōe prolatū. Si tacuero, criminosus ero: si respōdero, maledicus. Tu me ergo & ꝓhibes & cogis, ad respōdendum. In quo utrūq; moderabor: ut & obiecta diluā, & ab iniuria temperē. Quis em̄ eū nō time/
D at, qui est paratus occidere? Sequarq; uestigia propositiōis tuæ, seruans cætera illis eruditissimis libris, quos anteꝙ legerē, cōfutaui. Dicis te accusationē meā ad eos tantū misisse, qui meis uerbis læsi fuerant, & nō ad plures: quia nō ad ostentationē, sed ad ædificationē Christianis loquēdum est. Et unde oro te librorꝝ tuorꝝ ad me fama ꝓuenit? Quis eos Romæ? quis in Italia, qs in Dalmatia disseminauit? Si in scrinijs tuis & amicorꝝ tuorꝝ latebāt: ad me quomodo mea crimina peruenerūt? Et audes dicere te nō ad ostētationē, sed ad ædificationē quasi Christianū loq: qui de sene senex tāta cōfingis, quāta non diceret de latrone homicida, de scorto meretrix, scurra de mimo? Qui parturis mihi montes criminū, & gladios quos defigas in iugulū meū, tāto ante tēpore exacuis? Idcirco ne cereales & anabasij tui ꝓ diuersas prouincias cucurrerūt, ut laudes meas legerent? Vt panegyricū tuū per angulos & plateas: ac mulierculaꝝ textrinas recitarent? Hæc est tua illa sancta uerecundia: hæc ædificatio Christiana, sic modestus es, sic pudens: ut caterutim de occidente uenientes mihi tua maledicta narrauerint: ita memoriter & consentanee: ut ego cogerer nō scriptis tuis, quæ necdū legerā, sed scriptorum respondere opinionibus, & uolantia toto orbe iacula falsitatis, clypeo ueritatis excipere? Sequitur in epistola tua. Noli multo auro redimere notarium meum: sicut amici tui de meis περὶ ἀρχῶν schedulis, nondum emēdatis, nondum ad purum digestis, fecerunt: ut facilius falsare possent: quod aut nullus haberet, aut admodum pauci. Gratis a me missum suscipe codicem: quē censu magno cuperes cōparatū. Nō te pudet prohœmij? Ego auro redimerē notariū tuū? Et quis talis ac tātus est: ut audeat cū Cræso & Dario pugnare diuitijs? Vt subitū Demaratū, & Crassū nō ꝓtimescat? Vsq; adeo ne obdurasti frontē, ut mēdaciū ponas spem tuā: & existimes te ꝓtegi posse mēdacio: & qcqd finxeris tibi credendū putes? Quis Bethlehē de cubiculo fratris Eusebij furatꝰ est epistolā laudatricē tuā? Cuius artificio: & a cuiꝰ ministris in sanctæ Fabiolæ hospitio & uiri Christiani & prudētis, Oceani inuētꝰ est codex, quē illi nūq; uiderāt? An idcirco te existimas innocētē si qcqd tuū est, in alios cōferas? Quicūq; te offēderit, ꝙuis simplex, ꝙuis innoxius sit: ilico criminosus fiet? Habes em̄, ꝓ qd̄ Danaes est uicta pudicitia, quod Gieçi magistri p̄tulit sanctitati, ꝓpter qd̄ Iudas tradidit dñm suū. Videamus tamen quid meus necessarius de schedulis tuis, necdū emēdatis,

& nōdum

A & nondum ad purum digeſtis,falſauerit: & ob id facilius ei falſatæ fuerint, quod aut nullus eas haberet,aut admodum pauci. Et ante ſcripſi: & nunc eadem deo audiente proteſtor, me non approbaſſe accuſationem eius:nec cuiuſq; Chriſtiani in Chriſtianum.Quid enim neceſſe eſt,in multorum ſcandala ruinãq; proferri:quæ ſecreto aut corripere ualeas,aut emendare? Sed quia unuſquiſq; uiuit ſtomacho ſuo:& amicus non ſtatim dñs eſt alterius uoluntatis:ſicut accuſationẽ etiam ueram reprehendo:ſic falſitatem ſchedularum in ſancto uiro nõ ſuſcipio. Quid enim homo latinus de interpretatione Græca potuit immutare? Aut quid ſubtraheret uel adderet in libris περὶ ἀρχῶν,ubi ſic contexta ſunt omnia,& alterũ pendet ex altero:ut quicquid tollere uolueris uel addere,quaſi pannus in ueſtimento ſtatim appareat? Quod ergo me mones,ipſe facito: paululum ſaltem humani,ſi non Chriſtiani pudoris aſſume: ne deſpecta & calcata conſcientia tua,uerbis te purgatum putes,qui rebus urgeris.Si Euſebius auro redemit inemendatas ſchedulas,quas falſaret: tu profer tuas, quæ falſatæ nõ ſint:& ſi probaueris nihil in eis hæreticum:tunc ille crimine tenebitur falſitatis. Quis mutes, quis corrigas:catholica nõ probabis.Si em̃ error eſt in uerbis aut in paucis ſenſibus,poſſunt detruncari mala:& bona pro his reponi. Vbi autẽ tota diſputatio æqualis eſt:ut uniuerſæ rationabiles creaturæ:quæ propria uolũtate corruerãt: in unum poſtea reuertant ſtatum:ut rurſum ex eodẽ principio aliæ ſint ruinæ:quid habes emẽdare,niſi cuncta mutaueris? Quod ſi facere uolueris,iam non libros alienos interpretaberis, ſed condes tuos. Hoc autem cuiuſmodi argumentum ſit,nõ intelligo:Quia(inquit)inemendatæ,& nondum ad purũ digeſtæ erant ſchedulæ:idcirco facilius ab Euſebio falſatæ ſunt. Aut ego tardior ſum,aut mihi ſatis fatuum & obtuſum uidetur:Si nondũ emendatæ, nec ad purũ digeſtæ erant ſchedulæ: error earum nõ Euſebio imputabitur,ſed moræ & tarditati tuæ, qui emendare ceſſaſti.Et in eo ſolo erit ille culpabilis:quia ſcripta tua cito diſſeminauit in uulgus,quæ tu paulatim emendare decreueras.Sin autem(ut tu uis)eas falſauit Euſebius:quid cauſaris atq; præten-

B dis inemendatas,& necdum ad purũ digeſtas in publicum prorupiſſe? Et emẽdatæ enim & nõ emendatæ ſimilẽ recipiunt falſitatem.Nullus(inquis)eos habebat libros,aut admodũ pauci.In uno ſermone quãta diuerſitas? Si nullus eos habebat,quomodo apud paucos erãt? Si pauci habebant,cur nullũ habuiſſe mentiris? Cum autẽ dicas apud paucos fuiſſe:& teipſo cõfitente ſubuerſum ſit, quod nullus habuerit:ubi eſt illud, quod quereris auro redemptum notariũ tuũ? Dic nomen notarij, quantũ auri datum ſit:ubi,per quẽ,aut cui datum. Vtiq; proditorẽ tuũ abieciſti a te,& tanti facinoris reum a tuo cõſortio ſeparaſti. Vide ne magis illud uerũ ſit, a paucis illis amicis tuis & Euſebio & cæteris data exemplaria:quæ ita inter ſe congruũt, atq; cõſentiũt, ut ne puncto quidẽ alterũ ab altero differat. Deinde cuius prudẽtiæ eſt,dare exemplar alijs,qđ nondũ emendaueras? Scriptæ ad purũ nõ erant ſchedulæ: & emẽdandos errores tuos iam alij poſſidebant.Sentiſne nõ hærere inter ſe mẽdaciũ? Et quid tibi in articulo tẽporis ꝓfuit:ut epiſcopor̃ ſentẽtias ſubterfugeres,patere diſcuſſum:& tuis te uerbis redargui? Ex quo apparet iuxta indyti oratoris elogiũ,te uoluntatẽ habere mentiẽdi,artẽ fingendi nõ habere. Sequar ordinẽ epiſtolæ:& ipſa ut locutus es uerba ſubnectã.Eloquẽtiã ut dicis tuã:& in p̃fatione mea laudaſſe me fateor:etiã nũc laudarẽ,niſi tu eã cõtra Tullij tui ſententiã, multa iactãtia faceres odioſam. Vbi iactaui æloquẽtiã meã,qui etiã a te laudatã nõ libẽter accepi? An hoc dicis,quia nõ uis ſubdola p̃dicatiõe palpari? Aperte accuſaberis:ut q laudantẽ reſpuis,ſentias criminantẽ. Imperitiã aũt tuã, nõ tã ſtultus erã,ut reꝑhenderẽ:quã nemo põt fortiꝰ accuſare,niſi tuipſe,dũ ſcribis.Sed uolui oſtendere condiſcipulis tuis qui tecum non didicerunt litteras: quid per triginta annos in oriente profeceris:qui συγγραφεὺς ἀγράμματος,procacitatem diſertitudinem, & maledicere omnibus,bonæ cõſcientiæ ſignũ arbitraris.Nec tibi ut dicis ferulas adhibeo,neq; athenogerõta meũ ſcutica & plagis litteras docere cõtẽdo.Sed qa fulmẽ æloquẽtiæ tuæ atq; doctrinæ oẽs tractatores ferre nõ poſſumus,& ingenij acumine p̃ſtringis oculos noſtros,intantũ, ut oẽs tuos inuidos putes:certatim opprimere te cupimꝰ:ne ſi ſemel in ſcribẽdo obtinueris principatũ:& in æloquẽtiæ arce ſteteris:cũctis nobis q aliqd ſcire uolumꝰ,mutire nõ liceat.Ego philoſophus, rhetor,grãmaticus,Dialecticus,Hebræus, Græcus,Latinus trilinguis.Hoc modo & tu bilinguis eris:q tãtã habes Græci Latiniq; ſermonis ſciẽtiã: ut & Græci te latinũ: & Latini te Græcũ putẽt: & papa

C Epiphanius πεντάγλωττος,qa qnq; linguis cõtra te,& Amasiũ tuũ loquit. Simulq; admiror qua temeritate cõtra tantarũ artiũ uirũ audeas dicere:tu q tot disciplinarũ oculis uigilas, quõ uenia donãdus es,si erraueris:& nõ ꝓpetuo pudoris silentio contegẽdus? Quod cũ legissem,& me putarẽ alicubi in sermone lapsum(q em̃ in uerbo nõ peccat,iste ꝓfectus est): & suspicarer eũ aliqd meorũ prolaturũ esse uitiorũ:subito intulit: Ante biduũ mihi cꝑ proficiscerer harũ baiulus, in manus uenerũt,quæ in me declamasti. Vbi est ergo quod minaris & dicis,quomodo donãdus es uenia,si erraueris,& nõ perpetuo pudoris silentio contegendus? Nisi forte præ angustia temporis non potuisti ea in ordinem digerere:Aut aliquẽ de eruditis cõducturus eras, qui in opusculis meis gemmarum æloquentiæ tuæ ornamẽta perquireret. Supra scripsisti,gratis a me missum codicem susci̇pe,quem censu magno cuperes comparatum: & nunc humilitatis præstigijs loqueris,imitari te uolui:sed refestinante eo qui ad te remeabat, malui paucis ad te cꝑ ad alios pro tuis maledictis latius scribere.Et interim audacter frueris imperitia tua.Semel em̃ cõfessus es dicens,superflua tibi reprehensio fuit in paucis,quæ professa nobis habetur in omnibus.Nec reprehendam,quod comparatum codicem pro empto posueris:cum cõparatio æqualium sit, emptio precij annumeratio:& refestinante eo,qui ad te remeabat,sordidissimæ ælocutionis περιασολογία,tantum sensibus respondebo:& te nequacꝑ soloecistam ac barbarum, sed mendacẽ, subdolũ,impudentem cõuincam.Si ad me tantum epistolam scribis:ut me cõmoneas & emendatum uelis, ne cæteris scandalum facias:& alijs furentibus iugulentur alij:cur libros contra me scribis ad alios:& legendos per satellites tuos toto orbe dispergis? Vbi est syllogism9 tuus, quo me irretire conaris & loqueris:Quẽ in hoc magister optime emendare cupiebas: si illi ad quos scribis nihil deliquerant? Si me quẽ arguis:non ad me scripseras:& ego tuis respondebo tibi sermonibus.Quẽ emendare cupiebas magister indocte?Eos ne qui non peccauerant? An me, ad quẽ non scripseras?Brutos putas esse lectores, & omnes nõ intelligere prudentiã tuã: imo ma/

D liciam,qua & serpens prudentior fuit cunctis bestijs in paradiso:ut a me secretam admonitionẽ flagites,quẽ publica accusatione persequeris:& non te pudet accusationẽ tuam Apologiam uocare? Quereris q; cur opponã dypeũ pugioni tuo: & tibi quasi religiosulus & sanctulus psonã humilitatis imponis,& dicis:Si erraueram:quare scribis alijs, & non meipsum redarguis? Hoc ipsum in te retorquebo.Quicquid em̃ me non fecisse causaris, quare nõ ipse fecisti? Velut si qs pugnis aliquẽ calcibusq; collidens,si resistere uoluerit,dicat ei: Nõne tibi præceptum est: qui te percusserit in maxillam,præbe illi & alteram? Quid em̃ bone uir,tibi præceptũ est ut me uerberes? Oculum mihi effodias:& si paululum me cõmouero,euãgelij mihi præcepta cantabis? Vis scire tortas argutiarũ tuarũ strophas,& uulpecularum insidias,quæ habitant in parietinis:de q/bus Eçechiel loquit:Quasi uulpes in deserto prophetæ tui israel? Auscultа quid feceris. Ita me in tua præfatione laudasti:ut obijcerentur mihi laudes tuæ: & nisi me alienũ a tanto laudatore dixissem,hæreticus iudicarer.Postcꝑ reppuli crimina,id est,laudes tuas: & absq; inuidia tui nominis,respondi criminibus non criminatori:atq; ut me catholicũ a te infamatus probarem: inuectus sum in hæreticos:irasceris,furis,& luculentissimos libros contra me cudis:quos cũ legendos & cantandos omnibus tradidisses:certatim ad me de Italia & urbe Roma atq; Dalmacia scripta uenerũt,quibus me laudator pristinus ornasses preconijs.Fateor ilico ad obiecta respõdi:& me non esse hæreticũ,totis uiribus probare conatus sum.Misiq; hos ipsos Apologiæ meæ libros,ad eos quos tu uulneraueras:ut uenena tua,nostra sequerer antidotus.Ob hanc culpam mittis mihi & priores libros,& recentẽ epistolam,plenam iniuriarũ & criminum. Quid me uis facere bone amice? Taceam? Videbor crimen agnoscere.Loquar? Terres me gladijs tuis: & accusationem non iam ecclesiasticam,sed tribunaliũ comminaris.Quid feci? Quid commerui? In quo te læsi? Quia me negaui hæreticũ? quia me tuis laudibus duxi indignũ? quia hæreticorũ fraudulentias & periuria aperto sermone descripsi? Quid ad te:qui & catholicum & ueracem te esse iactas:qui libentius me accusas, cꝑ te defendis? Nonne mea defensio, accusatio tua est? Aut aliter orthodoxus esse non poteris, nisi me hæreticum comprobaueris? Quid tibi prodest societas mea? Aut quæ est ista prudentia? Accusatus ab alijs, accusas alium. Ab alio appeteris:& illi tergum obuertens, quiescentẽ cõtra te prouocas. Testor mediatorẽ Iesum, inuitũ

me &

A me & repugnantē ad hæc uerba descendere: & nisi tu prouocares, semper taciturum fuisse. Deniq; noli accusare, & ego cessabo defendere. Quæ em̄ est audientiū ædificatio, duos senes inter se propter hæreticos digladiari: præsertim cū ambo catholicos se uideri uelint? Omittamus hæreticorum patrociniū: & nulla erit inter nos contentio. Eodem feruore quo Origenē ante laudauimus, nunc damnatū, toto orbe damnemus. Iungamus dextras, animos copulemus: & duos orientis atq; occidentis προπαιοφόρους, alacri sequamur incessu. Errauimus iuuenes, emendemur senes. Si frater es, me gaude correctū. Si amicus sum: de conuersione tua debeo gratulari. Quā diu inter nos iurgium fuerit, uidebimur rectam fidem, necessitate ducere non uoluntate. Inimicitiæ nostræ, inuicē nobis tollunt testimoniū ueræ pœnitētiæ. Si unū credimus, si idē & uolum⁹ & nolumus, ex quo firmas nasci amicitias, etiam Catilina testat, si hæreticos pariter odimus, & ueterē æque damnamus errorē: quid cōtra nos tendimus, cum eadē oppugnemus, eadem defendamus? Ignosce mihi, quod Origenis eruditionē & studiū scripturarum, antecq; eius hæresim plenius nossem, in iuuenili ætate laudaui: & ego tibi dabo ueniam, quod Apologiā librorq; eius cano scripseris capite. Ante biduum, cq; ad nos epistolā scriberes, libellos meos in manus tuas uenisse testaris: & idcirco non habuisse spaciū ex ocio respondendi: alioqui si meditatus in nos paratusq; dixisses, fulmina iacere, non crimina uidereris. Et quis tibi credet homini ueraciſſimo: ut negociator orientalium mercium: qui & hinc deportata uendere necesse habebat: & ibi emere, quæ huc rursus adueheret, biduū tantū Aquilegiæ fuerit: ut raptim & ex tempore cōtra nos dictare epistolam cogereris? Libri em̄ tui quos limasti per trienniū disertiores sunt? Nisi forte non fuit impræsentiarum qui tuas emendaret nænias: Et idcirco omne iter dictionis tuæ, absq; Palladis arte, salebris & uoraginibus uitiorum inciditur. Tam apertū tēporis mendacium est, ut non dicam respondere, sed legere biduo, mea scripta non potueris. Ex quo apparet te illā epistolā, aut pluribus diebus scripsisse, ut stili ipsius elegantia probat: aut si tumultuaria dictio est, nimium te esse negligentem, qui cum extemporalis talis sis, meditatus deterior fueris. Illud autē

B quod tergiuersaris: & dicis te ea transtulisse de Græco, quæ ego prius latino sermone transtulerim, non satis intelligo quid uelis dicere: nisi forte adhuc cōmentarios ad Ephesios criminaris: & quasi nihil tibi super hoc responsum sit, obduras frontis impudētiam: nec auribus obturatis uoces recipis incantantis. Nos in cōmentarijs, & illis & alijs, & nostrā & aliorū sententiā explicauimus, aperte confitentes quæ sunt hæretica, quæ catholica. Hic est em̄ cōmentariorū mos, & explanantiū regula: ut opiniones in expositione uarias p̄sequant̄, & quod uel sibi uel alijs uideat̄ ædisserant. Et hoc non solum sanctarū interpretes scripturarum: sed sæcularium quoq; litterarum explanatores faciunt: tam latinæ linguæ, cq; Græcæ. Tu in libris περὶ ἀρχῶν idipsum obtendere non potes. Arguet enim te præfatiuncula tua: in qua polliceris, detruncatis malis, & quæ ab hæreticis addita fuerant, optima remansisse: ut quicquid ibi uel bonum uel malum dixeris: iam non ei imputetur quē transfers, sed tibi qui interpretatus es: nisi forte hæreticorum errores emendare debueras, & Origenis mala proferre in medium. Sed de hoc: quia nos remittis ad codicem: ante tibi respondimus, cq; tua scripta legeremus. De Pamphili libro: nō ridiculosa (ut tu scribis) sed ridicula mihi forte res accidit: ut postcq; Eusebij asseruerim esse non Pamphili: ad extremum dixerim, etiam me annos plurimos hoc putasse quod Pamphili fuerit: & a te exēplar huius uoluminis mutuatum: Vide quantū timeam cachinnos tuos: ut etiam nūc eadem ingeram. De tuo codice quasi Pamphili exemplar accepimus. Credidi Christiano & credidi monacho: non putaui tantū sceleris a te posse confingi. Postea uero per interpretationem tuam, quæstione contra Origenem toto orbe cōmota, in quærendis exemplaribus diligentior fui: & in Cæsarien si bibliotheca, Eusebij sex uolumina repperi ἀπολογίας ὠριγένους. Quæ cum legissem, primū eum librum deprehendi: quem tu solus sub nomine martyris ædidisti, de filio & spiritu sancto: in bonam partem plærisq; blasphemijs cōmutatis. Et hoc uel Didymum uel te, uel alium fecisse nescio quē: quod tu apertissime in libris περὶ ἀρχῶν fecisse conuinceris: maxime cū idem Eusebius (ut iam duobus libris docui) scribat Pamphilum, nihil proprij operis ædidisse. Dic ergo & tu, a quo exēplar acceperis, nec mihi ad subterfugiendū crimen mortuos aliquos noies: ut cū authorē ostendere nō potueris: illū pferas, qui non possit respondere. Sin aūt riuulus ille in tuis scrinijs

fontem

C fontem habet:quid ſequat, etiam me tacente non dubitas. Verū fac ab alio quolibet amatore A
Origenis,libri huius titulū,& authoris uocabulū cōmutatū:cur hoc in latinam linguā uertis?
Videlicet ut teſtimonio martyris,omnes Origenis ſcriptis crederent:præmiſſa munitione tanti
authoris & teſtis. Nec tibi ſufficit doctiſſimi uiri Apologia: niſi ſcribas & ꝑpriū uolumen pro
defenſiōe eius:quibus per multos diſſeminatis,tuto iam libros περὶ ἀρχῶν uertis e Græco:& hos
ipſos præfatione cōmendas dicens:nōnulla in his ab hæreticis deprauata:quæ tu de alior̄ libro
rum Origenis lectione correxeris. Me quoq; laudas,ne tibi amicorū meorū quiſpiā cōtradicat.
Origenis κήρυκα prædicas. Eloquentiā meā fers in cœlū:ut fidem in cœnū deprimas, fratrē & col
legam uocas,& imitatorē te mei operis cōfiteris. Cūq; a me trāſlatas Origenis ſeptuaginta Ho
milias:& nōnullos Tomos in apoſtolum iactes: in quibus ſic cuncta limauerim:ut nihil in illis,
quod a fide catholica diſcrepet,latinus lector inueniat:nunc eoſdem libros,hæreticos crimina
ris: & uerſo ſtilo quē prædicaueras, quia cōſortem putabas,accuſas:quoniā perfidiæ tuæ cernis
inimicū. Quis e duob⁹ calūniator eſt martyris? Ego qui illū dico hæreticū nō fuiſſe,nec ſcripſiſ
ſe librum, qui ab omnibus reprehenditur:an tu,qui uolumē hominis Arriani, titulo cōmutato
ſub noīe martyris ædidiſti? Nō tibi ſufficit ſcandalū Greciæ,niſi illū & latinorū aurib⁹ ingeras:
& inclytū martyrē, tua quātū in te eſt tranſlatione deformes. Tu quidē alia mente feciſti:nō ut
martyrem argueres,nō ut me accuſares:ſed ut Origenis per nos ſcripta defenderes. Attamen
ſcito Romanā fidem,apoſtolica uoce laudatā iſtiuſmodi præſtigias nō recipere, etiā ſi angelus
aliter annunciet,q̄ ſemel prædicatū eſt,Pauli authoritate munitā nō poſſe mutari. Ergo frater,
ſiue a te falſatus eſt liber, ut multi putant:ſiue ab altero,ut forſitan perſuadere conaberis,& te
mere credidiſti,hæretici hominis σώγραμα eſſe martyris:muta titulū,& Romanā ſimplicitatem
tanto periculo libera. Non tibi expedit:ut per te clariſſimus martyr hæreticus iudicet:ut qui ef
fudit pro Chriſto ſanguinem,contrarius fidei Chriſti approbet. Dic potius,inueni librū,puta
ui illū martyris:ne timeas pœnitentiā. Iam te non urgebo,non quærā a quo acceperis:uel mor
D tuor̄ aliquē nominato:uel in platea ab ignoto hoie te emiſſe dicito. Nō em̄ damnationē tuam
quærimus,ſed conuerſionē. Melius eſt, ut tu erraueris,q̄ ut martyr hæreticus fuerit. Interim de
p̄ſenti cōpede,utcūq; erue pedē. In futuro iudicio tu uideris,quid ad martyris contra te reſpon
deas querimonias. Proponis etiā tibi,qd̄ nemo obiēcit:& diluis qd̄ nullus accuſat. Ais em̄ qd̄ in
meis litteris legeris: Dic qs tibi p̄miſit,ut interp̄tans,quædā auferres,q̄dā mutares,quædā adde
res? Statim q; tibi ipe reſpōdes & cōtra me loqueris:En tibi dico:Quæſo qs p̄miſerit,ut in cōmē
tariis tuis,quædā de Origene,quædā de Apollinario,quædā de teipo ſcriberes? Et nō de Orige
ne totū,aut ex te,aut ex alio? Interim in te dum aliud agis,crimen fortiſſimū prodidiſti:& obli
tus es ueteris prouerbij,mendaces memores eſſe debere. Dicis em̄ me in cōmentariis meis, quæ
dā de Origene, q̄dā de Apollinario,quædā ex meipo poſuiſſe. Si ergo Apollinarij ſunt & Ori
genis quæ ſub alior̄ noīe poſui:quō in libris tuis mihi crimen impingis: quod quando ſcribo,
alius hoc dicit: quidam ſic ſuſpicat: alius ille, & quidā,ego ſim. Inter Apollinariū & Didymū &
explanationis,ſtili & dogmatū magna diuerſitas eſt. Cū in uno capitulo diuerſas pono ſenten
tias,num cōtrarios ſenſus ſequi credendus ſum? Sed hæc alias. Nūc quæro a te:quis tibi obiece
rit:quare de Origene uel abſtuleris quædā,uel addideris,uel mutaueris:& te quaſi in eculeo ap
penſum interrogauerit:bona ſunt,an mala quæ tranſtuliſti? Fruſtra ſimulas innocentiā: ut in
terrogatiōe ſtulta,uerā percontationē extenues. Ego nō accuſaui quare Origenē pro uoluntate
trāſtuleris: hoc em̄ & ipe feci,& ante me Victorinus, Hilarius,Ambroſiuſq; fecerunt:ſed quare
tranſlationē hæreticā,p̄fationis tuæ teſtimonio roboraſti? Cogis me eadē rurſus iterare, & per
meas lineas incedere. Dicis em̄ in eodē,plogo,te ea quæ ab hæreticis addita fuerant amputaſſe,
& pro his repoſuiſſe bona. Si hæreticorum mala abſtuliſti, ergo quæ dimiſiſti uel addidiſti,aut
Origenis erūt aut tua,quæ utiq; quaſi bona poſuiſti. Sed multa in his mala negare nō poteris.
Quid(inqes)ad me? Origeni imputa. Ego em̄ ea tantū q̄ ab hæreticis addita fuerūt cōmutaui.
Expone cauſas,quare hæreticor̄ mala tuleris,& Origenis integra dereliqueris? Nōne p̄ſpicuū
eſt qd̄ mala Origenis ex parte ſub hæreticor̄ nūcupatiōe dānaueris, & ex parte ſuſceperis:qa
nō mala,ſed bona,& tuæ eſſe fidei iudicabas? Hæc ſunt de qb⁹ q̄ſiui,utrū bona eſſent, an mala:

quæ in

A quæ in præfatione laudasti: quæ amputatis pessimis, quasi optima remansisse cõfessus es, & te in ueræ argumentationis appendi eculeo: ut si bona dixeris, hæreticus comproberis: si mala, statim audias: cur ergo quæ mala sunt in p̃fatione laudasti? Et nõ illud adiunxi, quod tu callide simulas: cur quæ mala erant ad latinorum noticiam transtulisti? Mala enim ostendere interdum non docentis est, sed uitantis, ut caueat lector, non ut sequatur errores: ut nota contemnat: quæ nõnũq; ignota miraculo sunt. Et audes post hæc dicere, qd' ego author taliũ scriptorũ sim, tu aũt ut interpres: in qbus emendare aliquid potueris, plus egeris q̃; interpres: in quibus nõ potueris, solum interpres fueris. Recte ista diceres, si libri tui περὶ ἀρχῶν, præfatiunculam nõ haberent. Qd' & Hilarius in transferendis eius Homilijs fecit, ut & bona & mala non interpreti, sed suo imputarentur authori. Si non dixisses, amputasse te pessima & optima reliquisse, utcũq; de luto euaderes. Hoc est quod destruit strophas ingenioli tui, & te hincinde cõstrictũ euadere nõ sinit. Nec intantum abutare simplicitate lectoris: & sic omnes qui tuã scripturam lecturi sunt brutos putes, ut cũ uulnera putrescere sinas, sano corpori te imponere emplastra nõ rideant. De carnis resurrectione quid sentias, iã in Apologia tua didicimus, nullo membro amputato, nec aliqua parte corporis desecta. Hæc est tuæ simplicitatis pura & aperta confessio, quã ab omnibus Italiæ episcopis asseris esse susceptã. Crederem dicenti, nisi me dubitare de te iste liber, nõ Pamphili faceret. Et tamen miror quomodo p̃bauerit Italia, quod Roma contempsit, Episcopi susceperint, quod fides apostolica cõdemnauit. Scribis quoq; me litteris indicasse, quod papa Theophilus expositionem fidei nuper ædiderit, quæ ad uos necdum peruenit: & polliceris quod quicquid ille scripserit, tu sequaris. Ego me hoc scripsisse non noui, nec istiusmodi unq̃; litteras direxisse. Sed tu idcirco ad incerta cõsentis, & his quæ qualia futura sint nescis: ut certa declines, & ad eorum non tenearis assensum. Duas, synodicam & paschalem eius epistolas cõtra Origenem illiusq; discipulos, & alias aduersum Apollinariũ & eundem Origenem per hoc ferme bienniũ
B interpretatus sum: & in ædificationem ecclesiæ, legendas nostræ linguæ hominibus dedi. Aliud operum eius nescio me transtulisse. Et tamen tu qui papæ Theophili dicis te in omnibus sentẽtiam sequi: caue ne hoc magistri & condiscipuli tui audiant, & offendas q̃ plurimos: qui me latronem, te martyrem uocant: ne irascatur is tibi qui contra papam Epiphanium ad te epistolas dirigens, hortabatur ut permaneres in fidei ueritate: & non mutares ullo terrore sententiam. Quæ epistola holographa tenetur ab his, ad quos perlata est. Et post hæc more tuo loqueris: ut de quo supra dixeras: ego tibi etiam furenti satisfaciam. Nunc dicis quid tibi uidetur: habes ne ultra aliquid, quo neruos tuæ loquacitatis intendas? Et indignaris, si putide te loqui arguã: cum comœdiarum turpitudines & scortorum amatorum q̃; ludrica, ecclesiasticus scriptor assumas. Porro quod interrogas, quando papæ Theophili sententiam sequi cœperim: eiq; fidei cõmunione sociatus sim: & ipse tibi respondes: tunc credo, quando Paulum quem ille damnauerat, summo nisu & omnibus studijs defendebas: quãdo eum per imperiale scriptum recipere sacerdotiũ quod episcopali iudicio amiserat, instigabas. Nõ prius pro me respondebo, q̃; de aliorum iniurijs loquar. Cuius est humanitatis, cuiusue clementiæ: insultare aliorũ miserijs: & uulnera cũctis aliena mõstra...? Siccine te docuit ille Samarites, semineccm ad stabulum reportare? oleum plagis infundere? mercedẽ stabulario polliceri? Sic reuectam ouem, repertã drachmã, prodigum filiũ legis esse susceptũ? Esto ego te læseram: & quibusdã ut dicis stimulis ad maledictorum insaniam prouocaram: quid meruit homo latens, ut nudares cicatricem eius: & obductam cutem, insperato dolore rescinderes? Nõne etiã si ille dignus esset cõtumelijs: tu facere nõ deberes? Aut ego fallor, aut illud est uerũ qd' plurimi iactitant: te Origenistarũ hostes in illo p̃sequi, & sub occasiõe unius in utrũq; sæuire. Si papæ Theophili sentẽtijs delectaris, & nefas putas pontificũ decreta cõuelli: qd de cæteris dicis, quos ipse dãnauit? Quid de papa Anastasio: de quo nulli (ut ais) uerũ uidet', ut tantæ urbis sacerdos, uel innocenti tibi iniuriã facere potuerit, uel absenti? Nec hoc dico qd' de episcoporũ sententijs iudicẽ, aut eorũ cupiã statuta rescindi: sed qd' unusq̃sq; suo periculo faciat, qd' sibi uidet': & ipe nouerit, quõ de suo iudicio iudicãdũ sit. Nobis in monasterio hospitalitas cordi est, oẽsq; ad nos ueniẽtes, læta hũanitatis fronte suscipim⁹. Ve remur em̃ ne Maria cũ Ioseph locũ nõ inueniat in diuersorio: ne nobis Iesus dicat excluſus: Hospes erã,

C ſpes erã,& nõ ſuſcepiſtis me.Solos hæreticos nõ recipimus,quos uos ſolos recipitis.Propoſitũ qppe nobis eſt pedes lauare uenientiũ, nõ merita diſcutere. Recordare frater cõfeſſiõis eius & pectoris,quod flagella ſecuerũt. Memento carceris,tenebrarum,exilij,metallorum: & nõ indignaberis hoſpitio tranſeuntem eſſe ſuſceptum.An ideo tibi rebelles uidemur: quia calicẽ aquæ frigidæ in nomine Chriſti ſitientibus porrigimus? Vis ſcire unde illum & nos plus amare: & tu odiſſe plus debeas? Hæreticorum factio nuper fugata de Aegypto & Alexandria, ſe Hieroſolymam cõtulit:& huic uoluit copulari:ut quorum unus eſſet dolor, una fieret & accuſatio. Quos ille reppulit, ſpreuit, abiecit,dicens ſe non eſſe inimicum fidei, nec contra eccleſiam bella ſuſcipere:quod prius tentauit,doloris fuiſſe non perfidiæ:nec alterius appetiſſe innocentiã, ſed ſuam probare uoluiſſe.Impium putas,poſt ſententias ſacerdotum,imperiale reſcriptum:quod quale ſit,nouerit ille qui meruit. Quid tibi uidetur de his, qui damnati palacia obſident: & facto cuneo fidem Chriſti in uno homine perſequũtur? Meæ autem cõmunionis,& papæ Theophili:nullum alium teſtem uocabo, niſi ipſum quem a me leſum ſimulas:cuius epiſtolas ad me ſemper datas,etiam eo tempore non ignoras,quo mihi eas reddi prohibebas: & quotidie miſſis tabellarijs,inimicum eius,amicum noſtrum & familiariſſimum iactitabas: & ea quæ nunc impudenter ſcribis,mentiebaris:ut illius contra nos odia concitares:& iniuriæ dolor,fidei fieret oppreſſio.Sed uir prudens & apoſtolicæ ſapientiæ,tempore ac rebus probauit,& noſtrũ in ſe animum,& ueſtras contra nos inſidias.Si diſcipuli mei(ut ſcribis)tibi Romæ inſidias concitarunt: & inemendatas ſchedulas,te dormiente furati ſunt: quis papam Theophilũ aduerſus perduelles in Aegypto ſuſcitauit? Quis regum ſcita? Quis orbis in hac parte conſenſum? Et gloriaris te ab adoleſcentia Theophili fuiſſe auditorem & diſcipulum:cũ & ille antecẽſſ epiſcopus fieret,pro humilitate ſibi inſita nuncẽſſ docuerit: & tu poſtcẽſſ hic epiſcopus factus eſt, Alexandriæ nõ fueris? Et audes dicere in ſuggillationem mei, magiſtros meos,nec accuſo; nec muto.Quod ſi uerũ
D eſt:ſuſpectam mihi facis conuerſationem tuam.Nec emẽ dãno(ut criminaris)inſtitutores meos: ſed metuo illud Eſaiæ: Væ qui dicunt malum bonum,& bonum malum:qui ponunt tenebras lucem,& lucem tenebras:qui dicunt amarum dulce,& dulce amarum. Tu autem dum inter multum magiſtrorũ & uenena pariter bibis, a magiſtro apoſtolo receſſiſti: qui docet etiam angelũ & ſe,ſi in fide errauerint non ſequendos.In Vigilantij nomine quid ſomnies neſcio. Vbi emẽ eũ ſcripſi hæretica apud Alexandriam cõmunione maculatum? Da librum, profer epiſtolã: nuſcẽſſ omnino reperies: & eadem licentia, imo impudentia mentiendi, qua putas omnes tuis ſermonibus credituros:addis:quando teſtimonium de ſcripturis in eũ tam iniurioſe poſuiſti: ut ego id repetere meo ore non audeam. Nõ audes repetere, qui tacendo amplius criminaris? Et quia non habes quod obijcias:ſimulas uerecundiam:ut lector te putet mihi parcere: qui mentiẽs nec tuæ animæ pepercisti.Quod eſt illud teſtimonium de ſcripturis,quod de tuo illo pudentiſſimo ore non exeat? Aut quid in ſanctis libris poteſt turpe memorari? Si erubeſcis loqui: ſcribe ſaltẽ, ut nos procacitatis proprius ſermo cõuincat. Vt cætera ſileam:ex hoc uno capitulo cõprobabo, ferream te frontem poſſidere fallaciæ. Vide quantum timeam criminationem tuam. Si protuleris quod minaris: mea erunt uniuerſa quæ tua ſunt.Ego in Vigilantio tibi reſpondi. Eadẽ emẽ accuſabat,quæ tu poſtea & amicus laudas,& inimicus accuſas.Scio a quo illius contra me rabies concitata ſit:noui cuniculos tuos.Simplicitatem quam omnes prædicant,non ignoro.Per illius ſtulticiam tua in me malicia debacchata eſt:quam ego ſi epiſtola mea reppuli, ne ſolus habere uidearis baculum litterarum:non debes turpitudinem ſimulare uerborum, quam nuſcẽſſ omnino legiſti:ſed intelligere & confiteri per illius uecordiam,tuis calumnijs fuiſſe reſponſum.In epiſtola ſancti papæ Anaſtaſij lubricus extitiſti & turbatus:in quo figas gradũ non reperis.Modo emẽ dicis a me eſſe compoſitam:nunc ab eo ad te debuiſſe tranſmitti,cui miſſa eſt. Rurſum iniuſticiam ſcribentis arguis:etiam ſi ſcripta ſit ab illo ſiue non ſcripta,ad te nihil pertinere teſtaris: qui præceſſoris eius habeas teſtimonium,& rogantẽ Romam,ut eam illuſtrares præſentia tua: oppiduli tui amore contempſeris.Si a me fictam epiſtolam ſuſpicaris:cur eam in Romanæ eccleſiæ chartario non requiris? ut cum deprehenderis ab epiſcopo non datam:manifeſtiſſime criminis reum teneas: & nequacẽſſ aranearum mihi opponas caſſiculos, ſed fortiſſimo me & ſoli-

diſſimo

A dissimo constringas reti. Si autem Romani episcopi est: stulte facis ab eo exemplar epistolæ petere, cui missa non est: & non ab illo, qui miserit: de oriente expectare testimonium: cuius authorem & testem habeas in uicino. Vade potius Romam, & præsens apud eum expostula: cur tibi & absenti & innocenti fecerit contumeliam. Primum ut non reciperet expositionem fidei tuæ: quam omnis (ut scribis) Italia comprobauit: & baculo tuarum uti noluerit litterarum cõtra canes tuos. Deinde ut epistolas contra te ad orientem mitteret: & cauteriũ tibi hæreseos, dũ nescis inureret: diceretq; libros Origenis περὶ ἀρχῶν a te translatos: & simplici Romanæ ecclesiæ plæbi traditos: ut fidei ueritatem, quam ab apostolo didicerãt, per te perderent: & quod tibi maiorem faceret inuidiam: ausus sit criminari hosipsos, præfationis tuæ testimonio roboratos. Nõ est leue, quod tibi impingit tantæ urbis pontifex, uel ab alio obiectum temere susceperit. Vociferare & clamita per compita, per plateas, non est meus liber: & si meus est, schedulas inemendatas, Eusebius furto abstulit. Aliter ego ædidi, imo nec ædidi. Nulli eas dedi, aut certe paucis: & tam sceleratus inimicus, tam negligentes amici fuerunt: ut omnium codices ab eo pariter falsarentur. Hæc frater charissime facere debueras: & nõ illi tergum obuertens, in me transmarinas maledictorum tuorũ sagittas dirigere. Quid em̃ uulneribus tuis prodest, si ego fuero uulneratus? An solatiũ percussi est, amicũ secum uidere morientẽ? Syritq; iã in dño dormientis profers epistolam, & uiuentis Anastasij dicta contemnis. Quid em̃ tibi (ut ais) officere potest, quod te ignorante, aut scripsit, aut forte non scripsit? Et si scripsit, sufficit tibi totius orbis testimoniũ, quod nulli uerum uidetur, ut tantæ urbis sacerdos uel innocenti iniuriam facere potuerit, uel absenti. Innocentem te uocas: ad cuius interpretationem Roma contremuit. Absentem, qui accusatus respondere non audes. Et tantum Romanæ urbis iudiciũ fugis: ut magis obsidionẽ bar-
B baricam, q̃ pacatæ urbis uelis sententiam sustinere. Esto, præteriti anni ego epistolam finxerim. Recentia ad orientem scripta quis misit? In quibus papa Anastasius tantis te ornat floribus: ut cũ ea legeres, magis te uelle defendere incipias q̃ nos accusare. Simulq; cõsydera illã inimitabilẽ prudentiã tuam: & sales atticos: & sancti æloquij uenustatem. Ab alijs appeteris: aliorum criminatione confoderis: & contra me furibundus iactaris, & loqueris: Nunquid & ego nõ possum enarrare: tu quomodo de urbe discesseris? Quid de te in præsenti iudicatum sit? Quid postea scriptum? quid iuraueris? ubi nauim conscenderis: q̃ sancte periurium uitaueris? Poteram pandere, sed plura seruare statui q̃ referre. Hæc sunt tuorum ornamenta uerborũ. Et post ista si quid in te asperum dixero: statim mihi proscriptionem & gladios comminaris. Et interim homo æloquentissimus arte ludis rhetorica, & simulas te præterire quæ dicis: ut qui obiecta probare non poteras, quasi prætermissa facias criminosa. Hæc est tua simplicitas: sic amico parcis: & reseruas te ad tribunalia iudicum: ut aceruũ criminũ mihi, dum parcis, obieceris. Vis nosse profectionis meæ de urbe ordinẽ? Narrabo breuiter. Mense augusto, flantibus etesijs, cum sancto Vincentio presbytero & adolescente fratre, & alijs monachis qui nũc Hierosolymæ cõmorant̃, nauim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorum frequentia prosequente. Veni Rhegiũ, in Scyllæo littore paululũ steti: ubi ueteres didici fabulas: & præcipitẽ fallacis Vlyxis cursum: & sirenarũ cantica: & insatiabilẽ charybdis uoraginem. Cũq; mihi accolæ illius loci multa narrarent: darentq; consiliũ: ut non ad Protei columnas: sed ad Ionæ portũ nauigarem: hũc em̃ fugientium & turbatorum, illũ securi hominis esse cursum: malui per Malæas & Cycladas Cyprum pergere. Vbi susceptus a uenerabili episcopo Epiphanio: cuius tu testimonio gloriaris: ueni Antiochiam: ubi fruitus sum cõmunione pontificis confessorisq; Paulini: & deductus ab eo media hyeme & frigore grauissimo intraui Hierosolymam. Vidi multa miracula: & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobaui. Inde contendi Aegyptum, lustrauí monasteria Nitriæ: & inter sanctorum choros aspides latere perspexi. Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum: ubi adoraui præsepe & incunabula saluatoris. Vidi quoq; famosissimum lacum: nec me inerti tradidi ocio, sed multa didici quæ ante nesciebã. Quid autẽ de me Romæ iudicatum sit: & quid postea scriptum, nolo taceas: præsertim cũ habeas testimonium scripturarum: & ego non uerbis tuis quæ simulare potes, & impunito iactare mendacio: sed scriptis ecclesiasticis arguẽdus sum. Vide quantũ te timeam: Si uel paruam schedulã contra

C me Romani episcopi,aut alterius ecclesiæ protuleris:oĩa quæ in te scripta sunt,mea crimina con fitebor. Nunquid & ego non possem profectionem tuam discutere? Cuius ætatis fueris: unde: quo tempore nauigaris? Vbi uixeris? Quibus interfueris? Sed absit: ut quod in te reprehen/ do faciam:& in ecclesiastica disputatione,anilium iurgiorum deliramenta compingam.Hoc so lum prudentiæ tuæ dixisse sufficiat:ut caueas in alterum dicere,quicquid in te statim retorque/ ri potest.In sancti Epiphanij nomine mira tua tergiuersatio:ut post osculum,post orationem, neges eum contra te potuisse scribere:quomodo si contendas non potuisse eum mori, qui pau/ lo ante uixerat:aut certior sit tui reprehensio,q̃ post pacem excommunicatio.Ex nobis(inquit) exierunt,sed non fuerunt ex nobis.Si em̃ fuissent ex nobis,mansissent utiq; nobiscũ. Hæreticũ, post unam & alteram cõmonitionẽ uitandum Apostolus præcipit: qui utiq; anteq̃ uitet atq; damnet,ecclesiastici gregis portio fuit.Simulq; risum tenere non possum,quod a quodã prudẽ te cõmonitus,in laudes Epiphanij psonas.Hic est ille delirus senex:hic est anthropomorphites: hic qui sex milia Origenis libros, te præsente cantauit: qui omniũ gẽtium linguis prædicationẽ sibi contra Origenẽ iniunctã putat:qui ideo eũ legi prohibet,ne alij eius furta cognoscant. Le/ ge scripta tua & epistolã eius,imo epistolas:e quibus unũ proferã tuæ fidei testimoniũ: ut non immerito nunc a te laudatus esse uideatur.Te aũt frater liberet deus,& sanctũ populũ Christi, qui tibi creditus est: & oẽs fratres q tecũ sunt, & maxime Ruffinũ presbyterũ,ab hæresi Orige/ nis & alijs hæresibus,& perditione earũ. Si em̃ propter unũ uerbum,aut duo quæ contraria si/ dei sunt,multæ hæreses abiectæ sunt ab ecclesia:quãtomagis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruersitates,& tam mala dogmata cõtra fidẽ adinuenit, dei ecclesiæ hostis extitit?Hæc est uiri sancti de te testificatio: sic ab eo ornatus,sic laudatus incedis. Ista est epistola, quam de cubiculo fratris Eusebij,nũmis aureis produxisti:ut calumnieris interpretẽ,ut me apertissime te neres criminis reum:quare pro honorabili charissimũ transtulissem.Sed quid ad te:qui pruden ti cõsilio cuncta moderaris:& sic medius incedis:ut si inueneris qui tibi credant, nec Anastasius cõtra te,nec Epiphanius scripserint:nisi ipsæ epistolæ reclamauerint,& fregerint tuæ frontis au/
D daciam:statim iudiciũ utriusq; cõtemnas,& non ad te pertineat,siue scripserint, siue non scripse rint:quia de innocente & absente scribere nõ potuerunt. Nec in sanctũ uirum hæc mala cõferẽ da sunt:ut ostendatur ore quidẽ & osculo pacem dedisse:mala aũt & dolum in suo corde seruas se.Sic em̃ argumentaris,& hæc sunt uerba defensionis tuæ.Ipsius esse aduersum te epistolam & orbis agnoscit:& authenticã in manus tuas uenisse conuincimus:& miror quo pudore,imo quæ impudentia neges,quod uerum esse nõ ambigis?Ergo pollutus erit Epiphanius, qui tibi pacẽ dedit:& in suo corde dolum seruauit.Cur nõ illud uerius sit,quod te primum monuerit? Quod uoluerit emendare,& ad rectũ iter reducere: ut Iudæ osculum nõ refutaret:ut proditorẽ fran/ geret patientia:& postq̃ se intellexit casso sudare labore,nec pardũ mutare uarietates, nec Ae/ thiopem pellẽ suam,quod mẽte cõceperat,litteris indicasse? Tale quid & cõtra papam Anasta/ sium disputas: ut quia Siritij episcopi habes epistolã,iste cõtra te scribere non potuerit.Vereor ne tibi factam iniuriã suspiceris.Nescio quomodo homo acutus & prudens ad has ineptias de uoluaris:ut dum stultos lectores putas,te stultũ esse demonstres.Post egregiam argumentatio nẽ ponis in clausula:Absit hoc a uiris sanctis.De uestra schola solent ista procedere. Vos nobis pacem proficiscentibus dedistis:& a tergo iacula uenenis armata iecistis:& in hac eadẽ pruden tia,imo declamatione disertus esse uoluisti.Pacẽ dedimus,nõ hæresim suscepimus . Iunximus dexteras:abeuntes prosecuti sumus:ut uos essetis catholici:nõ ut nos essemus hæretici. Volo ta/ men scire,quæ sunt ista iacula uenenata:quæ post tergũ uestrum nos iecisse cõquereris. Vincen tius,Paulinianus,Eusebius,Ruffinus presbyteri:quorũ Vincentius multo tẽpore ante uos Ro mam uenit:Paulinianus & Eusebius post annũ uestræ nauigationis profecti sunt:Ruffinus in causa Claudij post biennium missus:omnes uel pro re familiari,uel pro periculo capitis alieni, Nunquid nosse potuimus, quod ingrediente te Romam, uir nobilis somniaret nauim ple- nam mercium, inflatis intrare uelis? Quod omnes aduersum quæstiones, non fatua solue/ ret interpretatio? Quod librum Eusebij pro Pamphili uerteres: quod tuum quasi operculum uenenatæ patellæ imponeres? quod famosissimum opus περὶ ἀρχῶν æloquij tui maiestate trans-
ferres?

A ferres? Nouum calumniæ genus, ante accusatores mísimus, & tu accusanda cõmitteres. Nõ fuit, nõ fuit inquã nostri cõsilij, sed dei prouidentiæ: ut missi ad aliud, cõtra nascentẽ hæresim dimicarent: & in morem Ioseph famem futuram, fidei ardore subleuarent. Quo non erumpat semel effrenata audacia? Alienũ crimen sibi obiecit: ut nos finxisse uideamur. Quod absq; noie dictũ est: in se refert: & purgans externa peccata, tantũ de sua securus est innocentia. Iurat emẽ se epistolam non scripsisse ad Aphros, sub nomine meo, in qua confitear inductũ me a Iudæis, mẽdacia transtulisse: & mittit libros eadem omnia continentes, quæ nescisse se iurat. Et miror quomodo prudentia eius, cũ alterius nequitia cõuenerit: ut quod alius in Aphrica mentitus est: hic cõcorditer uerum diceret: stiliq; eius elegantiã nescio quis imperitus posset imitari. Tibi soli licet hæreticorum uenena transferre: & de calice Babylonis, cunctis gentibus propinare. Tu latinas scripturas de Græco emendabis: & aliud ecclesijs trades legendũ, & quod semel ab apostolis suscepe-runt. Mihi non licebit post Septuaginta æditionẽ, quã diligentissime emendatã, ante annos plurimos meæ linguæ hominibus dedi: ad confutandos Iudæos, etiã ipsa exemplaria uertere: quæ ipsi uerissima cõfitentur: ut si quando aduersum eos Christianis disputatio est: non habeãt subterfugiendi diuerticula, sed suo met potissimũ mucrone feriantur? Plenius sup hoc & in multis alijs locis: & in fine secundi libri: ubi accusationi tuæ respondi scripsisse me memini: & populari-tatẽ tuã, qua mihi inuidiã apud simplices & imperitos niteris cõcitare: perspicua ratiõe cõpescui: illucq; lectorem transmittendum puto. Hoc intactum præteriri non patiar, ne doleas falsatorẽ schedularum tuarum, cõfessoris apud me gloriã possidere: cum tu eiusdẽ criminis reus, post Alexandrinum exilium & tenebrosos carceres, a cũctis Origenis sectatoribus martyr & apostolus nomineris. Super excusatione imperitiæ tuæ, iam tibi respondi. Sed quia eadem repetis: & quasi superioris tuæ defensionis oblitus, rursum admones: ut sciamus te per triginta annos Græcis uoluminibus deuoratis latina nescire: paulisper attende: me non pauca in te uerba reprehendere: alioqui omnis tibi scriptura delenda est: sed uoluisse ostendere discipulis tuis: quos magno
B studio, nihil scire docuisti: ut intelligerent, cuius uerecundiæ sit, docere quod nescias, scribere qd ignores: & eandem magistri sapientiã, etiam in sensibus quærerent. Quodq; addis, peccata putere non uerba, mendacium, calumniam, detractionem, falsum testimonium: & uniuersa conuitia: & os quod mentitur occidit animam: monesq;, ne ille fetor nares meas penetret: credere dicenti, nisi facta cõtraria deprehenderem: quasi si fullo & coriarius moneant pigmẽtariũ: ut naribus obturatis, tabernas suas prætereat. Faciam ergo, quod præcipis: claudã nares meas: ne ueritatis & benedictionum tuarum suauissimo odore crucientur. In laude & detractiõe mea, quia uarius extitisti: miro acumine argumentatus es: sic tibi licere de me, & bene & male dicere: quomodo & mihi licuerit Origenem & Didymum reprehẽdere, quos ante laudauerim. Audi ergo uir sapientissime, & Romanæ dialecticæ caput, nõ esse uitij hominem unum laudare in alijs, & in alijs accusare, sed eandem rem probare & improbare. Ponam exemplum, ut quod non intelligis, prudens mecum lector intelligat. In Tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresim. In Origene miramur scientiã scripturarũ: & tamen dogmatum non recipimus falsitatem. In Didymo uero & memoriam prædicamus: & super trinitate fidei puritatẽ: sed in cæteris quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum emẽ non uitia imitanda sunt, sed uirtutes. Grãmaticũ quidã Aphrũ habuit Romæ uirum eruditissimum: & in eo se æmulum præceptoris putabat, si stridorẽ linguæ eius & uitia tantũ oris exprimeret. In præfatiuncula περὶ ἀρχῶν fratrem me nominas & collegam: dicis, æloquentissimũ, fidei meæ prædicas ueritatẽ. His tribus detrahere non poteris, cætera carpe ut libet, ne uidearis tuo de me testimonio repugnare. Cum fratrem & collegam dicis, amicitia tua dignum fateris. Cum æloquentẽ prædicas: imperitiæ ultra non arguis. Cum catholicum in omnibus profiteris, hæreseos non poteris mihi crimen impingere. Extra hæc tria si quid in me reprehenderis, nõ tibi uideberis esse contrarius. Ex qua sup putatione illa summa nascitur: & te errare ea in me reprehendentẽ, quæ prius laudaueras: & me nõ esse in uitio, si in eisdẽ hominibus & laudanda prædicẽ, & uituperanda reprehendã. Transis ad animarũ statum, & prolixius fumos meos increpas: atq; ut tibi liceat ignorare, quod cõsulto te scire dissimulas: Quæris a me primũ, de cœlestibus, quomodo angeli, quomodo archãgeli sint:

C quæ eis uel qualis habitatio: quæue inter ipsos differentia, aut si nulla omnino: quæ solis sit ratio: unde augmẽta lunæ:unde defectus:quis uel qualis sit syderũ cursus.Miror quomodo oblitus sis illos uersiculos ponere. Vnde tremor terris,qua ui maria alta tumescant Obicibus ruptis:rursusq; in seipsa residant. Defectus solis uarios,lunæq; labores Vnde hominũ genus,& pecudũ: unde imber & ignes: Arcturũ pluuiasq; hyadas,geminosq; triones. Quid tantũ,oceano,pperent se tingere soles Hiberni,uel quæ tardis mora noctibus obstet. Deinde cœlestia deserens,& ad terrena descendens,in minoribus philosopharis. Interrogas eñ me. Dic nobis quæ fontiũ ratio? Quæ uentorũ? Quid grando? quid pluuiæ? quid mare salsum? qd flumina dulcia? quid nubes, aut imbres,fulgura,aut tonitrua,aut fulmina? Vt postẽq; me hæc nescire respondero,tuto tibi liceat de animabus ignorare: & unius rei scientiam,tantarũ rerum ignoratiõe cõpenses. Tu q per singulas paginas, fumos meos uentilas: nõ intelligis uidere nos caligines tuas & turbines? Nam ut tibi sciolus esse uidearis:& apud Calphurnianos discipulos doctrinæ gloriã teneas:totã mihi physicam opponis, ut frustra Socrates ad ethicam transiens dixerit:quæ supra nos,nihil ad nos.Ergo nisi tibi rationẽ reddidero: quare formica paruũ animal,& punctũ (ut ita dicam)corporis,sex pedes habeat:cũ elephantus,tanta moles quatuor pedibus incedat:Cur serpẽtes & colubri uentre labant? & pectore:Cur uermiculus quẽ uulgus millipedam uocat, tanto pedũ agmine scateat:de animarũ statu scire nõ potero? Quæris a me qd ipse de animabus sentiam:ut cũ professus fuero,statim inuadas.Et si dixero illud ecclesiasticũ: quotidie deus operat animas:& in corpore eas mittit nascentiũ:ilico magistri tendiculas proferas:& ubi est iusticia dei,ut de adulterio incœstuq; nascentib9 animas largiat? Ergo cooperator est malorũ hominũ:& adulteris seminantibus corpora,ipse fabricat animas? quasi uitiũ semẽtis in tritico sit,quod furto dicit esse sublatũ:& non in eo qui frumenta furatus est. Idcirco q; terra nõ debeat gremio suo semina confouere:quia sator immũda ea proiecerit manu. Hinc est & illa tua arcana interrogatio:quare moriantur infantes:cum propter peccata,corpora acceperint.

D Extat liber Didymi ad te:quo scisitanti tibi respondit:non eos multa peccasse: & ideo corporũ carceres tantũ eis tetigisse sufficere.Magister meus & tu9 eo tẽpore,quo tu ab eo ista quærebas: treis explanationũ in Osee prophetã libros ad me,me rogante dictauit. Ex quo apparet quid me,quid te docuerit.Vrges ut respondeã de natura rerũ.Si esset locus: possem tibi uel Lucretij opiniones iuxta Epicurũ:uel Aristotelis iuxta Peripateticos,uel Platonis atq; Zenonis secundũ Academicos & Stoicos dicere.Et ut ad ecclesiã transeã,ubi norma est ueritatis:multa & Genesis & pphetarũ libri ac Ecclesiastes nobis de huiuscemodi quæstionib9 suggerũt. Aut si hæc ignoramus;quomodo de animarũ statu,debueras in Apologia tua omniũ rerũ ignorantiã cõfiteri: & a calumniatoribus quærere,cur a te unũ impudenter expeterent,cũ ipsi tanta nescirẽt? O triremem locupletissimã:quæ orientalibus & Aegyptijs mercibus, Romanæ urbis ditare uenerat paupertatẽ. Tu maximus ille es unus,qui nobis scribendo restituis rem. Ergo nisi de oriẽte uenisses eruditissimus uir:hæreret adhuc inter Mathematicos:& homines Christiani quid cõtra fatũ dissererent,ignorarent.Merito a me quæris de Astrologia,& cœli ac syderũ cursu:qui tãtarũ merciũ plenam nauẽ detulisti.Fateor paupertatẽ,non sum ita ut tu in oriente ditatus. Te multo tẽpore Pharus docuit,quod Roma nesciret.Instruxit Aegyptus,quod Italia hucusq; nõ habuit.Scribis apud ecclesiasticos tractatores,treis de animabus esse sententias. Vnam quã sequit Origenes. Alterã,quã Tertullianus & Lactantius: licet de Lactãtio apertissime mẽtiaris. Tertiam quã nos simplices & fatui homines nõ intelligimus:quod si ita sit,iniustus a nobis arguat deus.Et post hæc iuras te nescire quid sit uerũ.Dic oro te:putas ne extra hæc tria esse aliqd in quo ueritas sit? Et in tribus istis mẽdaciũ? An de trib9 unũ esse quod uerũ sit? Si est aliqd,cur disputãtiũ libertatẽ angusto fine cõcludis,& cũ mẽdacia ꝓtuleris,de ueritate taces? Sin aũt e tribus unũ uerũ est:& reliqua duo falsa sunt:cur simili ignorãtia ignoras falsa cũ ueris? An idcirco uerum dissimulas,ut tibi tutũ sit cũ uolueris falsa defendere? Hi sunt fumi:hæ caligines,qbus ex oculis hominũ conaris lumen auferre.Aristippus nostri temporis,qui plenã cunctarũ mercium nauem Romano inuehis portu:& sella publice posita,Hermagorã nobis & Gorgiam exhibes Leontinum: dum nauigare festinas, unius quæstiunculæ mercimonium,in oriente oblitus es.

Et iterum

A Et iterum clamitas:& Aquileiæ atq; Alexandriæ te didicisse iactas: quod sit deus & animarũ & corporum creator. De hoc scilicet quæstio uentilatur: utrũ deus an diabolus animas fecerit: & nõ utrũ animæ ante corpora fuerint, quod uult Origenes, & egerint aliquid ꝓpter quod sint crassis corporibus alligatæ: an in morẽ glirium torpentes consopitæq; dormierint. Hæc taces, quæ omnes flagitant:& ad illa respondes,quæ nullus inquirit. Fumos quoq; meos frequenter irrides,eo quod simulem me scire quod nesciam:& enumeratione doctorum,rude uulgus inducam. Tu uidelicet flammeus,imo fulmineus:qui in loquendo fulminas, & flammas ore conceptas,tenere nõ potes: atq; ut ille Barthochabas author seditionis Iudaicæ, stipulã in ore succẽsam anhelitu uentilabat,ut flammas euomere putaretur:ita & tu nobis alter Salmoneus omĩa per quæ incedis illustras:& nos fumosos arguis:de quibus forte dicatur: Qui tangis montes & fumigant:nec intelligis quid fumus in propheta significet locustarum:& quod pulchritudo oculorum tuorum, amaritudinem fumi nostri ferre nõ potest. De crimine autem periurij,quia me remittis ad codicem tuum:& ex magna parte in alijs libris,tibi Calphurnioq; respondi:nũc breuiter dixisse sufficiat,te exigere a dormiẽte quod nũq̃ uigilans præstitisti. Magni criminis reus sum,si puellis & uirginibus Christi,dixi sæculares libros non legendos:& me in somnis commonitum promisisse ne legerem. Tua nauis Romanæ urbis releuatiõe promissa,aliud pollicet̃,& aliud efficit. Mathematicorum uenerat soluere quæstionem:& soluit fidem Christianorũ. Quæ per Ionium & Aegæum Adriaticum atq; Tyrrhenum,plenis cucurrerat uelis,in Romano portu naufragium fecit. Nonne te pudet istiusmodi deliramenta conquirere,& mihi similia obijciendi imponere necessitatem? Esto alius de te somnium uiderat glorioſum:uerecundiæ tuæ fuerat,& prudentiæ dissimulare,quod audieras: & non quasi magno testimonio,alterius somnio
B gloriari. Vide quid inter tuum & meum sit somnium. Ego me humiliter reprehẽsum refero: tu iactanter laudatum te esse congeminas. Nec dicere potes:nihil mea refert quid alius uiderit: cũ in luculentissimis libris tuis, hac te ad interpretandũ dicas ratione cõmotũ: ne uir illustris,de te somnium perderet. Hic est omnis conatus tuus: si me periurum docueris,tu hæreticus non eris. Venio ad grauissimum crimen,in quo post recõciliatas amicitias,me infidelitatis accusas. Fateor inter cuncta maledicta:quæ uel obijcis, uel minaris: nihil a me ita repellendum est, q̃ fraus dolus,infidelitas. Peccare em̃ hominis est:insidias tẽdere diaboli est. Ergo ideo in Anastasij immolato agno dexteras iunximus:ut tuas Romæ schedulas furaremur? Vt immissi canes,inemẽdatas chartulas,te dormiente corroderent? Et hoc credibile est:ante nos accusatores parasse,q̃ tu crimen admitteres? Scilicet noueramus quid in animo uolueres? quid alius de te somniaturus esset? Vt impleretur in te Græcum prouerbium: Et sus doceret Mineruam. Si Eusebiũ ego ad latrandum miseram:quis Aterbij contra te & cæterorum rabiem concitauit? Nonne ille, qui & me hæreticum ex tuis amicitijs iudicabat? Cui cum satiffeciſſem, damnatione dogmatum Origenis,tu clausus domi,nunq̃ eum uidere ausus es:ne aut dãnares quod nolebas:aut aperte resistens,hæreseos inuidiã sustineres. An idcirco testis contra te esse nõ poterit:quia accusator tui est? Anteq̃ sanctus Epiphanius uenisset Hierosolymam:& ore quidem & osculo tibi pacẽ daret,mala autẽ & dolos in suo corde seruaret:anteq̃ nos ei in suggillationẽ tui epistolas dictaremus:ut hæreticũ scriberet,quem osculis orthodoxum comprobauit,Aterbius contra te latrabat Hierosolymis:& nisi cito abisset,sensisset baculum non litterarum, sed dexteræ tuæ, quo tu canes abigere consueuisti. Cur(inquit)falsatas meas schedulas suscepisti? Quare post interpretationem meam,ausus es in libris περὶ ἀρχῶν stilum figere? Aut si erraueram ut homo, debuisti me priuatis litteris cõuenire:& sic mihi blandiri,quomodo & ego tibi nunc in epistolis meis blãdior. Hæc tota mea culpa est:quare subdolis laudibus accusatus, purgare me uolui: & hoc sine inuidia nois tui:ut quod tu solus accusaueras,ad multos referrẽ:nõ tibi hæresim obijciens,sed a me repellens. Nunquid sciui quod irascereris, si cõtra hæreticos scriberem? Dixeras te de Origenis libris hæretica sustulisse:fautorem te hæreticorum,iam non esse credebam: & ideo non in

C te, ſed in hæreticos inuectus ſum: in quo ſi uehementior fui, ignoſce mihi. Putaui, quod & tibi placerem. Furto & inſidijs miniſtrorum meorꝝ dicis ſchedulas tuas in publicum prolatas fuiſſe: quæ latebant in cubiculo tuo, uel apud eũ ſolũ erant qui rem ſibi geri iniunxerat. Et quomodo ſupra cõfiteris, quod aut nullus eas habuerit, aut admodũ pauci? Si in cubiculo tuo latebãt: qua ratione apud eũ erãt qui ſibi rem geri iniunxerat? Sin aũt unus cui ſcriptæ fuerant occultandas ſuſceperat: ergo nõ latebant tantũ in cubiculo tuo: nec habuerũt eas pauci, quos habuiſſe te ſtatus es. Furto ſublatas arguis: & rurſum emptas magna pecunia, & infinitis mercibus criminaris. In una re, & in parua epiſtola quãta uarietas & diſſonantia mẽtiendi. Tibi licet accuſare, mihi defendere nõ licebit? Quando criminaris, amicũ nõ cogitas. Quãdo reſpondeo: tũc tibi ius amicitiæ in mentem uenit. Dic oro te, celandas ſchedulas ſcripſeras, an prodendas? Si ut celares, cur ſcripſiſti? Si ut proderes, cur celabas? Sed in eo reprehẽdẽdus ſum: quare accuſatores tuos amicos meos non coercuerim. Vis tibi proferam litteras eorum, in quibus me hypocriſeos arguunt, quod te ſciens hæreticum tacuerim? Quod dum pacem incautus præbeo, inteſtina eccleſiæ bella ſuſcepi? Tu diſcipulos uocas: qui me tuum condiſcipulum ſuſpicantur. Et quia parcior fui in refellendis laudibus tuis: putant me tuum eſſe ſymmyſten. Hoc mihi præſtitit prologus tuus: ut plus me amicus læderes, cꝫ inimicus. Semel ſibi perſuaſerant: recte an perperam ipſi uiderint, te eſſe hæreticum. Si defendere uoluero: hoc ſolũ proficiam, ut me tecum pariter accuſent. Deniq; mihi obijciunt laudationem tuam: & te nõ putant inſidioſe ſcripſiſſe, ſed uere: & quod tu in me ſemper ante laudabas, uehementer inſimulant. Quid me uis facere? ut diſcipulos accuſatores, p te habeam: ut contorta in amicũ iacula, meo ſuſcipiam pectore? De libris autẽ περὶ ἀρχῶν, debes mihi & gratias agere. Tu enim (ut dicis) noxia quæq; detruncans, meliora poſuiſti. Ego ita ut habebant in Græco expreſſi. Ex quo & tua apparet fides: & eius quẽ interp̃tatus es, hæreſis. Scribebat mihi de urbe a uiris in Chriſto præcipuis: reſponde criminanti: ne ſi tacueris, cõſenſiſſe uidearis. Conſona omnes uoce poſcebant: ut Origenis uerſutias proderem: ut uenena hæreticorꝝ Romanis auribus cauenda monſtrarem. Quid hoc ad iniuriam tuam pertinet? Num ſolus interpretatus es iſtos libros? & alios huius operis non habes participes? Nũquid & tu de Septuaginta interpretibus es: ut poſt æditionem tuam alijs tranſferre non liceat? Ecce & ego multos (ut dicis) libellos de Græco in latinum tranſtuli: habes poteſtatem & tu rurſum eos uertendi, ut uolueris: & bona eꝫ & mala ſuo imputãtur authori. Quod & in te fieret, niſi dixiſſes te amputaſſe hæretica, & optima tranſtuliſſe. Hic eſt eꝫ nodus tuus, qui ſolui non poteſt. At ſi erraſti ut homo, priorẽ damna ſententiam. Sed quid facies de Apologetico tuo, quẽ pro Origenis ſcripſiſti operibus? Quid de uolumine Euſebij, in quo cum multa mutaueris: & ſub nomine martyris, hæretici hominis ſcripta tranſtuleris: tamen plura poſuiſti, quæ eccleſiaſticæ fidei non conueniunt. Tu etiam latinos libros in Græcum uertis, nobis dare noſtris externa prohibebis? Si in alio opere reſpondiſſem, in quo me non læſeras, uideri poteram in iniuriam tuam tranſferre quod uerteras: ut te uel imperitum, uel ſubdolum demonſtrarem. Nunc uero nouum querimoniæ genus: doles tibi in eo eſſe reſponſum, in quo a te accuſatus ſum. Dicebatur ad interpretationẽ tuã Roma ſubuerſa: poſtulabant omnes a me huius rei remedium. Non quo ego alicuius momenti eſſem, ſed qui petebant, me eſſe aliquid arbitrabantur. Tu amicus eras, qui illa tranſtuleras, quid me uis facere. Obedire deo magis oportet, an hominibus? Domini cuſtodire ſubſtantiam, an furtum celare conſerui? Aliter te non placabo, niſi & ego tecum accuſanda commiſero? Si nullam feciſſes mei nominis mentionem: ſi me non ornaſſes egregijs laudibus, poteram aliquod habere ſuffugium: & diuerſa obtendere: ne rurſus interpretata tranſferrem. Tu me amice compuliſti: ut aliquot dies in hoc opere perderem: ut proferrem in medium quod Charybdis debuit deuorare: & tamen læſus, amicitiæ in te iura ſeruaui: & quantum in me fuit, ſic me defendi, ut te nõ accuſarem. Tu nimiũ ſuſpitioſus & querulus, qui dicta in hæreticos ad tuam refers contumeliam. Quod ſi aliter amicus tuus eſſe non poſſum, niſi & hæreticorum amicus fuero: leuius tuas inimicitias, cꝫ illorum amicitias ſuſtinebo. Nouum quoq; me

D

putas

A putas finxiſſe mendacium: ut epiſtolam ad te meo nomine componerem, quaſi olim ſcriptam, quo bonus eſſe uidear & modeſtus: quam tu nunc̄ omnino ſuſceperis. Hæc res perfacile probari poteſt. Multi Romæ eius exemplaria habent, ante hoc circiter triennium, qui tibi eam mittere noluerunt: ſcientes quæ de meo nomine iactitares: & c̄ indigna propoſito Chriſtiano ac nephanda confingeres. Ego ſcripſi neſciens quaſi ad amicum. Illi non reddiderunt ei, quem inimicum nouerant: parcentes & meo errori, & tuæ conſcientiæ. Et ſimul argumentaris, quod ſi talem tibi epiſtolam ſcripſeram, non debueram contra te in alio libello multa mala ſcribere. Hic eſt totus error tuus, & hæc iuſta querimonia: quod quæ nos in hæreticos dicimus, tu in te dicta confingis: & niſi illis pepercerimus, te putas eſſe uiolatum. An ideo panem tibi nō damus: quia hæreticorum cerebro lapidem illidimus? Et ut noſtram epiſtolam non probes, Papæ quoq; Anaſtaſij ſimili dicis fraude ſubnixam: de qua tibi ante reſpondi: quam ſi ſuſpicaris ipſius non eſſe: habes ubi apud eum nos arguas falſitatis. Sin autem eius eſt: ut huius quoq; anni contra te epiſtolæ probant, fruſtra & falſo falſam arguere niteris, cum ex illius uera epiſtola noſtram ueram eſſe doceamus. In excuſando mēdacium tuum c̄ elegans eſſe uoluiſti: & ne ſex milia Origenis libros proferas, Pythagoræ a me exigis monumenta. Vbi eſt illa fiducia, qua inflatis buccis creberrime perſonabas, te quæ in alijs libris Origenis legeras, emendaſſe in libris περὶ ἀρχῶν, & non aliena, ſed ſua reddidiſſe ſuis? De tanta librorum ſylua unum fruticem ac ſurculum proferre non potes. Hi ſunt ueri fumi, hæ nebulæ, quas dum in me criminaris, in te extinctas diſſipataſq; per me cognoſcis: nec fractam ceruicem deijcis, ſed maiori impudentia quā imperitia, dicis me negare quæ in promptu ſunt: ut cum montes aureos pollicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum de theſauris tuis proferas. Iuſta contra me odia recognoſco: & uera in nos debaccharis inſania. Niſi enim ego quod non eſt, audacter exigerem, tu uidebaris habere quod non habes. Pythagoræ a me libros flagitas. Quis enim tibi dixit illius extare uolumina? Nonne in epiſtola mea quam criminaris hæc uerba ſunt? Sed fac me erraſſe in adoleſcentia: & phi-

B loſophorum, id eſt gentilium ſtudijs eruditum in principio fidei ignoraſſe dogmata Chriſtiana: & hoc putaſſe in apoſtolis, quod in Pythagora & Platone & Empedocle legeram. De dogmatibus eorum, non de libris locutus ſum, quæ potui in Cicerone, Bruto ac Seneca diſcere. Lege pro Vatinio oratiunculam, & alias ubi ſodalitiorum mentio fit. Reuolue dialogos Tullij. Reſpice omnem oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur: & Pythagoricorum dogmata inciſa publicis litteris æra cognoſces. Cuius enim ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα? nonne Pythagoræ? In quibus omnia eius breuiter dogmata continentur, & in quæ latiſſimo opere philoſophus commentatus eſt Iamblichus, imitatus ex parte, Moderatum uirum æloquentiſſimum, & Archippum ac Lyſidem Pythagoræ auditores. Quorum Archippus ac Lyſides in Græcia, id eſt, Thebis ſcholas habuere: qui memoriter tenentes præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur, a quibus illud eſt. φευκτέον παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον, ἀσθενείαν μὲν τοῦ σώματος, ἀπαιδευσίαν δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρός, στάσιν δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρατές, quod in latinum ita poſſumus uertere. Fuganda ſunt omnibus modis & abſcindenda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a uentre, a ciuitate ſeditio, a domo diſcordia: & in commune a cunctis rebus intemperantia. Pythagorica & illa præcepta ſunt. Amicorum omnia eſſe communia. Et amicum ſeipſum eſſe alterum: duorum q; temporum maxime habendam curam: mane & ueſperi, id eſt eorū quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus. Poſt deum ueritatem colendam, quæ ſola homines deo proximos faciat. Illaq; ænigmata: quæ diligentiſſime Ariſtoteles in ſuis libris proſequitur. Statheram ne tranſilias, id eſt, ne prætergrediare iuſticiam. Ignem gladio ne fodias. Iratum uidelicet & timidum animum uerbis maledicis ne laceſſas. Coronam minime carpendam: id eſt, leges urbium conſeruandas. Cor non comedendum, id eſt mœrorem de animo proñciendum. Cum profectus fueris (inquit) ne redeas, id eſt, poſt mortem, uitam iſtam ne deſyderes.

C Per uiam publicam ne ambules, id eſt, ne multorum ſequaris errores. Hirundinem in do/
mum non ſuſcipiendam, id eſt, garrulos & uerboſos homines ſub eodem tecto non ha/
bendos. Oneratis ſuperponendum onus: deponentibus non communicandum, id eſt, ad
uirtutem incedentibus, augmentanda præcepta: tradentes ſe ocio, relinquendos. Et quia Py
thagorica dogmata legiſſe me dixeram: audi quid apud Græcos Pythagoras primus inue/
nerit. Immortales eſſe animas: & de alijs corporibus tranſire in alia. Quod quidem & Vergi/
lius in ſexto Aeneidos uolumine ſequens loquitur. Has omnes ubi mille rotam uoluere per
annos, Lethæum ad fluuium deus euocat agmine magno. Scilicet immemores ſupra ut cõ
uexa reuiſant, Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti. Se primum fuiſſe Euphorbum,
ſecundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram: & poſt
certos temporum circulos, ea quæ fuerant, rurſum fieri: nihilq; in mundo uideri nouum. Philo/
ſophiam meditationem eſſe mortis: quotidie de corporis carcere nitentem animæ educere liber
tatem: μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι, & multa alia, quæ Plato in libris ſuis, & maxime in Phædone, Ti/
mæoq; proſequitur. Nam poſt Academiam & innumerabiles diſcipulos, ſentiens multum ſuæ
deeſſe doctrinæ, uenit ad magnam Græciam: ibiq; ab Archyta Tarentino & Timæo Locrenſi,
Pythagoræ doctrina eruditus, elegãtiam & leporem Socratis, cũ huius miſcuit diſciplinis: quæ
omnia nomine commutato, Origenes in libros ſuos περὶ ἀρχῶν tranſtuliſſe conuincitur. In quo
igitur erraui: ſi adoleſcens dixi me ea putaſſe in apoſtolis: quæ in Pythagora & Platone & Em/
pedocle legeram? Nõ ut tu calumniaris & fingis, in Pythagoræ & Platonis & Empedoclis libris:
ſed quæ in illis fuiſſe legeram: & aliorum me ſcripta eos habuiſſe docuerunt. Et hoc genus elocu/
tionis frequentiſſimũ eſt: ut ſi dicam, quæ in Socrate legi dogmata, putaui uera. Non quod So/
crates libros ullos ſcripſerit: ſed quæ legi apud Platonem, & alios Socraticos illũ habuiſſe. Et
rurſum: imitari uolui geſta, quæ in Alexandro & Scipione legerã. Nõ quod ipſi ſua geſta deſcri/
pſerint: ſed quod apud alios legerim, quæ illos geſſiſſe mirabar. Igitur etiam ſi docere non poſ/
D ſem ipſius Pythagoræ extare monumenta: nec a filio eius ac filia alijſq; diſcipulis probata con/
uincerem: me non teneres mendacij: quia non libros, ſed dogmata legiſſe me dixi: & te fruſtra
errare, me tuum protegere mendacium uoluiſſe: ut niſi ego unum librum Pythagoræ protule/
ro: tu ſex milia Origenis libros perdideris. Veniam ad epilogos, id eſt maledicta tua: in quibus
me ad pœnitẽtiam cohortaris: & niſi conuerſus fuero, id eſt niſi te accuſante ſiluero, mihi mina/
ris interitũ. Et hoc ſcandalum redundaturum in caput meum denuncias: qui te hominem leniſ
ſimum & Moſaicæ manſuetudinis, reſponſione mea ad ſcriptionis inſaniam prouocauerim.
Scire enim te iactas crimina, quæ tibi ſoli amiciſſimo ſim confeſſus: & hæc in medium prolatu/
rum: meiſq; me coloribus eſſe pingendum: & debere meminiſſe, quod iacuerim ad pedes tuos,
ne gladio oris tui amputares caput meum. Et poſt multa in quibus furibundus exultas, reuo/
cas te & dicis optare pacem cum denunciatione dũtaxat: ut deinceps taceam, id eſt, ut non ſcri/
bam contra hæreticos, nec audeam reſpondere accuſationi tuæ. Si hoc fecero, frater ero & colle/
ga: & uir æloquentiſſimus & amicus ac ſodalis: & (quod his maius eſt) omnia quæ de Origene
tranſtuli, catholica iudicabis. Sin autẽ mutiero, & me cõmouero, ilico impurus ero & hæreticus
& tua indignus neceſſitudine. Hæc ſunt præconia mea, ſic me hortaris ad pacẽ, & ne gemitũ qui/
dem ac lachrymas dolori liberas eſſe concedis. Poſſem & ego tuis te coloribus pingere: & inſani
re contra inſanientẽ: & dicere quicquid uel ſcio uel neſcio, & eadem licentia imo furore & amen/
tia, uel falſa, uel uera cõgerere: ut & me loqui, & te puderet audire: & obijcere tibi, quæ aut accu
ſantem damnarent aut accuſatũ: ut ex frontis duritia, fidẽ lectori facerem: ut quod impudenter
ſcriberem, uere ſcribere iudicarer. Sed procul ſit a moribus Chriſtianis: ut dum aliorum petunt
ſanguinem, ſuum offerant: & ſine gladio, uoluntate homicidæ ſint. Tuæ hoc bonitati, tuæq; mã
ſuetudini & ſimplicitati conuenit: qui de uno pectoris ſterquilinio: & odorem roſarum, & fœ/
torem profers cadauerum: & contra ſententiam prophetalem, amarum dicis eſſe, quod

quaſi

A quasi dulce laudaueras. Nec necesse est, ut in ecclesiasticis tractatibus rem tribunalem uentile/
mus. Nihilq; super hoc amplius audies, nisi illud e triuio: cum dixeris quod uis, audies quod
non uis. Aut si tibi uile uidetur uulgare prouerbiū: & homo sapientissimus magis philosopho/
rum ac poetarū sententijs delectaris, lege illud Homericū ὀψοποιὸν κέλητα ἔπος τοῖον κέκασκούσας.
Hoc solum requiro ab eximia sanctitate & censura tua (cuius tanta est puritas: ut ad sudaria &
semicintia tua, dæmones rugiant) cuius exemplum in scribendo sequaris? Quis unq; catholico/
rum in disputatione sectarum, turpitudinem ei aduersum quem disputat, obiecit? Sic te do/
cuerunt magistri tui? Talibus institutus es disciplinis, ut cui respondere nō potueris, caput au/
feras? Et linguam quæ tacere nō potest, seces? Nec magnopere glorieris, si facias quod scorpio/
nes possunt facere & cantharides. Fecerunt hæc & Fuluia in Ciceronem: & Herodias in Iohan/
nem: quia ueritatem non poterant audire: & linguam ueriloquam, discriminali acu cōfoderunt.
Canes latrant pro dñis suis: & tu non uis me latrare pro Christo? Scripserunt multi cōtra Mar
cionem, Valentinum, Arrium, & Eunomium. A quo eis obiecta est turpitudo? Nonne toti in cō
uincenda hæresi incubuerunt. Istæ machinæ hæreticorum, id est, magistrorum tuorum sunt: ut
conuicti de perfidia, ad maledicta se cōferant. Sic Eustathius Antiochenus episcopus, filios dū
nescit, inuenit. Sic Athanasius Alexādrinæ urbis pontifex, tertiam Arsenij amputauit manum.
Duas em̄ qui mortuus prius fingebatur: uiuens postea habere monstratus est. Talia & condisci
puli tui & magistri nunc de eiusdem ecclesiæ sacerdote confingunt: & auro, id est tuis tuorumq;
uiribus, oppugnant fidei ueritatem. Quid loquar de hæreticis: qui licet foris sint: tamen se nomi
nant Christianos? Aduersum impijssimos Celsum atq; Porphyrium, quanti scripsere nostro/
rum? Quis omissa causa in superflua criminum obiectione uersatus est? quæ non chartæ eccle/
siasticæ, sed libelli debent iudicium cōtinere. Aut quid refert, si causa cadas, & crimine superes?
Non necesse est, ut cum periculo tui capitis accuses. Vno percussore conducto: satis potes facere
B desyderio tuo. Et scandalum timere te simulas: qui dudum fratrem, nunc accusatū, semper inimi
cum, es paratus occidere. Et tamen miror, quomodo homo prudens, furore præuentus, uelis mi
hi beneficium tribuere: ut educas de carcere animam meam: & non patiaris tecum in tenebris
huius sæculi commorari. Vis ergo me tacere? Ne accuses. Depone gladium, & ego scutum abij
ciam. In uno tibi consentire non potero: ut parcam hæreticis: ut me catholicum non probem.
Si ista est causa discordiæ, mori possum: tacere non possum. Debueram quidem de omni scri/
ptura tuæ insaniæ respondere: & diuinis uocibus in modum Dauid citharizantis lenire furo/
rem pectoris tui. Sed contentus ero unius libri paucis testimonijs: & opponam sapientiam stul/
ticiæ: ut si humana contemnis, saltem diuina non negligas. Audi igitur quid de te, & de omni/
bus inuidis, ac maledicis & contumeliosis loquatur sapiens Solomon. Insipientes dum iniurijs
tupidi sunt: impij facti oderunt sensum. Ne fabriceris in amicum tuum mala. Et ne inimiceris
aduersum hominem sine causa. Impij exaltant contumeliā. Circūcide a te os prauū: & iniqua
labia, longe repelle abs te: oculos cōtumelioſi, linguam iniqui: manus effundentes sanguinē iu/
sti: cor fabricans cogitationes malas, & pedes festinantes ad malefaciendū. Qui nititur menda/
cio, pascit uentos: & sequitur aues uolantes. Derelinquit em̄ uias uineæ suæ, & axes culturæ suæ
fecit errare. Perambulat aridū ac desertū: & colligit manibus suis sterilitatē. Os procacis appro/
piat contritioni: & qui profert maledicta, stultissimus est. Anima benedicta omnis simplex uir.
Animosus inhonestus est. Per delicta labiorum incidit in laqueum peccator. Itinera stultorum
recta in conspectu suo. Stultus eadem die ostendit iram suam. Abominatio est domino labia
mendacia. Qui custodit os suum, seruat animam. Et qui temerarius est labijs: terrebit seipsum.
Malus cum contumelia agit mala: & insipiens expandit malicia suam. Quæres apud malos sa/
pientiam, & non inuenies. Suis itineribus saturabitur temerarius. Sapiēs timendo declinat ma
lū. Stultus confidēs miscetur ei. Longanimus uir multus in prudētia est: pusillanimus ualde im
prudēs est. Qui calumniat pauperem, lacessit factorem eius. Lingua sapientū bona nouit, & os
stultorū pronunciat malū. Vir animosus parat rixas: & immūdus est apud deū omnis qui exal
tat cor suum. Manus inferens iniuste, non erit impunitus. Qui diligit uitam, parcit ori suo. Ante
contritionē præcedit cōtumelia. Et ante ruinam, mala cogitatio. Qui obfirmat oculos suos, cogi

tat peruersa

C tat peruersa,& prouocat labijs suis omnia mala. Labia stulti ducunt eum in mala: & os audax mortẽ inuocat. Malignus uir multa detrimenta patietur. Melior est pauper iustus: quã mẽdax diues. Gloria est uiro qui auertit se a maledictis: qui aũt stultus est, talibus se obligat. Noli amare detrahere, ne eradiceris. Suauis est homini panis mendacij: postea implebit̃ os eius calculo, qui operatur thesauros. Lingua mẽdacis uana sectatur, & ueniet in laqueos mortis. In aure stulti noli quicq̃ dicere: ne forte irrideant sapientes sermones tuos. Claua & gladius & sagitta pernicioſa sunt: sic & uir, qui contra amicum suum falsum dicit testimonium. Sicut aues auolant & passeres: ita maledictũ uanũ nõ superueniet illi. Noli respondere imprudenti ad imprudẽtiam eius, ne similis ei fias. Sed responde stulto ad stultitiã eius, ne sibi sapiẽs esse uideatur. Qui insidiatur amicis suis, cũ uisus fuerit dicit, ludens feci. Craticula carbonibus, & ligna igni, & uir maledicus ad tumultũ rixæ. Si te rogauerit inimicus tuꝰ, parcẽs uoce magna, ne cõsentias ei: septẽ em̃ neqtiæ sunt in aníã eiꝰ. Grauis est lapis, & uix portabilis arena: sed ira stulti grauior utroq;. Crudelis est indignatio, & acuta ira & zelus impatiẽs est. Impius calumniat̃ pauperes: & qui cõfidit in cordis auaricia, stultissimus est. Totam iram suam profert insipiens: sapiens dispensat in partes. Filius malus gladios dentes habet, & cultros molas: ut consumat infirmos de terra, & pauperes ex hominibus. His ergo doctus exemplis, nolui mordere mordẽtem, nec uicem talionis implodere: maluiq; insaniam excantare furibundi: & unius libri antidotum uenenato pectori infundere. Sed uereor ne nihil proficiens: illud Dauiticum cantare compellar: & his me sermonibus cõsolari: Alienati sunt peccatores a uulua, errauerũt ab utero. Locuti sunt falsa, furor illis secundũ similitudinẽ serpẽtis: sicut aspidis surdæ, & obturãtis aures suas, quæ nõ audiat uocẽ incantantiũ & uenefici incantantis sapienter. Deus cõteret dentes eorꝝ: in ore ipsorꝝ molas leonũ confringet deus. Ad nihilũ deueni, tanq̃ aqua decurrens. Intendit arcũ suũ, donec infirmẽtur. Sicut cera quæ fluit auferent̃, supcecidit ignis, & non uiderunt solem. Et iterꝝ. Lætabit̃ iustus cũ uiderit uindictã impiorꝝ, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si utiq;
D est fructus iusto: utiq; est deus iudicãs eos in terra. In extrema epistola scribis manu tua: Opto te pacem diligere. Ad quod breuiter respõdebo. Si pacem desyderas, arma depone. Blandienti possum acquiescere, non timeo cõminantem. Sit inter nos una fides, & ilico pax sequetur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Mihi uindicta & ego.) Vulgo uindictam legunt, cum hic uindicta sit, ut est & in Græcis codicibus, ἐμοὶ ἐκδίκησις, hoc est, meum est uindicare, nõ tuũ. Hoc est uerũ dilemma tuũ.) Dilemma cornutus est syllogismus, cũ duo sic proponunt̃, ut necesse sit in alterũ incurrere. Dicit̃ em̃ δίλημμα, quod duplex habeat cornu, siue argumentum. Cereales & Anabasij.) Cereales appellat nũcios missos q quaquauersum per orbẽ rumorem spargant. Sicuti Ceres Neoptolemũ misit, q ex alto triticũ spargeret in uniuersum mundũ. Nã huc Hieronymus eã uocem deflexit, cũ antiquitus cereales dicti sint ædiles rei frumẽtariæ præfecti. Quidã p cereales deprauauerãt cursales. Et Anabasij.) Sic appellat quod cõscensis curribus, aut equis, celerius pferunt, Anabasis em̃ Græce ascensus est: & rursus alludit ad Neoptolemũ, q cõscensu curru, e sublimi spargebat semina. Vt panegyricũ.) Id est, orationẽ in laudẽ mei scriptã. Atq; hæc cũ Ironia dicunt̃. Nõ te pudet, phemij.) Ad hũc modũ scriptũ erat in plærisq; codicibus: in nõnullis loco phœmij erat premij: Neutra uox uel tantulũ ad sensum facit. Vnde suspicor scriptũ fuisse, Nõ te pudet parœnij, aut certe parœniæ. Nã παροιμεῖν, est temulentorũ in morẽ temere debacchari in quẽpiã, nullo delectu, nulloq; iudicio: inde παροιμία, & ut a λοιδορεῖν, λοιδορία & λοιδόριον, sic a παροιμέω, παροιμία & παρόιμιον, p cõuitio stulte ac temere dicto, uelut inter pocula. Neq; qcq̃ addubitẽ ita scriptũ ab Hieronymo fuisse. Demaratũ & Crassum.) Hos duos pro ditissimis posuit. Opinor eũ sentire, de Demarato nepote Patrocli. De Crasso meminere multi, cui cognomẽ etiã a diuitijs additũ. Addit subitũ, ad maiorẽ inuidiã, qd' nõ ex patrimonio, sed malis artibꝰ repente factus sit diues. Dariũ.) Darius Persarũ rex opulentissimus. Crœsus rex Lydorũ, nobilitatus diuitijs suis quemadmodũ & Mida. Per quod Danaes est.) Pro Danaes, plæriq; codices habebãt Dianæ. Danae fuit Acrysij filia, quã Iuppiter uersus in aurũ uiciauit, cũ a patre esset inclusa turri æreæ. Horatius sic interpretat̃ fabulã, ut ostendat nihil esse tã repositũ, neq; tã custoditũ ad qd' nõ penetret̃ auro. συγγραφεὺς ἀγράμματος.) Id ẽ cõscriptor absq; litteris. Athenogerõta.) Si syncera scriptura ẽ, significat, senẽ uersantẽ in ludo litterario. Græcis em̃ Athena dicit̃, q̃ nobis Minerua. Ea præfecta ẽ studijs, & Athenæũ scholã appellãt, de quo superiꝰ quoq; meminimꝰ πεμπάγλωττος.) Id est, qnq; linguas habẽs. Elocutiõis περισσολογία.) Perissologia uiciũ est sermonis, cũ oratio supfluis uerbis redũdat. Solœcistã.) Solœcista, q uitiose loqt̃, qd' uulgo uocãt incõgruũ, a uerbo σολοικίζειν. Atq; occidẽtis τροπαιοφόρους.) Id ẽ, trophæũ ferẽtes, quasi dicat antesignanos & uexilliferos. Sic em̃ ex uarijs exẽplariũ uestigijs restituimꝰ. Absq; palladis arte.) Oblique notauit Palladium Galatã quem

A quem ſubornauerat Ruffinus in Hieronymum, ut interpretatione illius calumniaretur, quēadmodū alibi teſtatur ipſe. Erat autē & hic factionis Origenicæ, unde & cauendū admonet Epiphanius in epiſtola ſua. Porro quod ait, arte, alluſit ad Palladem artium præſidem. Salebris & uoraginibus.) Duo ſunt impedimenta uiarum, Salebræ aſpera quædam obſtacula: & uoragines, cū uia eſt profundior. Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους.) Id eſt, defenſionis Origenis. Origenis κήρυκα.) Id eſt, præconē, id em̄ Græcis ceryx. Mendacē memorem.) Citatur ab Apuleio & Quintiliano. Mendacia potiſſimum confutari ſolent incōſtantia ſermonis, unde illis memoria eſt opus. Holographa.) Id eſt, integra, ut erat ſcripta, & nō mutilata, ab ὅλος & γράφω. Cuniculos tuos.) Machinamenta clancularia: a cuniculis, quibus hoſtes urbes ſuffodiunt.

Flantibus Eteſijs.) Eteſiæ uenti ſunt certis anni temporibus ſpirantes, hoc eſt, poſt caniculæ exortum, uelut in hoc a natura dati, ut pomeridianū eſtū tēperent, alioqui intolerabilem. Ad Protei columnas.) Huic columnæ & ſtatuæ fuerunt apud Aegyptios, quēadmodū Baccho apud Indos, Herculi apud Hiſpanos. Sed Ionæ portum.) Quidā codices habebant, Dionis portum. Si Ionæ portū legis, intellige Tharſis oppidū Ciliciæ, quo Ionas propheta deſtinabat ire, de quo ſuperius dictū eſt. Per Maleas & Cycladas.) Malea promontoriū eſt contra Peloponneſum, periculoſiſſimū præternauigātibus. Cyclades Inſulæ ſunt in medio mari, quod in orbem iaceant ſic dictæ. Famoſiſſimū lacū.) Aſphaltiten intellīgit, qui nihil gignit præter bitumen. Nullum corpus animantiū recipit, Tauri Camelicq; fluitant: hæc & alia multa Plinius libro quinto. Hic eſt ἀνθρωπομορφίτης.) Anthropomorphitæ inter hæreticos recenſentē in decretis, qui deo tribuebant corpus, quale nos habemus: unde & nomen habent. Oſtendit ſuperius quoſdam notatos ab Epiphanio quod imagines haberent in templo. Quod tuū quaſi operculum uenenatæ.) Prouerbialiter dictum eſt. Quod alibi ſic extulit: Dignū patella cooperculū, cum rei malæ additur id quod congruit. Et eandē magiſtri ſapientiā etiā in ſenſibus quærerent.) Vide ut diuus Hieronymus ſententias æſtimari uult ex uerborū diligētia. Calphurnianos diſcipulos.) Ruffinū ſæpius Calphurniū Saluſtianū uocat: huius igit̄ diſcipulos Calphurnianos appellat, de quo meminimus & antea. Ad ethicam trāſiens.) Socrates apud Platonē, ſiue uere ſiue iocans, narrat ſe ob tarditatē ingenij a naturaliū rerū cognitione, ad moralē philoſophiam traduxiſſe ſtudiū. Lucretij opiniones.) Lucretius Epicuri ſectator, de naturis rerū carmine ſcripſit. Maximus ille.) Alluſit ad Fabiū Maximū, de quo uerſus ille Ennianus celebrat̄: Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem. Ariſtippus noſtri.) Is Socraticus philoſophus, primus Socraticorū mercede docuit. Hic Syracuſas nauigauit ad Dionyſiū. Hermagorā nobis & Gorgiam.) Hi rhetores erant, qui ſella poſita, profitebant̄ ſe omnibus, omni de re ex tempore reſponſuros.

In morem gliriū.) Glires hyeme condūtur, ac ſomno ſeu quiete nō pingueſcunt ſolum, ſed etiam rei ueneſcunt, authore Plinio. Barthochabas.) Hiſtoria eſt apud Ioſephū. Alter Salmoneus.) De Sal
B moneo eſt in fabulis, qui curru æreo, & tedis ardentibus imitatus eſt tonitru ac fulmen Iouis. Hypocriſeos.) Id eſt, ſimulatiōis. Symmyſten.) Id eſt ſociū myſteriorū, & eiſdem myſterijs initiatū. An ideo tibi panem non damus.) Alludit ad illud Plautinū. Altera manu fert lapidē, panē oſtentat altera. Montes aureos.) Prouerbiale eſt, de promiſſis immenſis. Modo nō montes auri pollicens. Scorteū nūmū.) Id eſt, coriaceū. Nam olim in corio ſignabant. Vnde pro uiliſſimo nūmo Scorteū poſuit, q ne plumbeus quidē ſit aut æreus. Orā Italiæ.) In hac Pythagoras docuit. Cuius em̄ ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα.) Id eſt aurea præcepta. Illaq; ænigmata.) Id eſt, obſcure dicta. De his nos in principio Prouerbiorum nonnulla tradidimus ex diuerſis authoribus. μαθήσεις ἀμαμφήσεις ἔιμαι.) Id eſt, diſcere eſſe reminiſci, ut ſenſum magis reddamus q̄ uerba. Te tuis coloribus pingere.) Id eſt deſcribere qualis es. Eſt aūt figura puerbialis ſimilis illi, ornatus ex tuis uirtutib⁹. Illud Homericū.) Eſt in Iliados. υ. οἷος τοῖος κεῖ πόδα ἶσος, τοῖος κὲ πακούσῃς, id eſt, qualecūq; dixeris uerbum tale audies. Cantharides.) Cantharis uermiculus eſt, lœtale habens uenenū. Fuluia in Ciceronem.) Fuluia uxor Antonij, cuius inſtinctu Ciceronem occidit, quæ & acu dicitur linguam extincti confodiſſe.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

PElagius Brito monachus poſt Arrium ſucceſſit, noui erroris author, ac Celeſtino ac Iuliano fautoribus & adiutorib⁹, multos in ſuā pertraxit factionē. Is tātū tribuit libero arbitrio, ut diceret abſq; gratia Chriſti, ſolis meritis hominē poſſe ſalutem cōſequi. Atq; ſup hac re primū increpatus a fratrib⁹: eatenus ceſſit admonitiōi, ut nō excluderet gratiā, ſed diceret hac accedente facilius poſſe pueniri ad ſalutē, quaſi & abſq; hac pueniri poſſet, licet difficilius. Orationes quæ fierēt in eccleſia, uel pro fidelibus, uel pro infidelibus, ut ſuperuacuas dānabat, quod diceret id quod peteret̄, ſibi quēq; ſua induſtria præſtare poſſe. Verū hoc in cōcilio Antiocheno cum me tueret ne dānaret̄, recantauit, etiā ſi non deſijt deinceps in ſcriptis ſuis eadē docere. Addebat Adæ peccatum nulli nocuiſſe, niſi ipſi q cōmiſerat. Oēs infantes tā inſontes naſci, q̄ ipſe Adā fuiſſet cōditus a deo. Baptiçandos aūt, nō ut a peccatis exuerentur, quo carerent, ſed ut ſacramento adoptionis honorarētur. Scripſit tres de fide trinitatis libros, & eclogas, hoc eſt, excerptiones ex libris diuinis, in morē indicis per capita digeſtas. Publicatus hæreticus, ſcripſit in defenſionē ſui dogmatis. Damnatus eſt a pontifice Zoſimo inſectātibus Afris, & potiſſimū Auguſtino reliquias factionis perſequēte, idq; cōcilio apud Carthaginē habito, ducentoꝝ & quatuordecim epiſcoporū. Nā ipſe Pelagius, anteq; de hoc pnūciaſſet Zoſimus, iā ab Innocētio dānatus fuerat. Hæc partim ex Proſpero, partim ex Auguſtino & Gennadio ac Platina. Hūc Auguſtinus tradit ſua tēpeſtate recentiſſimū hæreſiarcharū extitiſſe, hominē æloquētia, ut apparet munitū. Huius dogma rogatu Cteſiphontis refellit Hieronymus, oſtendēs e quoꝝ fontibus hic error fuerit natus. Atq; hac quidem epiſtola ceu uelitatus eſt in Pelagianos, pollicetur autem ſe per ocium iuſto uolumine reſponſurum.

C NOn audacter(ut falso putas),sed amanter studioseq; feciſti:ut nouam mihi exue/
teri mitteres quæſtionem,quæ ante litteras tuas plæroſq; in oriente decepit: ut per
ſimulatam humilitatem,ſuperbiam diſcerent: & dicerent cum diabolo: In cœlum
aſcendam:ſuper ſydera cœli ponam thronum meum:& ero ſimilis altiſſimo. Quæ
em̃ poteſt alia maior eſſe temeritas, cũ dei ſibi nõ dicam ſimilitudinem,ſed æqualitatẽ uendica/
re:& breui ſententia,omnium hæreticorum uenena complecti:quæ de philoſophorum & ma/
xime Pythagoræ & Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt? Illi enim quæ Græci
appellant πάθη nos perturbationes poſſumus dicere, egritudinem uidelicet & gaudium, ſpem
& metum:quorum duo præſentia,duo futura ſunt:aſſerunt extirpari poſſe de mentibus: & nul
lam fibram radicemq; uitiorum in homine omnino reſidere, meditatione & aſſidua exercita/
tione uirtutũ. Aduerſum quos & Peripatetici,qui de Ariſtotelis fonte deſcendunt,fortiſſime di
ſputant:& academici noui,quos Tullius ſequitur:& eorum non dico res quæ nullæ ſunt,ſed um
bras & uota ſubuertunt.Hoc eſt em̃ hominem ex homine tollere: & in corpore cõſtitutum eſſe
ſine corpore,& optare potius cũ docere,dicente Apoſtolo:Miſer ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius?Et quia epiſtolaris breuitas non poteſt omnia comprehendere: ſtri/
ctim tibi uitanda deſcribam. Vnde & illud Vergilianum eſt, Hinc metuunt,cupiũtq;, dolent
gaudentq;,nec auras Reſpiciunt,clauſæ tenebris & carcere cæco. Quis enim poteſt,aut nõ
geſtire gaudio,aut mœrore contrahi,aut ſpe extolli,aut timore terreri? Quãobrem & grauiſ/
ſimus poeta Flaccus ſcripſit in Satyra Nã uitijs nemo ſine naſcitur:optimus ille eſt: Qui mi/
nimis urgetur. Pulchre quidam noſtrorum ait:philoſophi patriarchæ hæreticorũ,eccleſiæ pu/
ritatem peruerſa maculauere doctrina:ut neſciant illud dictũ de humana fragilitate:Quid glo/
riatur terra & cinis? Præſertim cum de ijſdem Apoſtolus dicat: Video aliam legem in membris
meis,repugnantem legi mentis meæ:& ducentem me in captiuitatem.Et iterũ:Non enim quod
uolo hoc ago:ſed quod nolo id operor. Si quod nõ uult operatur: quomodo ſtare poteſt hoc
D quod dicitur:poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit? Qua ratione poteſt eſſe quod uelit: cum
apoſtolus aſſerat ſe quod cupiat,implere nõ poſſe? Cũq; ab eis quærimus, q ſint illi quos abſq;
peccato putent? Noua ſtropha eludere cupiunt ueritatem:ſe non eos dicere,qui ſint uel fuerint,
ſed qui eſſe poſſint.Egregij doctores,dicunt eſſe poſſe, quod nunq; fuiſſe demonſtrant: dicente
ſcriptura:Omne quod futurum eſt:iam factum eſt in priori tempore. Neq; nunc mihi neceſſe
eſt ire per ſingulos ſanctorum,& quaſi in corpore pulcherrimo neuos quoſdam & maculas de/
mõſtrare:quod plæriq; noſtrorum ſimpliciter faciunt:cum paucis ſententiolis ſcripturarũ,poſ/
ſint hæreticorum,& per eos philoſophorum,argumenta conuinci.Quid enim dicit uas electio
nis? Concluſit deus omnia ſub peccato,ut omnium miſereatur.Et in alio loco:Omnes enim pec
cauerunt,& indigent gloria dei.Eccleſiaſtes quoq; per quem ſe cecinit ipſa ſapientia, libere pro/
teſtatur,& dicit:Non eſt enim homo iuſtus ſuper terram:qui faciat bonum & non peccet. Et ite
rum:Si peccauerit populus tuus:non eſt enim homo qui non peccet.Et quis gloriabitur caſtum
ſe habere cor? & non eſt mundus a ſorde: nec ſi unius diei fuerit ſuper terram uita eius. Vnde
& Dauid dicit:Ecce em̃ in iniquitatibus conceptus ſum,& in delictis peperit me mater mea. Et
in alio pſalmo:Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.Quod teſtimonium ſub no/
mine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationem dei nullũ eſſe
perfectum, quaſi ſcriptura hoc dixerit. Neq; enim ait: Non iuſtificabitur omnis uiuens,
ſed non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Quando enim dicit, in conſpectu tuo:
hoc intelligi uult, quod etiam qui hominibus ſancti uidentur : dei ſcientiæ atq; noticiæ ne/
quaq; ſancti ſint. Homo enim uidet in facie: deus autem in corde. Si autem inſpiciente deo
& omnia contemplante:quem cordis arcana non fallunt,nullus eſt iuſtus:perſpicue oſtenditur
hæreticos non hominem in excelſa ſuſtollere:ſed dei potentiæ derogare,multaq; alia:quæ ſi de
ſcripturis ſanctis uoluero congregare,non dicam epiſtolæ,ſed uoluminis quoq; excedam mo/
dum. Nihil noui aſſerũt,qui in huiuſcemodi applaudente ſibi perfidia,ſimplices quidẽ & indo/
ctos decipiũt:ſed eccleſiaſticos uiros:qui in lege dei die ac nocte meditant, decipere nõ ualent.
Pudeat ergo eos principum & ſociorum ſuorum: qui aiunt poſſe hominem ſine peccato eſſe

A si uelit,quod Græci dicunt ἀναμάρτητον.Et quia hoc ecclesiarum per orientem aures ferre nō pos sunt:simulant se sine peccato quidem dicere,sed ἀναμάρτητον dicere non audere, quasi aliud sit si ne peccato,aliud ἀναμάρτητον,& non Græcum sermonem,qui apud illos compositus est,duobus uerbis sermo latinus exp̄sserit. Si absq; peccato dicis & ἀναμάρτητον dicere te diffiteris:dāna eos ergo qui ἀναμάρτητον prædicant. Sed non facis.Nosti em̄ quid intrinsecus discipulos tuos doce/ as:aliud ore cōmemorans,& aliud celans conscientia:nobisq; alienis & indoctis loqueris per para bolas: tuis autem mysteria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas: quia dictū est: turbis Iesus in parabolis loquebatur:& ad discipulos in domo dicit:Vobis datum est scire my/ steria regni cœlorum:illis autem non est datum.Sed ut dicere cœperam,exponā breuiter princi pum & sociorum tuorum nomina:ut animaduertas,qualium consortio gloriaris. Manichæus electos suos quos inter animas Platonis in cœlestibus collocat:dicit omni carere peccato: nec si uelint,posse peccare. Ad tanta em̄ eos uirtutū culmina trāscendisse,ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars Manichæi, de turpitudine cuius te discipuli diligūt plurimū,uer/ bum perfectionis & scientiæ sibi temere uendicantes:soli cum solis clauduntur mulierculis: & il/ lud eis inter coitum amplexusq; decantant. Tum pater omnipotens fœcundis hymbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit:& omneis Magnus alit,magno cōmixtus corpo re fœtus. Qui quidem partem habent gnosticæ hæreseos de Basilidis impietate uenientem. Vnde & uos asseritis eos,qui absq; legis scientia sunt,peccata uitare non posse.Quid loquar de Priscilliano,qui & sæculi gladio,& totius orbis authoritate dānatus est? Euagrius ponticus Hy perborita:qui scribit ad uirgines, scribit ad monachos, scribit ad eam cuius nomen nigredinis. testatur perfidiæ tenebras,ædidit librum & sentētias,περὶ ἀπαθείας quā nos impassibilitatem uel imperturbationem possumus dicere, quādo nunq̄ animus ullo perturbationis uitio commo/ uetur: & ut simpliciter dicam, uel saxū uel deus est.Huius libros per orientem Græcos:& inter pretante discipulo eius Ruffino,latinos plærisq; in occidente lectitant:qui librum quoq; scripsit,
B quasi de monachis:multosq; in eo enumerat,qui nūq̄ fuerūt,& quos fuisse scribit Origenistas: & ab episcopis damnatos esse non dubium est:Ammoniū uidelicet & Eusebium & Euthymiū, & ipsum Euagriū, Or quoq; & Isidorum & multos alios: quos enumerare tedium est: & iux/ ta illud Lucretij. Ac ueluti pueris absynthia tetra medentes Cū dare conant̄,prius oras po/ cula circum Contingunt dulci mellis flauoq; liquore: ita ille unum Iohannem in ipsius libri posuit principio:quem & catholicum & sanctum fuisse non dubium est: ut per illius occasionē cæteros quos posuerat hæreticos,ecclesiæ introduceret.Illam autem temeritatem,imo insaniam ei⁹,quis digno possit explicare sermone: quod librū Xysti Pythagorei,hominis absq; Christo atq; ethnici, immutato nomine Sixti martyris, & Romanæ ecclesiæ episcopi p̄notauit: in quo iuxta dogma Pythagoricorum,qui hominē exæquant deo:& de eius dicūt esse substantia:mul ta de perfectione dicuntur: ut qui uolumen philosophi nesciunt,sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis.Deniq; in ipso uolumine nulla prophetarū,nulla patriarcharū, nul/ la apostolorum, nulla Christi fit mentio:ut episcopum & martyrem sine Christi fide fuisse con/ tendat. Vnde & uos plurima contra ecclesiā usurpatis testimonia.Fecerat hoc & in sancti Pam/ phili martyris nomine,ut librum primum sex librorū defensionis Origenis, Eusebij Cæsarien/ sis(quem fuisse Arrianū nemo est qui nesciat)nomine Pamphili martyris prænotaret:quo scili/ cet egregia illa quatuor Origenis περὶ ἀρχῶν uolumina latinis infunderet auribus. Vis adhuc & alium nosse tui erroris principem? Doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo em̄ psalmo: ubi scriptum est(ut de cæteris taceam):insuper & usq; ad noctem erudierūt me renes mei:asse/ rit uirum sanctum:de quorū uidelicet & tu numero es:cum ad uirtutū uenerit summitatem: ne in nocte quidem ea pati,quæ hominū sunt:nec cogitatione uitiorum aliqua titillari. Nec erube/ scas de societate talium, renuens eorū nomina,quorum blasphemijs iungeris. Iouiniani secūda quæstio,tui ingenij disciplina est.Quicquid illi responsum est,tibi responsum credito. Nec fieri potest ut diuersus sit eorum exitus,quorum est una sententia. Cum hæc ita se habeāt,quid uo/ lunt miseræ mulierculæ oneratæ peccatis: quæ circūferūtur omni uento doctrinæ,semper discē/ tes & nūq̄ ad scientiam ueritatis peruenientes:& cæteri mulierculārū socij,prurientes auribus,

C & ignorãtes quid audiant, quid loquantur: qui uetuſtiſſimũ cœnum, quaſi nouam ſuſcipiũt tẽperaturam: qui iuxta Eçechielem liniunt parietem abſq; temperamento, & ſuperueniente ueritatis pluuia, diſſipantur? Simon magus hæreſim cõdidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omniũ immundiciarũ repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romã præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenen, ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit: deinde hæreſi polluit. Dimittam uetera, ad uiciniora tranſcendã. Arrius, ut orbem deciperet, ſororẽ principis ante decepit. Donatus per Aphricam ut infelices quoſq; fetentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier uirũ, cæcum cæca, duxit in foueã, ſucceſſorẽq; ſui Priſcillianum habuit. Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimũ, & ex mago epiſcopũ, cui iũcta Galla non gente, ſed nomine, germanã huc illucq; currentẽ, alterius & uicinæ hæreſos reliquit hæredem. Nunc quoq; myſterium iniquitatis operatur. Duplex ſexus utrũq; ſupplantat: ut illud ꝓpheticũ cogamur aſſumere: Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit, faciens diuitias ſuas, non cũ iudicio. In dimidio dierum derelinquet eas, & nouiſſimum eius erit inſipiens. Illud uero quod ad decipiendos homines quoſq; poſtea huic ſententiæ coaptarũt (nõ abſq; dei gratia) cum prima legentes fronte decipiat, introſpectũ & diligentiſſime uentilatum, decipere non poteſt. Ita em̃ dei gratiã ponunt: ut nõ per ſingula opera eius nitamur & regamur auxilio: ſed ad liberum referunt arbitrium: & ad præcepta legis: ponentes illud Eſaiæ: Legem em̃ deus in adiutorium poſuit: ut in eo deo referendæ ſint gratiæ, quod tales nos condiderit, qui noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona, & uitare mala: & non intelligunt iſta dicentes, quod per os eorum, intolerabilem blaſphemiã diabolus ſibilet. Si em̃ in eo tantũ dei eſt gratia, quod propriæ nos cõdidit uoluntatis, & libero arbitrio contenti ſumus: nec ultra eius indigemus auxilio, ne ſi indiguerimus liberũ frangatur arbitriũ: ergo nequaq; ultra orare debemus: nec illius clementiam
D precibus flectere, ut accipiamus quotidie, quod ſemel acceptũ in noſtra eſt poteſtate. Iſtiuſmodi homines tollunt orationem: & per liberũ arbitrium, non homines propriæ uolũtatis, ſed dei potẽtiæ factos ſe eſſe iactant: qui nullius ope indigent. Tollãtur & ieiunia omniſq; continẽtia. Quid em̃ mihi neceſſe eſt laborare, ut accipiam per induſtriam, quod ſemel meæ factum eſt poteſtatis? Hoc quod dico, nõ meum eſt argumentum: Vnus diſcipulorũ eius, imo iam magiſter & totius ductor exercitus, & contra apoſtolũ uas perditionis, per ſolœciſmorũ, & non (ut ſui iactitant) ſyllogiſmorum ſpineta decurrens: ſic philoſophatur & diſputat. Si nihil ago abſq; dei auxilio: & per ſingula opera, eius eſt omne quod geſſero: ergo nõ ego qui laboro, ſed dei in me coronabitur auxilium: fruſtraq; dedit arbitrij poteſtatem, quã implere non poſſum, niſi ipſe me ſemper adiuuerit. Deſtruitur em̃ uolũtas, quæ alterius ope indiget. Sed liberꝝ dedit arbitriũ deus, quod aliter liberum non erit, niſi fecero quod uoluero. Ac per hoc ait: Aututor ſemel poteſtate quæ mihi data eſt, ut liberum ſeruet arbitriũ: aut ſi alterius ope indigeo, libertas arbitrij in me deſtruetur. Qui hæc dicit, quã non excedit blaſphemiam? quæ hæreticorum uenena non ſuperat? Aſſerunt ſe per arbitrij libertatem nequaq; ultra neceſſarium habere deum: & ignorant ſcriptum: Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Magnas agit deo gratias, qui per libertatem arbitrij, rebellis in deum eſt. Quã nos libenter amplectimur: ita dũtaxat, ut agamus ſemp gratias largitori: ſciamuſq; nos nihil eſſe, niſi quod donauit, in nobis ipſe ſeruauerit, dicente Apoſtolo: Non eſt uolentis neq; currẽtis, ſed miſerentis dei. Velle & currere meum eſt. Sed ipſum meum, ſine dei ſemper auxilio non erit meũ. Dicit em̃ idẽ Apoſtolus: Deus eſt qui operat in nobis & uelle & perficere. Et ſaluator in euãgelio: Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor. Semper largitor, ſemperq; donator eſt. Non mihi ſufficit, quod ſemel donauit, niſi ſemper donauerit. Peto, ut accipiam: & cum accepero, rurſus peto. Auarus ſum ad accipienda beneficia dei, nec ille deficit in dando, nec ego ſatior in accipiẽdo. Quãto plus bibero, tanto plus ſitio. Legi enim a pſalmiſta cantari: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt dñs. Omne quod habemus bonum, guſtus eſt dñi. Cum me putauero ad calcem perueniſſe uirtutum, tunc habebo principium. Principium em̃ ſapientiæ timor dñi: qui expellitur

atq;

A atq; destruitur charitate. Hæc hominibus sola perfectio, si imperfectos esse se nouerint. Et uos (inquit) cum omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Si inutilis est, qui fecit omnia: quid de illo dicendum est, qui explere nō potuit? Vnde & Apostolus: ex parte accepisse, & ex parte comprehendisse se dicit, & necdum esse perfectum: præteritorum q; obliuiſci, & in futurum se extendere. Qui semper præteritorum obliuiscitur, & futura desyderat: ostendit se præsentibus non esse contentum. Quod autem sursum deorsum iactitant, liberum a nobis arbitrium destrui: audiant econtrario eos arbitrij destruere libertatem: qui male eo abutunt aduersum beneficiū largitoris. Quis destruit arbitriū? Ille qui semp deo agit gratias: & quodcūq; in suo riuulo fluit, ad fontē refert? an qui dicit: Recede a me quia mūdus sum, non habeo te necessariū? Dedisti enim mihi semel arbitrij libertatem, ut faciam quod uoluero: quid rursum te ingeris: ut nihil possim facere, nisi tu in me tua dona compleueris? Fraudulēter prætendis, ut dei gratiā ad conditionē hominis referas, & nō in singulis operibus auxilium dei requiras: ne scilicet liberum arbitriū uidearis amittere: & cum dei cōtemnas adminiculū, hominū quæras auxilia. Audite quæso, audite sacrilegū. Si (inquit) uoluero curuare digitum, mouere manū, sedere, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis nariū purgamēta decutere, releuare aluū, urinā digerere: semp mihi auxiliū dei necessariū erit? Audi ingrate, imo sacrilege apostolū p̄dicantē: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud qd agitis, oīa in noīe dñi agite. Et illud Iacobi: Ecce nūcq dicitis: hodie aut cras ꝓficiscemur in illā ciuitatē, & faciemus illic ānū: ut negociemur & lucremur, qui nescitis de crastino. Quæ enim est uita uestra? Aura est enim siue uapor paululū apparens: deinde dissipatur, pro eo quod debeatis dicere: si dñs uoluerit, & uiximus, faciemus aut hoc aut illud. Nunc aūt exultatis in superbijs uestris: omis istiusmodi gloria-

B tio pessima est. Iniuriā tibi fieri putas & destrui arbitrij libertatē: si ad deū semp authorē recurras: si ex illius pendeas uoluntate, & dicas: Oculi mei semper ad dñm, quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos? Vnde & audes lingua ꝓferre temeraria, unūquēq; arbitrio suo regi? Si suo arbitrio regit, ubi est auxiliū dei? Si Christo rectore nō indiget: quō scribit Hieremias: Nō est in hoīe uia eius, & a dño gressus hominis dirigunt? Facilia dicis dei esse mandata: & tamen nullum proferre potes, qui uniuersa cōpleuerit. Respōde mihi, facilia sunt an difficilia? Si facilia, profer quis ea impleuerit: & cur Dauid in psalmo canat: Qui fingis laborē in præcepto. Et iterum: Propter uerba labiorū tuorū ego custodiui uias duras. Et dñs in euāgelio: Intrate per angustā portā: & diligite inimicos uestros, & orate pro his, qui persequunt uos? Sin aūt difficilia: cur ausus es dicere, facilia esse dei mandata, quæ nullus impleuerit? Nō intelligis tuas inter se repugnare sententias. Aut enim facilia sunt, & infinita est multitudo hominū qui ea impleuerint: aut difficilia: & temere dixisti esse facile, quod difficile est. Soletis & hoc dicere, aut possibilia esse māda ta, & recte a deo data: aut impossibilia: & nō in his esse culpā q accepere mandata, sed in eo qui dedit impossibilia. Nūquid p̄cepit mihi deus, ut essem quod deus est: ut nihil inter me esset & dñm creatorē, ut maior essem angelorū fastigio, ut haberē quod angeli nō habent? De illo scriptū est quasi ꝓpriū: Qui peccatū nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Si hoc & mihi cum Christo cōmune est, qd ille habuit propriū? alioquin per se tua sententia destruet. Asseris posse hominē esse sine peccato si uelit: & post grauissimū somnū ad decipiēdas rudes animas frustra conaris adiungere, nō absq; dei gratia. Si enim semel homo per se potest esse sine peccato, quid necessaria est dei gratia? Sin aūt sine illius gratia nihil potest facere, quid necesse fuit dicere posse qd nō potest? Potest (inquit) esse sine peccato, potest esse ꝓfectus si uoluerit. Quis enim Christianor nō uult esse sine peccato, aut quis perfectionē recusat: si sufficit ei uelle: & statim sequit posse, si uelle p̄cesserit? Nullusq; Christianor est q nolit esse sine peccato: oēs ergo sine peccato erunt: quia utiq; oēs cupiunt esse sine peccato. Et in hoc ingratus teneberis, ut quia nullū, aut rarum quēq; sine peccato proferre potes, oēs sine peccato esse posse fatearis. Possibilia (inquit) mā data dedit deus. Et quis hoc negat? Sed quomodo hæc intelligenda sit sententia: uas electionis apertissime docet. Ait em̄: Quod erat impossibile legis, in quo infirmabat per carnē: deus filiū suū mittens in similitudinē carnis peccati, & de peccato cōdemnauit peccatū in carne. Et iterū: Ex operibus legis nō iustificabit omnis caro. Quod ne de lege Moysi tantū dictū putes, & nō

C de omnibus mandatis,quæ uno legis nomine cõtinent,idem Apostolus scribit,dicẽs:Cõsentio eñ legi dei iuxta interiorẽ hominẽ:uideo autẽ aliã legẽ in membris meis,repugnantẽ legi mentis meæ,& captiuantẽ me in lege peccati,quæ est in membris meis.Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei,per Iesum Christum dñm nostrum. Cur autẽ hoc dixerit,alio sermone demonstrat.Scimus enim quod lex spũalis est: ego autẽ carnalis sum, uenundatus sub peccato.Quod enim operor,non cognosco.Nõ enim quod uolo illud operor,sed quod odi,illud facio. Sin autẽ quod nolo hoc facio,consentio legi,quoniã bona est. Nunc autẽ nequaq̃ operor illud:sed quod in me habitat peccatũ.Scio enim,quod non habitat in me, hoc est in carne mea,bonum. Velle eñ adiacet mihi:perficere autẽ bonum,nõ inuenio.Nõ enim qd̃ uolo bonum,hoc facio:sed quod nolo malũ,hoc ago. Si aũt quod nolo hoc facio:nequaq̃ ego operor illud,sed quod habitat in me peccatũ. Reclamabis & dices:Manichæorũ dogma nos sequi & eorũ,q de diuersis naturis ecclesiæ bella cõcinnant,asserentiũ malã esse naturã quæ immutari nullo modo possit.Et hoc nõ mihi,sed apostolo imputa,qui nouit aliũ esse deum,aliud esse hominẽ:aliã carnis fragilitatẽ,aliã spiritus fortitudinẽ.Caro eñ desyderat cõtra spiritũ, & spũs cõtra carnẽ:& hæc inuicẽ sibi aduersant:ut nõ quæ uolumus ipsa faciamus. A me nunq̃ audies malã esse naturã.Sed quomodo sit carnis fragilitas differenda:ipso q scripsit docente,discamus. Interroga eum quare dixerit,nõ enim quod uolo hoc operor, sed quod odi malum, illud facio. Quæ necessitas illius impediat uolũtatẽ, quæ tãta uis,odio digna imperet facere:ut nõ qd̃ uult, sed quod odit,& nõ uult facere compellat? Respondebit tibi:o homo,tu quis es, qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmentum figulo:quare me fecisti sic? An nõ habet potestatẽ figulus luti, de eadẽ massa:aliud quidẽ uas facere in honorẽ:aliud autẽ in contumeliã? Obijce deo fortiorẽ calumniã:quare adhuc cum in utero essent,Esau & Iacob,dixerit,Iacob dilexi,Esau autem odio habui.Accusa eum iniquitatis,cur Achar filius Charim:de Hierichontina præda aliqua furatus sit, & tanta milia hominũ illius uitio trucidata sint. Quãobrẽ filij Eli peccauerint: & omnis pene populus extinctus,arcaq̃ sit capta? Dauid peccauit ut enumeraret populum: & cur in toto
D Israele,tanta hominũ cæsa sint milia.Et ad extremũ(quod solet nobis obijcere cõtubernalis uester Porphyrius)qua ratione clemens & misericors deus, ab Adam usq̃ ad Moysen,& a Moyse usq̃ ad aduentũ Christi:passus sit uniuersas gentes perire,ignorãtia legis & mandatorũ dei. Neq̃ enim Britãnia fertilis prouincia tyrannorũ & Scotticæ gentes,oẽsq̃ usq̃ ad oceanũ per circuitũ barbaræ nationes,Moysen prophetasq̃ cognouerant.Quid necesse fuit eum in ultimo uenire tẽpore:& nõ priusq̃ innũerabilis periret hominũ multitudo? Quã quæstionẽ beatus Apostolus ad Romanos scribens,prudentissime uentilat,ignorans hæc,& dei cõcedens scientiæ.Dignare & tu ista nescire,quæ quæris.Cõcede deo potentiã sui:nequaq̃ te indiget defensore. Ego miserabilis,qui tuas expecto cõtumelias:q illud semp lego: Gratia salui facti estis.Et,beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata:ut de mea fragilitate loquar: noui me multa uelle,quæ facienda sunt:& tamen implere non posse.Spiritus eñ fortitudo ducit ad uitã: sed carnis fragilitas ducit ad mortem.Et audio dñm cõmonentẽ:Vigilate & orate,ne intretis in tentationẽ.Spiritus promptus est,caro autẽ infirma.Frustra blasphemas,& ignorantium auribus ingeris,nos liberũ arbitriũ condemnare.Damnet̃ ille,qui damnat.Cæterũ nos ex eo differimus a brutis animalibus,quod liberi arbitrij conditi sumus:sed ipsum liberũ(ut diximus)arbitrium dei nititur auxilio,illiusq̃ per singula ope indiget:Quod uos nõ uultis.Sed id uultis,ut q semel habet liberũ arbitrium,deo adiutore nõ egeat. Liberũ arbitrium,dat liberã uoluntatẽ:& nõ statim ex libero arbitrio homo facit:sed dñi auxilio,qui nullius ope indiget.Tu ipse qui perfectã & deo æqualẽ in hominibus iusticiã iactitas,& peccatorẽ te esse cõfiteris: respõde mihi, uelis an nolis carere peccato? Si uis,quare iuxta sententiã tuã nõ imples,quod desyderas? Sin aũt nõ uis,cõtemptorẽ te præceptorũ dei esse demonstras.Si cõtemptor es,utiq̃ & peccator. Si peccator,audi tibi scripturã loquentẽ:Peccatori dixit deus,quare tu enarras iusticias meas,& assumis testamentũ meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinã,& iecisti uerba mea retrorsum.Verba dei dum nõ uis facere,post tergum tuum proijcis.Et nouus Apostolus,orbi terrarũ facienda & nõ facienda decernis. Sed non est ita,ut loqueris. Aliud in tua mente uersatur.Quãdo eñ te

dicis

A dicis peccatorẽ, & posse hominem sine peccato esse si uelit: illud uis intelligi, te quidem sanctum esse, & omni carere peccato: sed per humilitatẽ, peccati nomen assumere: ut alios potius laudes, & tibi detrahas. Illud quoq; argumẽtũ uestrũ ferre quis possit? Dicitis his uerbis. Aliud est esse, aliud esse posse. Esse nõ est in nostra positũ potestate, esse aũt posse generaliter dici. Quod licet alius non fuerit, tamen possit esse qui esse uoluerit. Rogo quæ est ista argumentatio, posse esse, quod nunc̃q; fuerit? posse fieri, quod nullum fecisse testeris? id cuilibet tribuere, qui an futurus sit ignores: & dare nescio cui, qd̃ in patriarchis & prophetis & apostolis fuisse nequeas approbare? Audi ecclĩasticã simplicitatẽ, siue rusticitatẽ aut imperitiã, ut uobis uidet. Loquere, qd̃ credis: publice prædica, quod secreto discipulis loqueris. Qui dicis te habere arbitrĩ libertatẽ, quare nõ libere quod sentis loqueris? Aliud audiunt cubiculorum tuorũ secreta, aliud rostrorũ populi. Etẽ uulgus indoctũ, non potest arcanorũ tuorũ onera sustentare, nec capere solidum cibum, quod infantiæ lacte contentũ est. Necdũ scripsi, & cõminaris mihi rescriptorũ tuorũ fulmina: ut scilicet hoc timore perterritus, non audeam ora reserare: & non animaduertis, idcirco nos scribere, ut uos respondere cogamini: & aperte aliquãdo dicere: quod pro tẽpore personis & locis uel loquimini uel tacetis. Nolo uobis liberum esse, negare quod semel scripseritis. Ecclesiæ uictoria est, uos aperte dicere quod sentitis. Aut eẽ idem responsuri estis, quod & nos loquimur: & nequaq̃ eritis aduersarĩ, sed amici. Aut si cõtraria nostro dogmati dixeritis, in eo uincemus, quod omnes cognoscent ecclesiæ, quid sentiatis. Sententias uestras prodidisse, superasse est. Patet prima fronte blasphemia. Nõ necesse habet cõuinci, quod sua statim, pfessione blasphemũ est. Minamini nobis responsionẽ, quã uitare nullus potest, nisi qui omnino nõ scribit. Vnde nostis, qd dicturi simus, ut responsionẽ paretis? Forsitan uestra dicemus: & idcirco ingenĩ uestri acuetis stilum. Eunomiani, Arriani, Macedoniani, nominibus separati, impietate cõcordes, nullũ nobis laborem faciunt. Loquunt eẽ quod sentiunt. Sola hæc hæresis est, quæ publice erubescit loqui, quod secreto docere nõ metuit. Magistrorũ silentia, profert rabies discipulorũ. Quod audierũt in cubiculis, in tectis p̃dicant: ut si placuerit auditoribus quod dixerint, referat ad gloriã magi-
B strorũ: si displicuerit, culpa sit discipuli, nõ magistri. Ideo creuit uestra hæresis, & decepistis plurimos: maximeq; eos, qui adhærẽt mulieribus, & sciunt se peccare nõ posse: quia semper docetis, semp negatis: & audire meremini illud propheticum: Gloriã illis in partubus & parturitionib9 da illis dñe. Quid dabis illis? Vuluã sterilẽ & ubera arentia. Feruet animus, nec possum uerba cohibere. Epistolaris angustia, nõ patitur longi operis magnitudinẽ. Nullius in hoc opusculo nomen proprie tangit. Aduersus magistrum peruersi dogmatis locuti sumus. Qui si iratus fuerit atq; rescripserit, suo quasi mus prodet indicio: ampliora in uero certamine uulnera susceptur9. Multi anni sunt, quod ab adolescentia usq; ad hanc ætatẽ, diuersa scripsi opuscula, semperq; hab̃ui studio audiẽtibus loqui, quod publice in ecclesia didicerã: nec philosophorũ argumenta sectari, sed apostolorũ simplicitati acquiescere, sciens illud scriptũ: Perdam sapientiã sapientium: & prudentiã prudentiũ reprobabo: &, fatuũ dei sapientius est hoĩbus. Cum hæc se ita habeant, prouoco aduersarios, ut oẽs retro carthulas, ex integro discutiant: Et si quid in meo ingeniolo uitĩ reppererint, proferant in mediũ. Aut eẽ bona erunt, & cõtradicam eorũ calumniæ: aut reprehensibilia: & cõfitebor errorem, malens emendare q̃ perseuerare in prauitate sententiæ. Et tu ergo doctor egregie, aut defende qd̃ locut9es: & sententiarũ tuarũ acumina astrue æloquio subsequẽti: ne quãdo tibi placuerit, neges quod locutus es: aut si certe errasti, quasi homo, libere cõfitere: & discordantiũ inter se redde concordiã. In mentẽ tibi ueniat tunicã saluatoris, nec a militibus fuisse cõscissam. Fratrũ inter se cernis iurgia: & rides atq; lætaris, quod alĩ tuo noie, alĩ Christi appellentur. Imitare Ionam, & dicito: Si propter me est ista tẽpestas, tollite me, & mittite in mare. Ille humilitate deiectus est in profundum, ut in typum dñi glorios̃us resurgeret. Tu per superbiã ad astra sustolleris, ut de te loquat Iesus: Videbã Satanam sicut fulgur cadentẽ de cælo. Quod autem in scripturis sanctis multi iusti appellentur: ut Zacharias, & Helisabet, Iob, Iosaphat, & Iosias: & multi quorũ nominibus sacra scriptura cõtexta est: q̃ q̃ in promisso opere plenius (si gratiã dñs dederit) dicturus sim: tamẽ in præsenti epistola hoc breuiter strinxisse sufficiat: quod iusti appellentur, non quod omni uitio careant: sed quod maiori parte uirtutũ commendentur. Deniq; & Zacharias silentio cõdemnat: & Iob suo sermone reprehenditur, & Iosa-

C phat & Ioſias: qui iuſti abſq; dubio dicti ſunt, feciſſe narrantur, quæ dño diſpliceret. Quorum alter impio, auxilium tulit: & correptus eſt a propheta: alter contra præceptum dñi ore Hieremiæ, occurrit Nechao regi Aegyptio, & interfectus eſt: & tamẽ uterq; iuſtus appellatur. De cæteris nõ eſt huius tẽporis ſcribere, neq; eũ a me librũ, ſed epiſtolã flagitaſti. Qui dictandus eſt ex ocio: & omnes oblatrationes eorũ, Chriſti auxilio deſtruendæ: quod nobis ſanctarũ ſcripturarum teſtimonijs aſſerendũ eſt, in quibus quotidie credentibus loquit᷑ deus. Illudq; te per ſanctæ & illuſtris domus conciliabulũ precor, atq; cõmoneo, ne per unũ aut ut multũ, tres homunculos ſuſcipiãt tantarũ feces hæreſeon: aut (ut parẽ dicam) infamiã: ut ubi primũ uirtus & ſanctitas laudabat᷑: ibi præſumptionis diabolicæ & ſordidiſſimæ ſocietatis turpitudo uerſet᷑. Sciãtq; qui huiuſcemodi hoibus opes ſuggerũt, hæreticorũ multitudinẽ cõgregare: & Chriſti hoſtes facere & enutrire aduerſarios ei⁹, fruſtraq; aliud lingua p̃tẽdere, cũ manu ſentire aliud cõprobẽt᷑.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

SEd æqualitatẽ.) Vt per nos ipſos & noſtrapte uirtute boni ſimus & nullis affectibus obnoxij. Pythagoræ & Xenonis.) Nam Pythagoras diuinitatẽ affectabat: hominẽ dicebat eẽ dei ſubſtantiã, ut paulo inferius explicat: & Zenon inducebat ἀπάθ{α}μ, hoc eſt uacuitatẽ affectuũ, quã Ariſtoteles improbat, & poſteriores etiam Stoici. Græci πάθη.) Quos aliquando uertunt affectus, aliquãdo perturbationes animi, aliquãdo motus & impetus, aliquãdo morbos. Nam paſſiones ut recentiores loquuntur, non probant antiqui. Egritudinem.) Sunt quatuor affectus præcipui. Dolor, uoluptas, ſpes & metus: quos & Vergilius complexus eſt, in ſexto Aeneidos. Hinc metuunt cupiunt, gaudentq; dolentq;. Quanq; Ariſtoteles in genere definit affectus, quos uel dolor uel uoluptas comitat᷑, cuiuſmodi ſunt cupiditas, ira, metus, fiducia, inuidia, gaudiũ, amicitia, odiũ, deſyderiũ, æmulatio, miſericordia. Peripatetici.) Hi uolunt affectus eſſe ſtimulos quoſdã ad uirtutes. At hæc pulchre refellit Seneca. Sed umbras & uota.) Vmbras, quod imaginentur ſapientẽ qui nuſq; ſit. Vota, quod optẽt magis, q; præſtent. Hoc eſt eũ hominẽ ex homine.) Demiror cur Hieronymus tã iniquus ſit huic Stoicorũ paradoxo, quo nihil eſſe poſſit Chriſtianius, ſi quis recte interpretet᷑. Etẽ ſi nõ aſſequaris, eſt tamen aliquid ad id quod eſt optimũ niti. Deinde Chriſtianum eſt ex homine in deum tranſfigurari quoad licet: nec hoc eſt ſuperbiæ, ſed pietatis. Deus autem nullis mouet᷑ affectibus. Porro ob miſericordiã Auguſtinus eſt infenſus Stoicis, quaſi nõ poſſim ſubuenire proximo, niſi dolore ſtimulatus.
D Beneficiũ eleemoſyna eſt, nõ animi dolor. Porro quod Paulus ait: miſer ego homo, alienã perſonam in ſe tranſtulit. Nam hoc ipſum quod ſcripſit de angelo Satanæ, Hieronymus alicubi de uehemẽti capitis dolore interpretatur. Hinc metuunt cupiunt.) Hoc ex opinione Platonis dixit Vergilius, qui putauit animas e cœlo delapſas, & craſſis immerſas corporibus, huiuſmodi affectibus obnoxias reddi. Quidã noſtrorũ.) Dictũ eſt alicuius Chriſtiani, fortaſſe Cypriani aut Tertulliani. Noſtrorum eũ addit, ne putares gentilem. Patriarchæ hæreticorũ.) Significat omneis hæreſes e philoſophorũ litteris eſſe natas: & puritatem Chriſtianæ ſapientiæ, doctrina illorũ, nõ adiuuari, ſed cõſpurcari. At cur nõ in ius uocant Hieronymũ iſti quidã theologi, qui nihil putant intelligi in diuinis litteris, niſi bonam uitæ partẽ, in Ariſtotele contriueris: impudentiſſimum eſſe cõcionari apud populum de Chriſto, niſi Ariſtotelis Phyſicam & Metaphyſicam ad amuſſim calleas. Indocta putant omnia, niſi centies inculcaris philoſophũ. Actũ putant de Chriſtiana religione, ſi quis Ariſtotelis decreta reiecerit. Et unde Hieronymus omẽs hæreſes exortas putat, ſine his non exiſtimant hæreticos poſſe refelli. Neq; eũ ſic poterunt elabi, ut dicant hoc ab alio dictũ, nõ ab Hieronymo. Certe cũ probat alienam ſententiã, ſuam facit. Neq; uero hæc dixerim, quod Ariſtotelicæ philoſophiæ ſtudium improbem, aut ullum omnino ſtudium modo bonarum litterarum: ſed quod nolim in prophana gentilium doctrina, ſacræ Chriſti doctrinæ præſidiũ cõſtitui. Video aliam legem.) Et hæc, mea ſentẽtia, Paulus in ſuã perſonã tranſtulit, quo minus moleſta eſſet diſputatio: nõ quod ipſe iã huiuſmodi uexaret᷑ affectibus, utpote perfectus. Noua ſtropha.) Stropha eſt obliqua ſermonis figura, cum aliud agimus, aliud præ nobis ferimus, hoc eſt, cum laudando mordemus, obiurgando adulamur, a στρέπτω torqueo. Hoc admonui, ne quis e ſtropha faceret ſcrophã, ut nõ raro ſolet accidere. Sed qui eſſe poſſint.) Itidem reſpondent Stoici, de ſuo ſapiente. Itidẽ Tullius & Quintilianus de ſuo Oratore: & recte mea quidẽ ſententia, oportet eũ exemplar abſolutiſſimũ eſſe. Omne quod fuit.) Eſt in Eccleſiaſte, Nihil nouũ ſub ſole &c. In corpore pulcherrimo.) Alluſit ad illud Oratianũ, Velut ſi egregio inſperſos reprehendas corpore neuos. Concluſit deus.) Obſecro, quid hæc aduerſus Stoicos? Neq; eũ cõſequitur ex his, omnes ſemp peccaturos, ſi ſemel peccatores deprehenſi ſunt. Qui apud illos compoſitus eſt.) ἀ particula eſt priuatiua & ἁμαρτάνω pecco ſiue erro. Vnde compoſita uox ἀναμάρτητος, interiecta littera μ propter hiatum uocalium. Hieronymus putat nihil intereſſe inter Græcum ſermonẽ & latinum, tamen Græca uox, magis ſonat habitũ q; actũ, quaſi dicas impeccabilẽ, aut qui poſſit nõ peccare: nõ qui careat peccato. Quãq; hinc quoq; cõſequit᷑ quod infert Hieronymus. Noſti eũ.) Quod hic torquet Hieronymus in Pelagiũ, id in ſuperioribus epiſtolis pro ſe torquet: adeo nouit ijſdẽ locis in utrãq; partem uti. Manichæus.) Nã is aiebat animas auditorũ ſuorũ in electos reuolui, aut maiore cõpendio in eſcas electorũ: ut inde purgatæ, in nulla iam corpora reuoluerent᷑. Cæterorũ eũ animas, in pecudũ corpora retrudi: author Auguſtin⁹. Addidit aũt anias Platonis, quod hic error Platonicũ quiddã ſapit, q ſcripſit animas olim in cœlo apud Iouem uixiſſe: inde quaſdã fractis alis delapſas, in humana corpora demerſas, in quibus ſi degeneraſſent, rurſus in aſinorũ, piſciũ & cæterorũ animãtiũ corpora demigrare, donec purgatæ reſipiſcãt. Pars Manichæi.) Nã cũ illo in plæriſq; cõſentit. In alijs ſentit cũ Pelagio, nõnulla ex ſeſe reppe-

A rit. Qđ aũt ait de turpitudine, significat illos secretis cõgressibus turpitudines exercere solitos: q̃s ut tegerẽt, hoc uersu solẽt suos admonere. Iura, periura, secretũ prodere noli. Tũ pater omnipotẽs.) His uersibus Vergilius describit coitũ Iouis cũ sua Iunone, quos Hieronymus ridendi causa, torquet ad turpitudines Priscillianistarũ. Gnosticæ Hereſæos.) Gnostici dicti sunt Græco uocabulo, ob insignem eruditionẽ, quã sibi uindicabant: cum nihil istis nec indoctius, nec stultius. Turpissimas libidines in sacris suis exercebãt, unde & βοῳβοῳῖται dicti sunt a cœno. Hi animã hoïs, dicũt esse particulã diuinæ naturæ. Hos Hieronymus in Chronicis exortos putat a Basilide, Augustinus a Nicolaitis. Qui sæculi gladio.) Nam is in concilio Burdegalensi, se damnandũ intelligens, ad imperatorẽ Maximũ prouocauit, auditusq; Treueris ab Euodio præfecto prætorio, a Maximo gladio addictus est cũ Eucratia Delphidij rhetoris cõiuge, & Latroniano, alijsq; erroris cõsortibus. Ibidẽ alia quædã Priscilliani discipula, noie Vrbica, ob impietatis pertinaciã, p seditionẽ uulgi, lapidibus extincta est: atq; ita, cepere tũ reuinci hæretici, nõ syllogismis, sed saxis ac ferro. Ita Prosper, in Chronicon appendice. Attestatur & Hieronymus in Catalogo scriptorũ illustriũ. Euagrius.) Meminit Hieronymus in Catalogo scriptorũ Euagrij cuiusdã, cui tribuit ardens ingeniũ, cũ quo cõsuetudinẽ habuerit, sed opinor diuersum ab hoc. Nam cõplures fuerũt huius noïs. Opinor esse eũ quẽ Gennadius cõmemorat, Macarij discipulũ. Nam operũ tituli satis cõueniunt, cũ his quos recenset Hieronymus. Cuius nomen.) Apparet Melaniã uocatã, quandoquidẽ scripsit Græce. Fuit & alia quædã Melania laudatissima fœmina: cuius alias meminit Hieronymus. περὶ ἀπαθείας.) ἀπάθεια, uacuitas affectuũ. Sic aũt Stoici uocãt habitũ illũ constantẽ animi imperturbati. Discipulo eius Ruffino.) Hæc nõ sine stomacho dicũtur, & apparet iam tum inter eos occultam fuisse simultatẽ. Or quoq;.) Nomen Aegyptiũ est, pro quo quidã mutarant Origenẽ At ueluti pueris.) Versus sunt Lucretij, quos citat & Quintilianus. Sensus est, paululũ mellis prælini, quo deceptus haurias, deinde rem amarissimam absinthiũ. Xysti Pythagorei.) Extant huius sententiæ aliquot. Huius nomẽ mutauit in Sextũ Romanũ pontificem. Vnde & uos.) Manet adhuc in apostrophe, quã instituerat. Nam id hæreticis dicit, nõ Ctesiphonti. Ne in nocte quidẽ.) Sentit imaginationẽ ueneris in somno. Mirus uero error Origenis, & nõ tolerandus, si scripserit huc proficere posse Christianũ, adiutũ gratia Christi, ut non sentiat obscœna somnia: quod Plinius herba quadã effici posse credidit: aut uti careat fœdis cogitationibus, quasi uero non tribuamus hanc integritatẽ multis sanctis. An non ipse Hieronymus in laudibus uirginitatis prædicat eos, qui angelorũ exemplo, in carne uiuunt sine carne? Cur hũc usqueadeo displicet, nihil turpe somniare, & nihil obscœni cogitare? Iam ut Stoicorũ paradoxon nõ defendamus, certe fauere cõueniebat, ut
B quod nobis spem faciat ad summa proficiendi. Qui ad summũ nititur, aliquoties in medio subsistit. At q mediũ destinauit, in imo sæpenumero resident. Quid est hic, cur Tragœdias excitem⁹, cur hæreseos inculcemus uocabulũ? Atq; hæc quidẽ obiter cũ Hieronymi pace dixerim: quẽ ita summũ uirũ fuisse confiteor, ut hominẽ tamen in nõnullis fuisse sentiã. Iouiniani secũda quæstio.) Qua dixit, semel in Christo uere baptiçatos, relabi in peccatũ nõ posse. Nouã suscipiant temperaturã.) Temperaturã uocat argillam ad maceriæ structurã temperatã, paleis aut culmis, pilis aut similibus, quo tenacius adhæreat. Locus est apud Eçechielẽ. cap. 13. Helenæ meretricis. Simon se dicebat Iouẽ, Helenã siue ut Augustin⁹ legit, Selenen meretricem suã. Mineruam, & utriusq; statuas proponebat discipulis suis adorandas, quas & Romæ ueluti deorũ simulacra, publica authoritate statuit. Hic fuit primus omniũ Christianorũ hæreticus. Nicolaus.) Vnus e septẽ diaconis, uxores fecit cõmunes exorsus a sua, quã habuit formosissimã, homo cãdidus. Marcion.) Hic cerdonis dogma secutus est. Apelles.) Vnde Apellitæ. Montanus in mundi.) Nam hic dicebat spiritũ a Christo ꝓmissum in se descendisse, & duas fœminas Priscã & Maximillã: quẽ Hieronym⁹ nõ sanctũ, sed immundũ uocat. Sororẽ principis.) Id est, imperatoris Cõstantij, quẽ in suã traxit factionẽ, usus opa sororis. Donat⁹ p Aphricã.) Cũ hac factiõe ꝓpetuũ bellũ fuit Augustino, orta a Donato quodã Numida. Porro qđ ait, fetentib⁹ aqs polluerет: intelligit illorũ baptisma, qđ cõtra cõsuetudinẽ ecclesiæ, q̃ nec ab hæreticis baptiçatos rebaptiçaret, ipsi catholicos etiã rebaptiçarẽt, ut testat Augustin⁹ Mysteriũ iniqtatis.) Allusit ad uerba Pauli quæ legis secũda ad Thessalo. epist. ca. 2. Illud ꝓpheticũ.) Est apđ Hieremiã ca. 17. Nõ absq; gratia dei.) Id emẽ addiderũt libero arbitrio ne caperent, qđ hac adiuuãte facili⁹ assequeremur salutẽ, quã tamẽ p liberũ arbitriũ & nostra merita poteram⁹ assequi.

Orare debem⁹.) Nã Pelagiani dãnabãt oratiões ecclesiæ, quas faceret uel ꝓ infidelib⁹, ut cõuerterẽt: uel ꝓ fidelib⁹ ut illorũ augeret fides, qđ dicerent hæc a se cuiq; esset præstanda. Vnus discipulorũ.) Significat opinor Iulianũ, ei⁹ sectæ acerrimũ defensorẽ, cui⁹ putat illa epistola ad Demetriadẽ. Vas ꝓditiõis.) Cũ ille dictus sit, uas electiõis. Per Solœcismorũ.) Iucũditas schematis est in alluſiõe uocũ solœcismi & syllogismi. Solœcismus uitiũ est oratiõis. Spineta uocat ob acumẽ & insuauitatẽ disputatiõis. Britãnia fertilis.) Olim Britãnia in plures reges erat distributa: unde fertilẽ Tyrannorũ appellat. Nũc Anglia uni paret regi, & satis est culta, cõmercio gentiũ exterarũ. Scotticæ gẽtes.) Eadẽ insula duo regna cõplectit Angliã & Scottiã. Quidã codices, ꝓ Scotticæ habebãt Scythicæ. Gloriã illis in partub⁹.) Est Osee ca. 9: Quasi mus suo ꝓdet indicio. Ita Terentian⁹ Parmeno. Ego met meo indicio quasi sorex hodie perij. Nã soricũ est arrodere friuola, eoq; strepitu prodũt sese, ut ꝓ tenebras etiã cõfodiant. Nec philosophorũ argumẽta.) Vt ubiq; detestat Hieronym⁹ in Theologo argumẽta philosophorũ. Et hæc aut nõ legũt nostri Theologi, aut plus suo tribuũt iudicio cũ Hieronymi. At si qd alicubi scripsit in poetas, mẽoriter dicũt. De his nulla mentio. Cũ manu.) Id est, liberalitate & largitione. Nã hoc ipsum arguit illos fauere factiõi.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quoniam uita Pelagij prædicabatur a multis, & uir erat eruditionis haud quaq; aspernandæ, diuus Hieronymus rem agit fictis nominibus, quo pariter & minus lederet aduersarium, & ansam daret resipiscendi. Id quod primum se quoq; fecisse scribit Augustinus, ut nomini parceret.

C Scripta iã ad Cteſiphontẽ epiſtola, in qua ad interrogata reſpõdi, crebra fratrũ expoſtulatio fuit, cur promiſſum opus ultra differrem, in quo pollicitus ſum me ad cunctas eorũ qui ἀπάθειαν prædicant, quæſtiunculas reſponſurum. Nulli eñ eſt dubiũ, quin Stoicorũ & Peripateticorꝝ, hoc eſt ueteris Academiæ, iſta cõtẽtio ſit: quod alij eorꝝ aſſerant πάθη, quas nos perturbationes poſſumus dicere: egritudinẽ, gaudiũ, ſpem, timorem eradicari & extirpari poſſe de mẽtibus hominũ: alij frangi eas, regi atq; moderari: & quaſi infrenes equos quibuſdã lupatis coerceri. Quorꝝ ſententias & Tullius in Tuſculanis diſputationibus explicat, & Origenes eccleſiaſticæ ueritati in Stromatibꝰ ſuis miſcere conat᷑: Vt prætereã Manichæũ, Priſcillianũ, Euagrium Hyperboritã, Iouinianum, & totius pene Syriæ hæreticos, quos ſermone gentili Abin & Paanin: id eſt, peruerſos & Maſſilianos, Græce εὐχίτας uocant: quorum omniũ iſta ſententia eſt, poſſe ad perfectionẽ: & nõ dicam ad ſimilitudinem, ſed æqualitatẽ dei, humanã uirtutẽ & ſcientiã puenire: ita ut aſſerant ſe ne cogitatiõe quidẽ & ignorãtia, cũ ad cõſũmatiõis culmẽ aſcenderint poſſe peccare. Et q̃ q̃ ſuperiori epiſtola quã ad Cteſiphõtẽ ſcripſi cõtra errores eorꝝ pro anguſtia tẽporis pauca ꝓſtrinxerim: hic liber quẽ nunc cudere nitimur, Socraticorũ cõſuetudinẽ ſeruabit, ut ex utraq; parte qd dici poſſit exponat: & magis ꝓſpicua ueritas fiat, cum propoſuerit unuſquiſq; quod ſenſerit. Illud autẽ Origenis propriũ eſt, impoſſibile eſſe humanã a principio uſq; ad mortẽ non peccare naturã. Et rurſum eſſe poſſibile, cũ ſe aliqs ad meliora cõuerterit, ad tantã fortitudinẽ peruenire, ut ultra peccare nõ poſſit. Aduerſum eos aũt qui me dicũt hoc opus inflãmatũ inuidiæ facibꝰ ſcribere: breuiter reſpõdebo, nũq̃ me hæreticis peperciſſe: & omni egiſſe ſtudio, ut hoſtes eccleſiæ, mei quoq; hoſtes fierent. Heluidius ſcripſit cõtra ſanctæ Mariæ uirginitatẽ perpetuã. Nũquid ut ei reſponderẽ, ductus inuidia ſum, quẽ omnino in carne nõ uidi? Iouinianus cuiꝰ o Pelagi a te nũc hæreſis ſuſcitat᷑, Romanã fidẽ, me abſente turbauit, tã clinguis & ſermonis putidi, ut magis miſericordia dignus fuerit, q̃ q̃ inuidia. Illi quoq; reſpondi ut potui. Ruffinus non uni urbi, ſed orbi blaſphemias Origenis & περὶ ἀρχῶν libros quantũ in ſe fuit intulit: ita ut Euſebij quoq; primum librũ defenſionis Origenis ſub nomine Pamphili martyris ædere᷑t: & quaſi ille parũ dixiſſet, nouũ pro eo uolumẽ euomeret. Num inuidemus ei, quia reſpondimus: & tanta in eo æloquentiæ fuere fulmina, ut me a ſcribendi atq; dictandi ſtudio deterrerent? Palladius ſeruilis nequitiæ, eandem hæreſim inſtaurare conatus eſt: & nouam tranſlationis Hebraicæ mihi calumniam ſtruere. Num & illius ingenio nobilitatiq; inuidemus? Nũc quoq; myſteriũ iniquitatis operat᷑: & garrit unuſquiſq; qd᷑ ſentit: ego ſolus ſum qui cũctorꝝ gloria mordear: & tam miſer, ut his quoq; inuideã, qui nõ merent᷑ inuidiã. Vnde ut omibus probarẽ me nõ odiſſe hoies, ſed errores: nec aliquorũ infamiã quærere, magisq; dolere uicem eorũ, q falſi nominis ſcientia ſupplantant᷑, Attici & Critobuli noia poſui: per quos & noſtra pars & aduerſariorũ quid ſentiret expromerẽ. Quin potius oẽs q catholicam ſectamur fidem, optamus & cupimus damnare hæreſim, homines emendari. Aut certe ſi in errore uoluerint permanere: nõ noſtrã culpã eſſe qui ſcripſimus: ſed eorꝝ q mendaciũ ꝓtulerũt ueritati. Breuiterq; calumniatoribus reſpondemus: qui ſua in nos maledicta cõferũt, Manichæorum eſſe, hominum damnare naturã: & liberũ auferre arbitrium: & adiutoriũ dei tollere. Rurſumq; apertiſſimæ inſaniæ, hoc hominẽ dicere qd᷑ deꝰ eſt. Et ſic ingrediẽdũ uia regia: ut nec ad ſiniſtram, nec ad dextram declinemus. Appetitumq; propriæ uoluntatis, dei ſemper credamus auxilio gubernari. Si quis aũt falſo ſe infamari clamitat: & gloriat᷑ noſtra ſentire: tũc ueræ fidei probabit aſſenſum, cũ aperte & abſq; dolo aduerſa dãnauerit: ne audiat illud ꝓpheticũ: Et in oibꝰ his nõ eſt cõuerſa ad me ꝓuaricatrix ſoror eiꝰ Iuda ex toto corde ſuo, ſed in mẽdacio. Minoriſq; peccati ẽ ſeq malũ qd᷑ bonũ putaueris, q̃ nõ audere defẽdere, qd᷑ bonũ ꝓ certo noueris. Qui minas, iniuriã, pauꝑtatẽ ferre nõ poſſumꝰ: quõ flãmaſ Babylonis uincemꝰ? Qd᷑ bellũ ſeruauit, pax ficta nõ auferat. Nolo timore ꝓfidiã diſcere: cũ uerã fidẽ meæ Chriſtus reliq̃rit uolũtati.

D

DIALOGORVM HIERONY. ADVERSVS PELAGIVM LIBER PRIMVS.

Dic mihi Critobule. Verum ne eſt quod a te ſcriptũ audio: poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit, & facilia dei eſſe præcepta? CRITOBVLVS. Verum Attice. Sed non eodem ſenſu ab æmulis accipitur, quo a me dictum eſt. ATTICVS. Quid enim ambiguitatis in dicto eſt: ut diuerſæ intelligentiæ tribuatur occaſio? Nec

quæro

A quæro ut de utroq; pariter reſpondeas. Duo enim a te propoſita ſunt. Vnū, poſſe hominem ſi/ne peccato eſſe ſi uelit. Alterū, facilia dei eſſe præcepta. Licet ergo ſimul dicta ſint: tamē per par tes ſingulas differantur: ut quorum una uidetur fides: nulla ſit in ſententiarum diuerſitate con/tentio. CRITO. Ego Attice dixi hominem abſq; peccato poſſe eſſe ſi uelit: non ut quidam ma/ledici calumniantur, abſq; dei gratia: quod etiam cogitare ſacrilegium eſt: ſed ſimpliciter poſſe ſi uelit: ut ſubaudiat̃ cū dei gratia. ATTI. Ergo & malorum in te operū author eſt deus? CRI TO. Nequaq; ita ut autumas. Sed ſi quid in me boni habeo: illo ſuggerente & adiuuante com pletur. ATTI. Non de natura quæro, ſed de actu. Quis enim dubitat deum omniū creatorē? hoc mihi reſpondeas uelim, quod agis bonum, tuum eſt an dei? CRITO. Meum eſt & dei: ut ego operer, & ille adiuuet. ATTI. Et quomodo hæc omniū opinio eſt, quod dei auferas gra/tiam: & quicquid homines agimus, propriæ tantum aſſeras uolūtatis? CRITO. Miror Attice: cur erroris alieni a me cauſam rationēq; flagites: & id quæras quod ſcriptum non eſt: cum perſpi cuū ſit quod ſcripſerim. Dixi hominē ſine peccato eſſe poſſe ſi uelit. Nūqd addidi, abſq; dei gra tia? ATTI. Sed ex eo quod non addidiſti: uideris negare. CRITO. Imo ex eo quod non nega ui: dixiſſe exiſtimandus ſum. Neq; em̃ quicquid non dicimus, negare arbitrādi ſumus. ATTI. Confiteris ergo poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit, cum dei gratia? CRITO. Non ſolum fateor, ſed & libere proclamo. ATTI. Errat ergo, qui dei gratiam tollit? CRITO. Errat. Quin potius arbitrandus eſt impius, cum dei nutu omnia gubernentur: & hoc quod ſumus & habe/mus appetitum propriæ uoluntatis, dei conditoris ſit beneficium. Vt em̃ liberum poſſideamus arbitrium: & uel ad bonam, uel ad malam partem declinemus, propria uolūtate, eius eſt gratiæ, qui nos ad imaginem & ad ſimilitudinem ſui tales condidit. ATTI. Nulli o Critobule dubiū eſt, ex eius cuncta pendere iudicio, qui creator eſt omniū: & quicquid habemus, illius beneficio deputandum. Sed quæro, hocipſum quod dei aſſeris gratiæ, utrum ad conditionis referas bene ficium: an in ſingulis rebus putes eſſe quas gerimus: ut ſcilicet illius in omnibus utamur auxilio:

B an ſemel ab eo liberi arbitrij conditi, noſtra uoluntate uel uiribus agamus quod uolumus? No-ui enim plæroſq; ueſtrum, ita ad dei cuncta referre gratiā, ut non in partibus, ſed in genere: hoc eſt, nequaq; in ſingulis rebus; ſed in conditione arbitrij intelligant poteſtatem. CRITO. Non eſt ita ut autumas, ſed a me utrūq; dicit̃, ut & dei gratiæ ſit, quod tales conditi ſumus, & per ſin/gula opera, illius adminiculo fulciamur. ATTI. Cōſtat ergo inter nos, in bonis operibus poſt propriā uoluntatē, dei nos niti auxilio: in malis diaboli. CRITO. Cōſtat, & ſuper hoc nulla cō/tentio eſt. ATTI. Male ergo ſentiunt, qui per ſingulas res quas agimus, dei auferūt adiutoriū: & illud quod Pſalmiſta canit: Niſi dominus ædificauerit domum, in uanum laborant qui ædificant eam: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra uigilat qui cuſtodit eam: & cætera huiuſcemodi, peruerſis interpretationibus, imo riſu dignis, ad alios ſenſus retorquere nitun/tur? CRITO. Quid mihi neceſſe eſt contra alios dicere, cum meū reſponſum habeas? ATTI. Tuum reſponſum cuiuſmodi? Eos bene ſentire, an male? CRITO. Et quæ me cogit neceſſitas, ut contra alios promam ſententiā? ATTI. Diſputationis ordo & ratio ueritatis. An ignoras omne quod dicitur, aut eſſe, aut non eſſe: & aut inter bona, aut mala debere numerari? Hoc er/go de quo interrogo, aut bene dici aut male, ingratis tibi fatēdū eſt. CRITO. Si in ſingulis reb⁹ quas gerimus, dei utendum eſt adiutorio: ergo & calamum temperare ad ſcribendum: & tempe ratum pumice terere: manūq; aptare litteris, tacere, loqui, ſedere, ſtare, ambulare, currere, come/dere, ieiunare, flere, ridere: & cætera huiuſcemodi, niſi deus iuuerit, nō poterimus? ATTI. Iuxta meū ſenſum non poſſe perſpicuū eſt. CRITO. In quo igitur liberū habemus arbitriū: & dei in nos gratia cuſtoditur, ſi ne hoc quidem abſq; deo poſſumus facere? ATTI. Non ſic donata eſt liberi arbitrij gratia, ut dei per ſingula tollatur adminiculum. CRITO. Nō tollit̃ dei adiutoriū, cū creaturæ ex ſemel dati liberi arbitrij gratia cōſeruent̃. Si em̃ abſq; deo, & niſi per ſingula ille me iuuerit nihil poſſum agere: nec pro bonis me iuſte operibus coronabit, nec affliget pro ma lis: ſed in utroq; ſuū uel recipiet, uel damnabit auxiliū. ATTI. Dic ergo ſimpliciter, cur dei aufe/ras gratiā. Quicqd em̃ tollis in partib⁹, neceſſe eſt ut & in genere neges. CRITO. Nō nego gra tiā, cū ita me a deo aſſerā cōditū, ut p̄ dei gratiā meæ datū ſit uolūtati, uel facere qd, uel nō face/re. ATTI.

C re. ATTI. Dormitat ergo deus in operib⁹ nostris, semel data liberi arbitrij potestate: nec orādus est, ut in singulis operibus nos iuuet, cum uoluntatis nostræ sit & ꝑprij arbitrij, uel facere si uolumus, uel nō facere si nolumus. CRITO. Quomodo in cæteris creaturis cōditionis ordo seruatur, sic concessa semel liberi arbitrij potestate, nostræ uoluntati omnia derelicta sunt. ATTI. Ergo (ut dixi) non debeo a deo per singula auxilium deprecari, quod semel meo datū est iudicio? CRITO. Si in omnibus ille cooperat, nō est meū, sed eius q adiuuat, imo qui in me cooperat, præsertim cum absq; eo facere nihil possim. ATTI. Oro te nō legisti: Nō enim uolētis neq; currentis, sed miserentis est dei? Ex quibus intelligimus nostrū quidē esse uelle & currere: sed ut uoluntas nostra cōpleatur & cursus, ad dei misericordiā pertinere: atq; ita fieri, ut & in uolūtate nostra & in cursu, liberū seruet arbitriū: & in cōsummatione uoluntatis & cursus, dei cuncta potentiæ relinquant. Scilicet nunc mihi scripturarū testimonia replicanda sunt, quomodo per singula, dei a sanctis flagitetur auxiliū: & in singulis operibus suis, illo adiutore & protectore uti desyderent. Lege totum psalterium, omnes sanctorū uoces: nihil erit, nisi ad deū in cunctis operibus deprecatio. Ex quo perspicue ostendit: te aut dei negare gratiam, quā tollis in partibus: aut si in partibus dederis, quod nequaq; te uelle manifestum est, in nostram sententiā transire: qui sic liberum homini seruamus arbitrium, ut dei per singula adiutoriū non negemus. CRITO. Captiosa ista est conclusio, & de dialecticorum arte descendens. Mihi autē nullus auferre potest liberi arbitrij potestatem: ne si in operibus meis deus adiutor extiterit, nō mihi debeatur merces, sed ei qui in me operatus est. ATTI. Fruere liberi arbitrij potestate, ut cōtra deum armes linguam tuam: & in eo te liberum probes, si tibi liceat blasphemare. Verū super hoc quid sentias, nulli dubium est: & præstigia confessionis tuæ, apertissima luce claruerunt. Nunc reuertamur ad id unde differere cœpimus. Dic mihi, si tibi uidetur hoc quod cum dei adiutorio pauloante dicebas, posse hominē non peccare si uelit: in perpetuum dicas: an ad tempus & breue? CRITO. Superflua interrogatio est. Si enim ad tempus & breue dixero: nihilominus referetur ad per
D petuum. Quicquid enim ad breue dederis: hoc cōcedes & in perpetuū. ATTI. Quid dicas nō satis intelligo. CRITO. Ita ne durus es: ut manifesta non sentias? ATTI. Non me pudet nescire quod nescio. Et de quo futura est disputatio, debet inter utrūq; cōuenire quē sensum habeat. CRITO. Ego hoc asserо, qui potest uno die se abstinere a peccato, posse & altero: qui duobus, posse & tribus: qui tribus, posse & triginta, atq; hoc ordine posse & trecentis & tribus milibus, & q̄diucūq; se uoluerit abstinere. ATTI. Dic ergo simpliciter posse hominē in ꝑpetuū esse sine peccato si uelit. Possumus ne oīne quod uolumus? CRITO. Nequaq̄. Neq; eī possum quicquid uoluero: sed hoc solum dico, hominē sine peccato posse esse, si uelit. ATTI. Quæso ut mihi respondeas. Hominem me putas, an beluam? CRITO. Si de te ambigo: utrum homo, an belua sis, ipse me beluam confitebor. ATTI. Si ergo (ut dicis) homo sum, quomodo cum uelim & satis cupiam non peccare, delinquo? CRITO. Quia uoluntas imꝑfecta est. Si enim uere uelles: uere utiq; nō peccares. ATTI. Ergo tu qui me arguis nō uere cupere, sine peccato es, quia uere cupis? CRITO. Quasi ego de me dicam: quē peccatorē esse confiteor: & non de paucis & raris, si qui uoluerint non peccare. ATTI. Interim ex meo tuoq; iudicio, & ego qui interrogo, & tu qui respōdes peccatores sumus. CRITO. Sed possumus nō esse si uelimus. ATTI. Dixi me uelle nō peccare, te quoq; hoc sentire nō dubiū est. Quomodo ergo quod uterq; uolumus, uterq; non possumus? CRITO. Quia plene non uolumus. ATTI. Da ergo qui maiorum nostrorū plene uoluerint & potuerint. CRITO. Hoc quidē nō facile est ostendere. Neq; eī quādo dico hominē posse esse sine peccato si uelit: aliquos fuisse contendo, sed simpliciter posse esse si uelit. Aliud nāq; est eē posse qd' Græce dicit' δύναμις, aliud est esse qd' ipi appellāt ἐνεργείαν. Possum esse medicus: sed interim nō sum. Possum esse faber, sed necdū didici. Quicquid igit' possum: licet necdū sim, tamē ero si uoluero. ATTI. Aliud sunt artes, aliud id qd' per artes est. Medicina & fabrica. & artes cæteræ inueniunt' in plurimis: sine peccato aūt eē ꝑpetuo, diuinæ solius est potestatis. Itaq; aut da exēplū q absq; peccato fuerint in ꝑpetuū: aut si dare nō potes, cōfitere imbecillitatem tuā: & noli ponere in cœlū os tuū, ut per esse & esse posse, stultoq; illudas auribus. Quis eī tibi concedet: posse hominē facere, quod nullus unq̄ hominū potuerit? Ne tu

dialecticis

A dialecticis imbutus quidē es? Si enim potest homo,non posse tollitur.Si autē non potest,pos/
se subuertitur.Aut concede mihi aliquē potuisse,quod fieri posse cōtendis:aut si nullus hoc po/
tuit,inuitus teneberis, nullū posse,quod possibile iactitas.Inter Diodorꝝ & Chrysippū ualentis/
simos dialecticos περὶ δυνάτου,ista cōtentio est.Diodorus id solū posse fieri dicit,qd aut sit uerꝝ:
aut uerum futurū sit.Et quicquid futurū sit,id fieri necesse est. Quicquid autē non sit futurū, id
fieri non posse.Chrysippus uero & quæ non sunt futura,posse fieri dicit:ut frangi hoc margari
tum,etiā si id nunc̄ꝫ futurū sit. Qui ergo aiunt hominē posse esse absq; peccato si uelit,non po/
terunt hoc uerū probare,nisi futurū docuerint.Cū autem futura incerta sint omnia, & maxime
ea quæ nunc̄ꝫ facta sunt:perspicuū est eos id futurum dicere,quod nō sit futurū:Ecclesiaste hanc
cōfirmante sententiā:Omne quod futurū est,iam factū est in priori sæculo. CRITO. Oro te
ut hoc mihi respondeas: possibilia deus mandata dedit, an impossibilia? ATTI. Cerno quo
tua tendat assertio.Sed de hoc in posterioribus differēdū est, ne dum miscemus quæstionibus
quæstiones,obscuram audientibus intelligentiā relinquamus.Reseruato igitur hoc quod fate/
mur:possibilia deū dedisse mandata,ne ipse author iniusticiæ sit:si id exigat fieri,quod fieri non
potest:nunc illud imple quod proposueras,posse hominē sine peccato esse si uelit. Aut em̄ da/
bis eos qui potuerunt:aut si nullus potuit,liquido cōfiteberis hominem in perpetuū uitare pec
cata non posse.CRITO.Quoniā urges me ut dem quod dare non debeo:illud quæso cōsyde/
ra, quod dns dixerit,facilius camelum per foramen acus intrare posse,c̄ꝫ diuitē in regnum cœlo
rū.Et tamen dixit fieri posse,quod nunc̄ꝫ factū est.Neq; em̄ camelus unc̄ꝫ per foramē acus in/
gressus est.ATTI.Miror hominē prudentē proposuisse testimonium,quod contra se faciat.In
hoc enim nō quod fieri possit dictum est:sed impossibile impossibili comparatum. Quomodo
enim camelus nō potest intrare per foramen acus:ita & diues non ingredietur in regna cœlorū.
Aut si potueris ostendere,quod diues ingrediatur regna cœlorū:sequit̄ ut & camelus intret per
B foramen acus.Nec mihi Abraham & cæteros quos in ueteri testamento diuites legimus,exem
plo proponas,qui diuites ingressi sunt regna cœlorum: cum ipsis diuitijs ad bona utentes ope/
ra,diuites esse desierint:imo cū nō sibi,sed alijs diuites fuerint:& dispēsatores magis dei,c̄ꝫ diui
tes appellādi sint.Sed nobis euāgelica pfectio reqrēda est:in qua p̄cipit̄:Si uis pfect9 esse,uade
& uende oia quæ habes,& da pauperib9,& ueni sequere me.CRITO.Dū nescis, pprio capt9es
laqueo.ATTI.Quo nā modo? CRITO.Ex sentētia dni asseris posse hominē eē pfectū.Quā/
do em̄ dicit: Si uis pfectus esse, uende oia quæ habes,& da pauperib9,& ueni sequere me:ostē/
dit hominē si uoluerit & fecerit quæ p̄cepta sunt,posse esse perfectū. ATTI. Validissimo qdē
pugno me percussisti, ita ut caligo mihi ante oculos obuersari cœperit: sed tamē hoc ip̄m quod
dicit:Si uis perfectus esse,ei dicitur,qui non potuit imo noluit:& idcirco non potuit.Tu autem
ostende mihi,qui & uoluerit & potuerit,quod nunc pollicitus es.CRITO.Quæ enim me cogit
necessitas ostendere qui perfecti fuerint:cum perspicuū sit posse esse perfectos,ex eo,quod uni
a saluatore sit dictum,& per unum omnibus,si uis esse perfectus.ATTI.Tergiuersaris:& in eo
dem luto hæsitas.Aut enim quod potest fieri aliquando factū est:aut si nunc̄ꝫ factum est, fieri
nō posse concede.CRITO.Quid ultra differo? Scripturarū authoritate uincendus es. Vt cæte
ra intermittam : nōne his duobus testimonijs tibi imponetur silentiū:in quibus Iob & Zacha/
rias Helisabetq; laudant̄? Nisi enim fallor in Iob ita scriptū est:Homo qdā erat in regiōe Hus
noie Iob:& erat homo ille uerax & sine crimine:uerus dei cultor:abstinēs se ab oīi re mala. Et
iterꝝ:Quis est q arguit iustū meū sine peccato:& loquit̄ uerbis suis per ignorantiā? In euāgelio
quoq; secundū Lucā:Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidā,noie Zacharias,de ui/
ce Abia,& uxor illi de filiab9 Aaron,& nomē illius Helisabet.Erāt aūt ambo iusti ante deū:ince
dētes in oibus mandatis & iustificationib9 dni,sine querela.Si uerus dei cultor est,& immacula
tus,ac sine crimine:& qui ambulabant in cunctis iustificationibus domini,iusti sunt in cōspectu
eius:puto quod peccato careant:& nulla re indigeant, quæ ad iusticiam pertinet.ATTI.Propo
suisti testimonia quæ non de alterius scripturæ loco,sed de propriis libris absoluta sunt. Nam
& Iob post̄ꝫ percussus est plaga multa:aduersus dei sententiam (prouocans eum ad iudicium)
dixisse cōuincit̄:Atq; utinā sic iudicaret̄ uir cū deo:quomodo iudicat̄ filius hois cū collega suo.

Et iterum

C Et iterum: Quis mihi tribuat auditorem: ut deſyderium meum omnipotens audiat: & librū ſcri bat ipſe qui iudicat? Et rurſum: Si ẽ fuero iuſtus, os meum impia loquetur: & ſi abſq; crimine, prauus inueniar: & ſi purificatus niue & lotus manibus, ſatis me ſorde tinxiſti: execratum eſt in me ueſtimentum meum. Et de Zacharia ſcriptum eſt: quod angelo natiuitatem filij pollicente dixerit: Vnde hoc ſciam? Ego ẽ ſum ſenex & uxor mea, pceſſit in dieb⁹ ſuis: ob quæ ſtatim ſilẽtio condemnatur: Eris tacens & loqui non poteris uſq; ad diem quo fient hæc, quia non credidi/ſti uerbis meis quæ implebũtur in tẽpore ſuo. Ex quo perſpicuum eſt, iuſtos quidẽ & immacula tos dici: ſed ſi negligentia ſubrepſerit poſſe concidere: & ſemper hominẽ in meditullio poſitũ: ut & de uirtutũ culmine ad uitia delabatur: & de uitijs aſcendat ad ſublimia, & nunq; eum eſſe ſecurum, ſed ſemper metuere in tranquillitate naufragium: ac per hoc hominẽ ſine peccato eſſe non poſſe, dicente Solomone: Non eſt homo iuſtus ſuper terram, qui faciat bonum, & nõ pec/cet. Et eodẽ in regũ libro: Neq; ẽ eſt homo q nõ peccet: ac beato Dauid: Delicta qs intelligit, ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. Et iterum: Ne intres in iudiciũ cũ ſer/uo tuo: quia nõ iuſtificabit in cõſpectu tuo oms uiuẽs. Et multa alia qb⁹ ſcripturæ ſanctæ plenæ ſunt. CRITO. Quid ergo reſpõdebis ad illud exẽplũ qd ponit euãgeliſta Iohãnes: Scimus qd omnis qui natus eſt ex deo nõ peccat: ſed generatio dei cõſeruat eũ, & malignus non tangit eũ? Scimus quoniã ex deo ſumus, & mũdus totus in maligno poſitus eſt. ATTI. Par pari referã, & paruã euangeliſtæ epiſtolam, ſecũdum ſenſum tuum docebo ſibi eſſe contrariã. Si ẽ omnis q natus eſt ex deo: peccatũ non facit, quoniã ſemen eius manet in eo: & nõ poteſt peccare, quia ex deo natus eſt: qua conſequentia idem in eodẽ loco loquit? Si dixerimus, quoniã peccatũ nõ ha bemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt? Ignoras rationem, hæſitas atq; turba/ris. Audi eũdem euangeliſtã: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt, ut dimittat no/bis peccata noſtra: & mundet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iuſti ſumus, quando nos pec/catores fatemur: & iuſticia noſtra non ex proprio merito, ſed ex dei conſiſtit miſericordia: dicen te ſancta ſcriptura: Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Et in alio loco: Dic tu peccata tua, ut iuſtificeris. Concluſit ẽ deus omnia ſub peccato: ut omnibus miſereatur. Et hæc homi/nis ſumma eſt iuſticia, quicquid potuerit habere uirtutis, non ſuum putare eſſe, ſed dñi qui largi tus eſt. Qui ergo natus eſt ex deo, non peccat, cũ diu ſemen dei manet in eo: & non poteſt pecca/re, quia ex deo nat⁹ eſt. Sed quia in agro dñico dormiẽte patrefamilias inimicus homo ziçania ſupſeminat: & frumẽto bono dum neſcimus, loliũ auenaſq; ſteriles, ſator nocturnus interſerit: ideo parabola iſta euangelici patriffamilias formidanda eſt: qui purgat aream, & frumento horreis condito, paleas uentorũ flatibus diſpergendas & urendas ignibus derelinquit. Vnde & in Hieremia ſcriptum legimus: Quid paleis ad frumentum dicit dñs? Paleæ autem a frumento in conſummatione ſæculi ſeparantur. Ex quo approbatur dum ſumus in corpore iſto mortali, mixtos eſſe cum tritico. Quod ſi oppoſueris quare dixerit: Et non poteſt peccare, quia ex deo na tus eſt: audies, & ubi erit præmiũ uolũtatis? Si ẽ ideo nõ peccat, quia peccare nõ poteſt, liber/ tolletur arbitrium: & nequaq; noſtrum fiet, ſed naturæ bonũ quæ peccata nõ capiet. CRITO. Dudum faciliora propoſui, ut te ad maiora exercerẽ: quid ad illud dicere potes: quod q̃uis ſis ingenioſus, nulla ualebis arte ſubuertere? Primum ponã de ueteri teſtamẽto: deinde de nouo: Veteris teſtamenti princeps Moyſes eſt: noui, dñs atq; ſaluator. Moyſes loquitur ad populũ: Perfecti eſtote in conſpectu dñi dei ueſtri. Et ſaluator ad apoſtolos: Eſtote perfecti ſicut pater ueſter cœleſtis pfectus eſt. Aut ẽ poſſibile eſt audientib⁹ facere quod Moyſes & dñs præcepe rũt: aut ſi impoſſibile eſt, nõ eſt culpa eor/ qui obedire nõ poſſunt, ſed eius qui impoſſibilia præ/cepit. ATTI. Hic locus apud imperitos: & ſcripturarũ ſanctarum meditationẽ uſumq; & ſcien/tiam nõ habentes, uidetur opinioni tuæ prima fronte blandiri. Cæterum diſcuſſus facile ſoluit. Et cum teſtimonia ſcripturarum alĩs cõparaueris teſtimoniis: ne ſibi ſpiritus ſanctus pro quali tate locorum & temporum uideatur eſſe contrarius, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Abyſ/ſus abyſſum inuocat in uoce cataractarum tuarum: tunc ueritas apparebit, hoc eſt, Chriſtũ poſ ſibilia præcepiſſe dicentem: Eſtote perfecti ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt: & tamẽ apo-ſtolos non fuiſſe perfectos. CRITOBV. Non dico quid apoſtoli fecerint, ſed quid Chriſtus præceperit.

homo nõ ẽ ſine pcto

D

Iuſto q̃s ſit

A præceperit. Neq; em̃ culpa imperantis est, sed eorum qui audierunt imperium: quod utiq; potuisse fieri ex iustitia eius qui imperabat agnoscit̃. ATTI. Pulchre. Nolo ergo mihi dicas posse hominem sine peccato esse si uelit: sed posse hominem id esse quod apostoli non fuerunt. CRITO. Tam stultum me putas, ut audeam hoc loqui? ATTI. Licet non loquaris: tamẽ ex ꝓpositione tua, ipsa consequentia & rerum ordine inuitus hoc loqueris. Si enim potest esse homo sine peccato: quod apostolos non fuisse perspicuum est, posset esse super apostolos homo: ut taceam de patriarchis & prophetis, quorum in lege non fuit perfecta iustitia: secundum illud Apostoli: Omnes em̃ peccauerunt, & indigent gloria dei: iustificati gratis per dei gratiã: per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu: quem proposuit deus propiciatorem. CRITO. Hæc argumẽtatio tortuosa est, ecclesiasticã simplicitatẽ inter philosophoꝝ spineta cõcludẽs. Quid aristoteli & Paulo? Quid Platoni & Petro? Vt ille em̃ princeps philosophoꝝ: ita hic apostoloꝝ fuit, super quẽ eccleſia dñi, stabili mole fundata est: quæ nec impetu fluminis, nec ulla tẽpestate concutitur. ATTI. Rhetoricaris: & dum mihi obijcis philosophiã, ad oratorũ castra trãscendis. Verum audi quid idem dicat orator tuus. Desine cõmunibus locis: domi nobis ista nascunt̃. CRITO. Nulla hic æloquẽtia est: nullus oratorũ tumor: quorũ definitio est, dicere ad persuadendũ accõmodate. Sed puram puro sermone quærimus ueritatem: aut dñm non impossibilia præcepisse: ut sint in culpa qui possibilia non fecerint: aut si non possunt fieri, non eos qui impossibilia non faciunt: sed eũ qui impossibilia præcepit: quod nephas dictu sit, conuinci iniusticiæ. ATTI. Video te cõtra mores tuos uehemẽter esse cõmotũ: & propterea argumẽtari desinam. Sed parumper te interrogabo, quid de illo apostoli loco sentias, quẽ scribit ad Philippenses: Non quia iam accepi, aut iam perfectus sum. Persequor autem si comprehendam: in quo apprehen
B sus sum a Christo. Fratres, ego me necdum arbitror comprehendisse. Vnum autẽ, posteriorũ obliuiscens, ad ea quæ priora sunt me extendens, iuxta propositum sequor ad brauiũ supernæ uocationis dei in Christo iesu. Quotquot ergo ꝑfecti, hoc sapiamus: & si quid aliter sapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit: & cætera, quæ te scire non dubito & nos breuitatis studio præterimus. Dicit se necdum comprehendisse, & nequaq̃ esse perfectum, sed instar sagittarij ad propositum & ad signum iacula dirigere, quem significantius Græci σκόπον nominant: ne sagitta ad partem declinans alteram, imperitum ostendat sagittarium. Et asserit præteritorũ se semper obliuisci, & ad priora semper extendi: per quæ docet præterita negligenda & futura cupienda: ut quod hodie perfectum putauit, dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfectum fuisse conuincat. Atq; ita per singulos gradus, dum nunq̃ in statione, sed semper in cursu est, imperfectum doceat, quod homines putabamus esse perfectum: solamq; perfectionẽ & uerã iusticiã, dei tantum uirtutibus coaptandã. Secundũ ꝓpositũ (inquit) persequor ad brauiũ supernæ uocationis dei in Christo Iesu. O apostole Paule, ignosce mihi quasi homũculo mea uitia confitenti, si audacter interrogem. Dicis te necdum accepisse, & necdum comprehendisse, & necdum esse perfectum, & præteritorũ semper obliuisci, & ad priora te extendi: si quo modo possis occurrere in resurrectione mortuorum, & consequi brauium supernæ uocationis. Et quomodo statim infers: Quotquot ergo perfecti, hoc sapimus siue sapiamus, diuersa em̃ sunt exẽplaria, & quid sapimus siue sapiamus nos esse perfectos? comprehendisse quod non comprehendimus, accepisse quod non accepimus, esse perfectos qui nondum perfecti sumus? Quid ergo sapimus, imo qd sapere debemus q perfecti nõ sumus? Imperfectos nos esse confiteri, & necdum cõprehendisse, necdũ accepisse. Hæc est hominis uera sapiẽtia, imperfectum esse se nosse: atq; (ut ita loquar) cunctorũ in carne iustorum imperfecta perfectio est. Vnde & in Prouerbijs legimus: Ad intelligẽdam iusticiam ueram. Nisi em̃ esset & falsa iusticia, nunq̃ dei uera iusticia diceretur. Et in eodem apostoli loco sequitur: Et si quid aliter sentitis, & hoc uobis deus reuelabit. Rem nouam audio. Qui pauloante dixerat, non quia iam accepi, aut iam perfectus sum: & uas electionis qui pro confidentia habitãtis in se Christi audebat loqui: An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? & tamen simpliciter fatebatur se nõ esse perfectum: nũc quod sibi ꝓprie denegabat mittit in turbam, iungitq; se cum cæteris & ait: Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Sed qua ratione hoc dixerit: exponit in sequentibus. Hoc (inquit) sapia-

C mus,qui uolumus ſecundum humanæ fragilitatis modulum eſſe perfecti,necdum nos accepiſ/ ſe,necdum comprehendiſſe, necdum eſſe perfectos.Et quia necdum perfecti ſumus, & forſi/ tan aliter ſapimus,cꝫ poſcit uera & perfecta perfectio:ſi quid aliter ſapimus,& aliter intelligim9 cꝫ dei habet ſciẽtia: & hoc nobis deus reuelabit: ut precemur cum Dauid atq; dicamus: Re/ uela oculos meos,& conſyderabo mirabilia de lege tua.Ex quo perſpicuum eſt,duas in ſcriptu/ ris ſanctis eſſe perfectiones,duaſq; iuſticias,& duos timores. Primam perfectionem & incom/ parabilem ueritatem perfectamq; iuſticiam,dei uirtutibus coaptandam.Secundam autẽ,quæ competit noſtræ fragilitati: iuxta illud quod in pſalmis dicitur:Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens: ad eam iuſticiam quæ non comparatione,ſed dei ſcientia dicitur eſſe perfe/ cta.Iob quoq; & Zacharias & Heliſabet iuſti dicti ſunt,ſecundum eam iuſticiam,quæ poſſit in iniuſticiam aliquando mutari:& nõ ſecundũ illam,quæ nũcꝫ mutari poteſt,de qua dicitur:Ego deus & nõ mutor. Et hoc eſt quod Apoſtolus alio loco ſcribit:Etenim non eſt glorificatũ quod glorificatum eſt,propter excellentem gloriam: quod uidelicet legis iuſtícia ad comparationem euangelicæ gratiæ, non uideat̃ eſſe iuſticia.Si em̃ (ait)quod deſtruitur glorioſum eſt,multo ma/ gis quod permanet,erit in gloria.Et iterum:Ex parte ſcimus, & ex parte,pphetamus.Cũ autẽ ue nerit quod perfectum eſt:deſtruentur illa quæ ex parte ſunt.Et uidemus nunc per ſpeculũ & in ænigmate,tunc aũt facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum.Et in pſalmis:Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,confortata eſt, & nõ potero ad eam.Et iterum: Exiſtimabam cognoſcere,hoc labor eſt in conſpectu meo, donec introeam in ſanctua/ riũ dei,& intelligã in nouiſſimis eorũ. Et in eodem loco: Vt iumentũ factus ſum apud te,& ego ſemper tecũ.Et Hieremias:Stultus factus eſt omnis homo a ſciẽtia.Et idem Paulus apoſtolus: Fatuũ (inqt)dei, ſapiẽtius eſt hominib9. Et multa alia,quæ ſtudio breuitatiſ omitto. CRITO. Argute quidẽ mi Attice, memoriterq; dixiſti. Sed labor tuus & multiplex teſtimoniorꝫ replica tio,meæ parti proficit.Neq; em̃ ego hominẽ deo comparo,ſed alijs hominibus:quorꝫ collatiõe qui ſtudiũ dederit,poteſt eſſe perfectus. Ac per hoc quãdo dicit̃, homo poteſt eſſe ſine peccato

D ſi uoluerit: iuxta menſuram hominis, non iuxta dei dicitur maieſtatem : cuius comparatione nulla creatura poteſt eſſe perfecta.ATTI.O Critobule hæc memorans mecũ facis. Et ego em̃ hoc ſentio,nullã creaturã ſecundũ ueram cõſummatãq; iuſticiã,poſſe eſſe perfectã. Cæterũ aliũ differre ab alio, & diuerſas eſſe in hominibus iuſticias, nulli dubium eſt:& uel maiorẽ eſſe aliũ uel minorẽ:& tamen ſecundum ſtatum & menſuram ſuã poſſe iuſtos nominari,qui aliorũ com paratione iuſti non ſunt: Verbi gratia,Paulus apoſtolus,uas electionis,qui plus omnibus apo/ ſtolis laborauit: utiq; iuſtus erat,ſcribens ad Timotheũ: Certamen bonũ certaui, curſum con/ ſummaui,fidem ſeruaui,de cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ:quã reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex:non ſolũ autem mihi,ſed omnibus qui diligunt aduentũ eius.Iuſtus erat & Ti motheus diſcipulus eius & imitator,quem docet quid agere debeat:& quem modũ tenere uir/ tutum.Putamus ne unam & eandem in utroq; fuiſſe iuſticiã,& non plus habere meritorꝫ eum, qui plus omnibus laborauit? Multæ manſiones ſunt apud patrem,quia & merita diuerſa.Stel/ la a ſtella differt in claritate:& in uno eccleſiæ corpore,membra diuerſa ſunt. Habet ſol fulgorẽ ſuum:luna quoq; noctis tenebras temperat:& quinq; ſydera alia quæ uocãtur errantia,diuerſis & curſibus & luminibus cœlum peragrant.Innumerabiles ſunt aliæ ſtellæ,quas micare in firma mento cernimus.In ſingulis diuerſa ſunt lumina:& tamen in ſuo unaquæq; perfecta eſt,ita dũ/ taxat,ut cõparatione maioris perfectione careat.In corpore quoq; cuius membra diuerſa ſunt, aliud oculus,aliud manus,aliud pes agunt. Vnde & Apoſtolus dicit: Non poteſt oculus dicere manui,non es mihi neceſſaria: aut iterum caput pedibus, non deſydero operam ueſtram. Nũ/ quid omnes apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes magiſtri? nunquid omnes cunctas habent uirtutes? nunquid omnes donationes habent ſanitatum? nunquid omnes lin/ guis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini dona maiora. Omnia autẽ hæc operatur unus atq; idem ſpiritus,diuidens propria unicuiq; prout uult.In quo diligenter atten de,quod non dixerit,ſecundũ quod unũquodq; membrũ cupit,ſed ſecundũ quod ipſe uult ſpi ritus.Neq; enim dicere poteſt uas figulo ſuo, quare ita uel ita me feciſti? An non habet figulus

poteſtatem

A potestatē de eodem luto,aliud uas facere in honorē,aliud in cōtumeliā? Vnde cōsequenter adic
it,æmulamini dona maiora:ut in fide & industria plus cæteris charismatib⁹habere mereamur,
melioresq; simus his qui cōparatione nostri in secūdo uel tertio gradu positi sunt. In magna do
mo uasa diuersa sunt,alia aurea,alia argentea,ænea,ferrea,ligneaq;. Et tamen secundū modulū
suum,cū æneum uas perfectū sit,cōparatione argentei uasis imperfectū dicit:rursumq; argen-
teum aurei collatione deterius est. Atq; hoc modo,dū sibi inuicē comparant,imperfecta & per
fecta sunt omnia. In agro terræ bonæ,ex una semente tricenarius & sexagenarius & cētenarius
fructus exoritur:ipsis numeris indicat impar esse quod nascit:& tamen in suo genere perfecta
sunt singula. Helisabet & Zacharias quo testimonio,quasi impenetrabili uteris clypeo,nos do
cere possunt,quāto inferiores sunt beatæ Mariæ matris dñi sanctitate: quæ cōscientia in se habi
tantis dei libere pclamat:Ecce em̄ ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Quia fecit mihi ma
gna qui potens est,& sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timen
tibus eū. Fecit potentiā in brachio suo. In quo animaduerte,quod beatā se esse dicat,nō proprio
merito atq; uirtute,sed dei in se habitantis clæmentia. Ipse quoq; Iohānes,quo maior non fuit
inter natos mulierum,parentibus suis melior est. Nō em̄ solum hominibus, sed & angelis testi/
monio dñi cōparat. Et tamē qui cunctis hominib⁹erat maior in terra,minimo in regno cœlorū
minor fuisse perhibetur. Quid mirum in collatione sanctorū,alios esse meliores,& alios inferio
res:cū ecōtrario in collatiōe pctōrū hoc intelligi possit? Ad Hierusalē dicit,quæ multis peccatorū
erat cōfossa uulneribus:Iustificata est Sodoma ex te:nō qd Sodoma p se iusta sit,quæ in æter/
nos collapsa cineres, audit per Eçechielem:Sodoma restituet in antiquū: sed quod cōparatiōe
sceleratioris Hierusalem hæc iusta uideatur. Illa em̄ dei filium trucidauit:hæc propter abundan
tiā panis & per luxuriæ magnitudinē excessit modū libidinis. Publicanus in euāgelio, qui percu
tiebat pectus,quasi thesaurū cogitationū pessimarū:& cōscientia delictorū,oculos non audebat
attollere:supbientis pharisæi collatiōe fit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit Iudā: &
B ipsius sentētia q deceptus est, meret audire:Iustificata est Thamar magis q̄ ego. Ex qbus om-
nibus approbat: non solū ad cōparationē diuinæ maiestatis homines nequaq; esse perfectos,
sed ne angelorū quidē & cæterorum hominū,qui uirtutū culmina conscenderūt: cum & tu qui
melior es alterius collatione,quem imperfectū esse monstraueris,rursum ab alio te præeūte uin
caris:ac per hoc non habeas uerā perfectionē:quæ si perfecta sit,nulla re indiget. CRITO. Et
quō Attice ad pfectionē diuinus sermo prouocat? ATTI. Hac ratiōe qua dixi:ut secundū uires
nostras unusq;sq; nostrorū quātū ualuerit extendat:si quo modo possit puenire,& cōprehendere
brauiū supnæ uocationis. Deniq; omnipotēs deus:cui docet Apostolus,iuxta dispensationē car
nis assumptæ subiiciendū filium,ut sit deus oia in omnibus: perspicue demonstrat sibi cuncta
esse subiecta. Vnde & propheta subiectionē sui in finē præsumit,dicēs: Nōne deo soli subiecta
erit anima mea? ab ipso em̄ est salutare meū. Et quia in corpore ecclesiæ caput Christus est: qui
busdā adhuc repugnantibus membris:uidetur corpus quoq; capiti nō esse subiectum. Nāq; si
patitur unū membrum,cōpatiuntur omnia:& totū corpus,dolore unius membri cruciat. Quod
dico ita manifestius fiet. Q̄z diu habemus thesaurū istū in uasis fictilibus:& fragili carne circū-
damur,imo mortali & corruptibili:beatos esse nos credimus, si in singulis uirtutibus,partibusq;
uirtutū deo subiecti sumus. Cū autē mortale hoc indutū fuerit immortalitate, & corruptiuum
hoc incorruptione uestitū,& absorpta mors fuerit in Christi uictoria: tunc deus erit omnia in
omnibus: ut nō sit tantum in Solomone sapientia,in Dauid animi mansuetudo,in Elia & phi/
nees zelus,in Abraham fides,in Petro cui dictū est:Simon Iohānis amas me,perfecta dilectio,
in electionis uase studiū pdicandi:& in cæteris uel bina uel trina:sed totus in cunctis sit,& omni
uirtutum choro,sanctorum numerus glorietur:& sit deus omnia in omnibus. CRITO. Nullus
ergo sanctorū,q̄diu in isto corpusculo est,cunctas potest habere uirtutes? ATTI. Nullus,quia
nunc ex parte prophetamus,& ex parte cognoscimus. Nec em̄ possunt oia esse in omnibus ho/
minibus:quia non est immortalis filius hominis. CRITO. Et quomodo legimus:Qui unā ha/
buerit,oēs uidetur habere uirtutes? ATTI. Participatione non pprietate. Necesse est em̄,ut sin
guli excellāt in quibusdā: & tamē hoc quod legisse te dicis:ubi scriptū sit nescio. CRITO. Igno

C tas hanc philoſophorum eſſe ſententiã? ATTI. Sed non apoſtolorũ. Neq; em̃ mihi curæ eſt qd Ariſtoteles, ſed qd Paulus doceat. CRITO. Obſecro te, nõne Iacobus apoſtolus ſcribit: qui in uno offenderit eũ eſſe omnium reum? ATTI. Ipſe locus ſe ſe interpretatur. Nõ em̃ dixit unde cœperat diſputatio: qui diuitem pauperi in honore prætulerit, reus eſt adulterij uel homicidij. In hoc enim delirant Stoici, paria contendentes eſſe peccata. Sed ita: qui dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides: quod & ſi non occidis, mœcharis autem, factus es tranſgreſſor legis. Leuia cum leuibus, & grauia cum grauibus comparantur. Nec ferula dignum uitiũ, gladio uindicandum eſt: nec gladio dignũ ſcelus, ferula coercendũ. CRITO. Eſto, ut nullus ſanctorũ oẽs uirtutes habeat: hoc certe dabis, in eo quod poteſt facere ſi fecerit, eſſe pfectũ. ATTI. Nõ tenes quid ſupra dixerim? CRITO. Quid nam illud eſt? ATTI. Perfectum eſſe in eo quod fecit: & imperfectum in eo, quod facere nõ potuit. CRITO. Sed ſicut pfectus eſt in eo quod fecit, quia facere uoluit: ita & in eo, per quod imperfectus eſt, quia nõ fecit: perfectũ eſſe potuiſſe, ſi facere uoluiſſet. ATTI. Quis em̃ nõ uult facere quod perfectũ eſt? Aut quis non cunctis cupiat florere uirtutibus? Si totum requiris ab omnibus, tollis rerũ diuerſitatẽ & gratiarũ diſtantiã, & creatoris artificis uarietatẽ, cuius ſacro ꝓpheta ſonat carmine: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Indignetur lucifer, quare fulgorem lunæ nõ habeat. Luna ſuper ſuis defectibus & labore cauſet, cur annuũ ſolis circulũ, ſingulis menſibus expleat. Sol querat, quid offenderit, ut lunæ curſu tardior ſit. Clamemus & nos homunculi, quid cauſæ extiterit, ut homines & non angeli facti ſimus, cũ cũ magiſter ueſter ὁ ἀγχαῖος, de cuius hæc fonte procedunt, oẽs rationales creaturas, æquo aſſerat iure conditas: ut inſtar quadrigarũ & curruũ de carceribus exeuntes, in medio ſpatio, uel corruãt, uel præteruolent, & ad optata perueniant. Elephanti tantæ molis, & gryphes in ſua grauitate cauſent, cur quaternis pedib⁹ incedãt, cũ muſcæ culiceſq;, & cætera huiuſcemodi animãtia ſub pennulis ſenos pedes habeant: & aliqui uermiculi ſint, qui tantis pedibus ſcateant, ut innumerabiles ſimul motus, nulla acies cõprehendat. Dicat hæc Marcion & omnes hæretici, qui creatoris
D operibus illudunt. Veſtrũ decretũ huc uſq; perueniet, ut dum ſingula calumniant, manũ inijci ant deo, cur ſolus deus ſit, cur inuiderit creaturis, ut non omnes eadẽ polleant maieſtate? Quod licet non dicatis (neq; em̃ tam inſani eſtis, ut aperte pugnetis deo) tamen alijs uerbis loquimini, rem dei, homini copulãtes, ut ſit abſq; peccato, quod & deus eſt. Vnde apoſtolus ſuper diuerſis intonans gratijs loquitur: Diuiſiones donationũ ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorũ ſunt, ſed idẽ dñs: & diuiſiones operationũ ſunt: unus aũt deus, q operat omnia in omnibus. CRITO. Nimius es in una atq; eadem quæſtiõe: ut perſuadere coneris hominẽ uniuerſa ſimul habere non poſſe, quaſi aut inuiderit, aut non potuerit deus præſtare imagini & ſimilitudini ſuæ: ut in omnibus reſpondeat ſuo creatori. ATTI. Ego ne nimius an tu? qui ſoluta proponis, & non intelligis aliud eſſe ſimilitudinem, aliud æqualitatem: illud picturã, hoc eſſe ueritatẽ. Verus equus camporũ ſpatia tranſuolat, pictus parieti hæret in curru. Arriani dei filio nõ cõcedunt, quod tu omni homini tribuis. Alij nõ audent perfectũ in Chriſto hominẽ cõfiteri: ne ſuſcipere in eo hominis peccata cogantur: quaſi potentior ſit creatio creatore: & idipſum tantũ filius hominis, quod dei filius. Aut igitur propone alia, quibus reſpondeam, aut deſine ſuperbire, & da gloriam deo. CRITO. Immemor es reſponſionis tuæ: & dum argumenta argumentis connectis: ac per ſcripturarum latiſſimos campos, infrenis equi libertate baccharis: ſuper fortiſſima quæſtione: cui pollicitus es te in conſequentibus reſponſurum omnino tacuiſti: obliuionem ſimulans, ut neceſſitatem reſponſionis euaderes. Sed ego ſtultus ad horã tribui, quod petebas, exiſtimãs oblaturũ ſponte qd acceperas: & nõ admonitũ reddere quod debebas. ATTI. Niſi fallor, de poſſibilibus mãdatis dilata eſt reſpõſio. Pone igit ut uolueris. CRI. Aut poſſibilia de⁹ mandata dedit, aut impoſſibilia. Si poſſibilia: in noſtra poteſtate eſt ea facere ſi uelimus. Si impoſſibilia, nec in hoc rei ſumus ſi non facimus, qd implere nõ poſſumus. Ac ꝓ hoc ſiue poſſibilia dedit deus mãdata, ſiue impoſſibilia: poteſt homo ſine peccato eſſe ſi uelit. ATTI. Quæſo ut patienter audias, non em̃ de aduerſario uictoriam, ſed cõtra mendacium quærimus ueritatem. Deus poſſibiles dedit humano generi omnes artes, quippe quas plurimi didicerunt: ut taceam de his quas Græci βαναύσους uocant, nos ad opera manuum pertinentes poſſumus dicere: uerbi

An deus pgha vel impgha mandauerit

A re:uerbi gratia, Grammaticam, Rhetoricam: philoſophiæ tria genera, Phyſicam, Ethicam, Logi
cam: Geometriã quoq; & Aſtronomiam, Aſtrologiã, Arithmeticam: quæ & ipſæ partes philo/
ſophiæ ſunt. Medicinam etiam quæ in tria diuiditur δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν. Iuris quoq; & le/
gum ſcientiam. Quis noſtrum (q̃uis ſit ingenioſus) poterit omnia cõprehendere: cum æloquẽ/
tiſſimus orator de rhetorica & iuris ſcientia diſputans dixerit: Pauci unum poſſunt, utrumq; ne
mo. Vides ergo quod deus poſſibile iuſſerit: & tamẽ id quod poſſibile eſt, per naturam nullum
poſſe complere. Dedit itaq; præcepta diuerſa: uirtuteſq; uarias, quas oẽs ſimul habere non poſ/
ſumus. Atq; ita fit: ut quod in alio, aut primum, aut totum eſt: in alio ex parte uerſetur: & tamẽ
non ſit in crimine, qui non habet omnia: nec condemnetur ex eo quod non habet, ſed iuſtifice/
tur ex eo quod poſſidet. Definit Apoſtolus qualis epiſcopus eſſe debeat, ſcribẽs ad Timotheũ:
Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, unius uxoris uirum, ſobrium, pudicum, ornatũ, ho/
ſpitalem, docilem: non uinolentum, non percuſſorem: ſed manſuetum, non litigioſum, ſine aua/
ricia, domũ ſuam bene regentẽ, filios habentem ſubditos cum omni pudicitia. Et iterũ: Nõ neo/
phytũ, ne inflatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet aũt eũ etiã teſtimoniũ de foris habere
bonũ, ne in opprobriũ incidat & laqueum diaboli. Tito quoq; ſcribens diſcipulo, quales epiſco
pos debeat ordinare: breui ſermone demonſtrat. Ideo reliqui te Cretæ: ut quæ reliqua ſunt cor/
rigas: & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut ego præcepi tibi: Si quis eſt ſine crimine, unius
uxoris uir, filios habens fideles, nec in accuſatione luxuriæ, aut non ſubiectos. Oportet aũt epi/
ſcopum eſſe ſine crimine, ſiue ſine accuſatione: hoc eñ magis ἀνέγκλητον ſonat, ſicut diſpenſatorẽ
dei, non proteruum, non iracundũ, nõ uinolentum, nõ percuſſorem, nõ turpis lucri appetitorẽ:
ſed hoſpitalem, benignum, pudicum, iuſtum, ſanctum, continentem, obtinentem doctrinæ fide
B lem ſermonem: ut poſſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes coarguere. Vt diuerſarũ
perſonarum uaria præcepta nunc ſileam, circa mandata epiſcopi me tenebo. Vult certe deus ta/
les eſſe epiſcopos ſiue preſbyteros, quales uas electionis docet. Primum quod dixit, irreprehen/
ſibilis, aut nullus, aut rarus. Quis eſt eñ qui non quaſi in pulchro corpore, aut neuũ, aut uerrucã
habeat? Si eñ ipſe Apoſtolus dicit de Petro, quod nõ recto pede inceſſerit in euangelij uerita/
te: & intantum reprehenſibilis fuerit: ut & Barnabas adductus ſit in eandẽ ſimulationem: quis
indignabitur id ſibi denegari, quod princeps apoſtolorum nõ habuit? Deinde unius uxoris ui/
rum, ſobrium, pudicum, ornatum, hoſpitalem, ut reperias: illud certe quod ſequitur διδακτικὸν
qui poſſit docere: nõ ut interpretatur latina ſimplicitas, docilem, cum cæteris uirtutibus difficul
ter inuenies. Vinolentum quoq; & percuſſorem: & turpis lucri cupidum, repudiat apoſtolus: &
pro his cupit manſuetum, abſq; iurgio, ſine auaricia: & ut domum ſuam optime regat: quodq;
difficillimum eſt: ut filios habeat ſubiectos, cum oñi pudicitia, uel filios carnis, uel filios dei. Cũ
oñi inquit pudicitia. Non enim ſufficit propriã habere pudicitiam, niſi ea filiorum & comitum
ac miniſtrorum pudore decoretur, dicente Dauid: Ambulans in uia immaculata, hic mihi mini
ſtrabit. Conſyderemus quoq; ἐπίτασιν pudicitiæ, filios habentem ſubditos in omni pudicitia:
ut non ſolum opere, ſed ſermone quoq; & nutibus ſe abſtineant ab impudicitijs: ne forte illud
incidat Heli: qui certe increpauit filios ſuos dicens: Nolite fili mei, nolite: non bonam famam au
dio ego de uobis. Corripuit & punitus eſt, quia nõ corripere debuit, ſed abijcere. Quid faciet q
gaudet ad uitia, qui emendare nõ audet? qui conſcientiam ſuam metuit: & quod cũctus popu/
lus clamitat, neſcire ſe ſimulat? Quodq; ſequitur μὴ νεόφυτον, ut etiam a nullo accuſetur: ut bonã
opinionẽ ab his qui foris ſunt habeat: ut etiam maledictis aduerſariorum careat: & quibus do/
ctrina diſplicet, placeat cõuerſatio: puto quod nõ facile ſit reperire: maximeq; illud, ut potẽs ſit
aduerſarijs reſiſtere, & puerſas opprimere & ſuperare doctrinas. Vult ut nõ neophytus epiſco
pus ordinet: qd̃ uidemus noſtris tẽporibus pro ſumma eligi iuſticia. Si baptiſmũ ſtatim iuſtũ
faceret & oñi plenũ iuſticia: nequaq; utiq; Apoſtolus neophytũ refutaret: ſed baptiſmꝰ uete/
ra peccata cõſcindit: nouas uirtutes nõ tribuit: dimittit e carcere: & dimiſſo ſi laborauerit p̃mia
pollicet. Aut nullus inquã, aut rarus eſt, qui omnia habeat, quæ habere debet epiſcopꝰ. Et tamẽ
ſi unum uel duo de catalogo uirtutum epiſcopo cuiq; defuerint, non tamen iuſti carebit uocabu
lo: nec ex eo damnabitur, quod non habet, ſed ex eo coronabitur, quod poſſidet. Omnia enim

C habere,& nullo indigere,uirtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius:qui cum malediceretur non maledixit,qui confidenter uirtutũ conscientia loquebatur: Ecce uenit princeps mundi huius,& in me inuenit nihil. Qui cũ esset in forma dei,nequaq; rapinã arbitratus est æqualem se esse deo:sed se exinaniuit,formã serui accipiens, & factus est obediẽs usq; ad mortẽ,mortem aũt crucis. Propterea donauit ei deus nomen qd̃ est supra omne nomẽ, ut in nomine Iesu flectãt genu,cœlestia,terrestria & infera. Si ergo in una episcopi psona pauca præcepta,aut nequaq̃,aut difficulter inuenies:quid facies de omni homine,qui cuncta debet implere mandata? Ex corporalibus consyderem⁹ spiritalia. Alius uelox est pedibus,sed nõ fortis manu. Ille tard⁹ incessu, sed stabilis in p̃lio est. Hic pulchrã habet faciẽ,sed raucæ uocis est. Ali⁹ tetram,sed dulci modulatione cantat. Illum ingeniosum,sed obliuiosum. Hunc memorem,sed tardi uidemus ingenij. In ipsis controuersijs:in quibus quondam pueri lusimus,non omnes similiter,uel in proœmijs,uel in narrationibus,uel in excessibus,uel in argumentis,aut exemplorũ copia,& epilogorum dulcedine se agunt:sed æloquẽtiæ suæ,alia atq; alia in parte dissimiles sũt. De uiris magis ecclesiasticis loquar: Multi super euangelia bene disserunt:sed in explanatione apostoli,impares sui sunt. Alij cum in instrumento nouo optime senserint,in psalmis & ueteri testamento muti sunt. Hoc totum dico,quod non omnia possumus omnes: raruscq; aut nullus est diuitũ, qui in omni substantia sua paria uniuersa possideat. Possibilia præcepit deus,& ego fateor. Sed hæc possibilia cuncta,singuli habere non possumus:non imbecillitate naturæ,ne calumniã facias deo, sed animi lassitudine,q cunctas simul & semper nõ põt habere uirtutes. Qd̃ si & in eo arguis creatorem, quare te talem condiderit,qui deficias atq; lassescas:dicam iterum, maior erit reprehensio,si eum uolueris accusare, quare te deum non fecerit. Sed dices: Si non possum,ergo peccatum non habeo. Habes peccatum quare nõ feceris,quod alius potuit facere. Rursumq; ille,cuius tu comparatione deterior es,uel tui in alia uirtute, uel alterius erit collatiõe peccator: atq; ita fit,ut quẽcũq; primũ putaueris,minor sit eo,q se in alia parte maior est. CRITO. Si non potest homo esse sine peccato, quomodo Iudas scribit Apostolus: Ei autẽ qui po-
D tens est uos cõseruare sine peccato,& constituere ante cõspectũ gloriæ suæ immaculatos? Quo testimonio comprobatur posse hominem esse sine peccato,& maculam nõ habere. ATTI. Nõ intelligis quæ ꝓposueris. Neq; eñ homo potest esse sine peccato,quod tua habet sentẽtia:sed potest si uoluerit deus hominẽ seruare sine peccato,& immaculatum sua misericordia custodire. Hoc & ego dico,quod deo cuncta possibilia sunt. Homini autem non quicquid uoluerit possibile est,& maxime id esse,quod nullam legeris habere creaturam. CRITO. Non dico hominẽ esse sine peccato,quod tibi forsitan impossibile uidetur:sed posse esse si uelit. Aliud est eñ esse, aliud posse. Esse,quærit exemplum:posse,ostendit imperij ueritatem. ATTI. Nugaris,nec memini sti illius prouerbij,actum ne agas,& in eodem cœno uolutaris,imo laterem lauas. Pro quo nihil aliud audies, nisi hoc quod omnibus patet: rem te uelle firmare, quæ nec est, nec fuit, & forsitan nec futura est. Atq; ut ipso uerbo utar,& stulticiam ἀσυσάτου argumentationis ostendã, esse posse te aio dicere,quod esse non possit. Hoc enim quod proposuisti posse hominem sine peccato esse si uelit,aut uerum est, aut falsum est. Si uerum est,ostende quis fuerit:si falsum,quicqd falsum est,nũq̃ fieri potest. Verũ hæc quasi explosa taceant,& in scriniolis uestris tãtũ mussitent,publicam faciem formidantia. Transeamus ad alia,in quibus perpetua oratione utendũ est:ita dũtaxat,ut habeas potestatem refellendi & quærendi si quid uolueris. CRITO. Audiã patienter,non enim dicam libenter:& magis mirabor ingenium,cuius stupeo falsitatẽ. ATTI. Vtrum falsa sint an uera quæ dicturus sum,cum audieris tunc probabis. CRITO. Loquere ut uis,mihi decretum est si respondere non potuero,magis silere q̃ mendacio acquiescere. ATTI. Quid interest utrum te tacentem an loquẽtem superem:& iuxta Protæi fabulam,uigilantẽ capiam an dormientẽ? CRI. Cum dixeris quæ uolueris:audies quæ nequaq̃ uelis. Veritas eñ laborare potest,uinci nõ potest. ATTI. Libet sentẽtias tuas parũper discutere:ut intelligãt sectatores tui,q̃ diuinũ in te mirentur ingenium. Dicis sine peccato esse non posse, nisi qui scientiam legis habuerit:per quod magnam partem Christianorum excludis a iusticia:& qui prædicatores impeccantiæ:omnes prope peccatores esse pronuncias. Quotus enim quisq; Christianorum

A norum habet legis scientiam: quam in multis doctoribus ecclesiæ, aut raro, aut difficulter inuenias? Verum tu tantæ es liberalitatis: ut fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies, ut in alio loco scripseris, scientiam legis etiam fœminas habere debere: cum apostolus doceat esse tacendũ mulieribus in ecclesia: & si quid ignorant, domi uiros suos debere consulere. Nec sufficit tibi dedisse agmini tuo scientiam scripturarum: nisi earum uoce & canticis delecteris. Iungis em̃ & ponis in titulo, quod & fœminæ deo psallere debeant. Quis enim ignorat psallendum esse fœminis in cubiculis suis: & absq; uirorum frequentia & congregatione turbarum? Verum tu donas quod nõ licet: ut qđ uerecunde facere debeant, & absq; ullo arbitro, magistri authoritate proclament. Decimoquarto titulo. Addis præterea seruum dei, nihil amarum de ore suo, sed semper quod dulce est & suaue debere proferre: & quasi alius sit seruus dei: alius doctor & sacerdos ecclesiæ, prioris oblitus sententiæ: ponis in alio titulo, uigesimo secũdo, sacerdotẽ siue doctorẽ omniũ actus speculari debere: & fiduciliater corripere peccantes: ne pro ĩsdẽ rationem reddant: & eorum sanguis de suis manibus requiratur. Nec semel dixisse contentus, idipsum replicas: & inculcas trigesimo primo titulo, sacerdotẽ siue doctorẽ nemini adulari debere, sed audenter oẽs corripere: ne & se & eos qui eum audiunt perdat. Tãta ne est in uno opere dissonantia: ut quid prius dixeris nescias? Si enim seruus dei nihil amarum de suo debet ore proferre, sed semper quod dulce & suaue est: aut sacerdos & doctor serui dei non erunt: qui fiducialiter debent corripere peccantes: & nulli adulari, sed audacter omnes increpare: aut si sacerdos & doctor: non solum serui dei, sed inter seruos eius principalem tenent locum, frustra seruis dei blanditias & dulcedines reseruasti: cum hoc proprie hæreticorum sit: & eorum qui decipere cupiunt audientes, dicente Apostolo: Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiũt, sed suo uentri. Et per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Semper insidiosa, callida, blanda est adulatio. Pulchreq; adulator apud philosophos definitur, blandus inimicus. Veritas amara est, rugosæ frontis ac tristis, offenditq; correctos. Vnde & Apostolus loquitur: Inimicus
B uobis factus sum, ueritatem dicens uobis? Et comicus. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Quapropter & pasca cum amaritudinibus comedimus: & uas electionis docet pasca celebrãdum, in ueritate & synceritate. Veritas in nobis sit & synceritas, & amaritudo ilico consequetur. Illud uero quod in alio ponis loco, omnes uoluntate propria regi, quis Christianorum potest audire? Si enim non unus: nec pauci, nec multi, sed omnes reguntur propria uoluntate: ubi erit auxiliũ dei? Et quomodo illud exponis? A dño gressus hominis dirigũtur: Et, non est in homine uia eius. Et nemo põt quicq; accipere: nisi datum fuerit ei desuper. Et in alio loco: Quid em̃ habes quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? dicente domino saluatore: Non descendi de cœlo: ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit patris. Et in alio loco: Pater si fieri potest: transeat a me calix iste. Veruntamen nõ quod ego uolo, sed sicut tu. Et in oratione dominica: Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Qua sententiæ temeritate aufers dei omne præsidium: & quod in alio loco frustra conaris adiungere, non absq; dei gratia: quomodo sentire uelis: ex hoc loco intelligitur: dum gratiam eius non ad singula refers opera, sed ad cõditionis ac legis & liberi arbitrij potestatem. Septuagesimo secundo titulo. Illud uero quod in sequenti ponis capitulo: in die iudicij iniquis & peccatoribus non parcendum, sed æternis eos ignibus exurendos, ferre quis potest: & interdicere te misericordiam dei: & ante diem iudicij de sententia iudicis iudicare: ut si uoluerit iniquis & peccatoribus parcere, te præscribente non possit? Dicis enim. Scriptum est in centesimo tertio psalmo: Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita ut non sint. Et in Esaia: Comburẽtur iniqui & peccatores simul: & qui relinquunt deum consummabuntur. Et non intelligis cõminationẽ dei interdum sonare clementiam? Non enim dicit æternis ignibus exurendos, sed a terra deficere & iniquos esse cessare. Aliud enim est ipsos a peccato & iniquitate desistere: & aliud ipsos perire in perpetuum, & æternis ignibus concremari. Deniq; Esaias de quo ponis testimonium: Comburentur (inquit) peccatores & iniqui simul: non addidit in æternum. Et qui relinquunt deum consummabuntur. Proprie hoc de hæreticis loquitur, qui rectum fidei tra-

C mitem relinquentes consummabuntur, si noluerint ad dominum reuerti, quem dereliquerunt. Quæ sententia & tibi parata est, si neglexeris ad meliora conuerti. Deinde cuius est temeritatis, iniquos & peccatores impijs iungere: qui a nobis sic definiuntur. Omnis impius iniquus est, & peccator: nec reciprocatur, ut possimus dicere: Omnis peccator & iniquus, etiam impius est. Impietas enim proprie ad eos pertinet, qui noticiam dei non habent, uel cognitam transgressione mutarunt. Peccatum autem & iniquitas, pro qualitate uitiorū, post peccati & iniquitatis uulnera recipit sanitatem. Vnde scriptum est: Multa flagella peccatoris: Et, non interitus sempiternus: Et, per omnia flagella atq; cruciatus emendatur Israel. Quem enim diligit dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Aliud est cedere magistri & parentis affectu, aliud contra aduersarios crudeli animo desæuire. Quam ob causam, & in primo psalmo canit: Quoniam non resurgunt impij in iudicio. Iam enim in perditionem sunt præiudicati. Neq; peccatores in consilio iustorum. Aliud em̄ est gloriam perdere resurgendi, aliud perire perpetuo. Veniet (inquit) hora, in qua omnes qui in sepulchris sunt, audient uocē eius: & egredientur qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Vnde & Apostolus eodem sensu, quia eodem & spiritu, loquitur ad Romanos: Quicunq; em̄ sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicūq; in lege peccauerūt, per legem iudicabūtur. Sine lege impius est, qui in æternum peribit. In lege peccator credens in deum, qui per legem iudicabitur, & non peribit. Si peccatores & iniqui æternis ignibus exuruntur: non times sententiam tuā, qui iniquū, & peccatorem te esse dicis? Et argumentaris hominem non esse sine peccato, sed esse posse. Ergo solus ille saluetur, qui nunq̄ fuit nec est, sed futurus est, aut forsitan nec futurus: & pereant oēs, quos retro fuisse legimus. Tu ipse qui Catoniana nobis inflaris superbia, & Milonis humeris intumescis, qua temeritate peccator, magistri nomen assumis? Aut si iustus es, & humilitate simulas peccatorē: mirabimur atq; gaudebimus habere te solum & possidere cum socijs, quod nec patriarcharum, nec prophetarum, nec apostolorum quispiam habuit. Si autem
D Origenes omnes rationabiles creaturas dicit nō esse perdendas, & diabolo tribuit pœnitentiā: quid ad nos, qui & diabolum & satellites eius omnesq; impios & præuaricatores dicimus perire ꝑpetuo: & Christianos si in peccato p̄uenti fuerint, saluandos esse post pœnas. xxi. ti. Iungis præterea duo capitula inter se discrepantia: quæ si uera sint, os aperire non poteris: non habentē sapientiam & intellectum scripturarū, nisi q didicerit, scire non posse. xx. ti. Et iterū: Scientiam legis non usurpare debere indoctum. Aut enim magistrum a quo didiceris proferre cogeris, ut tibi scientiam legis liceat usurpare: aut si magister talis est, qui ab alio non didicerit: & docuerit te quod ipse ignorabat: restat ut non recte facias: qui indoctus usurpas scientiam scripturarum: & magister prius q̄ discipulus esse cœpisti. Nisi forte humilitate solita, magistrum tuum iactitas dominum, qui docet omnem scientiam: & cum Moyse in nube & caligine facie ad faciem audias uerba dei: & inde nobis cornuta fronte procedis. Nec hoc sufficit, sed repente mutaris in Stoicum, & de Zenonis nobis tonas supercilio. Lxxiij. ti. Christianū illius debere esse patientiæ: ut si quis sua auferre uoluerit gratanter amittat. Nonne nobis satis est patienter perdere quod habemus, nisi uiolento atq; raptori agamus gratias: & eum cunctis benedictionibus prosequamur? Docet euangelium ei qui nobiscum uelit iudicio contendere, & per lites ac iurgia auferre tunicam, etiā pallium esse concedendū. Non præcepit, ut agamus gratias, & læti nostra perdamus. Hoc dico, non quod aliquid sceleris in hac sententia sit, sed qđ ubiq; mediocria ὑπερβολικῶς transeas, & magna secteris. Vnde adiungis gloriam uestiū & ornamentorū deo esse contrariā. Quæ sunt rogo inimicitiæ contra deū, si tunicā habuero mundiorē: si episcopus, presbyter, & diaconus: & reliquus ordo ecclesiasticus in administratiōe sacrificiorū cādida ueste ꝓcesserint? Cauete clerici, cauete monachi, uiduæ & uirgines: periditamini, nisi sordidas uos atq; pānosas uulgus aspexerit. Taceo de hominibus sæculi, quibus aperte bellum indicitur, & inimicitiæ contra deū, si preciosis atq; nitentibus utantur exuuijs. Clxiij. ti. Audiamus & cætera. Inimicos ut proximos diligendos: statimq; opp̄ssus grauissimo lethargo ponis & dicis. Clxi. ti. inimico nunq̄ esse credendū: quod sibi esse contrariū, etiam me silente perspicuū est. Sed dices utrumq; uocibus scripturæ contineri: non animaduertens, quo sensu in suis locis

dicta

A dicta sint. Præceptum est mihi ut diligam inimicos,& orem pro persecutoribus.Nunquid iussum est:ut ita diligam quasi proximos & consanguineos & amicos:ut inter æmulum & necessarium nulla distãtia sit? Si inimicos diligo quasi proximos:amicis quid amplius exhibebo? Aut si hoc dixeris:illud tacere debueras, ne contraria sibi in eodem loco dicere uidearis,inimico nunq̃ esse credendum.Sed quomodo diligatur inimicus,& lex docet:Iumentum aduersarij si ceciderit,subleuandum.Et Apostolus:Si esurierit inimicus tuus,ciba illum: si sitierit, da illi potum. Hoc enim faciens, carbones ignis congregabis super caput eius: non in maledictum & condemnationem (ut plærique existimant) sed in correctionem & pœnitudinem: ut superatus beneficijs, excoctus feruore charitatis, inimicus esse desistat. Cxxiij. Addis præterea regnum cœlorum, etiam in testamento ueteri repromitti: ponisq̃ testimonia de apocryphis, cum perspicuum sit regnum cœlorum primum in euangelio prædicari per Iohannem baptistam & dominum saluatorem & apostolos.Lege euangelia.Iohannes baptista clamat in deserto:Pœnitentiam agite,appropinquauit enim regnum cœlorum.Et de saluatore scriptum est: Ex eo tempore cœpit prædicare & dicere: Pœnitentiã agite,appropinquauit enim regnũ cœlorũ.Et iterũ: Circuibat Iesus ciuitates & uicos, docens in synagoga eorum & prædicans regnũ dei. Et apostolis præcipit: Ite & prædicate dicentes,quoniam appropinquauit regnum cœlorum. Tu autem nos Manichæos uocas: cur legi euangelium præferentes,in illa umbram, in hoc ueritatem esse dicamus:& non intelligis stulticiam tuam impudentiæ copulatam.Aliud est damnare legẽ, quod Manichæus facit:aliud legi præferre euangelium:quæ apostolica doctrina est.In illa em̃ ferui,in hoc præsens dñs loquitur:Ibi promittitur,hic impletur:ibi initia, hic perfectio est:in illa operum fundamenta iaciuntur,hic fidei & gratiæ culmen imponitur.Hoc posuimus,ut egregij præceptoris doctrina monstraret. Centesimus titulus est,posse hominẽ sine peccato esse,& dei mãdata facile custodire si uelit.De quo abunde dictum est.Cũq̃ se imitatorem imo expletorẽ
B operis beati martyris Cypriani scribentis ad Quirinũ esse fateatur:nõ intelligit se in eodẽ opere dixisse cõtraria.Ille in quinquagesimoquarto titulo tertij libri,ponit neminẽ sine sorde, & sine peccato posse esse: Statimq̃ iungit testimonia,in quibus scriptum est apud Iob:Quis enim mundus a sordibus? ne si unius etiam diei sit uita eius in terra.Et in psalmo quinquagesimo: Ecce in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis concepit me mater mea.Et in epistola Iohãnis: Si dixerimus,quia peccatum non habemus,nosipsos decipimus & ueritas in nobis non est. Tu è diuerso asseris posse hominem sine peccato esse:& ut hoc uerum dixisse uidearis:statim adiungis: & dei mãdata facile custodire si uelit:quæ aut rarus,aut nullus impleuit. Si em̃ facilia sunt, debent a pluribus custodiri.Sin autẽ ut concedamus tibi, rarus quisq̃ ea implere potest, manifestum est esse difficile quod rarum est.Atq; ut hoc augeas,& magnitudinẽ tuæ uirtutis ostendas, quod scilicet de bono cõscientiæ thesauro eructare credaris: ponis in titulo centesimouigesimo tertio: ne leuiter quidẽ esse peccãdũ:Et quid sit hoc leuiter,ne forte in opere te aliqs dixisse existimaret,adnectis cẽtesimo tricesimo primo titulo:malũ uero nec cogitãdũ:neq; illius sentẽtiæ recordaris: Delicta qs intelligit, ab occultis meis mũda me dñe,& ab alienis parce seruo tuo: cum ecclesia etiam ea quæ per ignorantiam delinquimus,& sola cogitatione peccamus: delicta esse fateatur:intantum,ut hostias pro errore iubeat offerri:& pontifex qui pro cuncto populo deprecatur,ante pro se offerat uictimas:qui certe nunq̃ pro alijs iuberetur offerre, nisi iustus ipse esset: nec rursum pro se offerret,si peccato careret ignorãtiæ.Scilicet nũc mihi latissima scripturarũ spacia peragranda sunt,ut doceam errorẽ & ignorantiã esse peccatũ. CRIT. Obsecro te,nõne legisti:Qui uiderit mulierem ad concupiscendũ,iam mœchatus est eam in corde suo? Non ergo solus aspectus & incentiua uitiorum reputãtur in peccatum, sed ea quibus attribuimus assensum. Aut em̃ uitare possumus malã cogitationẽ:& cõsequenter possumus carere peccato:aut si uitare nõ possum9,nõ reputat in peccatũ,quod caueri nõ potest.ATTI.Callide quidẽ argumẽtaris,sed non intelligis argumentationẽ tuam contra sacras scripturas facere. Volunt em̃ æloquia scripturarũ,etiã ignorantiam habere peccatum.Vnde & Iob offert hostias pro filijs suis,ne forte p ignorantiã in cogitatione peccauerint.Et q ligna cedit,si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus, pergere iubetur ad urbẽ fugitiuorũ:& tãdiu ibi esse,q̃diu sacer

dos

C dos maximus moriatur,id eſt redimatur ſanguine ſaluatoris: aut in domo baptiſmatis, aut in pœnitentia,quæ imitatur baptiſmatis gratiam per ineffabilem clæmentiam ſaluatoris:qui non uult perire quẽq̃:nec delectatur mortibus peccatorũ,ſed ut conuertant & uiuãt.CRITO.Rogo quæ eſt iſta iuſticia,ut in peccato tenear erroris,cuius reatum non habet conſcientia?Neſcio me peccaſſe,& eius rei quã neſcio, pœnas luo? Et quid plus faciam,ſi ſpõte peccauero? ATTI. A me ſententiæ & diſpoſitionis dei cauſas requiris?Reſpondet ſtultæ interrogationi tuæ liber ſapientiæ. Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris.Et alibi:Noli eſſe ſapiens multum,& noli argumẽtari plus q̃ oporteat.Et in eodem loco:In ſapiẽtia & in ſimplicitate cordis quærite deum.Ac ne forte huic uolumini contradicas:audi apoſtolũ,euangelica clangentem tuba:O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius: & ininueſtigabiles uiæ eius.Quis em̃ cognouit ſenſum dñi?aut quis conſiliarius eius fuit?Iſtæ ſunt quæſtiones, de qbus & in alio alio ſcribit:Stultas autẽ & ineruditas quæſtiones deuita: ſciens quoniam lites generant. Et Eccleſiaſtes(de quo certe libro nulla eſt ambiguitas):Dixi(inquit)ſapiens efficiar: & ipſa longe facta eſt a me. Profũda profũditas,quis eam inueniet? A me quæris, quare figulus aliud uas fecerit in honorem,aliud in contumeliam:& non uis acquieſcere Paulo pro ſuo dño reſpondenti?O homo tu quis es qui reſpondes deo? Audi ergo breuiter teſtimonia ſcripturarũ:ut ſtulta,imo impia ſciſcitatio tua in perpetuũ conticeſcat.Loquit deus in Geneſi:Non adiiciam ultra maledicere terræ propter opera hominum,quia appoſita eſt mens homi nis diligenter ad mala a pueritia.Abraham & Sara,audita repromiſſiõe filij Iſaac rident in corde ſuo:& tacita cogitatio non latet ſcientiam dei.Arguunt in riſu: & ipſa cogitatio, quaſi pars infidelitatis reprehendit.Attamen non ex eo quod riſere,diffidentiæ condemnantur: ſed ex eo quod poſtea crediderunt,iuſticiæ palmam acceperunt.Lot neſcit in concubitu filiarum,quid fecerit:& inebriatus ab eis non habet crimen conſcientiæ: & tamẽ error in uitio eſt.Argue ſanctũ
D uirũ Iacob:quare Rachel formoſam dilexerit,pro qua & ſeruiuit multo tẽpore:& in Liæ primo cõcubitu fuerit contriſtatus:& acquieſce tandẽ humanæ fragilitati:quæ etiã pulchra corpora diligit,& deformia deteſtatur.Luget Iacob mortẽ filij ſui Ioſeph,& multo tẽpore conſolationẽ nõ recipit filiorũ: reſpondetq; lugens & gemens: Vadam ad infernũ:& probat ſe hominẽ, dum iuſtus ignorat quid actũ ſit,de iuſto filio Ioſeph. In Exodo ſcriptũ eſt:Si percuſſerit aliquis quempiã & mortuus fuerit,morte moriat.Sin autẽ nõ uolens,ſed deus tradidit eũ in manib⁹ eius:dabo tibi locum ad quẽ confugiat qui occiderit. In quo notandum eſt, quod deus tradidit hominẽ in manus eius:& ille qui occidit per ignorantiã,exilio condemnatur.In Leuitico lex ponitur: Anima ſi peccauerit in conſpectu dñi:non ſponte ex omnibus præceptis dñi, quæ non oportet fieri:fecerit q; unũ ex eis,ſiue pontifex fuerit, ſiue oĩs ſynagoga, & reliquus populus:& poſtea didicerit peccatũ ſuũ,quod peccauit per ignorantiã: offeret munus hircum de capris maſculum immaculatum:& ponet manus ſuas ſuper caput eius, interficietq; illum in loco ubi mactantur holocauſta coram domino,quia pro peccato eſt.Statimq; in ſequẽtibus:Si tetigerit aliquid immundum quod non liceat tangere:& fecerit per ignorantiam:& poſtea didicerit ſiue promiſerit aliquid,& fuerit oblitus:pronũciabit peccatũ ſuũ, in quo peccaſſe ſe perſpicit:& offeret dño pro his quæ peccauit,agnam ſiue capram pro peccato ſuo qd peccauit:& precabit pro eo ſacerdos ſuper peccato,& dimittetur ei peccatũ. Sin aũt non præualuerit manus eius:ut offerat ouẽ pro peccatis ſuis qbus peccauit: duos turtures,aut duos pullos colũbarũ offeret dño:unũ pro peccato,& unũ in holocauſtum:& portabit ea ad ſacerdotẽ,& offeret ſacerdos id qd p peccato eſt primũ:& in ipſo recõciliabit p peccato qd peccauit,& dimittet ei. Cætera q; his ſimilia,quæ ſtudio breuitatis omitto: ne faſtidiũ ſtomacho tuo faciã.In conſequẽtib⁹ quoq; narrat Moyſes, quod in cõſecratiõe Aarõ & filiorũ eius obtulerit uitulũ pro peccato,& poſuerit Aaron & filij eius manus ſup eũ, ſup caput uidelicet uituli, qui erat p peccato:& mactauerit eũ,& tulerit de eius ſanguine:& poſuerit ſup cornua altaris in circuitu digito ſuo:atq; altare mũdauerit.Similiter in ariete fecerit: & de ſanguine eius tetigerit auriculã eius dexterã & manũ dexterã,& ſummitatem pedis dextri. Et poſt multa alia quæ narrare longiſſimũ eſt,enũeratis diebus ſeptem ita legimus: Factum eſt quoq; die octauo, & uocauit Moyſen Aaron & filios eius,& omnes ſeniores Iſrael:

& dixit

A & dixit ad Aaron: Tolle uitulum de bobus pro peccatis, & arietem in holocaustū immaculatū: & offeres eos in conspectu domini: & senioribus Israel loquere dicens: Tollite hircum de capris uiuū pro peccato, & uitulū immaculatū anniculū in holocaustū. Dixitq; Moyses ad Aarō: Acce de ad altare, & fac p peccato tuo: & reliqua. Rursumq; eleuauit Aarō manꝰ suas sup populū, & benedixit eis. Descēditq; cū feciſſet p peccato & holocausto & salutari. Mulier generat liberos lege naturali & immūda est: si masculū pepererit, diebus quadraginta: si fœminā diebus octo/ginta. Accusa creatorē, cur immūdum quicq̄ nominet quod ipse cōdidit. Et non solum ipsa im/munda est, sed & oīe quod tetigerit. Cūq; dies (inquit) purgationis eius completi fuerint sup filio aut filia, offeret agnum anniculum immaculatum & pullum columbarum, & turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij sacerdoti: qui offeret in cōspectu domini, & expiabit pro ea sacerdos. De leproso quoq; dicit, quod in die purgatiōis eius offerat pro eo uictima p peccato: duoq; turtures & duo pulli columbarum: unus pro peccato, alius in holocaustū. Et qui fluxum seminis patitur, eodem sacrificij ordine pro peccato & holocausto liberatur. Et ad extre/mum infertur: Timoratos facite filios Israel ab immundicijs suis, & non morientur pro peccato suo, si contaminauerint tabernaculum testamenti. Ipsi quoq; Aaron præcipitur: ut non omni tempore ingrediat in sancta sanctorū: ne forte moriatur. Cūq; (ait) uoluerit intrare, offerat ui/tulum pro peccato: & arietem in holocaustum: duosq; hircos accipiat ab uniuerso populo: unū ex eis offerat pro peccato suo, & unum pro peccato populi, & arietem in holocaustum. Alter hir corum cūcta peccata suscipit populi, in typum domini saluatoris, & effert in solitudinem: & sic placatur deus omni multitudini. Ad extremum dicitur: Si comederit homo de sanctificatis per ignorantiam, imputatur ei iniquitas atq; delictum & uoti reus erit. Vnde & apostolus monet eucharistiam domini cum cautione sumendam: ne in condemnationē nobis sumamus atq; iu/dicium. Si damnatur in lege ignorantia: quanto magis in euangelio conscientia? Transeamus ad Numeros, & ob contentiosorum impudentiam refutandam, summa quæq; carpamus. Na/

B çareus sancto crine uenerabilis, alterius subita morte maculatur: & omnes dies consecrationis eius præteriti irriti fiūt: Postea q; pro eo offerunt duo turtures, & duo pulli colūbarū: unus pro peccato, & alter in holocaustum. In die quoq; consummationis eius offertur agnus cum holo/causto & agna pro peccato. Et post multa scriptum est, Vt nūc magnificetur fortitudo domini sicut locutus est dicens: Dñs longanimis & multæ misericordiæ, auferens iniquitatē & scelera: & mundans non faciet innocentem: pro quo Septuaginta interpretati sunt, & emundans nō mun dabit reū: quod scilicet etiā post indulgentiā, reus sit propriæ conscientiæ. Cūq; (ait) ignorauerit populus & fecerit unum ex his quæ facere non debuit: post cærimoniarū longum ordinem in/fertur & dicitur: Offerte hircū caprarū pro peccato, & placabit sacerdos pro omni synagoga fi/liorum israel: & propiciabitur ei dñs, quia ignorantia est: & ipsi offerent oblationem suam in sa/crificium domino pro peccato suo, in cōspectu eius quoniā nescierunt. Ibiq; additur: Si anima una peccauerit per ignorantiā, offeret capram anniculā pro peccato ignorātiæ coram domino, & deprecabitur pro ea sacerdos, eo quod ignorauerit pro peccato ignorātiæ coram domino, & rogabit pro ea & ppiciabitur ei. In kalendis singulorū mensiū offert hircus caprarū pro pecca/to dño. In pasca quoq; p dies octo, a die decimoquarto mensis primi, usq; ad uigesimū primū diem sacrificiū pro peccato est. In pentecoste, hircus pro peccato offertur: & in Kalendis mensis septimi quādo tubarū clangor concinit, eadem hirci pro peccato religio cōseruatur. Die quoq; decimo eiusdem mensis septimi: quoniā ieiuniū est usq; ad uesperū, offertur hircus caprarū pro peccato, præter eū hircū, qui ante holocaustū pro peccato ex lege mactat. In diebus quoq; Sce/nopegiæ, quādo figebant tabernacula a die decimoquinto eiusdē mensis septimi usq; ad diē uigesimū secundū, inter alias uictimas semp p peccato hircus offerebat: ut illud impleat beati Dauid: Tibi soli peccaui, & malū corā te feci: ut iustificeris in sermonibꝰ tuis, & uincas cū iudica/ris. Sex ciuitates eligunt exilij, eorꝝ q nō sponte, sed per ignorātiā, uel iactu lapidis, uel impulsio/ne manus, uel ioco, uel lasciuia absq; inimicitijs, infelicitate magis q̄ uolūtate peccauerūt: & ta/men nō absq; crimine sunt dū relegant in ppetuū, & añ cōstitutū diē, nec supplicatiōe, nec p̄cio eorꝝ reuersio impetrari & redimi pōt. In Deuteronomio: q liber p̄teritorꝝ enūeratio est, pspicue

demonstratur

C demõſtrat nõ in operib⁹ noſtris atq; iuſticia, ſed dei miſericordia nos conſeruari, dicẽte dño per Moyſen: Ne dicas in corde tuo, cum ſubuerterit eos dñs deus tuus a facie tua, in iuſticia mea introduxit me dñs, ut poſſideam terrã hãc: quia in impietate gentiũ iſtarum dñs conſumet eos a facie tua: non in iuſticia tua, & directione cordis tui intrabis, ut poſſideas terram eorũ, ſed in impietate eorum dñs deus tuus conſumet eos a facie tua: ut ſuſcitet uerbum quod locutus eſt patribus tuis, Abrahã, Iſaac, & Iacob. Et ſcies quod nõ in iuſticia tua dñs deus tuus dabit tibi terrã optimam, ut poſſideas eam, quia populus duræ ceruicis es tu. In eo aũt quod dixit: Perfectus eris cum dño deo tuo: quo ſenſu dixerit, ex cõſequentibus approbatur: Cũ ingreſſus (inquit) fueris terram quã dñs deus tuus dabit tibi, non diſces facere abominationes gentium illarum: nec inuenietur in te qui traducat filium uel filiam ſuam per ignem. Diuinationibus uel oĩbus augurijs & maleficis artibus & incantatiõibus nõ ſeruies, ut interroges magos & hariolos & mortuos. Abominatio eĩ dñi eſt omnis qui facit hæc. Et ꝓpter has abominationes dñs deus tuus cõſumet eas a facie tua: perfectus eris cum dño deo tuo. Deniq; infert: Quia gẽtes iſtæ quas tu poſſidebis, hariolos & diuinos audiunt. Tibi aũt nõ ſic dedit dñs deus tuus. Statimq; ſubiũgit: Prophetam unum ex te de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs deus tuus, ipſum audies. Ex quo oſtenditur perfectum hic dici: non qui cunctas uirtutes habeat, ſed qui perfectũ & unũ ſequatur deum. Narratq; ſimiliter de conditione exulum, qui per ignorantiam peccauerunt, quo confugere debeant: atq; ſubiungit: Quando ædificaueris domum nouam, facies loriculaĩ tecto tuo in circuitu, ne ſanguinis reus ſis cum aliquis ceciderit ex ea. Et iterũ: Si fuerit in te uir qui non ſit mundus a nocturno fluxu, egredietur extra caſtra, & non ingredietur mediũ caſtrorum: cũq; aduenerit ueſpera, lauabit ſe aqua, & poſt occubitum ſolis ingredietur mediũ eorum. De Ieſu filio naue duo tãtum ponam teſtimonia. Peccauit Achaĩ, & totus populus offendit. Dixitq; dominus ad Ioſue: Non poterũt ſtare filij Iſrael in conſpectu inimicorum ſuorum, ſed dorſa uertent aduerſarijs ſuis, quia factum eſt anathema in eis. Et non addam ut ſim uobiſ
D cum, niſi contritum fuerit anathema de medio ueſtrum. Cũq; ſacrilegium quæreretur & ſors latentem inueniſſet reum: interficiuntur cum Achan filij eius, & filiæ, boues, aſini, pecora: tabernaculum, & quæcunq; habere potuit, igne deleta ſunt. Eſto ipſe peccauerit: quid commiſere filij? quid boues? quid aſini? quid pecora? Fac ergo calumniã quare unus peccauerit: & pars populi trucidata ſit? Cur & ipſe lapidatur, & omnia quæ habere potuerit, ultrix flamma cõſumpſerit? Dicamus & aliud: Non erat (inquit) ciuitas quam non tradidit dominus filijs Iſrael: abſq; Eueo qui habitabat in Gabaon: omnes pugnãdo cœperunt: quia a dño factum erat ut indurarent cor eorum & pugnarent contra Iſrael, ut interficerentur: & non fieret in eis miſericordia, & perirent, ſicut præcepit dominus Moyſi. Si dñi factum eſt uoluntate: ut pacem non reciperẽt, nec ſuſciperent iſrael: dicamus iuxta Apoſtolum. Quid ergo quæritur? Voluntati eĩ eius quis poteſt reſiſtere? De Samuel & Malachim. Ionathan fauum mellis guſtauit in ſceptro: & illuminatis oculis periclitatur, quod neſciens fecerit: Hoc enim ſcriptura teſtatur: quod ignorauerit a patre eſſe præceptum ne quiſq; guſtaret donec uictoria domini compleretur. Intãtum aũt iratus eſt dominus, ut ſors inueniret occultũ: & ipſe fateretur dicens: Guſtaui in ſummitate ſceptri: qđ eſt in manu mea parum mellis: & ecce ego morior. Et poſtea interceſſione & præcibus populi liberatus eſt, dicẽtis ad Saul: Num Ionathan morietur, qui fecit ſalutẽ hãc magnam in Iſrael? Abſit. Viuit dominus: ſi ceciderit de capillis capitis eius in terram, quia cũ domino fecit diem hanc: & liberauit dominus Ionathan, & non eſt mortuus. Samuel iraſcitur Sauli & non uult ire cũ rege. Poſtea præcibus uincitur, ut oſtendat humani animi in diuerſum mutationem. Pergit Bethlehem, ſingulos filiorum Ieſſe putat ipſos eſſe quos dominus requirebat. Cũq; uidiſſet Eliab ait: Ecce in conſpectu domini Chriſtus eius. Et ait dominus ad eum: Ne reſpicias ad uultũ eius, & ad ſtaturam corporis illius, quoniã abieci eum. Aliter eĩ uidet homo, aliter deus. Homo eĩ uidet in facie, deus in corde. Atq; in hũc modũ ꝑ oẽs errat per oẽs corrigit, ut pateat hũanæ mẽtis infirmitas. Mephinoſeth Saul filius interficit dolo a Rechab & Baana filijs Remmõ Berothite. Cũq; nũciaſſent Dauid & caput aduerſarij demõſtrarent, occiſi ſunt a Dauid dicẽte: Viri impij occiderunt uirum iuſtum in domo ſua & in lectulo ſuo. Certe Mephinoſeth iuſtus nõ erat:

& tamẽ

A & tamen in eo iustus appellatur, quod absq; noxa interfectus est. Oza leuites, cum arca dñi trāsferretur Hierusalē: & lasciuientes boues, plaustrū in partē alterā declinassent: misit manum ut sustentaret inclinatā arcā. Statimq; sequitur. Iratus est furor dñi in Ozam, & percussit eū deus ibi pro ignorantia, & mortuus est iuxta arcam dei. Contristatusq; Dauid, quod percusserat dominus Ozam: timuit dñm in illa die, & ait: Quomodo ingredietur ad me arca domini. Dauid iustus & propheta & unctus in regem, quem elegit dñs secundū cor suum, ut faceret cunctas uolūtates eius: ut uidet ignorantiam, dñi furore punitam, terretur atq; tristatur: nec quærit causam a domino, quare percusserit ignorantē, sed similem sententiā pertremiscit. Præcepit Dauid principi exercitus Ioab: ut numeret populum, statimq; scriptura commemorat: Et percussit cor suum Dauid, & dixit ad dominū, peccaui uehemēter, quia hoc feci. Cum iuberet ut fieret, utiq; quid diceret ignorabat: & tamen se ipse reprehendit: & pro hac culpa septuaginta milia hominū angeli gladio trucidantur. Solomon cōpletis templi cerimonijs, utrasq; palmas tetendit ad dñm, & ait: Cum peccauerit tibi populus, non est em̄ homo qui nō peccet. Ahia propheta Silonites nesciebat ad se uenire uxorem Hieroboam: dixitq; dominus: Ecce uxor Hieroboam ingredietʼ: ut quærat uerba a te pro filio suo q ægrotat, iuxta hoc & iuxta hoc loqueris ad eam. Heliseus sedebat in mōte: uenit ad eū mulier, cuius filius mortuus erat, & amplexata pedes eius uociferatʼ. Repellente autē eam Giezi, dixit ad eū uir dei: Dimitte eā, quoniā anima eius in amaritudine est: & dominus celauit a me, ut non annunciaret mihi. In libro dierū legimus: fuerūt filij Sobal patris Cariathiarim qui prophetabat ex dimidio. Et iterū: Filij autē Salma patris Bethlehē & Netophathi corona dom⁹ Ioab, & qui ꝓphetabat ex dimidio Zarai, & cætera. Similiter utiq; sancti erant qui prophetabant: & tamen perfectam non meruerunt accipere prophetiam: Nequaq̄ de futuro secundum tropologiam: sed impresentiarum iuxta historiam prophetantes. Habacuk propheta, canticum suum hoc inscribit titulo. Oratio Habacuk prophetæ pro ignoratiōibus. Locutus enim fuerat audacter ad dominum, & dixerat: Vsq; quo dñe clamabo, & nō audies? Vociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & B laborem: uidere prædam & iniusticiam? Contra me factum est iudiciū, & contradictio potentior: propter hæc lacerata est lex: & non peruenit usq; ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Pro quo se ipse reprehēdens, quod per ignorantiam sit locutus: scribit canticum pœnitentiæ. Si peccatum non erat ignorantia: sup fluo scribit librū pœnitudinis: & inaniter uoluit id lugere, quod peccatū non habet. In Eçechiel extrema parte: ubi per ædificiū tēpli in monte siti, ecclesiæ multa post sæcula futuræ sacramenta narrantur: primo & septimo die mensis primi, offeruntur uictimæ pro peccatis omnium: in quo per errorem, aut ignorantiam peccauerunt. Septem quoq; diebus pascæ, hircus semper pro peccato mactatur. Septimi mensis quintadecima die: idem pro peccatis sacrificiorum ordo celebratur. Et post alia plurima, quæ non est istius temporis replicare, scriptum est: Erat autem ibi locus ad occidētem, dixitq; ad me: iste est locus ubi coquere debent sacerdotes hostiam pro peccato & pro ignorātia. Hieremias loquitur ad deum: Scio domine, quod nō est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Ideoq; prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? In Prouerbijs legimus: Est uia quæ uidetʼ recta esse apud homines, & nouissima eius ueniunt in profundum inferni. Ecce & hic manifeste ignorātia condemnatur, cū aliud putat homo, & sub specie ueritatis ad inferna delabitur. Multæ (inquit) cogitationes in corde hominis: sed nō tamen illius uoluntas, quæ incerta & fluctuans atq; mutabilis est, sed dei cōsilium obtinet. Quis (inquit) gloriabitur castum se habere cor? Et quis confidet mundū se esse a peccato? Dulcis est enim homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo. A domino gressus hominis diriguntur: mortalis autem quomodo scire poterit uias suas? Omnis uir uidetur sibi iustus, sed corrigit corda omnium deus. Filius malus iustum se facit, & non leuat exitum suum. Filius malus excelsos habet oculos, & palpebris suis eleuatur. Est enim iustus qui perit in iusticia sua. Vnde dicitur ad eum: Ne sis iustus multum, nec quasi per sapientiam quæras superflua: ne forte obstupescas. Quæcunq; enim laborauerit homo ut requirat, nō inueniet. Si dixerit sapiens se intelligere, reperire non poterit. Cor em̄ filiorū hominū repletum est malicia.

C MVlta quidē de ſcripturis ſanctis memoriter copioſeq; dixiſti:& quaſi q̄buſdā nubibus, darū uiſus es ueritatis lumen operire,ſed quid ad rem? His em̄ cunctis teſtimonijs, uideris hominū accuſare naturam: ac per hoc inuidiam referre in deū, ſi tales homines condidit: ut obliuione & ignorantiæ peccato,carere non poſſint. Ex quo perſpicuū eſt, hominē poſſe ſi uoluerit nō peccare.Id em̄ fecit,quod uitare non potuit. Vbi autem aufertur poſſibilitas,aufertur & uitium.Nemo em̄ in eo condemnatur,quod facere non potuit.ATTI.Sæpe dixi te non intelligere conatus meos,nec conſyderare quid argumenteris: ſed quid deus iuſſerit. Pro obliuione, errore & ignorantia, quaſi pro peccato offeruntur ſacrificia:ſiue hoc male iuxta te,ſiue bene iuxta me:deus præcepit:meum eſt obſeruare quod iuſſit:tuum dei iuſſa reprehendere. CRITO. Quoniā uim facis perſpicuæ ueritati, & me trahis ad blaſphemiam:concedam tibi hoc in ueteri lege præceptum,de qua ſcriptum eſt: Vetera tranſierunt:ecce facta ſunt omnia noua.Nunquid & de euāgelio poteris hoc approbare, ut puniat quiſpiam pro eo quod neſciat:& ante pœnas luat,q̄ reus ſit ignorantiæ? ATTI.Dum ignoramus, Manichæus nobis conſurgit repente,qui legem dicit abolitam:& ſolos noui teſtamenti legēdos libros. CRITO.Quid em̄ a me audiuiſti,ut hoc autumes? Et lex em̄ patribus data, pro tempore iuſta & ſancta:& ueniente euangelij perfectione,uiliora ceſſarūt.ATTI.Ergo nequaq̄ obſeruandum eſt,quod lege præcipitur? CRITO.Quædam obſeruāda,quædā prætermittenda ſunt.ATTI.Quoniā te uideo eſſe doctiſſimū:dic mihi quæ de ueteri teſtamēto obſeruare debeam:& quæ relinquere.CRITO.Mandata obſeruare debemus: quæ ad uitam & mores pertinent corrigendos:de quibus dictum eſt:Mandatum dñi lucidum, illuminās oculos. Quæ autem ad cerimonias legis,& ritus ſacrificiorum pertinent,relinquēda ſunt.ATTI.Ignoſce mihi:cum legis & omnium ſcripturarum ſcientiam iactites, non animaduertis quid uelim dicere.
D CRITO.Hoc intelligo quod loqueris,& non quod taces.ATTI.Tacere uideor,qui tantis exemplis docere te uolui:peccare hominem per ignorantiā:& pro peccato ut in lege hoſtias, ita & in euangelio offerendam pœnitudinem? CRITO. Da teſtimonium noui inſtrumenti, ubi error & ignorantia & impoſſibilitas mandati teneatur in crimine.ATTI.Non neceſſe eſt multa proferre. Vnū proferā,cui certe contradicere nō poteris. Vas electionis perſpicue loquitur:Cōſentio enim legi dei iuxta interiorem hominē. Video autē aliam legem in membris meis,repugnantē legi mentis meæ: & captiuantē me in lege peccati,quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei,per Ieſum Chriſtū dñm noſtrū. CRITO. Protuliſti teſtimoniū, qd̄ pro me facit. Liberati ergo de corpore huius mortis p gratiā dñi noſtri Ieſu Chriſti,nequaq̄ ultra peccare debem9. ATTI.Liberati quidē ſumus baptiſmo ſaluatoris.Sed id mihi ædiſſere,quare dixerit: Video aliā legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ:& captiuantem me in lege peccati,quæ in membris meis eſt. Quæ eſt iſta lex regnans in membris hominis,& repugnans legi mentis eius? Reſponde ſimpliciter. Taces? Audi eūdem apoſtolū apertiſſime prædicantē:Quod em̄ operor,non cognoſco. Nō em̄ quod uolo operor,ſed quod odi,illud facio. Sin autem quod nolo hoc facio,conſentio legi quoniam bona eſt. Nunc autem nequaq̄ ego operor illud:ſed quod in me habitat peccatū.Scio enim, quod non habitat in me,hoc eſt in carne mea,bonum. Velle enim adiacet mihi,operari autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc ago,ſed quod nolo malum, hoc facio. Si autem quod nolo,hoc ego facio:nequaq̄ ego operor illud:ſed quod habitat in me peccatum.CRITO.Miror te hominē prudentem ſic intelligere Apoſtolū, ut eum ex perſona ſua, & non ex aliorum hæc dicere ſentias:Qui enim conſcientia in ſe loquentis Chriſti libere proclamat:an experimentum quæritis eius,qui in me loquitur Chriſtus:Et in alio loco: Curſum conſūmaui,fidē ſeruaui,de cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ:iſte hoc de ſe dicere poterat,operari bonū nō inuenio: & nō quod uolo bonū,hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago? Quid illud erat boni,quod uolebat facere,& non poterat? Et quid illud erat mali,quod nolebat, & tamen uitare non poterat? Ergo nō ex ſua perſona hoc dicit,ſed ex perſona generis humani, quæ

uitijs

A uitijs ſubiacet ob carnis fragilitatem. ATTI. Parum mihi tollis, ut totum tribuas. Ego em̃ unũ hominem, licet apoſtolum, intelligo ſubiacere peccato: tu totum humanũ genus aſſeris. Quod ſi uerum eſt in genere, tenemus & ſpeciem. Nam & Apoſtolus homo eſt: & ſi homo eſt, uel de alijs, uel de ſe quaſi homo loquit̃: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et, quoniam non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Corruptibile enim corpus aggra/uat animam, & deprimit terrena habitatio ſenſum multa curantem. CRITO. Sic loqueris, quaſi ego hoc ex perſona generis humani accipiam, & non ex perſona peccatorum. ATTI. Et quis tibi hoc concedet, ut ex perſona peccatoris hoc loquatur Apoſtolus? Si em̃ ex perſona pec/catoris hoc accipis: debebat dicere, miſer ego peccator, & non miſer ego homo. Homo quippe naturæ eſt, peccator uoluntatis. Niſi forte & illud quod ſcriptum eſt: Vanitas uanitatum & om/nia uanitas: ad peccatores refertur, & non ad omnes homines. Et iterum: Verũtamen & in ima/gine perambulat homo: ac deinde: Homo uanitati aſſimilatus eſt, dies eius uelut umbra per/tranſeunt. Si hoc Pauli teſtimonio non moueris, audi aliud eiuſdem, cui contradicere non po/tes. Nihil mihi conſcius ſum: & cætera. Mire, nec meipſum iudico, nihil mihi conſcius ſum, nec tamen in hoc iuſtificatus ſum. Qui hoc dicebat, nullius utiq; peccati ſibi conſcius erat. Sed quia legerat, delicta quis intelligit? Et, ſunt uiæ quæ uident̃ uiro iuſtæ, nouiſſima aũt eaꝝ reſpiciunt in ꝓfundũ inferni: Et iterum: Omnis uir uidetur ſibi iuſtus: deus autẽ corda hominum dirigit: idcirco temperabat ſententiam, ne forte per ignorantiam deliquiſſet: maxime cum ſcriptura te ſtetur: Eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua. Et alibi: Iuſte quod iuſtum eſt ſectaberis, ne opinione ueritatis a iuſtitia declinemus, recordantes Saulis & Achan. CRITO. Ne contendere uidear, & in diuerſum abſq; menſura funem trahere, ſaltẽ hoc mihi concede: iuſtos in ſcripturis plurimos

B appellari. ATTI. Non ſolũ plurimos, ſed innumerabiles. CRITO. Si innumerabiles iuſti ſunt, & hoc negari non poſſit, quid mali locutus ſum poſſe eſſe hominẽ ſine peccato ſi uelit? Hoc eſt alijs uerbis dicere, poſſe iuſtum ſine peccato eſſe, in eo quod iuſtus eſt? ATTI. Iuſtos eſſe conce do: ſine omni aũt peccato omnino, nõ aſſentior? Etem̃ abſq; uitio quod Græce dicitur κακία, ho/minẽ poſſe eẽ aio: ἁμαμάρτητον, id eſt ſine peccato eſſe, nego: id em̃ ſoli deo cõpetit, oiſq; creatura peccato ſubiacet: & indiget miſericordia dei, dicẽte ſcriptura: Miſericordia dñi plena eſt terra. Et ne quaſi maculas quaſdã in ſanctis uiris uidear ꝓſcrutari: in quibus errore ſunt lapſi, pauca pro ferã: quæ non ad ſingulos, ſed ad omnes in cõmune pertineant. In trigeſimo primo pſalmo ſcri/ptum eſt: Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſticiam meam dño, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei. Statimq; ſequitur: Pro hac, hoc eſt, impietate, ſiue iniquitate (utrũq; em̃ intelligi po/teſt) orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Si ſanctus eſt, quomodo orat pro iniqui tate? Si iniquitatem habet, qua ratione ſanctus appellatur? Iuxta illum uidelicet modũ, qui & in alio loco ſcribit̃: Septies cadit iuſtus, & reſurget. Et iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermo/nis. Et alias. Alienati ſũt peccatores a uulua, errauerũt ab utero, locuti ſũt falſa. Vel ſtatim ut na/ti ſunt ſubiacuere peccato in ſimilitudinẽ præuaricatiõis Adæ, qui eſt forma futuri: Vel certe ſta tim, ut de utero uirginali natus eſt Chriſtus, de quo ſcriptum eſt: Oms̃ qui aperit uuluam, ſan/ctus domino uocabitur: omnes hæretici errauerunt, non intelligentes myſterium natiuitatis eius: magiſq; ad ſpecialem natiuitatem ſaluatoris, q̃ ad omnium hominum referri poteſt hoc quod dicitur: Qui aperit uuluam, ſanctus uocabitur domino. Solus enim Chriſtus, clauſas por/tas uuluæ uirginalis aperuit: quæ tamen clauſæ iugiter permanſerunt. Hæc eſt porta orientalis clauſa, per quã ſolus pontifex ingreditur & egreditur, & nihilominus ſemꝑ clauſa eſt. Illud quo/q̃ quod in uolumine Iob ſcriptum eſt: Nunquid mundus erit homo coram deo, aut in operi/bus ſuis irreprehenſibilis uir? Si aduerſus famulos ſuos non credit: & contra angelos prauum quid repperit: quanto magis in his qui habitant domos luteas, e quibus & nos de eodem luto ſumus? Quod ſi aſſerueris hoc dici ex perſona Eliphas themanitæ: intellige nõ ab eo dici, ſed ab illo qui ſub perſona angeli in uiſione & reuelatione loquitur ei ſententias dei. Sed eſto ut loqua tur Eliphas, quod perſpicue angelus loquitur: nunquid non hoc ex perſona Iob proprie dicit̃: Tentatio eſt uita hominis ſuper terrã? Et, ſi ego peccaui, quid poſſum facere? Et, quare oblitus es: nec feciſti iniquitatis meæ obliuionem, & emendationem peccati mei? Quomodo em̃ poteſt

C esse iustus homo super terram apud deum? Et iterum: Si fuero iustus, nō audiet me, sed iudicio eius indigebo. Et rursum. Quia sum impius, cur frustra laboro? Si lotus fuero nitro, & mundis manibus, satis me sorde tinxisti. Si peccauero, custodies me. Ab iniquitate autem me non facies innocentem. Et si impie egero: uæ mihi. Et si fuero iustus, non potero respirare. Plenus em̄ ego sum ignominiæ. Et iterum: Quis em̄ erit mundus a sorde? Ne unus quidē, etiā si unius diei fuerit uita eius super terram, & numerabiles menses illius. Quod si dixeris pronomen quis, non pro impossibili, sed interdum pro difficili accipi: respōdebo tibi: Et ubi est illud quod temere protulisti? Facilia dei esse mandata: & ea facile posse cōpleri, dicente scriptura: Vir in dolore laborat sibi, & uim facit perditioni suæ: ut oppressa & subiugata & moriente carne, uiuat in eo spiritus: ridiculāq; illam expositionē Demosthenis uestri, non dixisse Iob: Quis erit mundus a peccato: sed quis erit mundus a sorde, prætereo: qua ꝓbare conatur, sordes pannorum significari in infantia, non uitia peccatorum. Aut certe si non sic intelligit, dicite uos quid sentiat. Tam enim inuolutus dictor est, & nimio uerborū squalore coopertus, ut suspitionem magis q̄ intelligentiam lectori præbeat. Ad extremū infert: Ego autem ad hoc quid respōdebo? Manū meā ponā super os meum, semel locutus sum: in secūdo non addam. Ecce Iob noster immaculatus: & sine querela, & abstinens se ab omni malo: quali fine iusticiæ coronat? ut misericordia dei indigeat? Hoc est illud quod in Prouerbijs legimus: Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis cōfidit se mundū esse a peccato? Fac quod & hic, qs, nō pro impossibili, sed pro difficili dixerit. Tolle ergo sententiam, & rade de libro tuo facilia dei esse mandata. Quod si illud Iohannis apostoli opposueris, mādata eius nō sunt grauia: & de euāgelio: Iugū meū suaue est, & onus meū leue: facile reuinceris: leuia em̄ certū est dixisse euāgelij mandata ad comparationē superstitionis Iudaicæ, in qua uaria cerimoniarum genera quærebātur: quæ iuxta litteram & apostoli Petri sententiam nullus potuit explere. Vnde & in Actibus apostolorum scribitur: Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus: sed per gratiam dñi Iesu saluari credimus, quēadmodū & illi. Iacobus apostolus scri-
D bit: Si iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Ille iudicat legem, qui dicit, aliquid non iuste præceptū, & ignorantiā non habere peccatum: & frustra offerri uictimas pro errore, quod peccati nō habet conscientiam. Neq; em̄ in lege ratio quæritur, sed authoritas. Idem in eadem dicit epistola: Ira uiri iusticiam dei nō operatur: & quis nostrum carere potest ira, de qua scriptū est: Ira perdit etiā sapientes? Significanterq; non iram dei, sed iram uiri posuit. Ira em̄ dei iusta est. Ira autem uiri de perturbata mente procedit. Vnde & in psalmo dicitur: Irascimini & nolite peccare: qui uersiculus quē sensum habeat, Apostolus docet: Sol non occidat super iracundiam uestram: ut peccatum omnino sit uel leuiter irasci. Iusticia autem, iram celeri pœnitudine mitigare. Vnde pro ocioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicij. Et in eodē euangelio legimus: Qui irascit fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Licet in plærisq; codicibus antiquis sine causa additum nō sit: ut scilicet ne cū causa quidē debeamus irasci. Quis hominū poterit dicere, quod ira quæ absq; iusticia est in sempiternum uitio careat? Et iterum: Ne glorieris in crastinum: nescis em̄ quid adueniens pariat dies. Vnde scriptum est: Ne beatum dixeris quēpiam ante mortem. Quādiu enim uiuimus, in certamine sumus: & q̄diu in certamine: nulla est certa uictoria: quæ etiam apostolo fortissime prælianti in futuro sæculo reseruat. Dominus atq; saluator sub persona assumpti hominis loquitur: Insipientissimus em̄ omnium hominum sum: & nō est hominis prudentia in me. Et in sexagesimo octauo psalmo: Deus tu scis insipientiam meā: sed fatuum dei sapiētius est hominibus. In Ecclesiaste quoq; scriptū est: In multitudine sapiētiæ multitudo scientiæ: & qui addit scientiam, addit dolorem, intelligens quod perfectione careat: & ex eo quod nouit, quanta nō nouerit. Et odio (inquit) habui uitam, quoniā malum est opus quod operor super terram. Omnia enim uanitas, & præsumptio spiritus. Nemo scit, quid futurum sit: quia sicuti est, quis annūciabit ei? Sūt iusti, ad quos peruenit quasi opus impiorū. Et sunt impij ad quos peruenit quasi opus iustorū. Hoc idcirco dicitur, quia certū iudiciū solius dei est: & quos putamus iustos, sæpe peccatores inueniuntur: & quos ecōtrario peccatores, apud dei sciētiā iusti sunt. Quantūcūq; laborauerit homo, ut inquirat, non reperiet. Et si dixerit sapiēs nosse

se, inue

A se,inuenire non poterit. Omniũ em̃ unus occurſus eſt,cordaq; filiorũ hominũ repleta ſunt malicia,& incerto ſtatu,quæ Græce περιφέρεια dicit̃.Muſcæ morituræ, ſiue(ut in Hebraico habetur) mortuæ,demoliuntur atq; corrumpunt ſuauitatẽ olei.Quis mortaliũ aliquo errore non capit̃? Quẽ hæreticorũ & falſorũ dogmatũ uenena non maculant? Tempus(inquit)eſt, ut incipiat iudicium a domo dei.Si autem primum a nobis,quis finis eorũ qui nõ credunt euãgelio? Et ſi iuſtus uix ſaluabit̃, impius & peccator ubi parebũt? Certe iuſtus eſt,qui in die iudicij uix ſaluat̃. Saluaret̃ autẽ facile,ſi nihil in ſe haberet maculæ.Ergo iuſtus eſt in eo,qđ floret multis uirtutibus:& uix ſaluatur in eo,quod in quibuſdã dei indiget miſericordia.Quatuor ſunt perturbationes,quibus genus uexatur humanũ:duæ præſentis,& duæ futuri : duæ bonorum,& duæ malorum.Egritudo quæ Græce dicitur λύπη,& gaudiũ quod illi χάραν,uel ἡδονήν uocant:q̃ꝫ q̃ꝫ ἡδονὴ uoluptas a plæriſq; dicatur,alterum mali,alterum boni:excedimuſq; menſurã ſi gaudeamus ſuper his quæ nõ debemus,diuitijs,potentia,honoribus,inimicorũ infelicitate uel mortibus:aut contrario præſentiũ malorũ dolore cruciamur,aduerſis,exilijs,paupertate,languore,& mortibus ꝓpinquorũ,quod apoſtolus fieri ꝓhibet: & rurſum ſi cupiamus ea quæ arbitramur bona,hæreditates, honores, ꝓſperitates omniũ rerũ,& corporũ ſanitatẽ: & cætera quorũ p̃ſentia gaudio fruimur:& metuamus illa,quæ putamus aduerſa:qbus ad perfectũ carere iuxta Stoicos,Zenonẽ uidelicet & Chryſippũ poſſibile eſt:Iuxta peripateticos aũt & difficile & impoſſibile eſt:cui ſentẽtiæ ois ſcripturæ ſanctæ cõſentit authoritas. Vnde & Ioſephꝰ Machabæorũ ſcriptor hiſtoriæ,frangi & regi poſſe dixit ꝓturbatiões animi,nõ eradicari:& quinq; Tuſculanarũ quæſtionũ Ciceronis libri his diſputationibus referti ſunt.Pugnat em̃ iuxta Apoſtolum aduerſum nos fragilitas corporis,& ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Manifeſta ſunt dicente eodẽ opera carnis & opera ſpiritus, & hæc ſibĩ inuicẽ aduerſant̃:ut non quæ uolumus illa faciamus.Si non quod uolumus facimus, ſed quod nolumus illud operamur:quomodo dicitis poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi uelit? Ecce Apoſtolus:omneſq; credentes quod uolunt implere non poſſunt. ChariB tas operit multitudinẽ peccatorũ,nõ tam præteritorũ q̃ꝫ præſentiũ,ne ultra dei in nos manente charitate peccemus.Quãobrẽ de muliere peccatrice dicit̃:Dimittunt̃ ei peccata multa,qm̃ dilexit plurimũ.Ex quo intelligimus nõ noſtræ ſolũ eſſe poteſtatis facere qđ uelimus,ſed & dei dæmẽtiæ, ſi noſtrã adiuuet uoluntatẽ. Deus lux appellatur & tenebræ in eo non ſunt ullæ.Quando dicit nullas tenebras in dei lumine reperiri:oſtendit omnia aliorũ lumina aliqua ſorde maculari.Deniq; & apoſtoli appellãtur lux mũdi.Sed nõ eſt ſcriptũ,qđ in apoſtolorũ luce nullæ ſint tenebræ.Et de Iohãne ſcribit̃:Hic uenit in teſtimoniũ ut teſtimoniũ ꝓhiberet de lumine:ut oẽs crederent per illum.Non erat ille lux,ſed ut teſtimoniũ ꝓhiberet de lumine. Erat lux uera, quæ illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Vnde & de eo ſcriptum eſt:Qui ſolus habet immortalitatẽ,& lucẽ habitat inacceſſibilem.Et certe legimus immortales angelos, immortales thronos & dñationes,cæteraſq; uirtutes. Sed ſolus deꝰ eſt immortalis,quia nõ eſt per gratiã,ut cætera,ſed ꝓ naturã. Quã ob cauſam idẽ Apoſtolus,ſcribit deũ ſolum eſſe ſapientẽ:cũ & Solomon,& multi alij ſancti ſapientes uocent̃: & dicatur iuxta Hebraicũ ad principẽ Tyri:Sapientior Daniele es tu? Quomodo ergo ſolus lux,ſolus immortalis,& ſolus ſapiẽs appellat̃,cũ multi immortales & luces & ſapientes ſint? Sic ꝓfectio hominis nõ ex natura,ſed ex gratia ueniens, imperfectos eos qui perfecti uident̃ eſſe demonſtrat.Quod autẽ ſcriptũ eſt: Et ſanguis Ieſu filij eius mũdat nos ab omni peccato,tã in cõfeſſione baptiſmatis,q̃ꝫ in dæmẽtia pœnitudinis accipiendum eſt. Sed aliud eſt mundari a deo,aliud ꝓ ſe eſſe ſine uitio.Si em̃ iuxta Iob,Luna nõ ſplẽdet & ſtellæ nõ ſunt mũdæ in conſpectu eius, quãtomagis homo putredo,& filius hois uermis? Om̃e em̃ os obſtruit̃, & obnoxius eſt ois mundus deo,quia ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro coram eo:nullaq; diſtantia eſt perſonarũ:Omnes em̃ peccauerunt & indigent gloria dei : iuſtificati gratis per gratiam ipſius.Sin autẽ ſcribit: Exiſtimamus fide iuſtificari hominẽ ſine operibus legis,ſiquidẽ unus eſt deus qui iuſtificat circũciſionẽ ex lege, & præputiũ ex fide: manifeſte oſtendit,non in hois merito,ſed in dei gratia eſſe iuſticiã, qui ſine legis operibꝰ credentiũ ſuſcipit fidẽ. Vnde ſequitur: Peccatũ ueſtri nõ dñabitur. Cur? quia nõ eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.Nõ enim uolentis,neq; currentis,ſed miſerentis eſt dei.Vnde & gentes quæ non

C sectabantur iusticiam,comprehenderunt iusticiam:iusticiã aũt ex fide.Israel autẽ sequens legẽ iusticiæ,in legẽ iusticiæ nõ puenit:quoniã nõ ex fide,sed ex operibus.Offenderũt em̃ in lapidẽ offensionis.Finis em̃ legis Christus ad iusticiam omni credenti.Cunctæ ꝓpe epistolæ apostoli hoc habent principiũ: Gratia uobis & pax a deo patre & Christo Iesu dño nostro:& simili fine clauduntur.Ad Corinthios quoq; scribitur:Vt nõ indigeatis ulla donatione,expectantes reuelationẽ dñi nostri Iesu Christi,q & cõfirmabit uos usq; in finem sine crimine in die dñi nostri Iesu Christi.Licet ergo nulla indigeamus donatiõe:tamen expectamus reuelationẽ domini nostri Iesu Christi:qui tunc nos in omnibus confirmabit,& ostendet sine crimine,cum dies domini nostri Iesu Christi,& mũdi finis aduenerit:ut nõ glorietᷓ omnis caro in cõspectu eius. Paulus plantauit,Apollo rigauit,sed dñs incrementũ dedit:ergo neq; qui plantat,neq; qui rigat est aliquid,sed qui incrementũ dat deus.Ipsius em̃ agricultura,ipsius ædificatio sumus.Iuxta gratiam dei, quasi sapiẽs architectus ponit fundamẽtũ.Nolite(inquit)uosmetipsos decipere.Si quis sapiens est in uobis in sæculo isto,fatuus fiat ut sit sapiens.Sapientia em̃ mundi,stulticia est apud deum.Dominus cognoscit cogitatiões hominũ,quia uanæ sunt.Et iterũ:In nullo em̃ mihi conscius sum,sed nec in hoc iustificatus sum: quia qui me iudicat, dñs est. Dicitur & uobis, qui sine peccato uos esse dicitis,quid habetis quod non accepistis? Si autem accepistis, quid gloriamini quasi non acceperitis? Iam saturati estis,iam diuites facti estis.Et ut sciamus nõ ex nobis, sed ex dei cũcta pendere iudicio: Veniam(inquit)citius ad uos,si dominus uoluerit. Qui em̃ dicit ueniam ad uos:ostendit se uelle,monstrat cupere,promittit aduentum.Sed ut cautius hæc loquatur,infert,si dominus uoluerit.Si quis enim putat se quid nosse,necdũ nouit sicut nosse oportet. Vas electionis humilitate deiectus,imo conscientia fragilitatis suæ loquitur: Ego sum minim⁹
D apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus,quoniã persecutus sum ecclesiã dei: Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia ipsius in me uacua non fuit, sed omnibus illis amplius laboraui.Non ego autem,sed gratia dei quæ mecum est.Dicit se plus omnibus apostolis laborasse:statimq; laborem suum ad dei refert auxilium.Nõ ego inquiens, sed gratia dei quæ mecum est:sicut & in alio loco loquitur:Fiduciam autem talem habemus per Iesum Christum ad deum:Non quia ex nobisipsis sufficientes simus reputare aliquid,quasi ex nostro:sed sufficientia nostra ex deo est:qui & nos dignos fecit ministros noui testamẽti:Nõ em̃ iustificat̃ homo ex operibus legis,nisi per fidem Iesu Christi. Vnde infert:Et nos in Iesum Christum credimus:ut iustificemur ex fide Christi,& non ex operibus legis,quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Si enim ex lege iusticia: ergo Christus sine causa mortuus est. In lege maledictio est.Scriptum est enim:Maledictus omnis,qui non permanet in omnibus,quæ scripta sunt in libro legis,ut faciat ea.Christus nos redemit de maledictione legis,factus pro nobis maledictio.Si enim data esset lex,quæ posset uiuificare,uera ex lege esset iusticia. Sed concludit scriptura oia sub peccato,ut repromissio per fidem Iesu Christi daretur credẽtibus.Lex ergo pædagogus noster fuit in Christo,ut ex fide iustificemur. Vnde addit,& uno uersiculo omnia cõ
ꝑhendit dicens:Euacuati estis a Christo:qui em̃ in lege iustificamini,a gratia excidistis.Hæc cũcta percurro: ut ostendam a nullo legem esse completã,& per legem mandata omnia,quæ continẽtur in lege.Deus est em̃ qui operatur in nobis,& uelle & perficere.Laborat apostolus:& iuxta iusticiam quæ in lege est,sine querimonia conuersatus:omnia pro Christo ducit quisquilias: ut inueniatur in Christo,non habens suam iusticiam quæ ex lege, sed quæ ex fide Christi est a deo. Vnde scribit ad Thessalonicenses:Fidelis autem est dominus,qui seruabit uos & custodiet a malo. Ergo non liberi arbitrij potestate,sed dei clæmentia conseruamur. Ac ne putes argumentationibus uanis, quæ mouent audientibus quæstiones, ueritatem posse fidei subuerti: idem Apostolus scribit ad Timotheũ:O Timothee depositũ custodi,deuitans prophanas uocum nouitates & contradictiones falsi nominis scientiæ,quã quidam promittentes,circa fidem errauerunt.Bonitas em̃ & misericordia saluatoris nostri,non ex operibus iusticiæ quæ fecimus, sed secundũ suã misericordiam saluos nos fecit, ut iustificati illius gratia,hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.Hæc breuiter quasi ex latissimo atq; pulcherrimo apostolicæ doctrinæ prato carpsimus,ut duræ frontis impudentia conteratur. Transeamus ad euangelia, & apostolicos

A licos igniculos,clariſſima Chriſti lampade compleamus:Omnis(ait)qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit iudicio. Qui autem dixerit raka: quod interpretatur uanus & abſq; cerebro,reus erit cõcilio:haud dubium quin ſanctorũ & angelici ſenatus.Qui autem dixerit fatue,reus erit gehennæ ignis.Quis noſtrũ poteſt huic uitio non ſubiacere:cum etiam pro ocioſo uerbo redditurí ſimus rationem in die iudicij? Si ira & ſermonis iniuria atq; interdum iocus,iudicio,cõcilioq; & gehennæ ignibus delegatur:quid merebitur turpium rerum appetitio:& auaricia,quæ radix eſt omnium malorum? Si(inquit)offers donum tuũ ad altare,& ibi fueris recordatus,quia frater tuus habet aliquid aduerſus te:dimitte ibi donum tuum ante altare,& uade primum reconciliare fratri tuo,& tũc ueniens offeres munus tuũ. Meæ eſt poteſtatis,ut non habeam aliquid cõtra fratrẽ meũ. Vt autem ille aduerſus me habeat,aut non habeat,in illius uoluntate conſiſtit. Quid ergo faciã,ſi ille recõciliari noluerit? Obſecrem? flectam genua? Sed audire cõtemnet.An obtorto collo nolentem in ius amicitiæ traham? Et quæ eſt maior inimicitia,q̃ amicitias neceſſitate ſociare? Neq; em̃ dixit:roga eum ut tibi concilietur,ſed reconciliare primum fratri tuo:& ſic offeres munus tuũ ad altare.Non quod impoſſibilia deus præceperit,ſed in tantũ patiẽtiæ culmen aſcendit,ut prope impoſſibilia pro difficultate nimia præcepiſſe uideatur, ad deſtruendã ſententiam tuam,qua ſcribis facilia eſſe dei mandata.Scandaliçantẽ manum,oculum & pedem iubemur abſcindere.Eſto per tropologiam dictum ſit,pro amiciſſimis,& pro conſanguineis, & fraterno nobis & cõiugali amore ſociatis:facile ne arbitramur ob quaſdã offenſas tantã ſubito abſcindere charitatem? Quodq; dicitur:Sit ſermo ueſter,eſt eſt,non non:quod autem amplius eſt, a malo eſt:forſitan de ueſtra ſchola reperiatur,qui nunq̃ mentitus ſit,nec audierit illud ꝓpheticum & apoſtolicum:Ego dixi in exceſſu mentis meæ,omis homo mendax:& neſciat ſcri-
B ptum in alio loco:Os quod mentitur,occidit animam.Verberanti maxillam,alteram iubemur opponere.Tollenti tunicam etiã pallium concedendum eſt.Angarianti ſe mille paſſibus: duobus milibus colla præbenda ſunt. Petenti te da, & uolentẽ a te accipere mutuum, ne auerſeris. Si duos nũmulos habuero,& alius popoſcerit,aut dabo ipſi,& mihi mendicandum erit:aut ſi non dedero,tranſgreſſor legis inueniar.Illud autem quod dicitur:Diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos,& orate pro perſequentibus & calumniantibus uos:forſitan in ueſtro cœtu inuenitur,apud nos rara auis eſt.Qui peccata ſimpliciter cõfitentur,merentur humilitate clæmentiam ſaluatoris.Quodq; ſequitur:Cauete, ne iuſticiã,hoc eſt eleemoſynam ueſtrã faciatis coram hominibus,ut uideamini ab eis:neſcio quis poſſit implere. Ad largiendum fruſtum panis & binos nũmulos præco conducitur:& extendẽtes manũ,huc illucq; circũſpicimus: quæ ſi nullus uiderit,contractior fit.Eſto unus de mille inueniatur, qui iſta non faciat. Reſpondeo quæſo,ubi ſunt facilia mandata? Nolite(inquit)ſolliciti eſſe de craſtino . Craſtinus em̃ dies ſollicitus erit pro ſe.Sufficit diei malicia ſua.Vos de craſtino non cogitatis,& inſtar auium præſentibus contenti eſtis, quorum epiſtolæ biblinæ uolitant trans flumina Aethiopiæ:ut inter ſimias & pauos, noua de Ophir Solomoni dona mittãtur. Vis audire facilitatem præceptorum dei? auſcultа quod dicit: Quã arcta uia & anguſta eſt, quæ ducit ad uitã,& pauci ſunt qui inueniunt eam. Non dixit,qui gradiunt per eam : hoc em̃ difficillimũ eſt,ſed qui inueniũt eã .Pauci enim inueniunt,& multo pauciores ingrediuntur per eam.Filius(inquit)hominis non habet ubi caput ſuũ reclinet:qui dicit in Eſaia:Suſcipite laſſum,& hæc eſt requies mea.Si nõ habet ubi caput ſuum reclinet,& quo requieſcat,dicens in alio loco:Super quẽ requieſcam niſi ſuper humilem,& quietũ,& trementem uerba mea:ubi eſt mandatorum facilitas? Multi hoc quod ſcriptũ eſt: Nõ ueni uocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam,ſimpliciter accipiunt: iuxta illum ſenſum:Non indigent ſani medico,ſed hi qui male habent.Alij uero interpretantur coactius.Non ueni uocare iuſtos, nullus enim ad perfectum iuſtus eſt,ſed ex aliqua parte peccator:ſed peccatores quibus mundus refertus eſt,dicente Dauid:Saluum me fac domine,quoniam defecit ſanctus,& corrupti ſunt,& abominabiles facti ſunt in adinuentionibus ſuis.Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt,non eſt qui faciat bonum: non eſt uſq; ad unum. Nolite(inquit)poſſidere,aurum,neq; argentum,neq; pecuniam in zonis ueſtris:non peram in uia, non panẽ, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; uirgam . Hæc(inquies)præcepta apoſtolica ſunt.Et certe

C Petrus apoſtolus caligas habuiſſe narratur,dicente ad eum angelo: Præcingere & calciare caligis tuis.Duas autem tunicas,ut de cæteris taceam,puto quod & ego & tu poſſideamus: ſi tamẽ amplius nõ habem⁹.Hæc dico:& iterũ iterũ q̃ ac p̃ ſingula ingerã:ut erubeſcas ad ſententiã tuã, facilia eſſe dei mandata.Fratrem tradet frater in mortem,& pater filium,conſurgentq̃ filij̃ contra parentes,& interficient eos:& eritis(inquit)odio cunctis hominibus propter nomen meum. Et quia facilia iuſſerat,& ſciebat facile ea poſſe compleri,propterea ut rei facilitatem oſtenderet, copulauit dicens: Qui perſeuerauerit uſq̃ in finem,hic ſaluus erit.Non ueni(inquit)pacẽ mittere ſuper terram,ſed gladium.Veni diuidere hominem contra patrem ſuum,& filiã contra matrem,& nurum contra ſocrum. Et ne omnia percurrendo longiorem ſentẽtiam faceret,uno cuncta ſermone comprehendit dicens:Inimici hominis,domeſtici eius.Cunq̃ poſuiſſet:Qui amat patrem,aut matrem ſupra me,non eſt me dignus:& qui amat filium,aut filiã ſupra me, non eſt me dignus: ob facilitatẽ præceptorũ intulit: Et qui non tollit crucem ſuã & ſequitur me,non eſt me dignus. Crux Chriſti facilis eſt: nudum poſt Chriſtum ire, ludus eſt, iocus eſt. Et ubi premia quæ difficultate ſuperata quæruntur? Non colliguntur çiçania in præſenti ſæculo,ne & frumentum pariter eradicetur.Palea dñica,futuro iudicio reſeruatur: quando iuſti fulgebũt quaſi ſol:& egredientur angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum.Petrus mergitur, & meretur audire:Modicæ fidei,quare dubitaſti? Si in illo modica fides,in quo magna ſit,neſcio. De corde(inquit)egrediunt̃ cogitatiões peſſimæ,homicidia,adulteria,fornicatiões,furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ.Hæc ſunt quæ coinquinant homines.Procedat qui in corde ſuo,hæc nõ eſſe teſtetur:& plenam in corpore iſto mortali iuſticiam confitebor.Qui uult,inquit,ſaluare animam ſuam,perdet eam:& qui perdiderit animam ſuam propter me,ſaluam faciet eam. Iterum dico: Hæc ſunt facilia mandata: Væ mundo a ſcandalis, neceſſe eſt em̃ ut ueniant ſcandala.Et propterea in alio loco ſcriptum eſt:In multis offendimus ſiue erramus omnes.Non pauca peccata, ſed multa:nec quorundã,ſed omnium poſuit:Omnes em̃ quæ ſua ſunt quærunt,& non ea quæ dei ſunt. Vnus bonus deus dicitur:& magiſtri quaſi hominis bonitas refutatur.In lege doctiſſi
D mus omnia feciſſe ſe dicit:quãobrem & amatur a domino: & tamen plenam iuſticiã nõ habet: quia noluit ſubſtantiam ſuam pauperibus erogare.Vnde difficultas difficultati, imo impoſſibile impoſſibili tunc cõparatur:quia nec camelus ingredi poteſt per foramen acus, nec diuites peruenire in regna cœlorum.Quis noſtrum nõ lauat exteriora calicis & paropſidis:& interiora habet nequaq̃ ſordibus inquinata? Quis ſepulchrorũ extrinſecus dealbatorum poteſt ſimilitudinem declinare: ne & nobis dicat Ieſus: De foris quidem uidemini hominibus iuſti: intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniquitate? Q̃uis & alij̃s uitij̃s carere poſſimus:hypocriſeos maculã habere non poſſe,aut paucorum eſt,aut nullorum. Pater(inquit)ſi poſſibile eſt, trãſeat calix iſte a me. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu.Filius dei qui dixit,& facta ſunt,mandauit & creata ſunt omnia:ſecundũ hoc quod filius hominis dicitur,ſententiam temperat:Pater ſi poſſibile eſt:uerũtamen nõ ſicut ego uolo,ſed ſicut tu: & Critobulus meus adducto ſupcilio loquit: Poteſt homo ſine peccato eſſe ſi uelit. Apoſtoli audiunt:Sic non potuiſtis una hora uigilare mecum? Non dixit, noluiſtis, ſed non potuiſtis. Apoſtoli una hora uigilare non poſſunt, ſomno,mœrore & carnis fragilitate ſuperati:& tu potes longo tempore omnia peccata ſuperare? Marcus euangeliſta ſcribit de domino:Et non poterat ibi ne unam quidem facere uirtutem, niſi paucis egrotantibus manus imponens ſanauit eos,& admirabatur propter incredulitatem eorum.Dñs dicitur non potuiſſe in Naçareth ne unam quidem facere uirtutem, & infidelitatis alienæ ſtupore retinetur:& uos poteſtis omne quod uultis? Deniq̃ in cõſequentibus ſcribitur. Abijt in fines Tyri & Sidonis, & ingreſſus domum neminem uolebat ſcire: & latere non potuit. Vere utiq̃ cupiebat latere:& qd cupiebat quare facere non poterat? ut in aduentu ſuo omnium conſcientiam declinaret? Quæris cauſas cur latere non potuerit? Cogita aſſumpti hominis ueritatem,& omni carebis ſcandalo.Si filius dei aliquid in carne & propter carnem non potuiſſe narratur:nos qui toti carnei ſumus,& quotidie ſpiritus operibus repugnamus: cõtra apoſtoli ſententiam quæ uolumus cuncta faciemus? Petrus apoſtolus tria uult facere in monte tabernacula: unum domino, alterum Moyſi, tertium Eliæ,neſciens quid loquitur timore perter

ritus:

A ritus:& nos Pythagoricæ philoſophiæ ructamus ſuperbiam? De die & hora conſummationis ultimæ,& angelos cœlorum & filium ignorare reſpondit:& nos plenam ſcientiam pollicemur? Carnis infirmitas deo habitatore gaudebat:& tamen menſuram fragilitatis ſuæ excedere non potuit:ut nō τῷ δοκεῖμ,iuxta ueteres hæreticos,ſed uere dei filius,hominis filius crederetur: apoſtolos parumper relinquēs,cecidit in terram pronus,& orabat dicens:Pater ſi poſſibile eſt.Cur quæſo ſententiam ambigenter exprimebat, qui in alio loco dixerat:quæ apud hoies impoſſibilia,apud deum poſſibilia ſunt? Sed homo paſſurus,hominis loquitur uerbis.Ille dicit: Si poſſibile eſt,una hora prætereat.Tu dicis poſſibile eſt omni tempore peccata uitare. In quibuſdam exemplaribus & maxime in Græcis codicibus: iuxta Marcum in fine eius euangelij ſcribitur: Poſtea cū accubuiſſent undecim, apparuit eis Ieſus: & exprobrauit incredulitatē & duriciā cordis eorū, quia his qui uiderant eum reſurgentem, nō crediderunt:& illi ſatiſfaciebant dicentes: Sæculum iſtud, iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt:quæ non ſinit per immūdos ſpiritus, ueram dei apprehendi uirtutem:idcirco iam nunc reuela iuſticiam tuam. Cui ſi contradicitis,illud certe renuere nō audebitis:Mundus in maligno poſitus eſt:& quod dominum ſuum Satanas tentare auſus ſit: & uictus atq; cōfuſus receſſerit,uſq; ad tēpus utiq; paſſiōis.Ille tētatur & ſucceſſor Iouiniani audet loq:eos q plena fide baptiſma cōſecuti ſunt,nō poſſe tentari:imo aliis uerbis,poſſe hominem baptiçatum,ſi uoluerit,nequaq; ultra peccare. Zacharias iuſtus audit ab angelo:Quia nō credidiſti uerbis meis,eris tacens & nō poteris loqui, uſq; in diē natiuitatis eius. Pater lunatici de apoſtolis loquitur:Rogaui diſcipulos tuos,ut eijcerēt eum, id eſt dæmonem,& non potuerunt.Et ipſi diſcipuli interrogant ſaluatorem:Quare non potuimus eijcere illum? Et audiunt, propter incredulitatem ueſtram.Cur quæſo? quia omnia poſſe,domino ſeruabatur. Intrauit cogitatio in apoſtolos, quis eorum maior eſſet:& emēdantur doctrina ſaluatoris:dum minimus maior agnoſcitur,& humilitas ſublimitate mutatur. Non recipitur ab urbe Samaritanorū,quia facies eius erat euntis Hieruſalē.Iacobus & Iohannes uere filij tonitrui,
B & zeli ardore feruentes, Phinees & Eliæ ignem de cœlo deducere cupiunt, & corripiunt' a dño. Qui utiq; nō corriperent',ſi abſq; errore talia uoluiſſent.Ibāt cū illo populi,hoc eſt cū dño, qui cōuerſus dixit:Si qs uenit ad me,& nō odit patrē ſuū,& matrē ſuā & uxorē,& filios,& fratres, & ſorores,inſup & animā ſuā,nō poteſt me⁹eſſe diſcipulus.Et q nō portat crucē ſuā,& ſequit' me, nō pōt me⁹eſſe diſcipulus.Et in hoc loco temerarius pclamabo.Pōt homo ſi uelit oīa peccata uitare.Facilia em̄ ſunt mādata ei⁹. Qui merent' audire a dño ſaluatore: Vos eſtis q iuſtos uos ee dicitis corā hoibus,deus aūt nouit corda ueſtra:quia quod apud hoies excelſum eſt,abominabile eſt corā deo. Impoſſibile eſt(inquit)ut ſcandala nō ueniant.Puto quod peccatū ſcādalū ſit, quod per ſcandalum uenit.Niſi fallor em̄ σκῶλομ & σκάνδαλομ apud Græcos ex offenſione & ruina nomen accepit.Propterea in multis offendimus omnes.Fac ut non corruerim: certe offendi: & non in uno,ſed in pluribus.Arbitror quod in aliquo offendiſſe peccatū ſit. Dixerunt domino apoſtoli:Auge nobis fidem.Qui reſpondit eis:Si habueritis fidem, quaſi granum ſinapis: quod utiq; minimum eſt omnium ſeminum:& Critobulus meus, fidei nobis mōtibus intumeſcit.Dicebat autem(inquit)& parabolam illis,quod ſemper oportet orare & nūq; deficere.Fruſtra ſemper oramus,ſi in noſtro arbitrio eſt facere quod uolumus. Dixerunt apoſtoli: Et quis poteſt ſaluus eſſe? Audiunt a domino:Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia apud deum ſunt.Ergo aliqua quæ apud homines impoſſibilia ſunt:certe ea eſſe poſſibilia ex eo oſtēditur, quod apud deum poſſibilia ſunt.Sit ergo & apud deum poſſibile:homini ſi uelit donare impeccantiam non ipſius merito,ſed ſua clæmentia,& apud homines nequaq; poſſibile liberi arbitrij poteſtate quod nutu donātis accipitur.Non ſuffecerat apoſtolis dudum ſuper dignitate quæſiſſe, quis eorum maior eſſet,ſed in ipſo neceſſitatis & paſſionis articulo ſcribit' de eis: Facta eſt cōtentio inter illos,quis illorū maior eſſet.Optimū reuera tēpus inſtante cruce de dignitate cōtendere. Simon(inquit) ſimō:ecce ſatanas expetiuit uos,ut cribraret ſicut triticū.Ego aūt rogaui pro te,ut nō deficeret fides tua.Et certa iuxta uos in apoſtoli erat poſitū poteſtate: ſi uoluiſſet ut non deficeret fides eius:qua utiq; deficiente,peccatum ſubingreditur.In quibuſdā exemplaribus tam Græcis q̄ latinis inuenitur,ſcribente Luca:Apparuit illi angelus de cœlo con

C fortans eum:haud dubium quin dominū ſaluatorem.Et factus in agonia prolixius orabat, fa/
ctuſq; eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Saluator in paſſione ab ange
lo confortatur: & Critobulus meus nō indiget auxilio dei,habens liberi arbitrij poteſtatē:& tā
uehemēter orabat, ut guttæ ſanguinis ꝓrumperent ex parte,quē totū erat in paſſione fuſurus.
Quid(inquit)dormitis? ſurgite & orate,ne intretis in tentationē.Debuit iuxta uos dicere:Quid
dormitis? ſurgite & reſiſtite,liberum enim habetis arbitrium,& ſemel uobis conceſſa a domino
poteſtate,nullius alterius indigetis auxilio.Si enim hoc feceritis,non intrabitis in tentationem.
Nō poſſum(ait)ego facere a memetipſo aliqd:ſed ſicut audio ita iudico.Arriani obiiciūt calum
niā:ſed reſpōdet eccleſia ex perſona hominis hæc dici q aſſumptus eſt. Tu econtra loqueris:Poſ
ſum ſine peccato eſſe,ſi uoluero.Ille nihil poteſt ex ſe facere,ut hominis indicet ueritatē. Tu po/
tes oīa peccata uitare,ut adhuc in corpore cōſtitutus ἀντίθεον eſſe te doceas.Negat fratribus &ꝓ
pinquis ire ſe ad ſcenopegiam.Et poſtea ſcriptum eſt: Vt autem aſcenderunt fratres eius,tunc &
ipſe aſcendit ad ſolennitatem,non manifeſte,ſed quaſi in abſcondito. Iturum ſe negauit,& fecit
quod prius negauerat. Latrat Porphyrius:inconſtantiæ ac mutationis accuſat, neſciens omnia
ſcandala ad carnē eſſe referēda.Moyſes(inqt)dedit uobis legē:& nemo ex uobis facit legē,utiq;
poſſibilē:& tñ qđ erat poſſibile,nemo impleuerat: neq; em̄ culpa imperātis eſt,ſed fragilitas au
diētis,ut oīs mūdus ſubditus fiat deo.In euāgelio ſecundū Iohānē in multis & Græcis & latinis
codicib9 inuenit̄ de adultera muliere,quæ accuſata eſt apud dñm.Accuſabāt aūt & uehemēter
urgebant ſcribæ & phariſæi,iuxta legem eam lapidare cupientes.At Ieſus indinans,digito ſcri/
bebat in terra:eorum uidelicet qui accuſabant,& omnium peccata mortalium,ſecundum quod
ſcriptum eſt in propheta: Relinquentes autem te, in terra ſcribentur. Tandem caput eleuans
dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum:primus mittat ſup eam lapidem.Hoc qđ dicit̄ ſine pec/
cato, Græce ſcriptum eſt ἀναμάρτητος. Qui ergo dicit,aliud eſſe ſine peccato, & aliud ἀναμάρτητον,
aut Græcum ſermonem nouo uerbo exprimat:aut ſi expreſſum eſt a latinis,ut interpretatiōis
D ueritas habet,perſpicuū eſt,ἀναμάρτητον nihil aliud eſſe,niſi ſine peccato.Et quia accuſatores om/
nes fugiunt(dederat em̄ uerecundiæ eorum dæmentiſſimus iudex ſpaciū recedēdi),rurſumq;
in terra ſcribens,terramq; deſpiciens:paulatim diſcedere,& oculos illius declinare cœperunt:ſo/
luſq; remanſit cū muliere:cui locutus eſt Ieſus: Vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te cōdemna/
uit? Quæ ait: Nullus domine.Reſpondit ei Ieſus:nec ego te cōdemnabo. Vade & ammodo nō
li peccare.Præcepit domin9,ne ulterius peccaret:ſicuti & alia ſimiliter in lege mandauit.Sed utrū
ea fecerit,nec ne,ſcriptura non dicit.Omnes(inquit)qui uenerunt ante me,fures fuerunt & latro
nes. Si oīes,nullus excipitur.Qui uenerūt(inquit)nō q miſſi ſunt:de quibus propheta ait: Ipi
ueniebāt a ſe,& ego non mittebam eos. Quo uerbo ſolius Chriſti potentia reſeruat̄,qui ad ſua
uenerat:& ſui eum nō receperunt. Dum eſſem(inquit)in mundo cum eis:ego ſeruabam eos in
nomine tuo:quos dediſti mihi,cuſtodiui:& nullus ex eis perijt,niſi unus filius perditiōis.Nō di
xit: dedi eis liberi arbitrij poteſtatem: ut ipſi ſe ſuo labore ſaluarent,ſed ego cuſtodiui eos, ego
ſeruaui.Deniq; infert:Non peto ut eos auferas de mūdo,ſed ut cuſtodias illos a malo.In Acti/
bus apoſtolorum ſcriptum eſt:inter Paulum & Barnabam propter Iohannem,qui cognomi/
natus eſt Marcus,ortam diſſenſionem,ita ut ſepararentur:& Barnabas,Marcum,& Paulus Sy/
leam aſſumeret in euangelij miniſteriū.Paulus ſæuerior,ille clæmētior,uterq; in ſuo ſenſu abū/
dat. Et tamen diſſenſio habet aliquid humanæ fragilitatis.In eodē uolumine legit̄. Tranſierūt
Phrygiam & Galatiam regionem prohibiti a ſpiritu ſancto loqui uerbum in Aſia:quo maledi
cto,in ipſa prouincia puto uſq; hodie hæreticos,qui contra ſpiritum ſanctum faciūt, plurimos
reperiri.Cūq; ueniſſent(ait)in Myſiam:tentabāt ire in Bithyniā,ſed non dimiſit eos ſpūs Ieſu.
Nota quod ſpiritus Ieſu, ſpiritus ſanctus ſit,qui in alio loco propter unitatem ſubſtantiæ,pa/
tris,ſpiritus appellatur. Voluerunt loqui in Aſia, & prohibentur a ſpiritu ſancto. Tentant ire
in Bithyniam,& non eos permittit ſpiritus Ieſu.Satis importune, ſi eis faciendi, uel non facien/
di ſemel dederat liberi arbitrij poteſtatem. Sequitur. Tempora inquit ignorantiæ reſpiciens
deus,nunc præcepit hominibus ubiq; pœnitentiam agere.Significāter p̄terita in lege tēpora:

tempora

A tempora ignorantiæ demonstrauit. Rursum ait: Veniam ad uos deo uolente. Cur interposuit uoluntatē dei, si habebat sui arbitrij potestatem? Iacobus apostolus: Si quis (ait) seruauerit totam legem, offenderit autem in uno, reus est omnium factus. Quis nostrum in nullo aliquādo peccauit? Si autem peccauit (quod negari non potest) & per unum peccatum, omniū est reus peccatorꝝ, nō suis uiribus, sed dei misericordia saluatur. Si quis in uerbo nō peccauit, hic perfectus est uir. Si aliquando in sermone peccasti, ubi est apud te præsumpta perfectio: maxime cum sequatur: Linguam autem hominum nullus potest domare, incontinens malū, plena ueneni mortiferi? Rogo te ut mihi respondeas: si lingua incōtinens est malum, & plena ueneni mortiferi, & nullus potest domare linguam mortalium, & tanti criminis reus es: ubi in perpetuum peccatorum fuga? Vnde bella, & unde rixæ inter uos? Nōne ex uoluptatibus, quæ militant in membris uestris? Aut membra non habetis humana: aut si homo non potest esse sine membris: confitemini uoluptatem atq; luxuriam in uestris artubus militare. Dauid qui dixerat confidenter: Proba me domine, & tenta me: ure renes meos, & cor meū, quia ante oculos meos misericordia tua est, & complacui in ueritate tua: Et iterum: Ego autem in innocentia mea ingressus sum, & pes meus stetit in directo, cū tā iudicij ueritatē dei misericordia mitigaret, tamen quia hoc ausus est dicere, relinquit parumper fragilitati suæ, & ut uos dicitis, arbitrij libertati: & per adulterium lapsus in homicidium: postea loquitur: Miserere mei deus secundum magnam misericordiā tuā. Et secundum multitudinē miserationum tuarum, dele iniquitatē meā. Nec hoc dico, quod uitum sanctum accusem, de quo scriptum est: quod fecerit omnes uolūtates dei: sed quod multis alijs bonis hæc uitia compensarit, & saluatus sit misericordia dei, cuius iudicium est in ponderibus: & ad quem Asaph loquitur: Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Neq; enim iniustus est dominus: ut tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit. Vnde & in alio loco idem Dauid canit: Ego dixi in abundantia
B mea, non mouebor in æternum: Domine in uolūtate tua præstitisti decori meo uirtutem. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Dixi em̄ pronunciabo contra me iniusticiā meam domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Iusto q̄ præcipitur: Reuela ad dominum uiam tuam & spera in eum, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam, & iudicium tuū tanq̄ meridiem. Salus enim iustorum a domino, quia nō est sanatio in carne eorum a facie iræ eius: Et quotidie iuxta Apostolū qui dixerat: Nō em̄ habitat in carne mea bonū, ingemiscūt dicentes: Renes mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Breues enim posuit dies nostros, & substātia nostra quasi nihilū in conspectu eius. Vniuersa uanitas omnis homo uiuens, uel uiuens in corpore, uel uiuens in uirtutibus: & tamen omnia uanitas. Incerto enim statu fluctuat: & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Cū enim esset in honore non intellexit: comparatus est iumentis insipiētibus: & similis factus est illis. Pro nihilo (inquit) saluos faciet eos: haud dubium quin iustos, qui non proprio merito, sed dei saluātur clæmentia. Et delicta mea a te nō sunt abscondita. Hoc ex persona Christi dicitur. Si ille qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, pro nobis doluit, & peccata nostra portauit: quāto magis nos debemus nostra uitia confiteri? Renuit (inquit) cōsolari anima mea: cōsyderans delicta quæ feceram. Recordatus sum dei & lætatus sum: cogitans me illius clæmentia conseruandum. Nocte cum corde meo meditabar, & scopebam spiritum meū. Et dixi nunc cœpi: hæc est mutatio dexteræ excelsi. Iusti uox est, qui post meditationē somnij & conscientiæ cruces, ad extremū ait: Nūc cœpi, uel pœnitētiā agere, uel sciētiæ lumē intrare: & hæc ipa de bonis ad meliora mutatio: nō mearū uiriū, sed dexteræ & potentiæ dei est. In æternū misericordia ædificabitur. Nullū em̄ tempus est, quo nō ædificetur misericordia in singulis quibusq; sanctorū: & his qui de peccatis transeunt ad uirtutes. A sagitta uolante per diem: a negocio perambulante in tenebris: quis nostrum poterit liberari? Ecce enim peccatores intenderūt arcū, ut sagittent in obscuro rectos cōrde. Nolunt prauos uulnerare, sed rectos corde. Sagitta per diem uolitat, per hæreticos in sanctarum intelligentia scripturarum. Negocium in tenebris & nocte perambulat, per philosophos, qui per obscuritatē sermonū inuoluere cupiūt ueritatē. Plantati in domo dñi, in atrijs dei nostri florebūt. Plantati in domo dñi, iusti sūt, in ecclesia cōfirmati. Sed hi nō in p̄sentiarꝝ, sed in

futuro

C futuro in atrijs dñi florebunt:ubi eſt certa & ſecura poſſeſſio.Miſericors & miſerator dñs,longanimis & multæ miſeratiõis.Suauis dñs omnibus,& miſericordia eius ſuper omnia opera illius. Tantas audis miſericordias,& in tua audes uirtute confidere? Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Si de cunctis operibus dei & hoies ſunt:ergo oẽs homines ſua peccata cõfiteantur. Legim⁹in Samuele dictũ de Solomone:Ipſe ædificabit domũ nomini meo,& firmabo regnũ eius uſq; in ſempiternũ.Ego ero ei in patrem,& ipſe erit mihi in filium.Et iterum:Si inique egerit,corripiam eũ in uirga hominũ,miſericordiam autem meã non auferã ab eo. Cũ egiſſet Dauid gratias deo, ad extremũ intulit:Et hæc eſt lex hominis.Domine deus,ſemper reſpice ad dæmentiã tuã, & infirmitatẽ carnis,diuino auxilio ſuſtenta.Quid mihi(inqt)& uobis filij Saruiæ? Maledicat Semei.Dominus præcepit ei ut maledicat Dauid:Et quis reſpondebit ei: quare hoc feciſti? Voluntas enim dei,non diſcutienda,ſed cũ gratiarũactione patienda eſt.Et in alio loco: Dominus mandauit,ut diſſiparet conſiliũ Achitophel bonũ,ut adduceret ſuper Abſalom malum:cuius certe conſilium erat, quaſi conſilium dei.Et qua ratiõe poteſtas liberi arbitrij, maiore poteſtate ſubuerſa eſt? Hieroboam qui peccare fecit Iſrael:arguitur quare reliquerit præceptũ dñi:dicitur q; ad eũ: Dedi tibi regnum domus Dauid,& nõ fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea,& ambulabat poſt me in toto corde ſuo,& fecit placitum in cõſpectu meo. Ergo & poſſibilia ſunt dei mãdata, quæ Dauid feciſſe cognoſcimus:& tamẽ laſſeſcere ſanctos ad perpetuitatem iuſticiæ.In multis regibus legimus de ſtirpe Dauid,quod non ſuo merito,ſed Dauid patris uirtutibus conſeruati ſint:qui fecerit placitum in conſpectu dei: Et uenitur ad Aza regem Iuda:de quo ſcriptum eſt:Fecit Aza rectum in cõſpectu domini ſicut Dauid pater eius. Cũ q; in multis laudibus eius immorata eſſet hiſtoria: ad extremum intulit,ſed excelſa non abſtulit. Attamen cor eius perfectum erat cum deo, omnibus diebus uitæ ſuæ. Ecce & iuſtus dicitur, quippe cuius cor perfectum erat cum deo:& tamen in hoc errauit quod excel-
D ſa non abſtulit: quæ Eçechiam & Ioſiam legimus abſtuliſſe. Elias,in cuius ſpiritu & uirtute uenit Iohãnes baptiſta,ad cuius imprecationẽ uenit ignis de cœlo:& Iordanis fluẽta diuiſa ſunt: timuit Ieçabel & fugit:laſſuſq; in ſolitudine ſedit ſub arbore: & preſſus anguſtia,mortem rogauit,dicens:Sufficit mihi domine,tolle animã meam,neq; enim melior ſum patribus meis.Hunc iuſtum negare quis poteſt? Et tamen non dicam mulierem, ſed hominem formidare,de animi perturbatione deſcendit, quæ uitio carere non poteſt,dicente Dauid:Dominus auxiliator meus,non timebo quid faciat mihi homo.De Ioſaphat rege Iuda ſcriptũ eſt:Et fuit dñs cũ Ioſaphat,qui ambulauit in uijs Dauid patris ſui prioribus. Ex quo intelligitur primas eũ Dauid habuiſſe iuſticias,& nouiſſima nõ habuiſſe peccata. Nõ ſperauit(ait)in Baalim,ſed in deo patris ſui,& ambulauit in præceptis illius:& non iuxta peccata Iſrael. Cõfirmauit q; dominus regnum in manu ei⁹:& dedit oĩs Iuda munera Ioſaphat,fact æq; ſunt ei infinitæ pecuniæ atq; diuitiæ & multa gloria.Cũ q; ſumpſiſſet cor eius audaciam propter uias domini,etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit.Hic Achab regi impijſſimo affinitate coniunctus eſt. Cũ q; poſt prœlium reuerteretur Hieruſalem, occurrit ei Hieu filius Anani uidens, & ait ad eum:Impio præbes auxilium:& his qui oderunt dominum amicitia iungeris:Et idcirco iram domini quidẽ merebaris, ſed bona opera inuenta ſunt in te,eo quod abſtuleris lucos de terra Iuda,& p̃paraueris cor tuũ, ut requireres dominũ.Ac ne putemus præteritas iuſticias hoc peccato & increpatione propheta fuiſſe deletas:poſtea de Ochozia ſtirpe eius ſcriptum eſt,quod inuenerit eum Hieu latẽtem in Samaria:adductum q; occiderit:Et ſepelierunt(inquit)eum:eo quod eſſet filius Ioſaphat,qui quæſierat dominũ in toto corde ſuo.De Eçechia ſcriptũ eſt:Fecit rectum in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.Iſte abſtulit excelſa & contriuit ſtatuas & incendit lucum,contriuit q; ſerpentem æneum,quem fecerat Moyſes.Et iterum in domino deo Iſrael confiſus eſt: & poſt ipſum non fuit ſimilis ei in cunctis regibus Iuda, qui fuerunt ante eum. Adhæſit domino,& non receſſit ab eo,& cuſtodiuit mandata eius,quæ præcepit dominus Moyſi: & erat dominus cum eo,& in omnibus in quibus incedebat,ſapienter agebat. Cum q; rex Aſſyriorum Sennacherib cepiſſet uniuerſas urbes Iudæ, miſit ad eum Eçechias in Lachis dicens: Peccaui,recede a me,quodcũ q; iuſſeris,dabo.Impoſuit q; rex Aſſyriorũ Eçechiæ trecẽta talenta

argenti

A argenti & triginta talenta auri:& dedit Eçechias omnem pecuniã,quæ inuenta eſt in domo dñi & in theſauris domus regis.In tẽpore illo cõcidit ualuas tẽpli dñi: & clypeos quos deaurauerat: & oñia dedit regi Aſſyriorũ. Cũq; de eo tãta dicant̃,nõ timuit neceſſitate cogente,quæ dño cõ ſecrarat regi offerre Aſſyrio:dicit̃q; ad eũ:Ego cuſtodiã ciuitatẽ hanc ꝓpter me & propter Da/uid ſeruũ meum: nõ propter te,quia ſuperiora feciſti:quãdo centũoctogintaquinq; milia exer/citus Aſſyriorũ,angelo cedente proſtrata ſunt.Illud quoq; diligẽtius attendendũ,quod ſcriptu ra cõmemorat:Egrotauit Eçechias uſq; ad mortem:uenitq; ad eũ Eſaias filius Amos, dicens: Præcipe domui tuæ,quia morieris tu.Qui cõuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit ad dñm dicens:Obſecro dñe,memento quomodo ambulauerim in conſpectu tuo,in ueritate & corde ꝑfecto,& bonũ in oculis tuis fecerim.Fleuitq; Eçechias fletu magno.Certe iuſtus erat Eçechias & corde perfecto. Iturus erat ad dñm,plorare nõ debuit.Quæris rationẽ fletuũ?Si cogitaueris hominẽ,non miraberis cauſas doloris.Nullus em̃ intrepidus uadit ad iudicium dñi,habens cõ/ſcientiam peccatorũ. Cũq; fleuiſſet,factus eſt ſermo dñi ad Eſaiam prophetam,dicens: Reuer/tere & dic Eçechiæ duci meo.Dux dei appellatur,cui mors fuerat nunciata,quia humilitate pro/ſtrat9eſt:Hæc(inqt)dicit dñs de9 Dauid patris tui:Audiui orationẽ tuã,& uidi lachrymas tuas. Additur ei tempus uitæ, & de Aſſyriorũ manibus liberatur: & tamẽ ſignum poſtulat:ut credat uerum eſſe,quod deus repromiſerat,quod ſaltem paruæ fidelitatis indiciũ eſt. Miſit quoq; rex Babylonis, nuncios & legatos qui ei congratularentur ob reſtitutam corporis ſanitatẽ:qui oſtẽ/dit eis omnes theſauros aromatum, auri quoq; & argenti, & uaſorum ſupellectilem . Non fuit (inquit)res quã nõ oſtenderet eis Eçechias in domo dñi & in oñi poteſtate ſua.Ex quo intelligi mus etiam uaſa templi Babylonñs monſtrata legatis.Vnde & ira dñi cõcitatur,& poſtea Eſaiæ uaticinatione cognoſcit:de filiñs tuis eunuchi erunt,& omnia uaſa tẽpli tranſferentur Babylonẽ. Ob quã cauſam etiam in libro dierum ſcriptum eſt: Cecidit Eçechias elatione cordis ſui. Certe Eçechiam iuſtum nemo niſi impius denegabit.Dicas,peccauit in quibuſdam, & idcirco iuſtus
B eſſe deſiit,ſed hoc ſcriptura non loquitur: Non em̃ ex eo quod parua peccauit, iuſticiæ nomen amiſit:ſed ex eo quod multa bona fecit,iuſti uocabulum poſſidet.Hoc totum dico,ut ſcriptura/rum ſanctarũ teſtimonñs cõprobetur:non ex eo peccatores eſſe iuſtos,quod aliquãdo peccaue rũt:ſed ex eo iuſtos permanere, quod multis uirtutibus floreant.De Ioſia ſcriptum eſt:Fecit re/ctum in conſpectu dñi,& ambulauit in uia Dauid patris ſui. Non receſſit, neq; ad dextrã, neq; ad ſiniſtram:& tamen cum eſſet iuſtus,tempore neceſſitatis & anguſtiæ mittit ad Oldam ꝓphe tiſſam uxorem Sellum filiñ Thecuæ,filiñ Aaras cuſtodis ueſtium. Et hæc(inquit) habitabat Hie/ruſalem in ſecunda:haud dubium quin urbis partem ſignificet:quæ interiori muro uallabatur. Et illa reſpondit: hæc dicit dñs deus Iſrael, ite & dicite uiro qui miſit uos ad me.In quo occulta & regis & ſacerdotum & omnium uirorum reprehenſio eſt,quod nullus uirorum ſanctus po/tuerit reperiri,qui poſſet futura prædicere.Deniq; interficitur Ioſias a Pharaone rege Aegypti, eo quod noluerit audire uerba domini, ex ore Hieremiæ prophetæ: ſiue ut in Paralipomenis ſcriptum eſt:Noluit Ioſias reuerti,ſed parauit cõtra eum bellum:nec acquieuit ſermonibus Ne/chao ex ore dei.Et infertur:Mortuuſq; eſt & ſepultus in mauſoleo patrum ſuorum: & uniuer/ſus Iſrael Iuda & Hieruſalẽ luxerunt eũ:præcipueq; Hieremias,cuius oẽs cantatores atq; canta trices uſq; in præſentem diẽ,lamẽtationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael. Ecce ſcriptũ fertur in lamẽtationibus. Puto quod ſermonibus dei per quemlibet non acquieuiſ/ſe peccatum ſit.De ipſo Hieremias loquitur(cẽꝫ cẽꝫ hoc plæriq; ſecundum Anagogen intelligant de domino ſaluatore) Spiritus faciei noſtræ, Chriſtus dominus captus eſt pro peccatis noſtris. Cui diximus: ſub umbra tua uiuemus in gentibus . Moyſes cui locutus eſt dominus facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima eius,ad aquas contradictionis offendit: nec meruit cum fratre Aaron terram repromiſſionis intrare. De quibus & pſalmiſta canit:Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum, audient uerba mea, quoniam potuerunt. Et eſt ſenſus. Iudices populi Iu/dæorum, Moyſes & Aaron, deuorati ſunt a peccato populi iuxta petram: de qua aqua/rum fluenta manarunt: & certe cum iſti iuſti fuerint, & obedierint ſermonibus dei: qui per ſe ſuauiſſimi ſunt. Deniq; ſequitur de cadaueribus in ſolitudine mortuorum: Quaſi craſſitu/

do terræ

C do terræ dirupti ſunt ſuper terram. Diſperſa ſunt oſſa noſtra ſecus infernum. In Oſee lo/
quitur deus: Deſponſabo te mihi in iuſticia & iudicio. Statimq; ſubiungit: Et miſericordia &
miſerationibus,& in fide:ut largitoris præmio recognoſcat,quod ipſe ſit dominus.In eodē ſcri/
ptum eſt libro:Deus ego ſum & non homo,in medio tui ſanctus: & nō ingrediar ciuitatem, ui/
tiorum ſcilicet conciliabulum.Ipſe ſolus hanc non ingreditur ciuitatem: quam ædificauit Cain
in nomine filij ſui Enoch:quæ omnia ſacerdotum quotidie ora concelebrant,ὁ μόνος ἀναμάρτητος
quod in lingua noſtra dicitur,qui ſolus eſt ſine peccato. Quæ laus iuxta ſententiam tuā fruſtra
deo reputatur,ſi eſt cōmunis cum cæteris.Nos enim iuxta Amos conuertimus iuſticiam in ab/
ſinthium,& fructus iudicij in amaritudinem.Loquuntur nautæ atq; rectores in libro Ionæ:Ro
gamus domine ne perdas nos propter hominē iuſtum, neq; inducas ſuper nos ſanguinem in
nocentem.Sicut enim placuit tibi,ſic factum eſt domine.Neſciūt cauſas quid mereatur prophe
ta,ſeruus fugitiuus:& tamen iuſtificant deum:& ſanguinem innocentem fatentur, cuius opera
non norunt.Et ad extremum,ſicut placuit tibi domine, ſic factum eſt. Non quærunt iuſticiam
ſententiæ dei,ſed ueritatem iuſti iudicis confitentur.Micheas lachrymabili uoce teſtatur: Perijt
ſanct⁹ de terra,& rectus in hominibus non eſt:omnes in ſanguine inſidiantur: unuſquiſq; fra/
trem ſuum uenatur ad mortem.Malum manuum ſuarum dicunt bonum.Et iterum:Qui opti/
mus inter eos eſt, quaſi paliurus eſt: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepi. Hæc hominum iuſti/
cia eſt:ut iuxta uerba eiuſdem prophetæ:nec amico,ne coniugi,nec filijs ſit credendum: quia ini
mici hominis domeſtici eius. Quam ſententiam etiam ſermo dominicus comprobauit. Vnde
datur conſilium per eundem prophetam.Indicabo tibi o homo quid ſit bonum,& quid domi/
nus quærat a te:utiq; facere iudicium & diligere miſericordiā, & ſollicitum ambulare cum deo
tuo.Nunquid dixit,habeto æqualitatem dei:& non hoc,quod maximum eſt,ſollicitum ambu/
lare cum deo tuo? Vt nunc̄q; ſecurus ſis,ut omni obſeruantia cuſtodias cor tuum,ut conſyderes,
quoniam in medio laqueorum ambules,& ſub murorum pinnis ingrediaris:ut illud quotidie
D mediteris:Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Superbis enim reſiſtit deus, humilibus
autem dat gratiā.Qui cautus & timidus eſt,poteſt ad tempus uitare peccata: qui ſecurus eſt de
iuſticia ſua,repugnat deo:illiuſq; auxilio deſtitutus,inſidijs hoſtium patet. Computreſcant di/
cit Habacuk oſſa mea,& ſubter me uermes ſcateant:tantum ut requieſcā in die anguſtiæ:ut aſcē
dam ad populum fortem meum.Hic tribulationes & anguſtias afflictionemq; animi depreca/
tur,ut in futuro, uirorum iam cum Chriſto regnantium numero ſocietur. Ex quo perſpicuū eſt,
hic pugnam atq; certamen:& in futuro eſſe uictoriam.Ieſus filius Ioſedech,quod interpretatur
iuſtus domini,ſacerdos magnus,indutus deſcribitur ueſtibus ſordidis: qui peccatum non fecit,
& tamen noſtra peccata portauit:ad cuius dextrā ſtabat Satanas,ut aduerſaret̄ ei.Dicitur q; ad
eum poſt pugnam atq; uictoriam:Auferte ueſtem ſordidam ab eo:& ecce abſtuli a te iniquita
tem tuā,& hæres Iouiniani loquitur: Sine omni omnino peccato ſum:ſordida ueſtimenta non
habeo, proprio regor arbitrio,maior apoſtolo ſum. Ille facit quod non uult,& quod uult nō fa
cit:ego facio quod uolo,& quod nolo non facio:præparata ſunt mihi regna cœlorum:imo ipſe
ea mihi meis uirtutibus præparaui. In quo Adam tenetur obnoxius, & alij qui reos ſe putant,
in ſimilitudinem præuaricationis Adæ:ego ſolus cū mea caterua nō teneor. Alij clauſi cellulis &
& fœminas non uidentes,quia miſeri ſunt,& uerba mea nō audiunt,torquent̄ deſyderijs: Ego
etiam ſi mulierum uallor agminibus, nullam habeo concupiſcentiam. De me em̄ dictū eſt: La/
pides ſancti uoluuntur ſuper terram:& ideo non ſentio,quia liberi arbitrij poteſtate Chriſti tro
phæū circūfero.Audiamus per Eſaiam clamantē deū:Populus meus qui beatos uos dicūt,ſedu
cunt uos,& ſemitā pedū ueſtrorū ſupplantant. Quis magis ſupplantat populū dei: qui liberi
arbitrij poteſtate ſubnixus deſpicit auxiliū cōditoris,& in ſua uolūtate ſecurus eſt:an qui ad ſin/
gulas ſentētias præceptorū dñi iudiciū pertimeſcit? Ad huiuſcemodi hoies loquit̄ deus: Væ uo/
bis,qui ſapientes eſtis apud uos:& intelligentes ueſtro iudicio.Eſaias iuxta Hebraicū plorat,&
dicit: Væ mihi,quia tacui,quia immūda habens labia, & in medio populi immunda habentis
labia habitās,uidi dominū ſabaoth oculis meis.Ille uirtutū merito,dei fruebatur aſpectu:& cō/
ſcientia peccatorū,labia ſua fatebat̄ immūda.Nō quod locutus eſſet aliqd qd̄ uoluntati dñi re

pugnaret,

A pugnaret:ſed quod ſiluiſſet,uel timore,uel pudore perterritus,nec arguiſſet libertate prophetica populum delinquentem. Nos peccantes quando corripimus,qui adulamur diuitibus:& perſonas accipimus peccatorum,turpis lucri gratia? niſi forte tota eis loquimur confidentia quorum opibus indigemus. Vt alia non agamus,ut abſtineamus nos ab omni ſpecie peccatorum, certe uerum tacuiſſe,peccatū eſt. Q3 q3 apud Septuaginta non ſit ſcriptum,quia tacui:ſed quia compunctus ſum,conſcientia ſcilicet peccatorum:ut illud cōpleatur propheticum: Verſatus ſum in miſeria,dum infigitur mihi ſpina. Ille peccati ſpina compungitur: tu uirtutum floribus uernas? Erubeſcet(inquit) luna & confundetur ſol, quando uiſitauerit dominus ſuper militiam cœli in excelſis:hoc eſt quod in alio loco ſcriptum eſt: Aſtra quoq; non ſunt munda in conſpectu eius: & aduerſum angelos ſuos, peruerſum quid repperit. Luna erubeſcit, ſol confunditur,& cœlum operitur cilicio:& nos intrepidi atq; lætantes,quaſi om̄i careamus uitio,occurremus iudicis maieſtati,quando tabeſcent montes,erecti uidelicet in ſuperbiam: & omnis militia cœlorum, uel aſtra,uel angelicæ dignitates:& complicabuntur ſicut libri cœli:& omnis exercitus eorum inſtar foliorū defluet. Quomodo inebriatus eſt(inquit)in cœlo gladius meus:& nūc ſuper Idumæam deſcendet. Gladius dei inebriatur in cœlis:& tuum ſolium erit in ſanctitate ſecurum? In idumæam deſcendet:quæ interpretatur,uel ſanguinaria,uel terrena: ut prophetica authoritate diſcamus, omnem terram indigere iudicio. Vnde ſequitur: Victima domini in Boſra; quæ interpretatur caro: & interfectio eius multa in terra Edom,id eſt in ſanguine: iuxta quod ponit Apoſtolus:Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Væ qui contradicit fictori ſuo: uæ qui dicit patri, ut qd me generaſti? & matri,quare me peperiſti? Hoc ad eos pertinet,qui dicūt: quare talis conditus ſum,qui non poſſum in perpetuum carere peccato. Quare tale uas fictum, ut non adamantinum permanerem,ſed ad omnem tactū fictile atq; fragile. Omnes ſicut oues errauimus,& omniū noſtrum dominus peccata portauit. Intuitus eſt enim,& diligenter inſpe-

B xit,nullū q; repperit,qui iudicaret iuſte,qui ſuam in omnibus faceret uolūtatem. Et idcirco brachium eius ſalutem præbuit,& iuſticia ſua ſaluauit omnia:ut omnis mundus ſubiiciatur deo & illius clementia conſeruetur. Fuimus enim immundi non pauci,ſed omnes. Quaſi pannus menſtruatæ,reputata ſunt omnia in lege opera noſtra. Ad Hieruſalem in Eçechiel loquitur deus: Perfecta eras in decore meo:& eſt ſenſus, non in tuis operibus, non in tua conſcientia cordiſq; iactantia, ſed in meo decore: quo te clæmentia mea libertate donaueram. Deniq; in conſequentibus loquitur ad eam:quando ſaluatur non ſuo merito,ſed eius miſericordia: Recordabor pacti mei tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ,& ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum, & recordaberis uiarum tuarum,& confunderis. Et iterum: Suſcitabo pactum meum tecum, & ſcies quia ego dominus:ut recorderis & confundaris,& non ſit tibi ultra aperire os,præ confuſione tua, cū fuero placatus tibi in omnibus quæ feciſti,ait dominus deus. Ecce aperte diuino ſermone monſtratur quid in alio loco dixerit: Et mundans te nō faciet innocentem:quod iuſti quoq; & poſt peccatum in ſtatum priſtinum reſtituti,os aperire non audeant,ſed cum Apoſtolo dicant: Qui non ſum dignus uocari apoſtolus: quia perſecutus ſum eccleſiā dei. Deniq; & in alio loco per eundē prophetam ad eos,qui illius miſericordiam conſecuti ſunt,loquitur deus: Et recordamini uiarū ueſtrarum,& omnium ſcelerum ueſtrorum,quibus polluti eratis,& diſplicebit uobis in conſpectu ueſtro,in cunctis malicijs quas feciſtis:& ſcietis quia ego dominus,cū benefecero uobis propter nomen meum,non ſecundum uias ueſtras malas,neq; ſecundū ſcelera ueſtra peſſima. Erubeſcamus atq; dicamus,quod loquuntur hi qui iam præmia conſecuti ſunt:loquamur peccatores ſuper terram, & in fragili mortaliq; corpore cōſtituti,quod ſanctos uidemus in cœlis dicere, etiam incorruptiōe & immortalitate donatos. Et dicitis inquit: Non eſt recta uia domini,cū ueſtræ uiæ prauæ ſint. Phariſæorum eſt hoc ſupercilium,ut peccata propriæ uolūtatis,referant ad conditoris iniuriam,& illius iuſticiam calumnientur. Sacerdotes templi myſtici,quod interpretatur eccleſia filij Sadoch, cum ueſtimentis miniſterij non egrediuntur ad populum, ne humana conuerſatione ſanctificati maculentur. Et tu in medio uulgi unuſq; de populo mundum eſſe te credis? Hieremiam prophetam breuiter percurrentes ſenſu magis q3 ſermone carpamus. Circuite(inquit) in exitibus Hieruſalem, & quærite in plateis eius ſicubi reperire

poteritis

C poteritis uirum: qui iuxta iuſticiam uiuat & fidem: & ero propicius propter eum. Quam/uis ẽ dicãt: uiuit dñs, fraudulenter iurant: & hoc ipſum in mendacio. Refutat peccatorum ſa/crificia: ueſcendas detrahit offerẽtibus hoſtias, dicens ſe non mandaſſe patribus eorum: quãdo deduxit eos de terra Aegypti: ut offerrent huiuſcemodi ſacrificia. Non ẽ uoluntate, ſed idolo/rum comparatione mandauit, malens ſibi offerri uictimas ꝙ̃ dæmonibus. Omnes receſſerunt ab eo, nullus eſt qui loquatur bona, & agat pœnitẽtiam de peccatis ſuis. Sequũtur proprias uo luntates, quaſi equus promptus ad prelium. Intendunt linguã ſuam, quaſi arcum: mentiuntur omnia, & non eſt in eis ueritas. Amicorum quoq; cauendas inſidias præcipit, & nulli credere, p-ximorũ. Singulos ẽ inſidiari amicis, & fratrem a fratre decipi: & hoc facere non naturæ malo, ſed propria uoluntate: quia docuerunt linguã ſuam mendaciũ, & proni ferũtur ad iniuſticiã. Si Aethiops, ait, mutauerit pellem ſuam, & pardus uarietatem ſuã: & uos poteritis facere bonum, cum didiceritis mala. Ergo pellis Aethiopica & pardorũ uarietas, diſciplinæ eſt, nõ naturæ, quæ docetur & diſcitur: tamen auferri non poteſt uitium inoliti mali, niſi per eum cui omnia poſſi/bilia ſunt. Vnde loquitur ad eũ, qui ſolus uerus medicus eſt: Sana me dñe, & ſanabor: ſaluũ me fac dñe, & ſaluus ero: tu es gloria mea, & ſpes mea. Si ẽ ad conditionẽ meã infelicitatẽq; reſpi/ciam, nihil aliud niſi hoc poſſum loqui: Maledictus homo, qui annunciauit patri meo, dicens: Ecce natus eſt tibi puer: fiat homo ille ſimilis urbibus, quas ſubuertit deus. Quare ẽ in uulua, non ſtatim perij: & fuiſſet mihi ſepulchrũ mater mea, & uulua eius infernus ſempiternus. Qua/re egreſſus ſum ex utero, ut uiderem labores & miſerias: & cõſumerentur dies mei in erumnis? Tantum de ſua conditione ſecurus eſt: & ſic confidit in fortitudine, ut mortẽ præferat uitæ. No-uerat ẽ uulnus ſuũ & potentiã eius, quẽ celare nihil poteſt, qui loquitur per prophetã: Deus appropinquans ego, & non procul. Qui ẽ cœlum replet & terram, nullus poteſt uitare eius no/ticiam, & cordis occulta celare. Qui ſcrutatur renes, introſpicit. Et ut ſciamus dei eſſe bonũ oñe

D quod gerimus: Ego (inquit) plantabo eos: ut nequaq; eradicentur: & ego dabo eis cogitationẽ & ſenſum, ut intelligant me. Si cogitatio & ſenſus dãtur a deo: & intellectus dñi ex illius, qui no/ſcendus eſt radice pullulat: ubi eſt liberi arbitrij tantũ ſuperba iactatio? Volumus ſcire conditio nem noſtrã, audiamus hiſtoriã. Ioachim rex Iuda, cunctiq; ſocij eius & principes ei⁹ auditis ſer/monibus Vriæ: uoluerunt occidere eũ. Quod cum ille didiciſſet, timore perterritus fugit in Ae/gyptum. Cur mortem timebat, qui explicauit ſententiam dñi, & qui a ſe nunciari dñi nouerat uolũtatem? Dedignamur per ſingula auxiliũ dei: & ad illius nutum cuncta gerere negligimus, cum legamus ſanctos uiros, etiam hominũ indiguiſſe præſidio? Periclitatur Hieremias & ma/nifeſte dicitur: quod auxilio ei fuerit manus Ahikã filij Saphan, ne traderetur in poteſtatẽ uul gi: & obrueretur lapidibus. Abolitis legis cerimonijs & duro pondere ueterum præceptorũ, re/promittit euangelij gratia: legẽq; dominus pollicetur: ut omnes eũ nouerint a minimo, uſq; ad maximum, dicens: Dimittam peccata eorum, & iniquitatum illorũ, ultra memor non ero. Quã autem habuerint ſancti uiri in lege ueteri iuſticiam, ſequenti ſermone demonſtrat. Filij Iſrael, & filij Iuda iniquitatem fecere perpetuam in conſpectu meo: ab adoleſcentia ſua, uſq; ad diem præſentem: & ciuitas Hieruſalẽ ab initio conditionis ſuæ, uſq; ad diem euerſionis ſuæ: me ad ira cundiam prouocauit. Attẽde quid dicat: finẽ iunge principio, omne mediũ tempus in uitio eſt. Hieremias ſanctificatus in utero anteq; natus: uirgo, ꝓpheta ueteris teſtamẽti, pertimeſcit Se/dechiã: & flebiliter obſecrat, dicens: Nunc ergo domine mi rex, audi deprecationẽ meam, & præ ualeat apud te obſecratio mea: ne remittas me in domũ Ionathan ſcribæ, ne ibi peream. O pro pheta, cur times impiũ regem? Cur eũ metuis: quẽ noſti iam iãq; periturũ? carcerẽ reformidas: cui paratꝰ paradiſus? Reſpondebit mihi: homo ſum in mortali carne & corruptibili cõſtitutus: dolorem ſentio, horreſco cruciatus: quos etiam dñs meus pro mea ſalute ſenſurus eſt. Miſeretur humano generi deus: & non uult perire quod fecit: Noli timere Iacob dicit dominus: Ego enim ſum tecum, & interficiam omnes gentes in quas diſperſi te: te uero ipſum perire non faciam, ſed caſtigabo te in iuſticia: & ita miſerebor tui, ut te innoxium non relinquam. Vnde & nos dici/mus eſſe iuſtos, ſanctos uiros: & poſt peccata placentes deo: non ſuo tantũ merito, ſed eius clæ mentia, cui omnis creatura ſubiecta eſt: & indiget miſericordia eius. Audiant hæretici qui ele/

uantur

A uantur per ſuperbiam,& dicunt, ipſi nobis fecimus cornua. Audiant illud qđ audiuit Moab: Audiuimus ſuperbiã Moab,ſuperbus eſt ualde. Altitudinẽ illius,& elationẽ & glorificationẽ,& inflationẽ cordis ego cognoui dicit dñs:quoniã nequaq̃ iuxta inflationẽ eius,& fortitudo illius eſt. Diciturq̃ ad huiuſcemodi homines:Inimici aũt eorũ(haud dubium quin gregis dñi)confirmant,dicentes,non peccauimus cũ peccauerint in pulchritudinem iuſticiæ,& in expectationem patrum. Vis ſcire quando omnia peccata finiantur. Audi eundẽ prophetam:In tempore illo dicit dñs, quæretur iniquitas in Iſrael,& non erit: & peccatum in Iuda,& nõ inuenietur. Cur quæſo? Sequitur: quia propicius ero illis. Vbi autem propiciatio eſt,præceſſit ante peccatum. Tolle igitur poſſe,& concedã omnia donante deo ſubſiſtere. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare dñi,bonum eſt ponere in puluere os ſuũ,dare percutienti ſe maxillam,ſaturari opprobriis, ſpem habere in dño. Si em̃ abiecit,& miſerebitur iuxta multitudinẽ miſericordiarum ſuarum. Neq̃ em̃ humiliauit corde ſuo & abiecit filios hominũ. Fruſtra murmurat homo pro pectatis ſuis. Scrutemur uias noſtras,& quæramus & reuertamur ad dñm. Leuemus corda cum manib9 ad dñm in cœlũ,dicamuſq̃ ei:Inique egimus,& ad iracundiã prouocauimus:idcirco tu inexorabilis es. Daniel ꝓpheta loquitur ad Nabuchodonoſor:quod dominetur excelſus regno hominum,& det illud cuicũq̃ uoluerit,& extremum atq̃ proiectum conſtituat ſuper illud. Interroga eum qua cauſa ultimum atq̃ deſpectum conſtituat in regem,& faciat quod uoluerit:& diſcute, utrum ipſius uoluntas iuſta ſit,de quo ſcriptum eſt:Qui ſuſcitat de terra humilem,& de ſtercore eleuat pauperem:ut collocet eum cũ principibus,cũ principibus populi ſui. An forſitan iuxta te abſq̃ iudicio atq̃ iuſticia gloriam quærit,auraq̃ popularem,ut humiles erigat in regnum,& potentes humilitate commutet? Audi prophetam dicentem: Omnes habitatores terræ,quaſi nihil reputati ſunt apud eũ. Fecit em̃ quodcũq̃ uoluit in cœlo & in terra,& nemo eſt qui reſiſtat uolũtati eius:aut poſſit dicere,quare hoc feciſti? cuius ſunt omnia opera in ueritate,& uiæ illius iuſticia,& ſuperbiẽtes poteſt ipſe humiliare. Antiochus Epiphanes rex crudeliſſimus,ſubuertit
B altare,ipſamq̃ iuſticiam fecit conculcari,quia conceſſum erat ei a dño. Cauſaſq̃ reddit propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipſe tantum uoluit,ſed quod propter peccata populi cõceſſit dñs. Denicq̃ ſequitur,quod non ex propria fecerit fortitudine,ſed ex eius imperio qui præcepit ut fieret. Illud aũt qđ in oratione ſua loquit̃:Peccauimus,inique egimus,iniuſte geſſimus: & receſſimus a mãdatis & iuſticiis tuis,& cætera huiuſcemodi,ſoletis dicere,qđ & Dauid, & Daniel,& oẽs prophetæ, non pro ſe,qui ſancti erant,ſed ex perſona populi ſunt locuti. Aduerſum quã opinionẽ ipſe reſpondebit, & dicet: Cũ adhuc orarem,& confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael. Vides ergo,quod tam pro peccatis ſuis,cq̃ pro peccatis populi,dñm ſit deprecatus,& effuderit deprecationes ſuas in cõſpectu dñi dei ſui. Vis iterũ noſſe,quando peccatũ & iniquitas finiatur? Quãcq̃ diuerſa ſit authorũ interpretatio:audi eundem prophetam. Septuaginta hebdomadæ cõpletæ ſunt ſuper populum tuum,& ſuper ciuitatem tuã ſanctam: ut compleantur iniquitates:& finem accipiat peccatum,ut diſpereat iniquitas,& reueletur iuſticia ſempiterna. Quãdiu ergo ille finis adueniat,& corruptiuũ hoc atq̃ mortale, incorruptiõe & immortalitate mutetur:neceſſe eſt nos ſubiacere peccato,non naturæ & conditionis, ut tu calumniaris uitio, ſed fragilitate & cõmutatiõe uolũtatis hũanæ:quæ ꝑ momẽta uariat̃:quia deus ſolus eſt immutabilis. Quæris ubi Abel,ubi Enoch,ubi Ieſus filius Nauæ,ubi Heliſeus,cæteriq̃ ſanctorũ peccauerint. Nõ eſt neceſſe nodũ in ſcirpo quærere:utinã poſſem & manifeſta reticere peccata. Si uis a me ueꝝ audire,neſcio. Nihil(inquit)mihi cõſcius ſum,nec tamẽ in hoc iuſtificatus ſum. Homo uidet in facie,deus in corde. Apud eius conſcientiã atq̃ conſpectũ nullus iuſtificat̃. Vnde & Paulus loquitur confidenter: Omnes peccauerunt, & indigent gloria dei:& cõcluſit deus omnia ſub peccato,ut omniũ miſereatur:& cætera quæ ſæpe replicauimus.

DIALOGORVM HIERONYMI ADVERSVS PELAGIANOS LIBER TERTIVS. CRITOBVLVS.

Delectatus ſum tuorũ multiplicatione ſermonũ:de quibus ſcriptum eſt:In multiloquio non effugies peccatũ:ſed quid ad cauſam? Certe hoc fateberis eos qui Chriſti baptiſma cõſecuti ſunt,non habere peccatum. Et ſi abſq̃ peccato ſunt, iuſtos eſſe.

C Cumq; ſemel iuſti fuerint,ſi egerint ſollicite,poſſe in ſempiternũ iuſticiam cuſtodire,ac per hoc omne uitare peccatum. ATTI. Non erubeſcis exploſam atq; damnatam Iouiniani ſententiã ſequi? Et ille em̃ his teſtimoniis tuiſq; nititur argumẽtis,imo tu illius inuenta ſectaris:in oriente docere deſyderans quæ olim Romæ,& dudum in Aphrica condemnata ſunt. Lege ergo qd illi reſponſum ſit:& tibi reſponſum ducito. In dogmatibus em̃ & quæſtionibus diſſerendis non perſona, ſed cauſa quærenda eſt:Et tamen hoc ſcito, baptiſmũ præterita donare peccata nõ futurã ſeruare iuſticiã: quæ labore & induſtria,ac diligentia,& ſemp ſuper omnia dei clæmentia cuſtodit̃:ut noſtrũ ſit rogare,illius tribuere quod rogatur:noſtrũ incipere,illius perficere:noſtrũ offerre quod poſſumus:illius implere quod non poſſumus. Niſi em̃ dñs ædificauerit domum, in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem,in uanum uigilat qui cuſtodit eam. Vnde & Apoſtolus præcipit:Sic currite, ut cõprehẽdatis. Oẽs quidẽ currunt,ſed unus accipit coronã. Et in pſalmo ſcriptũ eſt:Dñe ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Noſtra em̃ uictoria & corona uictoriæ, illius ꝓtectione & clypeo parat̃:& hic currimus ut in futuro cõprehẽdam9: ibi accipiet coronã q in hoc ſæculo uictor extiterit:Nobiſq; poſt baptiſmũ dicit̃:Ecce ſanus factus es,iã noli peccare,ne qd deterius tibi cõtingat. Et,neſcitis quia templũ dei eſtis, & ſpũs dei habitat in uobis? Si quis templũ dei uiolauerit,diſperdet eũ deus. Et in alio loco:Dñs uobiſcũ eſt cꝺiu uos eſtis cũ eo:ſi reliqueritis eũ,& ille relinquet uos. In cuius putas delubro atq; ſacrario Chriſti puritas permanet:templiq; ſerenitas nullo nubilo contriſtat̃? Eũdem ſemper uultum habere non poſſumus,quod de Socrate falſo philoſophi gloriantur: quãto magis animũ? Multæ facies hominum, ſic & corda diuerſa. Si fieri poſſet:ut ſemp aquæ baptiſmatis merſos tenerent,uolitantia nos deſuper peccata non tangerẽt,ſpiritus ſanctus tueretur. Sed impugnat inimicus,nec uictus recedit,ſed ſemper in inſidiis eſt, ut ſagittet in occultorectos corde. In euãgelio iuxta Hebræos:quod Chaldaico qdẽ Syroq; ſermone,ſed Hebraicis
D litteris ſcriptũ eſt, quo utunt̃ uſq; hodie Naçareni ſecundũ apoſtolos,ſiue ut plæriq; autumãt iuxta Matthæum:quod & in Cæſarienſi habetur bibliotheca,narrat hiſtoria:Ecce mater dñi & fratres eius dicebant ei:Iohannes baptiſta baptiçat in remiſſionem peccatorum:eamus & baptiçemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccaui,ut uadam & baptiçer ab eo? Niſi forte hocipſum quod dixi, ignorãtia eſt. Et in eodem uolumine:Si peccauerit(inquit)frater tuus in uerbo,& ſatis tibi fecerit,ſepties in die ſuſcipe eum. Dixit illi Simon diſcipulus eius: Septies in die? Reſpondit dominus,& dixit ei:Etiam ego dico tibi,uſq; ſeptuagieſſepties. Etenim in prophetis quoq; poſtq; uncti ſunt ſpiritu ſancto inuentus eſt ſermo peccati. Ignatius uir apoſtolicus & martyr, ſcribit audacter:elegit dominus apoſtolos,qui ſuper oms homines peccatores erant. De quorũ celeri conuerſione Pſalmiſta canit:Multiplicatæ ſunt infirmitates eorꝝ:poſtea accelerauerũt. Quibus teſtimoniis,ſi non uteris ad authoritatẽ,utere ſaltem ad antiquitatẽ quid omnes eccleſiaſtici uiri ſenſerint. Fac aliquẽ baptiçatũ,uel ſtatim,uel in ipſis diebus morte ſubtractũ:& concedã tibi quod concedere non debeo,nec cogitaſſe aliquid,nec locutum,in quo errore & ignorãtia laberetur. Num ideo ſine peccato erit,quia uidebitur non ſuperaſſe,ſed fugiſſe peccatum:ac non potius,quia dei miſericordia de peccatorum carcere liberatus migrauit ad dominũ? Hoc & nos dicimus,poſſe deũ quicquid uoluerit: & hominem per ſe & propria uoluntate,quod tu aſſeris,ſine peccato eſſe non poſſe. Sin autem poteſt,fruſtra nũc iungis & gratiam,qua potẽs non indiget. Quod ſi non põt abſq; dei gratia,ſtulte tu dixiſti poſſe quod nõ poteſt. Quicquid em̃ ex alterius pendet arbitrio,non eius eſt quẽ poſſe contendis,ſed illius ſine quo eũ non poſſe perſpicuum eſt. CRITO. Rogo,quæ eſt iſta prauitas,imo abſq; ratione contentio? Ne hoc quidẽ mihi das:ut egreſſus aquas baptiſmatis ſine peccato ſit? ATTI. Aut ego ſenſum meum uerbis explicare non ualeo:aut me explicante,tu ad intelligendũ tardior es. CRITO. Quo nã modo? ATTI. Recordare quid & tu dixeris,& ego quid loquar. Poſuiſti hominẽ ſine peccato eſſe ſi uelit. Ego impoſſibile hoc in homine eſſe reſpondeo:nõ quia ſtatim a baptiſmate homo peccato non careat,ſed illud tẽpus quãdo ſine peccato eſt,nequaq; poſſibilitati hũanæ,ſed dei gratiæ deputatur. Tolle igitur poſſe, & ego eſſe concedã. Quõ em̃ poteſt qui per ſe nõ poteſt? Aut quæ eſt illa impeccãtia, quæ ſtatim corporis huius morte finitur? Aut certe ſi ultra uitã protraxerit,

delicti

A delicti & ignorantiæ periculo ſubiacet. CRITO. Dialectica me arte concludis, & non Chriſtiana loqueris ſimplicitate: nodos mihi quoſdam inter eſſe,& eſſe poſſe concinnans. ATTI. Ego ne uerborum ſtrophis ludo,cum hoc de tua proceſſerit officina? Tu em̃ dicis non eſſe hominem ſine peccato,ſed eſſe poſſe: cum econtrario ego tibi tribuam quod negaſti, eſſe hominẽ ſine peccato per dei gratiam,& tamẽ per ſe non poſſe. CRITO. Fruſtra ergo dantur præcepta, ſi ea implere non poſſumus. ATTI. Deus poſſibilia mandauit,hoc nulli dubium eſt. Sed quia homines poſſibilia non faciũt:idcirco oĩs mũdus ſubditus eſt deo,& indiget miſericordia eius. Aut certe ſi oſtendere potueris,q uniuerſa cõpleuerit:tũc poteris demõſtrare eẽ hoiem q nõ indiget miſericordia dei. Om̃e em̃ quod fieri poteſt, trib9 cõſtat tẽporib9, aut præterito,aut præſenti, aut futuro. Hoc quod aſſeris poſſe hominẽ ſine peccato eſſe ſi uelit: mõſtra factũ eſſe de præterito,aut certe nunc fieri,de futuro poſtea uidebimus. Quod ſi nullum potes oſtendere,qui ſine omni omnino peccato,aut ſit aut fuerit:reſtat,ut de futuro tantũ diſputatio ſit. Interim in duobus temporibus,præterito,atq; præſenti uictus teneris. Si aliquis fuerit poſtea maior patriarchis,,pphetis, apoſtolis, qui peccato careat:tũc futuris de futuro,ſi potueris perſuadeto. CRITO. Loquere ut uis,argumentare ut libet: nũcq; mihi liberum arbitrium extorquebis,quod ſemel conceſſit deus:nec ualebis auferre quod mihi tribuit deus poſſe ſi uoluero. ATTI. Exempli gratia: uno tantũ utamur teſtimonio: Inueni Dauid filium Ieſſe,uirum ſecũdum cor meũ,qui faciat omnes uoluntates meas. Dauid ſanctum eſſe non dubiũ eſt:& tamen qui electus eſt, ut omnes dei uolũtates faceret,aliqua feciſſe reprehẽditur. Vtiq; poſſibile erat ei facere,qui ad hoc electus eſt:ut omnes dei uoluntates faceret. Nec deus in culpa eſt qui prædixit eum cunctas ſuorum præceptorum facere uoluntates,ſed ille qui prædicta nõ fecit. Neq; em̃ dixit inueniſſe ſe uirum, qui cũctas in perpetuum ſuæ iuſſionis faceret uoluntates. Hoc & nos dicimus,poſſe hominem,non peccare ſi uelit,pro tempore,pro loco,pro imbecillitate corporea,cũq; diu intẽtus eſt animus,cũq; diu chorda,nullo uitio laxat̃ in cithara. Quod ſi paululũ ſe remiſerit,quomodo qui aduerſo flumine lembũ trahit: ſi remiſerit manus,ſtatim retrolabitur:& fluentibus aquis,quo nõ uult ducitur: ſic humana conditio,ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam,& multa ſe non poſſe cognoſcit. Putaſne apoſtolũ Paulum eo tempore quo ſcribebat:Lacernã,ſiue penulam,quã reliqui Troadæ apud Carpum, ueniens affer ac libros & maxime membranas:de cœleſtibus cogitaſſe myſterijs,& non de his quæ in uſu cõmunis uitæ,uel corporis neceſſaria ſunt? Da mihi hominem, qui non eſuriat,non ſitiat,neq; algeat,nõ doleat,non febricitet,non tormi/nibus & urinæ difficultatibus torqueatur: & ego tibi concedã, poſſe hominẽ nihil niſi de uirtutibus cogitare. Cæditur apoſtolus a miniſtro, & contra pontificẽ qui cædere imperauerat ſentẽtiam dirigit,percutiet te deus paries dealbate. Vbi eſt illa patiẽtia ſaluatoris,qui quaſi agnus ductus ad uictimam,nõ aperuit os ſuũ, ſed clæmenter loquit̃ uerberanti:Si male locutus ſum: argue de malo:Si autem bene,quid me cædis? Non apoſtolo detrahimus, ſed gloriam domini prædicamus: qui in carne paſſus,carnis iniuriam ſuperat & fragilitatẽ:ut taceam illud quod cõmemorat:Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit:reddet illi dominus in illa die iuſtus iudex. CRITO. Cogis me ut loquar quod iam dudũ geſtio,& tamen erũpentia uerba nõ promo. ATTI. Quis em̃ te ,phibet,qd̃ ſentis dicere? Aut em̃ qd̃ dicturus es bonum eſt,& nos bono fraudare nõ debes: aut malum,& idcirco nõ noſtri gratia,ſed pudore ſiluiſti. CRITO. Dicam dicã aliquãdo quod ſentio. Omnis diſputatio tua illuc delabitur:ut naturam accuſes:& culpam referas ad deum, qui talem hominẽ condidit. ATTI. Hoc illud erat quod uolebas,& nolebas dicere? dic dic quæſo:ut oẽs tua fruãtur prudentia. Reprehendis deum,quare hominem fecerit hominem:reprehendant & angeli,cur angeli ſint. Omnis creatura cauſetur, quare id ſit quod condita eſt, & nõ id quod cõdi potuit. Scilicet nũc mihi puerilib9 declamatiunculis ludendum eſt: & a culice atq; formica, uſq; ad Cherubim & Seraphim ueniam:cur nõ ſingula in meliori ſtatu cõdita ſint. Cũq; ad excelſas uenero poteſtates,cauſabor & dicam:quare deus ſolus tantum deus ſit: & non omnia deos fecerit. Aut enim impoſſibilitatis,aut inuidiæ reus erit. Reprehende eum, cur & diabolum in hoc mundo eſſe concedat,& aufer coronam cum certamen abſtuleris. CRITO. Non ſum tam uecors:ut querar cur diabolus ſit:cuius inuidia mors

C introiuit in orbem terrarum: ſed hoc doleo,cur uiri eccleſiaſtici:& qui magiſtrorũ ſibi uſurpant uocabulum:tollant liberum arbitrium,quo ſublato,Manichæorum ſecta conſtruitur. ATTI. Ego ne liberum tollo arbitrium,qui in tota diſputatiõe mea,nihil aliud egi,niſi ut omnipotentiam dei,cum libero arbitrio conſeruarem? CRITO. Quomodo ſeruas liberum arbitrium,qui dicis hominem nihil poſſe facere,niſi deus ſemper adiuuerit? ATTI. Si in culpa eſt qui libero arbitrio iungit dei adiutorium:ergo ille laudetur,qui dei tollit auxilium. CRITO. Nõ tollo dei auxiliũ: qppe per cuius gratiã poſſumus oẽ qd' poſſum9,ſed utrũq; ſuis finibus terminam9: ut & dei ſit gratiæ qd' dedit liberi arbitrij poteſtatẽ:& noſtræ uoluntatis,facere qd uel nõ facere: & qd' faciẽtib9 premiũ, & nõ faciẽtib9 pœna ſeruet. ATTI. Videris mihi obliuioſus eẽ,& quaſi nihil ſupradictũ ſit,p eaſdẽ diſputatiõis reuerti lineas. Hoc em̃ longa diſſertiõe cõcluſum eſt: ut gratia ſua dñs, qua nobis cõceſſit liberũ arbitriũ in ſingulis operib9 iuuet atq; ſuſtentet. CRITO. Quid ergo iuuat atq; coronat in nobis,& laudat:qd' ipſe operatus eſt? ATTI. Voluntatẽ noſtrã, quæ obtulit omne quod potuit:& laborem qui cõtendit ut faceret:& humilitatẽ,quæ ſemper reſpexit ad auxilium dei. CRITO. Ergo ſi non fecimus quod præcepit, aut uoluit nos adiuuare deus,aut noluit. Si uoluit,& adiuuit: & tamen fecimus quod uoluimus: non nos, ſed ille ſuperatus eſt. Sin aũt noluit adiuuare,nõ eſt culpa eius qui uoluit facere,ſed illius qui adiuuare potuit,& noluit facere. ATTI. Nõ intelligis σκάνδαλα tuũ in grande blaſphemiarũ decidiſſe barathrum:ut ex utraq; parte,aut inualidus ſit deus,aut inuidus: & non tantum ei laudis ſit, quod bonorum author eſt & adiutor,quantũ uituperationis,quod mala nõ coercuit. Detrahatur ergo illi:cur diabolum eſſe permiſerit:cur paſſus ſit,& hucuſq; patiatur quotidie aliqd in mũdo mali fieri. Quærit hoc Marcion,& omnes hæreticorum canes:qui uetus laniant teſtamentũ: & huiuſcemodi ſyllogiſmum texere conſueuerunt. Aut ſciuit deus hominem in paradiſo poſitum, præuaricaturum eſſe mandatum illius,aut neſciuit. Si ſciuit,nõ eſt in culpa is qui præſcientiam dei uitare non potuit:ſed ille qui talem condidit,ut dei nõ poſſet ſcientiam deuitare. Si neſciuit,cui præſcientiã tollis,aufers & diuinitatẽ. Hoc em̃ genere in culpa erit,qui elegit Saul futurũ poſtea regẽ impiſſimũ. Et ſaluator aut ignorantiæ,aut iniuſticiæ tenebitur reus:cur in euan-
D gelio ſit locutus: Nõne uos duodecim ego elegi apoſtolos,& unus de uobis diabolus eſt? Interroga eũ,cur Iudã elegerit proditorẽ? Cur ei loculos cõmiſerit,quẽ furem eſſe nõ ignorabat. Vis audire rationem. Deus præſentia iudicat,non futura. Nec cõdemnat ex præſcientia, quẽ nouerit talem fore, qui ſibi poſtea diſpliceat:ſed tantæ bonitatis eſt,& ineffabilis clæmẽtiæ:ut eligat eũ, quem interim bonum cernit:& ſcit malum futurum, dans ei poteſtatem conuerſionis & pœnitentiæ: iuxta illum ſenſum apoſtoli: Ignoras, quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum duriciam aũt tuam & cor impœnitens, theſauriças tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei, q reddet unicuiq; ſecũdũ opera eius. Neq; em̃ ideo peccauit Adã,quia deus hoc futurum nouerat, ſed præſciuit deus,quaſi deus,quod ille erat ꝓpria uolũtate facturus. Accuſa ergo deum mendacij,quare dixerit per Ionam: Adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur. Sed reſpõdebit tibi per Hieremiam: Ad ſummam loquar contra gentem & regnum,ut eradicem & deſtruam & diſperdã illud. Si pœnitentiã egerit gens illa a malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam:agam & ego pœnitentiã ſuper malo quod cogitaui ut facerem ei. Et ad ſummã loquar de gente & regno,ut ædificem & plantem illud:ſi fecerit malum in conſpectu meo, ut nõ audiat uocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum ut facerem ei. Indignabatur quõdam & Ionas, cur deo fuerit iubente mentitus:ſed iniuſti mœroris arguitur:malens cũ pernicie innumerabilis populi uerum dicere, q̃ cũ tantorũ ſalute mentiri. Ponitur ei exemplũ. Tu doles ſuper hedera, ſiue cucurbita,in qua non laboraſti,neq; feciſti ut creſceret:quæ ſub una nocte nata eſt,& una nocte perijt: & ego nõ parcã Niniue ciuitati magnæ,in qua ſunt plus q̃ cẽtũ uiginti milia hominũ: qui neſciũt quid ſit inter dexterã & ſiniſtrã ſuã. Si in paruulorũ ætate & ſimplicium, quos certe peccatores fuiſſe nõ poteris approbare tanta fuit hominum multitudo: quid dicemus de utriuſq; ſexus ætate diuerſa:quæ iuxta Philonẽ & prudentiſſimũ philoſophorum,ab infantia uſq; ad decrepitam ſenectutem,ſeptenario ordine deuoluit,dum ſibi ſic inuicẽ ætatũ incrementa ſuccedunt:ut quando de alia trãſeamus ad aliam,ſentire minime ualeamus?

CRITO

A CRITO. Tota argumentatio tua huc tendit: ut qđ Græci dicũt ἀυτεξουσίαν, & nos liberũ appellamus arbitrium, uocabulo tribuas, re auferas. Tu enim authorem peccatorum facis deum, dum asseris nihil hominem per se posse facere, sed adminiculo dei, cui imputetur oñe quod facim⁹. Nos autem, siue bonum, siue malum homo fecerit, per liberi arbitrij potestatem ei dicimus imputari, qui fecit quod uoluit: & non ei, qui semel concessit liberum arbitrium. ATTI. Quãuis tergiuerseris, laqueis ueritatis innecteris: hoc enim modo, etiam si ipse non adiuuat: tamen iuxta te author erit malorum: quia potuit prohibere, & non prohibuit. Vetus eñ sententia est: homicidam esse eum, qui cum possit hominem de morte liberare, non liberet. CRITO. Iam iam tollo manum, cedo, uicisti: si tamen uincere est, ueritatem uelle subuertere, non rebus, sed sermonibus, id est, non ueritate, sed mendacio. Possum eñ illud tibi apostoli respondere: Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Quando enim loqueris, coactus argumentationum strophis tibi uideor assentire: cum autem tacueris: ex animo rursus elabitur: ut liquido appareat disputationem tuam, non ex fontibus ueritatis & Christiana simplicitate, sed ex philosophorum minutijs & arte descendere. ATTI. Vis ergo me rursum uti testimonijs scripturarum? Et quomodo iactant discipuli tui, nullum argumentationi tuæ posse, & problematibus respondere? CRITO. Non solum uolo, sed & cupio. Doce me de scripturis sanctis: ubi sublata liberi arbitrij potestate, faciat homo quod per se, aut noluit, aut non potuit. ATTI. Non ita, ut tu proponis, sed ut ueritas poscit & ratio, scripturarum uocibus est utendum. Loquitur Iacob in oratiõe sua: Si fuerit dñs deus mecum, & custodierit me in uia, per quam ego pergo: & dederit mihi panẽ ad mãducãdũ & uestimẽtũ ad operiẽdũ: & reduxerit me cũ salute in domũ patris mei: erit mihi dñs in deum: & lapis iste quem posui in titulũ, erit mihi domus dei, & omniũ quæcunq; dederis mihi, decimas offeram tibi. Nunquid dixit, si liberum arbitrium conseruaueris, & cibũ, & uestimentum meo labore quæsiero, & reuertero in domum patris mei? Omnia dat domini uolũtati, ut mereatur accipere quod precatur. Reuertenti de Mesopotamia Iacob, angelorum occurrit exercitus, & uocantur castra dei. Postea pugnat cum angelo sub figura hominis: & a dño cõ-
B fortatur. De supplantatore, Iacob rectissimus dei nomen accepit. Neq; eñ ad fratrẽ crudelissimum audebat reuerti, nisi domini præsidio roboratus. Scriptum est in consequentibus: Ortus est ei sol, postq; transiuit Phanuel, quod interpretatur facies dei. Vnde loquitur & Moyses: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: nõ proprietate naturæ, sed dignatione miserentis. Oritur ergo nobis sol iusticiæ, quando uultu dei cõfirmamur. Ioseph in Aegypto clauditur carcere, ibiq; infertur, quod custos carceris omnia potestati eius fideiq; cõmiserit. Causaq; redditur, quia dominus erat cum eo: & quæcũq; faciebat, prosperabantur a domino in manibus eius. Vnde & eunuchis somnia suggeruntur, & Pharao uidet somniũ inextricabile: ut per hanc occasionem liberaretur Ioseph, pater pasceretur & fratres, Aegyptus tempore famis saluaretur. Sequitur: Dixit autem deus ad Israel in uisione noctis: Ego sum deus patrum tuorum: noli timere descendere in Aegyptum, in gentem enim magnam faciam te ibi, & ego descendam te cũ in Aegyptũ, & educam te inde, & ponet Ioseph manus suas super oculos tuos. Vbi hic est liberi arbitrij potestas. An non totum quod ire audet ad filiũ, & genti se cõmittere dñm nescienti, dei patrũ eius auxiliũ est? Liberat̃ populus de Aegypto in manu forti & brachio excelso: nõ Moysi & Aaron, sed eius qui signorũ miraculis populũ liberauit: & ad extremũ percussit primogenita Aegypti, ut qui prius retinebant pertinaciter, ardenter exire cõpellerẽt. Solomon loquit̃: Esto confidens in dñm in toto corde tuo: in tua autem sapientia, ne exalteris: In oibus uijs tuis cognosce eũ, ut rectas faciat uias tuas. Intellige quid loquit̃: Nec in sapientia nostra, nec in ullis uirtutibus cõfidendũ, sed in solo dño a quo gressus hominis diriguñt. Deniq; præcipit̃, ut ostẽdamus ei uias nostras, & notas esse faciamus: quæ non labore proprio, sed illius adiutorio atq; clæmẽtia rectæ fiunt. Vnde scriptum est: Rectam fac in conspectu meo uiam tuam: siue ut alia exemplaria habent: Rectam fac in conspectu tuo uiam meam: ut quod tibi rectum est, etiã mihi rectũ esse uideatur. Idem Solomon loquitur: Deuolue super dñm opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ. Tunc eñ nostra cogitatio confirmatur, quando omne quod agimus, quasi super stabilem & solidissimã petram, domini adiutorio deuoluimus, eiq; cuncta reputamus. Apo-

C ſtolus Paulus cum dei beneficia celeri ſermone narraſſet,ad extremum intulit: Et ad hæc quis idoneus? Vnde & in alio loco dicit:Fiduciã autẽ talem habemus per Chriſtũ ad deũ: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis,quaſi ex nobis,ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: qui & idoneos fecit nos noui teſtamenti miniſtros,nõ littera, ſed ſpiritu. Littera enim occidit,ſpiritus autẽ uiuificat. Adhuc audemus per liberũ arbitriũ ſuperbire,& abuti beneficijs dei in contumeliam largitoris? cũ idem uas electiõis apertiſſime ſcribat: Habemus autẽ theſaurũ iſtũ in uaſis fictilibus: ut abundãtia fortitudinis noſtræ ſit ex deo & nõ ex nobis. Vnde & in alio loco,retundẽs hæreticorũ impudentiã loquit: Qui gloriat, in dño glorietur. Neq; enim q ſeipm cõmẽdat, ipe probatus eſt,ſed quẽ deus cõmẽdat. Et iterũ: Nihil enim mihi defuit ab his,qui ſupra modũ ſunt apoſtoli,licet nihil ſim. Petrus loquit ad dñm,ſignorũ magnitudine cõturbatus: Recede a me, quia homo peccator ſum. Et domin⁹ ad diſcipulos: Ego ſum uitis,& uos rami: qui manet in me, & ego in eo,iſte affert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Sicut rami & flagella uitium ilico cõtabeſcunt,cũ fuerint a matrice præciſa: ita omnis hominum fortitudo marceſcit & deperit,ſi a dei auxilio deſeratur. Nemo(inquit)poteſt uenire ad me,niſi pater qui miſit me traxerit eum. Quando dicit, nemo poteſt uenire ad me, frangit ſuperbientem arbitrij libertatẽ: quod etiam ſi uelit ad Chriſtum pergere, niſi fiat illud quod ſequitur: niſi pater meus cœleſtis traxerit eum, nequicq; cupiat & fruſtra nitatur. Simul & hoc animaduertendũ,quod qui trahitur,non ſponte currit: ſed aut retrectans & tardus,aut inuitus adducitur. Qui non poteſt ſuis uiribus & labore uenire ad Ieſum: quomodo poteſt omnia ſimul peccata uitare? Et uitare in perpetuum,& dei ſibi potentiæ nomen aſſumere? Si enim ille ἀναμάρτητος,& ego ἀναμάρτητος: quæ inter me & deum erit diſtantia? Vnum adhuc ponam teſtimonium, ne tibi & auditoribus faſtidiũ faciam. Aſſuero quem Septuaginta interpretes ἀγρυπνήσαντα uocant, ſomnus aufertur ab oculis, ut commentarios in ſe fidelium replicans miniſtrorum,inueniat Mardochæum: cuius indicio de
D inſidijs liberatus eſt, ut & Heſter commendabilior fieret,& cunctus populus Iudæorũ imminẽtẽ uitaret necẽ. Certe rex potẽtiſſimus,q ab India uſq; ad Septẽtrionẽ & Aethiopiã cunctũ poſſidebat orientẽ,poſt largiſſimas epulas & cibos toto orbe quæſitos dormire cupiebat,& ſomno requieſcere,ac liberum arbitrium implere dormiendi: niſi dominus prouiſor bonorum omniũ impediſſet naturæ ordinem,ut cõtra naturã, tyranni crudelitas uinceretur. Longum eſt ſi uoluero cuncta ſanctarum ſcripturarum exempla proferre. Totus ſermo ſanctorum ad deum oratio eſt: tota oratio & deprecatio extorquet clæmentiam creatoris: ut qui noſtris uiribus & ſtudio ſaluari non poſſumus,illius miſericordia conſeruemur. Vbi autẽ miſericordia & gratia eſt, liberũ ex parte ceſſat arbitriũ: quod in eo tantũ eſt,ut uelimus atq; cupiamus,& placitis tribuamus aſſenſum. Iam in dñi poteſtate eſt: ut id quod cupimus,q d laboramus,ac nitimur,illius ope & auxilio implere ualeamus. CRITO. Ego ſimpliciter dixeram,nõ in ſingulis operibus noſtris,ſed in gratia conditionis & legis,ſentiri auxilium dei: ne liberum frangeretur arbitrium. Cæterum ſunt plærique noſtrorum: qui omnia quæ agimus,dicãt fieri præſidio dei. ATTI. Qui hoc dicit, ueſter eſſe ceſſabit. Aut ergo & tu iſta dicito,ut noſter eſſe incipias: aut ſi non dicis, alienus eris cum his qui noſtra non dicunt. CRITO. Tuus ero,ſi mea dixeris: imo tu meus, ſi aduerſa non dixeris. Sana corpora cõfiteris: & animæ quæ fortior eſt, denegas ſanitatem. Vt enim morbus & uulnus in corpore,ita peccatũ in anima. Qui ergo ſanũ aliquãdo hominẽ confiteris ex ea parte qua caro eſt: quare nõ ſanũ dicas & ex ea qua ſpũs eſt? ATTI. Sequor ꝓpoſitionẽ tuã. Nũq; hodie effugies,ueniã quocũq; uocaris. CRITO. Paratus ſum ad audiendũ. ATTI. Et ego ad loquendũ ſurdis auribus. Reſpõdebo igit ad propoſitũ. Ex anima & corpore cõpacti,utriuſq; ſubſtantiæ naturam cõſequimur. Quomodo corpus ſanũ dicit, ſi nullo languore uexet: ita anima abſq; uitio,ſi nulla perturbatione quatiat. Et tamen q̃uis corpus ſanũ ſit integrũq; & uegetũ,& cunctorũ ſenſuũ integritate robuſtũ,aut crebris,aut raris infirmitatib⁹ condoleſcit: & ut firmiſſimũ ſit,interdũ pituitæ moleſtiã patit: ita anima cogitationũ & perturbationũ impetus ſuſtinens,ut ſuperet naufragia,nõ abſq; periculo nauigat,conſyderanſq; fragilitatẽ ſuam ſemper de morte ſollicita eſt: ſecundũ illud quod ſcriptum eſt: Quis eſt homo qui uiuet, & non uidebit mortẽ? Quæ cũctis intenta eſt mortalibus,nõ naturæ diſſolutiõe,ſed morte peccati: iuxta illud

A propheticū:Anima quæ peccauerit ipſa morietur.Alioquin hanc cōmunē mortē,qua & bruta ſoluuntur animalia,Enoch & Eliam,nondū uidiſſe cognoſcimus.Da mihi corpus quod nunq̄ languerit,aut quod poſt languorē perpetua ſanitate ſecurum ſit:& dabo tibi animā,quæ nūq̄ peccauerit: nec poſt uirtutes deinceps peccatura ſit:præſertim cū uicina ſint uitia uirtutib⁹.Et ſi paululū declinaueris,aut errandū tibi ſit,aut in præceps cadendū. Quātū em̄ inter ſe diſtant pertinacia & perſeuerantia,parſimonia & frugalitas,liberalitas & profuſio,prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas,cautela & timiditas? quor̄ alia ad bona,alia referunt ad mala.Q d' qui/dē & in corporibus inuenit'.Si felli prouideris temperādo,pituita ſuccreſcit.Si humores ſiccare feſtines,inardeſcit ſanguis bili uitiatus,& luteus color ora perfundit.Certe ut cunctā medicorū adhibeam⁹ diligentiā,& caſtigatis uiuamus cibis,& morborū fomitibus careamus & cruditate, occultis quibuſdā & ſoli deo cognitis cauſis, uel frigore inhorreſcimus, uel febre exardeſcimus, uel torminibus eiulamus, & ueri medici ſaluatoris imploramus auxiliū: dicimuſq̄ cū apoſtolis:Magiſter,ſaluos nos fac,perimus.CRITO.Eſto,ut nullus potuerit omne uitare peccatū in puericia,adoleſcentia,& iuuentute:nūquid negare potes plurimos iuſtos & ſanctos uiros poſt uitia,omni ſe ad uirtutes animo cōtuliſſe,& per has caruiſſe peccato? ATTI. Hoc eſt quod tibi in principio dixerā in noſtra eſſe poſitū poteſtate,uel peccare,uel non peccare:& uel ad bonum, uel ad malum extendere manū,ut liberū ſeruetur arbitriū: ſed hoc pro modo & tempore & cōditione fragilitatis humanæ:perpetuitatē autē impeccantiæ ſoli reſeruari deo: & ei qui uerbum caro factus,carnis detrimēta & peccata nō pertulit.Nec quia ad breue poſſum,coges me ut poſſim iugiter. Poſſum ieiunare,uigilare,ambulare,legere,pſallere,ſedere,dormire:nunquid in perpetuum? CRITO. Et quare in ſcripturis ſanctis,ad perfectam iuſticiam prouocamur:ut eſt illud:Beati mundo corde,quoniā ipſi deū uidebūt:& beati immaculati in uia,qui ambulāt in lege domini: Et dei loquētis ad Abraham:Ego ſum deus tuus, placeto in conſpectu meo,& eſto
B ſine macula uel querela:Et ponā teſtamentū meū inter me & te,& multiplicabo te nimis? Si em̄ nō pōt fieri quod ſcriptura teſtat',fruſtra præcepit ut fieret. ATTI. Diuerſis teſtimoniis ſcripturarum,eādem quæſtionē teris,in theatrales præſtigias:quæ unum eundēq̄ hominē perſonar̄ uarietate mutata, in Martem Veneremq̄ producunt:ut qui prius rigidus & truculentus inceſſerat,poſtea ſoluatur in molliciem fœminarū.Hoc em̄ quod nūc quaſi nouū obiicis:Beati mūdo corde:& beati immaculati in uia:& eſto ſine macula:& cætera huiuſcemodi,apoſtolo reſpōdente conuictū eſt:& ex parte cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus:& nūc p ſpeculū uidemus in ænigmate:cū aūt uenerit q d' ꝓfectū eſt, id quod ex parte fuerat,deſtruet'. Et mundū igit' cor quod poſtea ſit uiſurū deū & beatitudinē uitæ immaculatæ,& immaculatū cū Abrahā uiuere, in umbra poſſidem⁹ & imagine.Quāuis aliqs patriarcha ſit,cuius,ꝓpheta,cuius apoſtol⁹,dicit' eis a dño ſaluatore:Si uos cū ſitis mali,ſcitis bona dare filiis ueſtris, quanto magis pater ueſter qui in cœlis eſt,dabit bona petētibus ſe? Deniq̄ & Abraham,cui dictū eſt:Eſto ſine querela & ſine macula,cōſciētia fragilitatis ſuæ cecidit pronus in terrā.Cūq̄ locut⁹ eſſet ei deus:Sarai uxor tua nō uocabit' ultra Sarai,ſed Sara erit nomē ei⁹:& dabo tibi ex ea filiū,& benedicā ei,& erit in gētes, & reges gentiū ex ipſo erūt:ſtatim infertur: Cecidit Abrahā in faciē ſuā riſitq̄, & dixit in mente ſua:Si centenario naſcetur filius,& ſi Sara nonaginta annorū pariet? Dixitq̄ Abraham ad deum: Iſmael uiuat in conſpectu tuo. Cui reſpondit deus: etiam. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filium,& uocabis nomen eius Iſaac:& reliqua. Certe audierat a deo:Ego ſum deus tuus, placeto in conſpectu meo,& eſto ſine macula:quare non credidit quod deus repromiſit,ſed riſit in corde putans ſe celare deū:& aperte ridere nō audens? Deniq̄ cauſas incredulitatis exponēs dicit in corde ſuo:Quomodo poteſt fieri,ut centenarius de nonagenaria uxore pariat filiū? Viuat(inquit)Iſmael in conſpectu tuo, quem ſemel dediſti. Difficilia nō quæro,cōtentus ſum beneficio quod accepi. Quē occulta reſpōſione arguēs deus,ait:Etiā:& eſt ſenſus,Fiet quod exiſtimas nō futurum.Sara uxor tua pariet tibi filiū:& antēq̄ iſta cōcipiat,priuſq̄ ille naſcat',puero nomen imponam.Ex errore em̄ tuo,quo riſiſti tacitus,filius tuus Iſaac riſus nomē accipiet.Sin autē ab his qui ſunt mūdo corde in hoc ſæculo putas uideri deū:quare Moyſes qui prius dixerat: Vidi dñm facie ad faciē,& ſalua facta eſt ania mea:poſtea dep̄cat',ut eū uideat cognoſcēter?

C quẽ quia dixerat ſe uidiſſe,audit a dño:Nõ potes uidere faciẽ meã. Nõ em̃ uidebit homo faciẽ meã, & uiuet. Vnde & Apoſtolus,inuiſibilẽ ſolumdeum,qui & lucem habitat inacceſſibilem,& quem nullus hominũ uiderit,neq; poſſit uidere,appellat.Et Iohannes euangeliſta ſacra uoce teſtatur, dicens: Deum nemo uidit unq; . Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris,ipſe narrauit. Qui uidet,& narrat,non quantus eſt ille qui uiſus eſt,nec quantũ nouit ille qui narrat:ſed quãtum poteſt mortalium ſenſus accipere.Quod autem putas beatum eſſe,qui ſit immaculatus in uia,& ambulet in lege eius,ex ſequenti ſenſu,priorem intellige. Multis teſtimonijs ſupra didici ſti,legem,nullum potuiſſe complere. Si autem Apoſtolus ad comparationem gratiæ Chriſti: quæ prius lucra arbitrabat in lege,reputauit quaſi ſtercora,ut Chriſtum lucrifaceret:quantomagis nos ſcire debemus:ideo Chriſti & euãgelij gratiã ſucceſſiſſe:quia in lege nemo iuſtificari potuit? Si autẽ in lege nullus iuſtificatur, quomodo ad perfectum immaculatus eſt in uia,qui adhuc ambulat,& ad calcem uenire feſtinat? Certe qui in curſu eſt,& in uia graditur: minor eſt eo qui peruenit ad finem. Si ergo immaculatus eſt ille atq; perfectus,qui adhuc ambulat in uia,& graditur in lege:quid plus habebit ille,qui ad terminũ uiæ legiſq; peruenit? Vnde & Apoſtolus de dño loquitur: quod in fine mundi, & in cõſummatione uirtutum:exhibeat ſibi ſanctam eccleſiã,non habentẽ maculã,neq; rugam:quã uos putatis iam in iſta carne mortali & corruptibili eſſe pfectã, & audire meremini cũ Corinthijs: Iã pfecti eſtis,iã diuites facti eſtis,ſine nobis regnatis, atq; utinã regnaretis:ut & nos regnarem⁹ uobiſcũ:cũ uera & abſq; oĩ ſorde pfectio in cœleſtib⁹ reſeruet,quãdo ſpõſus loquet ad ſpõſam: Tota pulchra es amica mea,& macula nõ eſt in te. Iuxta qd & illud intelligitur: Vt ſitis irreprehẽſibiles,& ſimplices ſicut filij dei immaculati:quod nõ dixerat eſtis,ſed ſitis,in futurũ differens,non in præſenti eſſe conteſtans:ut hic labor ſit atq; contentio,ibi laboris uirtutiſq; præmia. Denicq; Iohãnes ſcribit:Dilectiſſimi,filij dei
D ſumus,& nondum apparuit quid erimus. Scimus,quia cum apparuerit,ſimiles ei erimus: quando eum uidebimus ſicuti eſt, Quãq; ergo filij dei ſimus:tamen ſimilitudo dei,& uera contemplatio,tunc nobis repromittitur,quãdo apparuerit in claritate ſua. De hoc ſuperbiæ tumore,& illa orandi prorumpit audacia: qua ſcribens ad uiduam,quomodo ſancti debeant orare pronuncias.Ille em̃,inqs,merito ad deũ extollit manus:ille preces bona cõſcientia fundit,qui poteſt dicere:tu em̃ noſti dñe,quã ſanctæ,quã innocentes, quam puræ ſint ab omni fraude, & iniuria & rapina,quas ad te expando manus:quam iuſta,quam immaculata labia,& ab omni mendacio libera,quibus tibi,ut mihi miſererearis preces fundo. Chriſtiani eſt hæc,an phariſæi ſuperbientis oratio: qui etiam in euangelio loquebatur: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri homines,raptores,iniuſti,adulteri,& ſicut hic publican⁹:Ieiuno bis in ſabbato,decimas do omniũ quæ poſſideo. Ille agit gratias deo, quia ipſius miſericordia nõ ſit ſicut cæteri hoĩes, peccatæ deteſtãs, nõ aſſumẽs iuſticiã. Tu dicis:dñe tu noſti,quã ſanctæ,quã innocẽtes,quã puræ ſint ab oĩ fraude,iniuria & rapina,quas ad te expando manus. Ille bis in ſabbato ſe ieiunare dicit,ut affligat carnẽ,uitijs laſciuiẽtẽ:& oĩs ſubſtãtiæ ſuæ dat decimas: Redẽptio em̃ aniæ uiri, ppriæ diuitiæ. Tu cũ diabolo gloriaris,dicẽte: Sup ſydera aſcendã,ponã in cœlo thronũ meũ,& ero ſimilis altiſſimo. Dauid loquit: Lumbi mei impleti ſunt illuſionib⁹,& cõputruerũt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ:Et,ne intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo,& nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs uiuẽs. Tu ſanctũ & innocentẽ,& purũ te eſſe iactas,& mũdas ad deũ expandis manus. Nec ſufficit tibi in cũctis operibus gloriari,niſi ab omni ſermonis oriſq; peccato mundũ eſſe te dicas:inferens,quã iuſta,quã immaculata labia,& ab omni mendacio libera. Ille canit: Omnis autẽ homo mendax:& hoc ip̃m cõfirmat apoſtolica authoritas:ut ſit deus uerax:oĩs aũt homo mẽdax: & tu ab oĩ mẽdacio immaculata,& iuſta & libera poſſides labia. Eſaias plãgit:Heu mihi miſero,q̃m cõpunctus ſum,quia cũ ſim homo,& immũda labia habeã,in medio quoq; populi immũda labia habẽtis ego habito:& poſtea Seraphim ignitũ carbonẽ forpice cõp̃henſum defert ad pphetæ labia purganda:nõ ut tu loqueris arrogantis,ſed ſua uitia cõfitentis. Iuxta illud qd in pſalmo dicit:Quid detur tibi,aut quid apponat tibi ad linguã doloſam? Sagittæ potentis acutæ cũ carbonib⁹ deſolatorijs. Et poſt tantũ tumorẽ,orantiſq; iactantiã & cõfidentiam ſanctitatis, quaſi ſtultus ſtultis perſuadere conaris,ut in extremo dicas,quibus tibi ut mihi miſererearis

preces

A preces fundo. Si ſanctus es, ſi innocens, ſi ab omni ſorde purgatus, ſi nec ſermone, nec ope peccaſti, dicẽte Iacobo: Qui in uerbo nõ peccat, iſte ꝑfectꝰ eſt uir: & nemo põt refrenare linguã ſuã: quõ miſericordiã deꝑcaris: ut uidelicet plãgas te & fundas preces, quia ſanctus & purus es & innocẽs immaculatiſq; labijs, & ab omĩ liber mẽdacio, dei ſimilis poteſtati? Sic Chriſtus orauit in cruce: Deus deus meus, ut quid dereliquiſti me: lõge a ſalute mea, uerba delictorũ meorũ: Et rurſum: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ: Et, pater ignoſce eis, quod eĩ faciũt, neſciunt: q; pro nobis agens gratias dixerat: Confiteor tibi dñe pater cœli & terræ: Sic docuit apoſtolos ſuos: ut quotidie in corporis illius ſacrificio credentes audeant loqui: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Illi nomen dei, quod per ſe ſanctum eſt, in ſe ſanctificari cupiunt: Tu dicis, noſti dñe, cꝫ ſanctæ, & cꝫ innocẽtes, & cꝫ puræ manꝰ meæ ſint. Illi inferũt: adueniat regnum tuum: ſpem regni futuro tempore præſtolantes: ut regnãte Chriſto, nequa cꝫ regnet peccatũ in mortali eorum corpore: iunguntq;, fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: ut imitetur angelos humana fragilitas: & uoluntas dñi cõpleatur in terra: Tu dicis, poteſt homo ſi uoluerit omni carere peccato. Panẽ quotidianũ, ſiue ſup omnes ſubſtantias, uenturũ apoſtoli deprecantur: ut digni ſint aſſumptione corporis Chriſti: Et uos per nimiam ſanctitatẽ ſecurãq; iuſticiã, audacter uobis cœleſtia dona uendicatis. Sequitur. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. De baptiſmatis fonte ſurgẽtes, & regenerati in dñm ſaluatorem: impleto illo quod de ſe ſcriptũ eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata: ſtatim in prima corporis cõmunione Chriſti dicũt: & dimitte nobis debita noſtra: quæ illis fuerãt in Chriſti cõfeſſione dimiſſa: Et tu arrogãs & ſuperbus de ſanctaꝝ puritate manuũ, & mũdicia æloquĩ gloriaris. Qꝝuis ſit hominis perfecta conuerſio, & poſt uitia atq; peccata uirtutũ plena poſſeſſio: nunquid poſſunt ſic eſſe ſine uitio: quomodo illi, qui ſtatim de Chriſti fonte procedunt? Et tamen iubentur dicere: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: non humilitatis mendacio, ut tu interpretaris, ſed pauore fragilitatis humanæ ſuam conſcientiam formidantes. Illi dicunt: ne nos inducas in tentationem: Tu cum Iouinia
B no loqueris: eos qui plena fide baptiſma conſecuti ſunt, tentari ultra & peccare nõ poſſe. Ad extremũ inferũt: Sed libera nos a malo. Quid precantur a dño, quod habent in liberi arbitrĩj poteſtate? O homo nũc mundus factus es in lauacro: & de te dicitur: Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit dealbata, innitẽs ſuper fratruelẽ ſuũ: ut lota quidẽ ſit, ſed cuſtodire nõ ualeat puritatem, niſi a dño deo ſuſtentetur. Quomodo cupis dei miſericordia liberari: qui pauloante liberatus es a peccatis: niſi hac ratione qua diximus: ut cum omnia fecerimus, nos inutiles eſſe fateamur. Oratio ergo tua, phariſæi uincit ſuperbiam: & publicani comparatione damnatur: qui de longe ſtans, oculos ad deũ non audebat attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Vnde profertur domini ſententia. Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam, plus cꝫ ille. Omnis enim qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Apoſtoli humiliantur, ut exaltentur. Diſcipuli tui eleuantur, ut corruant. Eidem adulans uiduæ nõ erubeſcis dicere, pietatem, quæ nuſcꝫ reperitur in terra: & ueritatem, quæ ubiq; peregrina ſit, in illa potiſſimum commorari, nec recordaris illius ſententiæ: Populus meus, qui beatum te dicũt, ſeducunt te, & ſemitas pedum tuorum ſupplantant: laudaſq; eam uocibus, & dicis. O te felicem nimium: o beatam, ſi iuſticia quæ eſſe iam nõ niſi in cœlo creditur, apud te ſolam inueniatur in terris. Docere eſt hoc an occidere? Leuare de terra, an præcipitare de cœlo: id mulierculæ tribuere, quod angeli non audeant uſurpare? Si autem pietas, ueritas atq; iuſticia non inueniuntur in terris, niſi in una muliere: ubi erũt iuſti tui: quos abſq; peccato in terris eſſe iactabas? Quæ duo capitula orationis & laudis, ſoles cum tuis iurare diſcipulis non eſſe tua: cum perſpicue in eis ſtili tui ſplendor eluceat: & tãta ſit uenuſtas æloquĩ Tulliani, ut teſtudineo incedẽs gradu: quæ ſecreto doces mittiſq; uenalia: publice non audeas profiteri. O te felicẽ, cuius præter diſcipulos nemo conſcribit libros: ut quicquid uideris diſplicere, nõ tuum, ſed alienum eſſe cõtendas. Et quis ille tanti erit ingenij: ut leporem tui ſermonis poſſit imitari? CRITO. Non poſſum ultra differre: omnis uincitur patientia ueſtrorum iniquitate uerborum. Oro te: quid infantuli peccare? nec conſcientia eis delicti imputari poteſt, nec ignorantia: qui iuxta Ionam prophetã manum dextrã

C num dexteram neſciunt & ſiniſtram. Peccare non poſſunt & poſſunt perire: genua labant, uagi
tus uerba nō explicāt, balbutiens lingua rideť, & æternæ miſeriæ cruciatus, miſeris præparant.
ATTI. Ah nimium diſertus eſſe cœpiſti (ut non dicam æloquens) poſtq̄ diſcipuli tui, uerſi ſunt
in magiſtros. Antonius orator egregius: in cuius laudibus Tullius pertonat: diſertos ſe ait uidiſ
ſe multos: æloquentē adhuc neminē. Noli ergo mihi oratorum, & non tuis floribus ludere: per
quos ſolent imperitorum atq̄ puerorū aures decipi, ſed ſimpliciter dic mihi quid ſentias. CRI-
TO. Hoc dico: concedas mihi ſaltē eos eſſe ſine peccato, qui peccare nō poſſunt. ATTI. Conce
dam ſi in Chriſto fuerint baptiçati: nec me tenebis in aſſenſum ſententiæ tuæ: qua dixiſti poſſe
hominem ſine peccato eſſe ſi uelit. Iſti em̄ nec poſſunt, nec uolunt, ſed ſine ullo peccato per dei
gratiā ſunt, quā in baptiſmo ſuſceperunt. CRITO. Cogis me: ut ad inuidioſum illud ueniam,
& dicam tibi. Quid em̄ peccauerunt: ut ſtatim in me populorum lapides conīcias: & quem uiri-
bus non potes, uoluntate interficias? ATTI. Ille hæreticum interficit: qui eſſe hæreticum pa-
titur. Cæterū noſtra correptio, uiuificatio eſt: ut hæreſi moriens, uiuas catholicæ fidei. CRITO.
Si nos ſcitis hæreticos, cur nō accuſatis? ATTI. Quia apoſtolus me docet hæreticum poſt unā
& ſecundam correptionem uitare non accuſare: ſciens, quia peruerſus ſit, & ſuo iudicio damna-
tus. Alioquin ſtultiſſimum eſt, ſuper fide mea ex alterius pendere iudicio. Quid em̄ ſi te alius
catholicum dixerit: ſtatim ne aſſenſum tribuam? Quicūq̄ te defenderit, & peruerſa credentem
bene ſentire dixerit: non hoc agit ut te infamia liberet, ſed ut ſe infamet perfidiæ. Multitudo ſo-
ciorum, nequaq̄ te catholicum, ſed hæreticum eſſe demonſtrabit. Verum hæc eccleſiaſtico ca-
centur pede: ne quaſi paruulis flentibus, triſtior quædam imago mōſtretur. Hoc nobis præſtet
dei timor: ut omnes alios contemnamus timores. Proinde aut defende quod credis: aut re-
linque quod defendere non potes. Quēcūq̄ in defenſionem tui adduxeris, non patronum, ſed
ſocium nominabis. CRITO. Dic quæſo: & me omni libera quæſtione, quare infantuli baptiçē
tur? ATTI. Vt eis peccata in baptiſmate dimittantur. CRITO. Quid em̄ cōmeruere peccati?
D Quiſq̄ ne ſoluitur nō ligatus? ATTI. Me interrogas? Reſpondebit tibi euangelica tuba, do-
ctor gentium, uas aureū in toto orbe reſplendens: Regnauit mors ab Adam, uſq̄ ad Moyſen:
etiam in eos qui nō peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adam, qui eſt forma futuri.
Quod ſi obieceris dici, eſſe aliquos qui non peccauerunt: intellige eos illud non peccaſſe pec-
catum, quod peccauit Adam præuaricando in paradiſo præceptū dei. Cæterum omnes hoies,
aut antiqui propagatoris Adam, aut ſuo nomine tenentur obnoxij. Qui paruulus eſt, parentis
in baptiſmo uinculo ſoluiť. Qui eius ætatis eſt, quæ poteſt ſapere, & alieno & ſuo, Chriſti ſangui
ne liberatur. Ac ne me putes hæretico ſenſu hoc intelligere: beatus martyr Cyprianus, cuius te in
ſcripturarum teſtimonijs digerendis æmulū gloriaris, in epiſtola quā ſcribit ad epiſcopū Fidū
de infantibus baptiçandis hæc memorat. Porro aūt ſi etiam grauiſſimis delictoribus, & in deū
multo ante peccantib9cū poſtea crediderint remiſſio peccatorū datur, & a baptiſmo atq̄ gratia
nemo prohibetur: quātomagis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, niſi
quod ſecundū Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ, prima natiuitate contraxit?
Qui ad remiſſionē peccatorū accipiendā, hoc ipſo facilius accedit, quod illi remittunť nō ppria,
ſed aliena peccata. Et idcirco frater chariſſime, hæc fuit in cōcilio noſtra ſentētia, a baptiſmo atq̄
gratia dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi.
Quod cū circa uniuerſos obſeruandū ſit atq̄ retinendū, magis circa infantes ipſos & recens na
tos obſeruandum puta, qui hoc ipſo de ope noſtra ad diuinam miſericordiā plus merenť: qđ
in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes ac flētes, nihil aliud faciūt q̄ deprecanť. Scripſit
dudū uir ſanctus & æloquens epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinū, qui poſtea ſub inuidia ty-
rānidis Heradianæ, ab hæreticis innocēs cæſus eſt, duos libros de infantib9 baptiçādis cōtra hæ-
reſim ueſtrā, p quā uultis aſſerere baptiçari infantes, nō in remiſſionē peccatorū, ſed in regnū cœ
lorū: iuxta illud qđ ſcriptū eſt in euāgelio: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpū ſancto, nō pōt
intrare in regnū cœlorū. Tertiū quoq̄ ad eundē Marcellinū cōtra eos, qui dicunt idē quod uos,
poſſe hominē ſine peccato eſſe ſi uelit, abſq̄ dei gratia. Et quartū nuper ad Hilariū contra do-
ctrinam tuā, multa peruerſa fingentem. Alios quoq̄ ſpecialiter, tuo nomini ludere dicitur, qui

necdum

A necdū in noſtras uenere manus. Vnde ſupſedendū huic labori cenſeo, ne dicatur mihi illud Horatij: In ſyluam ne ligna feras. Aut em̄ eadē diceremus ex ſuperfluo, aut ſi noua uoluerimus dicere, a clariſſimo ingenio occupata ſunt meliora. Hoc unum dicam, ut tandem finiatur oratio: aut nouū uos debere ſymbolū tradere: ut poſt patrē & filium & ſpiritū ſanctū baptiçetis infantes in regnū cœlorum: aut ſi unum & in paruulis & in magnis habetis baptiſma, etiam infantes in remiſſionem peccatorum baptiçandos in ſimilitudinem præuaricationis Adam. Quod ſi iniuſta uobis uidetur alienorum remiſſio peccatorū, qua non indiget qui peccare non potuit: tranſite ad Amaſium ueſtrum, qui præterita in cœlis & antiqua delicta ſolui dicit in baptiſmo, ut cuius in cæteris authoritate ducimini, etiam in hac parte errorem ſequamini.

IN PROEMIVM DIALOGO. ADVER. PELAGIANOS SCHOLIA.

QVibuſdam lupatis.) Lupata ſunt frena aſperiora, quibus indomiti cohibentur equi. Ita Vergilius. Et duris parere lupatis. Euagrium Hyperboritam.) Addidit patriam quod eius nominis complures ſint. Sunt autem Hyperborei, Scythiæ populi in Aſiatico littore ad Aquilonē in montib⁹ Ripheis. Abin & Paamin.) Meminit Auguſtinus in libro de hæreſibus ad Quoduultdeum de Pſallianis, ſiue ut in alijs habetur codicibus Maſſilianis, qui Græce dicti ſint Euchitæ, quod indeſinenter orarent. Pſallianj & Maſſilianj

Socraticorum conſuetudinem.) Qui dialogis rem tractant, ut Plato & Xenophon. Inuidiæ facibus.) Id etiam litteris prodidit Gennadius, obtrectatorem Ruffini, liuore commotum, ad obloquium uertiſſe ſtilum. Eloquentiæ fulmina.) Hoc per Ironiam eſt accipiendum. Nā ipſi in libris infantiam exprobrat. Siqdem id agit hoc loco Hieronymus, non fuiſſe cauſam cur Ruffino inuideret. Palladius ſeruilis nequitiæ.) Nequitiam non ad libidinem retulit, ſed ad contemptum. Ita Plautus piſcem nō recentem appellat nequam, quod nullius eſſet precij.

IN PRIMVM DIALOGVM SCHOLIA.

Dic mihi.) Poſteaq̄ decretum erat fictis nominibus rem agere, demiror, cur hæc uocabula potiſſimū placuerint Attici & Critobuli. Niſi ob id ſibi ſumpſit Attici nomen, quod hic data opera Atticum dicendi genus affectauit, hoc eſt dilucidum, & elegans magis q̄ uehemens. Quod idem fecit in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. Aduerſarium autem ideo uocauit Critobulum, quod innuat in conſilio condemnā
B dum, a uerbo κρίμμ & βουλή. Nam huius hæreſis damnata fuit primum ab Innocētio, deinde a Zoſimo, poſtremo a concilio Carthaginenſi, quemadmodum ante retulimus. Ingratis tibi fatendum eſt.) Ingratis aduerbialiter dixit, pro eo quod eſt, nolenti. Scilicet nunc mihi.) Scilicet Ironiam habet, ſentit em̄ non eſſe neceſſe. Fruere liberi arbitrij.) Hoc non eſt approbantis, ſed abominantis. ὄμαιο, hoc eſt tibi habe. Ita Iuuenalis. Viuas & imaginis huius gaudia longa feras, utiq̄ cum cōtemptu eius cui hæc dicit. Qd̄ Græce dicit δύναμις.) Philoſophorū uocabula δύναμις, quā potentiā uocāt latini, & ἐνέργεια quā actū appellant: hæc inter ſe pugnāt. Nā δυνάμει dicit eſſe, qd̄ nōdū eſt: ſed tamē ita cōditū, ut eſſe poſſit, quēadmodū granū pomi potētia eſt arbor, & materia prima quidlibet ē. At ἐνεργείᾳ eſt, qd̄ iā uere eſt, & in quo agit inducta forma. Ne dialecticis.) Varie deprauatus erat hic locus in exemplaribus: legendū arbitror, At tu nænijs dialecticis imbutus quidē es. Vt ſit ſenſus, illū deguſtata dialectica facile poſſe ſentire, id nemine cōceſſurū. Aut certe in hūc modū. An tu ne his qdē dialecticis imbut⁹ es? hoc eſt his rudimētis, quæ norūt, quel leuiter attigere dialecticā. In terra Hus.) Quā uocē Hebraicā Septuaginta uerterūt Auſitide. Et paruū euāgeliſtæ.) Nā magis mirādū erat, ſi apoſtol⁹ in eadē epiſtola ea q̄ parua ſit ſecū ipſe pugnaret. Quid paleis ad.) Hiere. ca. 23. Ad oratorū caſtra.) Tranſlatū a militibus perfugis, ad hoſtiū caſtra ſe trāſferentib⁹. Orator tuus.) Nempe Cicero. Cōmunibus locis.) Subaudi uti. Nā domi nobis iſta naſcunt̄, Rhetorū em̄ ꝓpria ſunt. Diuidens ꝓpria.) ἰδία Græce, hoc eſt ꝓprie, ſiue priuatim. Si legas ἴδια propria ſunt. Atq̄ id uerbi in noſtra ædītione non reperitur. Magiſter ueſter ὁ ἀρχαῖος.) Id eſt uetus ille: Origenem ni fallor ſignificat, aut certe Platonem, unde hauſit hæc Origenes. Maluit autē Græce dicere, ut alluderet ad libros περὶ ἀρχῶν. Deinde luderet amphibologia uocis. Nam Archæus Græcis & uetuſtum ſignificat & ſtultum ac delirū. Manū iniçiant deo.) Hoc eſt deum in ius trahāt iniecta manu. Quas Græci βαμαύσους.) Quod ad uerbum dicere poſſis caminarias, quod in fornacibus & caminis exerceant̄: a βαῦμος camino, & ἄυω incendere. Deinde tranſlata uox ad quaſlibet artes, quæ manuū opificio peragant̄.

In tria diuiditur.) Hic ſuppoſuerant eruditi diuiſionem medicinæ, aliunde ſumptam. Verum ex antiquorum codicum ueſtigijs, ad hūc reſtituimus modum δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν, id eſt decretum, rationē, & experientiam, ut prima pars pertineat ad præceptiones, ſecunda ad rationem accommodandi, tertia ad exercitationē, ſiue adminiſtrationē artis. Vtitur hac eadem diuiſione in epiſtola ad Paulinū. At eruditus aliquis ſuppoſuerat hoc loco, partitionē Cornelij celſi, qua medicinā in tres diuidit partes, διαιτητικήν, φαρμακευτικήν, χειρουργικήν, quarū prima tradit rationem uictus, ſecunda curationem & apparatum remediorum, tertia manuū conſtat officio, nempe ea quæ ſectionibus, emplaſtris, & inuſtionibus curat. Magis ſonat ἀνέγκλητον.) Sine crimine uidet̄ uulgo dici, qui caret flagicijs. At ἀνέγκλητος dicitur is, in quem nullū crimē poſſis impingere. Nā multorū innocētia nō caret infamia, ueluti Catonis, qui toties accuſat⁹ fuit, ſed abſolut⁹. ἐγκαλεῖν eſt in ius uocare & dicā impingere, ἔγκλημα crimen, unde ἀνέγκλητος, quaſi dicas incriminabilis. Aut uerrucā.) Neuus eſt macula, uerruca tuberculū. Cōſyderem⁹ quoq̄ ἐπίϑασιν.) Id eſt intēſionē ſiue exaggerationē. Qd̄ ſequit̄ μὴ μεόφυτον.) Id eſt nō nouitiū. Sic em̄ uocat q̄ nuper ad fidē acceſſerit.

Vel in

C Vel in exceſſibus.) Excurſibus opinor legendum, quam ἔκβασιν uocant. Receptum autem erat in declamationibus, ut ſtatim a narratiõe in locum aliquem amœnum, excurreret is qui dicebat, quo uoluptate præpararet auditorem ad futuram argumentationem. Id quod & Hieronymus in aliquot libris ſuis fecit, ſicuti ſuis indicauimus locis. Epilogorum dulcedine.) Nam in hac parte potiſſimum delectare conantur, in qua locus eſt proprius mouendorum affectuũ. Actum ne agas.) Eſt apud Terentiũ in Phormione, id eſt, ne fruſtra labores: tranſlatum a iudicijs, in qua non licebat eandem cauſam, de qua pronunciatum eſſet denuo agere. Stulticiam ἀσυσάτου argumentationis.) Inter uitia argumentationis refertur ἀσύσατον, id eſt inconſiſtens, ſimile ei quod appellant ψευδόμενον. Dicitur autem ἀσύσατον quoties eiuſmodi res proponitur, ut ne poſſit quidem eſſe quod fingitur: ut lex indicit talionem uulneris, cum id ne fieri quidem poſſit, ut enim nihil aliud accedat, ille imprudens uulnerauit, hic prudens. Vigilantem capiam.) Alluſit ad Ariſteum, de quo meminit Vergilius in quarto Georgicon, qui matris adiutus conſilio, Proteum uinculis irretiuit, ſed dormientem ex inſidijs adortus. Laborare poteſt.) Laborat aliquando, qui periclitatur. Eſt aũt Liuij ſententia puerbialis. Amaçonas tuas.) Mulieres hæreticis fauentes: in quas iocatur & in libris aduerſus Iouinianum. Decimo quarto titulo.) Citat librum Pelagij. Sed quod ubiq; ὑπερβολικὰς.) Id eſt immodica & fidem excedentia loquens.

IN DIALOGVM SECVNDVM SCHOLIA.

Quod Græce ἀμαμάρτητον.) Id eſt impeccabilem, ut in ſuperioribus demonſtratum eſt. Demoſthenis ueſtri.) Apparet notari interpretem Origenem, aut Origeniſtam quempiam. Quæ Græce περιφέρεια.) Id eſt circũferentia, ſiue circũlatio aut rotatio, quod in morem rotæ uoluantur aſſidue res mortalium. λύπη.) Dolor, ſiue moleſtia. χάρα gaudium, a uerbo χαίρω. ἡδονὴ uoluptas, a uerbo ἥδομαι. Gaudiũ ad animum pertinet, ἡδονὴ magis ad corpus, ꝯꝯ & hæc uox ad animum, & in bonam partem torquetur a latinis. Epiſtolæ biblinæ.) Id eſt papyraceæ. Notat Pelagium & Iulianum, quod procul mittant ſuas epiſtolas, ut inde redeant munera. Noua de Ophir.) Alludit ad id quod legimus, ex longinquis regionibus, dona peregrina miſſa Solomoni, ob admirationem ſapiẽtiæ. Inter ſimias & pauos.) Quæ animãtia eius ſunt regionis: & alterum habetur in delitijs apud magnates, alterum etiam in cibis gratum magnatum menſis. τῷ δοκεῖν.) Id eſt apparendo, aut ſic ut uideretur, aut putaretur. Eſt enim uerbũ infinitiui modi nominis loco poſitum. Niſi fallor enim, σκῶλον, & σκάνδαλον.) Vtrũq; ductum uidetur a σκάζω, quod
D eſt claudico, quod obiectum offendiculum cogat claudicare, & ad ruinam tendere. Optimum reuera.) Hoc κατ' ἀπίφρασιν eſt accipiendum. Ἀπίθεον eſſe doceas.) Verbũ eſt Homericũ, quo ſignificat dijs equi parandum, & numini parem. Quo maledicto.) Phrygiæ fortuitam mentionem torſit in Cataphrygas hæreticos, Montani diſcipulos, qui dicebat ſpiritũ ſanctũ non in apoſtolos, ſed in ſe deſcendiſſe. ὁ μόνος ἀναμάρτητος.) Id eſt ille qui ſolus eſt ſine peccato. Filius Ioſedech.) Vt diſtinguat a filio Nauæ. Locus aũt eſt apud Zachariam cap. 3. Lapides ſancti uoluuntur.) Locus eſt apud eundẽ cap. 9. Antiochus Epiphanes.) ἐπιφανὴς, Id eſt illuſtris

IN DIALOGVM TERTIVM SCHOLIA.

Quod de Socrate.) Is agelaſtos eſt dictus, ſemper eodem uultus habitu, nec alio fuit cum ebiberet cicutam, ꝯꝯ quo ſolet uinum bibere. Lacernam ſiue penulam.) Nam de Græca uoce φαλόνης quid ſignificet ambigunt. Alij pallij genus eſſe putant quã hic lacernam uocat, alij thecam librorum. Non intelligis.) διλήμματον, ſiue δίλημμα, id eſt dilemma, genus eſt ſyllogiſmi cornuti, quo modo uſus eſt Critobulus. Niſi mauis δύσδιλήμματον, id eſt peruerſum dilemma. Nam id ex quorũdam codicum ueſtigijs propemodum licet odorari, ut intelligas dilemma uitioſum. αὐτεξούσιον.) Id eſt qui ſui iuris eſt, ſuæq; poteſtatis, ἐξουσία poteſtas, αὐτὸς ipſe. Theatrales præſtigias.) Præſtigias appellat, quod oculis illudatur. Aliud em̃ exhibeẽ ꝯ eſt. Fit aũt aliquoties in Tragœdijs ut idẽ hiſtrio nũc, pdeat Neptunus, nũc Venus, nunc Apollo, aut aliud quidlibet. Teſtudineo.) Ad faſtum inceſſus retulit, ita ſolent, qui ſupercilioſam præ ſe ferunt ſanctimoniam. Epiſcopus Auguſtinus.) Nemo plura cõſcripſit aduerſus Pelagianos ꝯ diuus Auguſtinus. Extant hi libri, ſed hoc titulo, de peccatorum meritis & remiſſione. Ad Hilarium.) Non Pictauienſem, ſed Syracuſanum, qui proponit illi quædam Pelagianorum dogmata. Nuſꝯ de Auguſtino locutus eſt honorificentius Hieronymus ꝯ hoc loco. In ſyluam ne.) Prouerbiale eſt, illi ſimile, Ne addas aquam mari. Amaſium ueſtrum.) Originem ſentit.

ANTIDOTVS. In primo dialogo dicit neminem omnino mortalem præter unum Chriſtum fuiſſe, aut eſſe potuiſſe ſine peccato, cum hoc beatæ Mariæ tribuant omnes Chriſtiani. Loquitur autem de peccato actuali quod uocant, quod Iohanni baptiſtæ, & alijs nonnullis noſtri tribuunt theologi. Nec enim id ſolum refellit, hoc non poſſe contingere homini abſq; gratia dei, ſed negat omnino contigiſſe cuiq;: uerũ id ſoli deo competere putat, atq; id repetit & in ſequentibus dialogis locis aliquot. Fortaſſis ita ſenſit, id nulli contingere ſuis meritis. Verũ id illis locis non indicat. Quãꝯ hæc a diſputante dicuntur & ſuper his nihil adhuc definierat eccleſia. Præterea damnat eos qui uolunt fœminas pſallere laudes diuinas in hominum frequentia: cũ hodie paſſim & palam canant in templis, uerum hæc cõſuetudo mutauit. Præterea calumnioſius uidetur inſectari, quod Pelagius ſcripſerat gloriam ueſtium & ornamentorum deo eſſe contrariam. Non enim dixit ueſtes ornatas, aut ſplendidas eſſe deo contrarias, ſed gloriam ueſtiũ. Quod ſi maxime dixiſſet, quid erat flagitij? Quaſi Hieronymus non plurimis locis hoc idem dixerit? Verũ hæc calori diſputantis ſunt condonanda. In ſecundo dialogo dicit hypocriſeos uitio, aut paucos carere aut nullos, cum morbus ſit omnium peſtilentiſſimus. Verum id nõ eſt accipiendũ, de praua illa & callida ſimulatiõe ſanctimoniæ, ſed uerecũda diſſimulatiõe uitiorũ noſtrorũ, quæ ſanabiles etiã animos comitat.

Theophilus

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

A Theophilus episcopus Alexandrinus adhortatur Epiphanium episcopum Salaminæ Cypri, ut modis omnibus adnitatur, quo conuocata synodo, Origenistarum hæresis publica authoritate damnetur.

THEOPHILVS EPIPHANIO.

DOminus qui locutus est ad prophetam: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare, & suffodere, & disperdere: & rursum, ædificare ac plantare, singulis tẽporibus eandem ecclesiæ suæ largitur gratiam: ut integrum corpus conseruetur, & in nullo hæreticorum dogmatũ uenena præualeant. Quod quidem nunc uidemus expletum. Nam ecclesia Christi, quæ non habet maculam, neq; rugam, aut aliquid istiusmodi, egredientes de cauernis suis, Origenis colubros, euangelico ense truncauit: & secundum Nitriæ monachorum agmen, contagione pestifera liberauit. Pauca ergo ex his quæ gesta sunt, in generali epistola, quã ad omnes in cõmune direxi, prout patiebatur angustia temporis, comprehendi. Dignatiõis tuæ est, quæ in huiusce modi certaminibus sæpe ante nos pugnauit, & positos in prelio consolari, & congregare totius insulæ episcopos: ac synodicas litteras, tam ad nos, cõ; ad Constantinopolitanæ urbis episcopum, & si quos alios putaueris, mittere: ut consensu omniũ, & ipse Origenes nominatim & hæresis nepharia condemnetur. Didici enim quod calumniatores ueræ fidei, Ammonius, Eusebius, & Eutinius, nouo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim nauigarint, ut & nouos si quos uoluerint decipiãt: & ueteribus suæ impietatis socijs cõiungantur. Curæ igitur tuæ sit, ut cunctis episcopis per Isauriam atq; Pamphiliam, & cæterarũ prouinciarum, quæ in uicino sunt, rei ordinem pandas: & nostram (si dignum putas) epistolam subijcias: ut omnes uno spiritu congregati, cũ uirtute domini nostri Iesu Christi tradamus eos
B Satanæ in interitum impietatis, quæ possidet eos. Et ut celerius nostra Cõstantinopolim scripta perueniant, mitte industrium uirum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasterijs patres monachorum, cum alijs sanctis & continentissimis uiris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere, quæ gesta sunt: & super omnia quæsumus, ut impensas ad dñm fundas preces: quo possimus etiam in isto certamine uictoriam consequi. Non em̃ parua lætitia, & in Alexandria & per totam Aegyptum populorum corda peruasit: ex quo pauci homines electi sunt, ut purum corpus ecclesiæ permaneret. Saluto fratres qui tecum sunt. Te plæbs quæ nobiscum est, in domino salutat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theophilum episcopum Alexandrinũ extimulat in Origenistarum factionem. Verum in his epistolis tametsi doctæ sunt, admiror æqualitatem stili, cum Theophilus ni fallor Græce scripserit. Vnde mihi uidetur eruditus aliquis ex actis hæc conscripsisse. Sed integrum esto nihilo secius suũ cuiq; iudicium.

HIERONYMVS THEOPLILO.

MEminit beatitudo tua, qd' eo tẽpore quo nobiscũ manebas, nũc; ab officijs, me⁹ sermo cessauerit: nec cõsyderauerim, quid tu pro dispensatiõe tũc faceres, sed quid me facere conueniret. Et nunc sumptis dignationis tuæ epistolis, fructum aliquẽ cœpisse me uideo euangelicæ lectionis. Si em̃ duri iudicis sententiam, crebra mulieris inflexit petitio: quãto magis paterna uiscera interpellatione sedula molliuntur? Quod de canonibus ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem em̃ diligit dominus, corripit: & flagellat omnem filium, quem recipit. Sed tamen scito nobis nihil esse antiquius, cõ; Christi iura seruare, nec patrum transire terminos, semperq; meminisse Romanam fidem, apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur. Super nepharia hæresi, quã in multa patiẽtia geris: & putas ecclesiæ uisceribus incubãtes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet: ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum: & factio robustior fiat. Vale in Christo.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theophilus scribit Hieronymo uictos & explosos ac damnatos Origenistas.

THEOPHILVS HIERONYMO.

SAnctus episcopus Agatho, cum dilectissimo diacono Athanasio in ecclesiastica directus est causa: quã cum didiceris, non ambigo quin nostrum studiũ probes: & in ec

C cleſiæ uictoria glorieris. Nanq; Origenis hæreſim, in monaſterijs Nitriæ quidã nequã & furioſi hoies ſerere & fundare cupientes, pphetica falce ſucciſi ſunt. Quia recordati ſumus cõmonentis apoſtoli: Argue eos ſeuere. Feſtina igitur & tu, partẽ huius premij recepturus, deceptos quoſq; emendare ſermonibus. Optamus, ſi fieri poteſt in diebus noſtris catholicã fidem, & eccleſiæ regulas cum ſubiectis nobis populis cuſtodire, & omnes nouas ſopire doctrinas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus collaudat induſtriã Theophili, cuius prudenti lenitate uicta ſit Origeniſtarum factio.

HIERONYMVS THEOPHILO.

NVper tuæ beatitudinis percepi ſcripta, emendantia uetus ſilentium, & me ad ſolitũ officium prouocantia. Vnde licet per ſanctos fratres, Priſcum & Eubulum, tuus ad nos ſermo ceſſauerit: tamen quia uidimus illos zelo fidei concitatos, raptim Palæſtinæ luſtraſſe regiones, & diſperſas regulos uſq; ad ſuas latebras perſecutos: breuiter ſcribimus, quod totus mundus exultet, & in tuis uictorijs glorietur. Erectumq; Alexãdriæ uexillũ crucis: & aduerſus hæreſim trophœa fulgentia, gaudẽs populorũ turba, pſpectet. Macte uirtute, macte zelo fidei, oſtendiſti, quod hucuſq; taciturnitas diſpenſatio fuit, non cõſenſus. Libere em̃ reuerentiæ tuæ loquor. Dolebamus te nimiũ eſſe patientẽ: & ignorãtes magiſtri gubernacula, geſtiebamus in interitum perditorum. Sed ut uideo, exaltaſti manum diu, & ſuſpendiſti plagam, ut ferires fortius. Super ſuſceptione cuiuſdam non debes contra urbis huius dolere pontificem: quia nihil tuis litteris præcepiſti: & temerariũ fuit de eo quod neſciebat ferre ſentẽtiam: tamen reor illum, nec audere, nec uelle te in aliquo lædere.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Scribit in eãdem ferme ſententiam, eius opera nõ ſolum Aegyptum & Syriam, ſed & Italiam omnem liberatam ab hæreſi Origeniſtarum.

HIERONYMVS THEOPHILO.

D DVplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ litteræ præſtiterunt: quod & ſanctos & uenerabiles Agathonem epiſcopum, & diaconũ Athanaſium habuerint portitores: & aduerſum ſceleratiſſimã hæreſim, zelum fidei demonſtrarint. Vox beatitudinis tuæ in toto orbe pertonuit, & cunctis Chriſti eccleſijs lætãtibus, diaboli uenena ſiluere. Nequaq; amplius antiquus ſerpens ſibilat, ſed contortus & euiſceratus, in cauernarum tenebris deliteſcens: ſolem clarum ferre nõ ſuſtinet. Qui quidẽ ſuper hac re, & anteq; ſcriberes, ad occidentẽ epiſtolas miſerã, ex parte hæreticorũ ſtrophas, meæ linguæ hominib⁹ indicans. Ex diſpenſatione dei factum puto: ut eo in tẽpore tu quoq; ad Anaſtaſiũ papam ſcriberes: & noſtrã dum ignoras ſententiam roborares. Verum a te nunc admoniti, magis ſtudium accommodabimus: ut hic & procul ſimplices ab errore reuocemus. Nec timeamus ſubire odia quorundã. Nec em̃ debemus hominibus placere, ſed deo: q; q; ardentius ab illis defendatur hæreſis, q; a nobis oppugnetur. Simulq; obſecro: ut ſi qua ſynodica habes, ad me dirigas: quo poſſim tãti pontificis authoritate firmatus liberius & confidẽtius pro Chriſto ora reſerare. Vincentius preſbyter ante biduum, q; hanc epiſtolam darem, de urbe uenit, & ſuppliciter te ſalutat, crebroq; ſermone concelebrat Romam & totam Italiam, tuis poſt Chriſtum epiſtolis liberatã. Adnitere ergo papa amantiſſime atq; beatiſſime, & per omnem occaſionem ad occidentales epiſcopos ſcribe: ut mala germina acuta (ut ipſe ſignificas) ſuccidere falce non ceſſent.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS:

Monet, ut exploſa factione Origeniſtarum, & eos eijciat qui clam & oblique eſſent Origeniſtæ, Ruffinum & illius amicos.

THEOPHILVS HIERONYMO.

DIdici quod & ſanctitas tua nouerit Theodorum monachum, eiuſq; ſtudium comprobaui: quia cum a nobis Romam nauigaturus exiret: noluit ante proficiſci, niſi te & ſanctos fratres qui tecum ſunt in monaſterio, quaſi ſua uiſcera amplexaretur & inuiſeret. Quẽ cum ſuſceperis, pro eccleſiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monaſteria, & referre poteſt continentiam & manſuetudinem monachorum. Quomodo

A modo extinctis & fugatis Origenis ſectatoribus: pax eccleſiæ reddita ſit, & diſciplina dñi cõſeruetur. Atq; utinam apud uos quoq; deponerent hypocriſim, qui occulte dicuntur ſubruere ueritatẽ. De quibus nõ bene ſentiẽtes, in his regionibus fratres, hæc me ſcribere prouocarũt. Quãobrem cauete: & effugite huiuſcemodi homines: iuxta quod ſcriptum eſt: Si quis non affert ad uos eccleſiaſticam fidẽ, huic nec aue dixeritis. Quãq; ex ſupfluo faciã, hæc tibi ſcribere, qui errantes potes ab errore reuocare: tamẽ nihil nocet & prudẽtes & eruditos uiros pro ſollicitudine fidei commoneri. Omnes fratres qui tecum ſunt, nomine meo ſalutari uolo.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nunciat Hieronymo Origeniſtarũ factionẽ, opera Theophili damnatã: exẽplar epiſtolæ ad eũ, uelut huius rei præcipuũ adiutorẽ mittens. Tacite adhortans, ut quos aduerſus eam ſcripſiſſet libros æderet.

EPIPHANIVS HIERONYMO.

GEneralis epiſtola, quæ ad oẽs catholicos ſcripta eſt: ad te proprie pertinet, qui zelum fidei aduerſus cunctas hæreſes habens, Origenis proprie, & Apollinarij diſcipulis aduerſaris: quorũ uenenatas radices, & in altum defixam impietatem, omnipotens deus protraxit in medium: ut in Alexandria proditæ, in toto orbe areſcerent. Scito eñ fili chariſſime, Amalech uſq; ad ſtirpem eſſe deletũ, & in mõte Raphadim erectũ trophœum crucis. Etenim quomodo porrectis in altum Moyſi manibus, uincebat Iſrael: ſic dñs cõfortauit famulum ſuum Theophilum: ut ſuper altare eccleſiæ Alexandrinæ, contra Origenẽ uexillum poneret: & impleretur in eo quod dicit: Scribe ſignum hoc, quia delebo funditus Origenis hæreſim a facie terræ cum ipſo Amalech. Et ne uidear eadem rurſus iterare, & prolixiorẽ epiſtolã texere: ipſam ad uos ſcriptã direxi: ut ſcire poſſitis, quæ nobis ſcripſerit: & quantũ boni ultimæ ætati meæ conceſſerit dñs: ut quod ſemper clamabam, tanti pontificis teſtimonio probaretur. Iam autẽ puto & te aliquid operis ædidiſſe, & iuxta priorem epiſtolam qua te ſuper hac re fueram cohortatus, elimaſſe librũ, quẽ tuæ linguæ homines legãt. Audio eñ & ad occidentẽ
B quorundã hominum naufragia perueniſſe: qui nõ contenti perditione ſua, uolunt plures mortis habere participes, quaſi multitudo peccantiũ ſcelus minuat: & nõ numeroſitate lignorũ, maior gehennæ flamma ſuccreſcat. Sanctos fratres, qui tecum ſunt in monaſterio domino ſeruientes, & tecum & per te plurimum ſalutamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Excuſat ſe quod paucis ſcripſerit, nimirũ occupatus conferendis Hebræorũ uoluminibus cũ æditione Aquilæ. πάρεργον aũt uocat, nõ quod ſit ſupuacaneũ, ſed alienũ ab ope ſuſcepto, & uelut extraordinariũ.

HIERONYMVS MARCELLAE.

VT tam paruam epiſtolam ſcriberem, cauſæ duplicis fuit: quod & tabellarius feſtinabat, & ego alio opere detentus hoc quaſi παρέργῳ, me occupare nolui. Quæris quid nam illud ſit, tam grande, tam neceſſarium, quo epiſtolicæ confabulationis munus excluſum ſit. Iam pridẽ cum uoluminibus Hebræorũ æditionẽ Aquilæ cõfero, ne quid forſitan propter odiũ Chriſti, ſynagoga mutauerit: & ut amicæ menti fatear, quæ ad noſtrã fidẽ pertineãt roborandã plura reperio. Nũc a prophetis, Solomone, pſalterio regnorũq; libris examuſſim recẽſitis, Exodũ teneo, quẽ illi Ele ſemoth אלה שמות uocãt ad Leuiticũ tranſiturus. Vides igitur, quod nullum officiũ, huic operi præponendũ eſt. Attamen ne Currentius noſter forte fruſtra cucurrerit, duas epiſtolas, quas ad ſororẽ tuã Paulã eiuſq; pignꝰ Euſtochium miſeram, huic ſermunculo annexui: ut dum illas legeris: & in his aliquid doctrinæ pariter ac leporis inueneris, putes tibi quoq; ſcripta eſſe, quæ illis ſcripta ſunt. Albinam cõmunẽ matrẽ ualere cupio, de corpore loquor: ut ſpiritu ualeat, nõ ignorãs. Eamq; per te ſalutari obſecro: & duplici pietatis officio focillari, qđ in una atq; eadẽ Chriſtiana ſimul diligat & mater.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Vigilantiũ, ut habet titulus, qui adiunctus factioni Ruffini Hieronymianum nomẽ, & illius amicos infamabat, reprehendit, & hortatur ut aliquando reſipiſcat, ac deſinat calumniari.

HIERONYMVS ADVERSVS VIGILANTIVM.

VStum quidẽ fuerat, nequaq; tibi litteris ſatiſfacere, qui tuis auribus non credidiſti: neq; eñ ſchedulæ potes acqeſcere, qui uiuo ſermoni nõ accõmodaſti fidẽ. Sed quia Chriſtus pfectæ nobis humilitatis exemplar in ſe tribuit: dans oſculũ prodi

C tori,& latronis pœnitentiam in patibulo ſuſcipiens:eadẽ abſenti ſignifico, quæ præſenti quoq; locutus ſum,me ita Origenem legiſſe uel legere,ut Apollinariũ,uel cæteros tractatores: quorũ in quibuſdam libros,non recipit eccleſia.Nõ quo omnia dicam eſſe damnanda,quæ in illorum uoluminibus continentur:ſed quod quædã reprehendenda confitear. Verum quia operis mei eſt & ſtudij, multos legere:ut ex plurimis diuerſos flores carpam:nõ tam ꝓbaturus oia, q̃ quæ bona ſunt electurus: aſſumo multos in manus meas:ut a multis multa cognoſcã,ſecundũ illud quod ſcriptum eſt:Oĩa legentes:quæ bona ſunt retinentes.Vnde ſatis miror te uoluiſſe Origenis mihi obijcere dogmata,cuius in plæriſq; errorẽ uſq; ad hanc ætatẽ penitus ignoras. Ego ne hæreticus? & cur me quæſo hæretici nõ amant? Tu orthodoxus? Qui etiam contra ſententiã tuã,& linguam alia prædicantẽ,aut inuitus ſubſcripſiſti,& præuaricator es:aut uolens,& hæreticus.Dimiſiſti Aegyptum, & proprias prouincias reliquiſti:in quibus ſectam tuã,libera plærique fronte defendunt: & elegiſti me ad inſectandũ:qui omnia cõtra eccleſiã dogmata reprehendo, & publica uoce condemno.Origenes hæreticus:quid ad me,qui illum in plæriſq; hæreticũ non nego? Errauit de reſurrectione corporis, errauit de animarum ſtatu, de diaboli pœnitentia:& quod his maius eſt,filiũ dei & ſpiritũ ſanctum in cõmentarijs Eſaiæ,Seraphim eſſe teſtatus eſt. Si erraſſe non dicerẽ eũ,& hæc quotidie nõ anathematiçarem,eſſem erroris illius ſocius. Neq; eĩ ita debemus bona eius recipere:ut mala quoq; ſuſcipere cogamur. At idem & ſcripturas in multis bene interpretatus eſt:& prophetarum obſcura diſſeruit,& tam noui q̃ ueteris teſtamẽti reuelauit maxima ſacramenta.Si igit̃ quæ bona ſunt tranſtuli:& mala,uel amputaui,uel correxi,uel tacui:arguẽdus ſum,cur per me latini bona eius habeant, & mala ignorẽt? Si hoc crimẽ eſt:arguatur & cõfeſſor Hilarius: qui pſalmoꝝ interpretationẽ,& Homilias in Iob ex libris eiꝰ, id eſt ex Græco in latinũ tranſtulit.Sit in culpa eiuſdẽ cõfeſſionis Vercellenſis Euſebius:qui omniũ pſalmoꝝ cõmentarios hæretici hominis uertit in noſtrum æloquium:licet hæretica præter/

D mittens,optima quæq; tranſtulerit.Taceo de Victorino Pictabionenſi:& cæteris,qui Origenẽ in explanatione dũtaxat ſcripturarum ſecuti ſunt, & expreſſerũt:ne non tam me defendere,q̃ ſocios criminis uidear quærere. Ad teipſum ueniã:cur tractatus eius in Iob deſcriptos habes? In quibus cõtra diabolũ,& de ſtellis cœloq; diſputans:quædam locutus eſt,quæ eccleſia nõ recipit? Tibi ſoli licet τῷ σοφωτάτῳ κρανίῳ,de cũctis,& Græcis & latinis tractatoribus ferre ſententiã? & quaſi cenſoria uirgula,alios eĩcere de bibliotheca,alios recipere: & cũ tibi placuerit, me uel catholicũ,uel hæreticũ pronunciare:nobis non licet peruerſa reſpuere & dãnare,quæ ſæpe dãnauimus? Lege ad Epheſios libros:lege cætera opuſcula mea,& maxime in Eccleſiaſtẽ cõmentarios: & liquido peruidebis,me ab adoleſcentia nunq̃ alicuius authoritate deterritũ,acqeuiſſe hæreticæ prauitati.Non parũ eſt ſcire quod neſcias:prudentis hominis eſt noſſe menſurã ſuam:nec zelo diaboli concitatũ, imperitiæ ſuæ cunctũ orbem teſtem facere. Sed gloriari cupis,& in patria tua iactitas,me non potuiſſe reſpondere æloquentiæ tuæ,& acumẽ in te Chryſippi formidaſſe. Chriſtiana uerecũdia teneor:& cellulæ meæ latebras nolo mordaci ſermone reſerare. Alioquin proferrẽ, πᾶσαν τὴν ἀρίστην σου καὶ τροπαιοφορίαν. Sed hæc alijs,aut loquenda,aut ridenda dimitto. Ego quaſi Chriſtianus cum Chriſtiano loquẽs,obſecro te frater : ne plus uelis ſapere, q̃ ſapis: ne uel innocentiam, uel ſimplicitatẽ tuã,uel certe ea quæ taceo:& te nõ intelligẽte,cæteri intelligũt,ſtilo proferas,& ineptiaꝝ tuarũ cunctis cachinnum præbeas.Aliud a parua ætate didiciſti: alijs aſſuetus es diſciplinis. Nõ eſt eiuſdem hominis, aureos nũmos & ſcripturas probare,& deguſtare uina,& prophetas, uel apoſtolos intelligere.Me laceras,ſanctum fratrem Oceanum in culpam hæreſeos uocas: preſbyterorũ tibi Vincentij & Pauliniani,& fratris Euſebij iudiciũ diſplicet.Solus es Cato Romani generis diſertiſſimus,qui teſtimonio tuo & prudentiæ uelis credi.Recordare quæſo illius diei:quãdo me de reſurrectione & ueritate corporis p̃dicante,exlatere ſubſultabas,& plaudebas manu & applodebas pede,& orthodoxũ clamabas.Poſtq̃ nauigare cœpiſti : & ad intimũ cerebrũ tuũ ſentinæ putredo peruenit:tũc nos hæreticos recordatus es: Quid tibi faciã? Credidi ſancti preſbyteri Paulini epiſtolis:& illius ſuper noĩe tuo nõ putaui errare iudicium. Et licet ſtatim accepta epiſtola ἀσωάρτιτον ſermonẽ tuum intelligerem:tamen ruſticitatem & ſimplicitatem magis in te arbitrabar,q̃ uecordiam.Nec reprehendo ſanctum uitium.Maluit eĩ apud me diſſimulare quod nouerat,q̃ portitorem dientulum in ſuis litteris accuſare.

Druſemiß errores

A cuſare. Sed memetipſum arguo, qui alterius potius acquieui q̄ꝫ meo iudicio: & oculis aliud cer-
nentibus, aliud ſchedulæ credidi q̄ꝫ uidebam. Quāobrē deſine me laceſſere, & uoluminibus tuis
obruere. Parce ſaltem nummis tuis, quibus notarios librarioſq̄ conducens: eiſdem & ſcriptori-
bus uteris & fautoribus: qui te ideo forſitan laudant, ut lucrum in ſcribendo faciant. Si libet ex-
ercere ingenium: trade te grammaticis atq̄ rhetoribus: diſce dialecticam: ſectis inſtruere philo-
ſophorum: ut cum omnia didiceris, ſaltem tunc tacere incipias. Quāq̄ ſtulte faciam, magiſtro
cunctorum magiſtros quærere: & ei modum imponere qui loqui neſcit: & tacere non poteſt. Ve
rum eſt illud apud Græcos prouerbium ὄνος πρὸς λύραν. Ego reor, & nomen tibi κατ' ἀντίφρασιν
impoſitū. Nam tota mēte dormitas, & profundiſſimo, nō tam ſomno ſtertis q̄ꝫ lethargo. Inter
cæteras quippe blaſphemias: quas ore ſacrilego ꝓtuliſti, auſus es dicere: montē de quo abſciſus
eſt in Daniele lapis ſine manibus, eſſe diabolū: & lapidem Chriſtū: qui quia aſſumpſit corpus
ex Adam, qui diabolo ante per uitia cohæſerat, natū eſſe de uirgine: ut a monte, hoc eſt a diabo
lo hominē ſepararet. O præcidendā linguam: ac per partes & fruſta lacerandā. Quiſq̄ ne Chri
ſtianus deum patrem omnipotentem in perſonā diaboli interpretatur: & tanto piaculo, totius
orbis aures maculat? Si interpretationem tuam, quiſq̄ non dicam catholicorum, ſed hæretico-
rum ſiue gentilium unq̄ recepit: pium ſit quod locutus es. Sin autem tantum nefas, nunq̄ au-
diuit Chriſti eccleſia: & per tuum primum os, ipſe ſe montem interpretatus eſt qui dixerat: ero
ſimilis altiſſimo: age pœnitentiam in ſacco, uerſare & cinere: & tantum ſcelus, iugibus abſter-
ge lachrymis: ſi tandem tibi dimittatur hæc impietas: & iuxta errorem Origenis tunc ueniam
conſequaris: quando conſecuturus eſt & diabolus, qui nunq̄ plus q̄ꝫ per os tuum deprehendit
B blaſphemaſſe. Meam iniuriam patienter tuli. Impietatem contra deum ferre non potui. Vnde
& uiſus ſum mordacius in extrema epiſtola ſcribere, quā promiſerā: quāq̄ poſt priorem pœni-
tentiam qua a me ueniam deprecatus es: iterū cōmiſiſſe unde agas pœnitentiā ſtolidiſſimum
ſit. Tribuat tibi Chriſtus, ut audias & taceas: ut intelligas, & ſic loquaris.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

Ibi ſoli τῷ σοφωτάτῳ κεφαλίῳ.) Cranium Græce ſummum eſt capitis hemiſphærium, quod latini
caluariam uocant: in ea quoniam ſunt organa mentis, hominem ſtultiſſimum iucundiſſima fi
gura, ſapientiſſimam caluariam uocat. Cenſoria uirgula.) Cenſores Romani ius habebant
ſenatu mouendi, ſi quis uideretur indignus eo ordine. Sic Vigilantius e bibliotheca. Alio-
qui proferrē.) Græca quæ ſequuntur uarie habētur in exemplaribus. In codice quodam antiquo, ſic legi,
tametſi formulis peſſime Græcis ſcriptū, πᾶσαν τὴν ἀριστείαν σου καὶ τροπαιοφορίαν, id eſt oīa tua præclara faci-
nora, & pompam trophæorum: ut ſenſum magis reddam q̄ꝫ uerba. Ἀριστεύω em̄ ſignificat egregie ſe gere-
re in negocio quopiā, præſertim in bello, aut certamine. τροπαιοφορία, dicīt cū in pompa circūferuntur mo
numenta uictoriæ. Porro latina quæ neſcio quis addidit uolens interpretari, dediſſe uidentur occaſionē,
ut Græca quoq̄ uitiarentur. Et hæc latina. Id eſt, omnia prelia tua, & trophæum, paruulorū quoq̄ humero
portatū & eorum uoce cantatum, nō habentur in antiquis ſcriptis codicibus. Forte legēdum τροπαιφόρον,
ut adiicias ea quæ in quibuſdam exemplaribus adduntur: paruulorū quoq̄ uoce cantatum. Niſi forte ma
uis τροπαιόφωνον, ut intelligas cantionem, qua celebrabantur laudes fortium uirorum. Et licet ſtatim ac-
cepta epiſtola.) Vox Græca quæ hic ſubiicitur uarie ſcribitur. Quidā habent aſynaphron, quidam aſy-
nereton, quidā aſynartiton. Ex horū poſtremo coniicio ſcriptū fuiſſe, ἀσυμάρτητον, id eſt incōpoſitū. Nec ma
le quidā addidit inconditū, ἀρτίζω em̄ Græce eſt cōpono ſiue cōcinno. ὄνος πρὸς λύραν.) Id eſt aſinus ad ly
rā, ſiue ut qdā habent codices', ὄνος λύρας, id eſt aſinus lyræ, ut ſubaudias auditor, utrūq̄ dicīt de indocili.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Tranquillinum amicum docet, quatenus amplectendus ac legendus ſit Origenes.

HIERONYMVS TRANQVILLINO.

MAiora ſpiritus uincula eſſe q̄ꝫ corporum: ſi olim ambigebam⁹, nunc ꝓbauimus: dū
& mihi ſanctitas tua hæret animo, & ego tibi Chriſti amore cōiungor. Vere em̄ &
ſimpliciter candidiſſimo pectori tuo loquor: ipſa ſchedula & muti apices litterarū,
inſpirant in nos tuæ mentis affectū. Quod dicis Origenis multos errore deceptos,
& ſanctum filium meum Oceanum illorum inſaniæ repugnare: & doleo ſimul & gaudeo: dum
aut ſupplantati ſunt ſimplices: aut ab erudito uiro, errantibus ſubuenitur. Et quia meæ paruita-
tis quæris ſententiam: utrum ſecundū fratrem Fauſtinum penitus reſpuendus ſit: an ſecundum
quoſdam legendus ex parte: ego Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbi

C tror,quomodo Tertullianum, Nouatum,Arnobium, Apollinarium: & nonnullos eccleſiaſticos ſcriptores Græcos pariter & latinos:ut bona eorũ eligamus,uitemuſq; cõtraria:iuxta Apoſtolum dicentẽ:Omnia probate,quæ bona ſunt tenete. Cæterum qui uel in amorẽ eius nimiũ, uel in odium ſtomachi ſui prauitate ducuntur:uidentur mihi illi maledicto prophetico ſubiacere: Væ his,qui dicunt bonum malum,& malum bonũ:qui faciunt amarũ dulce, & dulce amarum. Nec eñ propter doctrinã eius,praua ſuſcipienda ſunt dogmata:nec ꝓpter dogmatũ prauitatẽ, ſi quos cõmẽtarios in ſcripturas ſanctas utiles ædidit,penitus reſpuẽdi ſunt. Quod ſi cõtentioſum inter ſe amatores eius & obtrectatores funem duxerint:ut nihil mediũ appetant:nec ſeruent modũ:ſed totũ aut probent,aut improbent:libentius piam ruſticitatem,cꝫ doctã blaſphemiam eligam. Sanctus frater Tatianus diaconus te impendio reſalutat.

De Origene an Legendq

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ab Arrianorũ factionibus agitatus: cum primum ueniſſet in Syriam,exponit Marco ſuæ fidei profeſſionem,quæ cum Romana & Alexandrina eccleſia conſentiat.

HIERONYMVS MARCO PRESBYTERO CELEDENSI.

DEcreueram quidem utendum mihi pſalmiſtæ uoce dicentis: Cũ conſiſteret aduerſum me peccator,obmutui,& humiliatus ſum,& ſilui a bonis. Et iterum: Ego uero tancꝫ ſurdus non audiebam,& tancꝫ mutus non aperiens os ſuum, & factus ſum ut homo non audiens. Sed quia charitas omnia ſuperat,& propoſitum uincit affectus:non tam iniuriam facientibus reddo uicem,cꝫ tibi reſpondeo poſtulanti. Apud Chriſtianos eñ,nõ qui patit̃ (ut ait quidã)ſed qui facit cõtumeliã,miſer eſt. Et primo quidẽ antecꝫ de fide mea,quã optime noſti,tecũ loquar,aduerſus barbariem iſtius loci: uerſu cogor clamare uulgato. Quod genus hoc hominũ? quæue hũc tã barbara morẽ Permittit patria? hoſpitio ꝓhibemur arenæ. Bella cient:primaq; uetant cõſiſtere terra &c. Quæ idcirco de gentili poeta ſumpſimus:ut qui Chriſti pacẽ non ſeruat,pacẽ ſaltẽ diſcat ab ethnico. Hæreticus uocor, homuſion p̃dicans trinitatẽ,Sabellianæ impietatis arguor:tres ſubſiſtentes,ueras,integras,perfectaſq; ꝑſonas indefeſſa uoce pronũcians. Si ab Arrianis,merito:ſi ab orthodoxis,qui huiuſmodi arguunt fidẽ,orthodoxi eſſe deſierunt: aut ſi eis placet, hæreticum me cum occidente,hæreticum cum Aegypto,hoc eſt cum Damaſo Petroq; cõdemnent. Quid unum hominẽ exceptis ſocijs criminant̃? Si riuus tenuiter fluit,nõ eſt aluei culpa,ſed fõtis. Pudet dicere:de cauernis cellularum damnamus orbem. In ſacco & cinere uolutati,de epiſcopis ſententiã ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitentis regius animus? Catenæ ſordes & comæ,nõ ſunt diadematis ſigna, ſed fletus. Permittant me quæſo nihil loqui. Cur eũ lacerant,q nõ meret̃ inuidiã? Hæreticus ſum,quid ad te? quieſce,iã dictũ eſt. Plane times,ne æloquẽtiſſimus homo in Syro ſermone,uel Græco eccleſias circũeam:populos ſeducã,ſchiſma conficiã. Nihil alicui præripui,nihil ocioſus accipio. Manu quotidie & proprio ſudore quærimus cibũ,ſcientes ab apoſtolo ſcriptũ eſſe:Qui aũt nõ operatur,nec manducet. Hæc uenerabilis & ſancte pater:cũ quali gemitu,cũ quali dolore cõſcripſerim:teſtis eſt Ieſus. Tacui,nunquid ſemper tacebo,dicit dñs? Nõ mihi conceditur unus angulus eremi. Quotidie expoſcor fidem,quaſi ſine fide renatus ſim. Cõfiteor,ut uolunt:nõ placet. Subſcribo:nõ credũt. Vnũ tantũ placet: ut hinc recedã. Iam iam cedo, abruperũt partẽ a me animæ meæ,chariſſimos fratres:ecce diſcedere cupiũt,imo diſcedunt,melius eſſe dicentes,inter feras habitare,cꝫ cũ talibus Chriſtianis: & egoipſe,niſi me & corporis imbecillitas & hyemis retineret aſperitas,iam modo fugerẽ. Verũtamen dũ uernũ tẽpus aduenĩat,obſecro ut paucis mihi menſibus eremi concedat̃ hoſpitium: aut ſi hoc tardum uidetur,abſcedo. Dñi eſt terra & plenitudo eius. Aſcendant ſoli cœlum:propter illos tantũ Chriſtus mortuus ſit, habeant, poſſideant, glorientur. Mihi aũt̃ abſit gloriari,niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti:per quẽ mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. De fide autem quam dignatus es ſcribere ſancto Cyrillo, dedi conſcriptam fidem. Qui ſic nõ credit,alienus a Chriſto eſt. Cæterũ ego fidei meæ teſtes habeo aures tuas,& beati fratris Zenobĳ,quem tecum omnes qui hic ſumus plurimum ſalutamus.

D

SCHOLIVM.

Homuſion ὁμούσιον.) Id eſt eiuſdem eſſentiæ. Aluei culpa.) Alueus eſt,in quo riuus,aut flumen fluit, hoc eſt cauũ illud,cinctum ripis hinc & hinc. Ne æloquentiſſimus homo.) Hæc per Ironiam dicũtur, quod Syri

A quod Syri sermonis esset imperitus, nec poterat æloquẽs esse in peregrino sermone. Suspicor autem hæc uerba, uel Græco, abs quopiam sciolo addita esse.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nunciat studium Theophili episcopi Alexandrini, in opprimenda factione Origenistarum: adhortãs, ut quod per eum sit actum apud orientales, Romana confirmet authoritas.

HIERONYMVS PAMMACHIO ET MARCELLAE.

RVrsum orientalibus uos locupleto mercibus: & Alexandrinas opes primo Romam uere transmitto. Deus ab austro ueniet: & sanctus de mõte Pharam, umbra condensa: unde & sponsa lætatur in Canticocanticorum dicens: In umbra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Vere nũc completur Esaiæ uaticinium prædicantis: In die illa erit altare dñi in medio terræ Aegypti. Vbi abundauit peccatũ, superabundauit & gratia. Qui paruulum Christũ fouerant, adultum fidei calore defendunt: ut qui per illos effugerat Herodis manus: effugiat hæreticum blasphemantem. Quẽ Demetrius Alexandri urbe pepulit: toto orbe fugat Theophilus: ad quẽ Lucas scripsit actus apostolorum, qui ex amore dei nomen inuenit. Vbi nunc est coluber tortuosus? Vbi uenenatissima uipera? Prima hois facies, utero cõmissa luporũ. Vbi hæresis, quæ sibilabat in mundo: & me & papam Theophilum sui iactabat erroris: latratuq; impudentissimorum canum ad inducendos simplices, nostrũ mentiebat' assensum? Oppressa est eius authoritas, & æloquẽtia, & in morem demonicorũ spirituũ de terra loquitur. Nescit em̃ eum qui de sursum ueniens ea loquitur quæ sursum sunt: atq; utinã serpentina generatio, aut simpliciter nostra fateat', aut cõstanter defendat sua: ut scire ualeamus qui nobis amandi sint qui cauendi. Nũc aũt nouũ pœnitentiæ genus: oderũt nos, quasi hostes: quorum fidem publice negare nõ audent. Rogo quis est iste dolor, qui nec tempore, nec ratiõe curatur? Inter micantes gladios, iacẽtia corpora, riuos sanguinis profluentes iunguntur sæpe hostiles dextræ: & belli rabiem, pax repentina cõmutat. Soli sunt
B huius hæreseos sectatores, qui cũ ecclesiasticis nõ ualent fœderari: quia quod sermone cogũtur dicere, mẽte condẽnant. Et si quãdo aperta blasphemia publicis auribus fuerit reuelata: & uiderint contra se audientium turbam circũfremere: tunc simulata simplicitate dicunt audisse se primum, quæ magistrum dicere ante nescierint. Cũq; eorum scripta teneantur, uoce negant, quod litteris confitentur. Quid necesse est obsidere Propontidem, mutare loca, diuersas lustrare regiones: & clarissimum pontificem Christi, eiusq; discipulos rabido ore discerpere? Si uera loquimini, pristinum erroris ardorem, ardore fidei cõmutate. Quid maledicorum pãnos hincinde cõsuitis: & eorum carpitis uitam, quorum fidei resistere non ualetis? Num idcirco nõ estis uos hæretici, si nos quidam assertione uestra crediderint peccatores: & os impietate fœdum non habebitis, si cicatricem potueritis in nostra aure mõstrare? Quid iuuat uestram perfidiã, uel prodest pellis Aethiopica & pardi uarietas, si in nostro corpore neuus apparuerit? En papa Theophilus tota Origenẽ arguit libertate hæreticum esse: nec illi dicta defendunt, sed fingunt ab hæreticis immutata, multorũq; dicũt libros similiter deprauatos: ut illũ nõ sua fide, sed aliorũ tueant' erroribus. Verũ hæc aduersum hæreticos dicta sint, qui iniusto cõtra nos odio sæuientes, mẽtis fatent' arcanum: & uenena pectoris, irremediabili dolore testant'. Vos Christiani senatus lumina: accipite & Græcã & latinã, etiã hoc anno epistolã: ne rursum hæretici mentiant' a nobis plæraq;, uel addita, uel mutata: in qua laborasse me fateor, ut uerborũ elegantiam pari interpretationis uenustate seruarem. Et intra definitas lineas currens, nec in quoq; excedens loco, æloquẽtiæ eius fluenta non perderem: easdẽq; res, eodẽ sermone transferrẽ. Quod utrũ consecutus sim nec ne, uestro iudicio relinquo. Quã sciatis in quatuor partes esse diuisam. In primo credentes hortat' ad dñicum pasca celebrandũ. In secũdo & tertio loco Apollinariũ & Origenẽ iugulat: In quarto, id est extremo, hæreticos ad pœnitẽtiã cohortat'. Si qd aũt hic minus aduersus Origenem dictũ est: & in præteriti anni epistola continetur: & hæc quam modo uertimus breuitati studens, dicere plura nõ debuit. Porro contra Apollinariũ succincta fides & pura professio, non caret subtilitate dialectica: quæ aduersarium suum extorto de manibus eius pugione confodit. Orate igitur dominũ: ut quod in Græco placet, in latino nõ displiceat: & quod totus oriens mi

C ratur & prædicat, læto ſinu Roma ſuſcipiat. Prædicationem quoq; cathedræ Marci euãgeliſtæ, cathedra Petri apoſtoli ſua prædicatione confirmet. Quãq; celebri ſermone uulgatum ſit: beatum quoq; Anaſtaſium, eodem feruore, quia eodẽ ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hæreticos perſecutum: eiuſq; litteræ doceãt, damnatum in occidente quod in oriente damnatum eſt. Cui multos imprecamur annos: ut hæreſeos rediuiua plantaria, per illius ſtudium longo tẽpore are facta, moriantur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Auguſtino gratulat̃, cuius opa Celeſtiana hæreſis ſit extincta. Celeſtius em̃ ſectator fuit Pelagĩj, tam uehemens, ut ab huius nomine Pelagianorum hæreſis Celeſtiana ſit dicta. Excuſat quod nõdum ſcripſerit aduerſus libros Anniani diaconi, qui & ipſe Celeſtij diſcipulus fuit.

HIERONYMVS ALIPIO ET AVGVSTINO.

SAnctus Innocentius preſbyter, qui huius ſermonis eſt portitor: anno præterito, quaſi nequaq; in Africam reuerſurus, mea ad dignationem ueſtrã ſcripta nõ ſumpſit. Tamen deo gratias agimus, quod ita euenit: ut noſtrum ſilentium, ueſtris epiſtolis uinceretis. Mihi em̃ omnis occaſio gratiſſima eſt, per quã ſcribo ueſtræ reuerentiæ: teſtem inuocans deum: quod ſi poſſit fieri, aſſumptis alis colũbæ ueſtris amplexibus implicarer: ſemper quidem pro merito uirtutum ueſtrarũ: ſed nunc maxime, quia cooperatorib⁹ & authoribus uobis, hæreſis Celeſtiana iugulata eſt: quæ ita infecit corda multorũ: ut cũ ſuperatos damnatoſq; eſſe ſe ſentiant: tamen uenena mentium non omittant: & (quod ſolũ poſſunt) nos oderint, per quos putant ſe libertatem docẽdæ hæreſeos perdidiſſe. Quod autem quæritis, utrum reſcripſerim contra libros Anniani pſeudodiaconi Celedenſis, qui copioſiſſime paſcitur,
D ut alienæ blaſphemiæ, uerba friuola ſubminiſtret: ſciatis me ip̃os libros in ſchedulis miſſos a ſancto fratre noſtro Euſebio preſbytero ſuſcepiſſe, non ante multũ tẽporis: & exinde uel ingruentibus morbis, uel dormitiõe ſanctæ & uenerabilis filiæ ueſtræ Euſtochĩj, ita doluiſſe: ut propemodum contemnendos putarem. In eodem em̃ luto hæſitat, & exceptis uerbis tinnulis atq; emendicatis, nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus: ut dum epiſtolæ meæ reſpondere conatur, apertius ſe proderet, & blaſphemias ſuas om̃ibus patefaceret. Quicquid em̃ in illa miſerabili ſynodo Dioſpolitana dixiſſe ſe denegat, in hoc opere cõfiteť. Nec grande eſt ineptiſſimis nænĩs reſpondere. Si autẽ dñs uitam tribuerit, & notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis reſpondebimus: non ut conuincamus hæreſim emortuam, ſed ut imperitiam atq; blaſphemiam eius, noſtris ſermonibus cõfutemus. Meliuſq; hoc faceret ſanctitas ueſtra: ne cõpellamur contra hæreticũ noſtra laudare. Sancti filĩj cõmunes Albinus, Apinianus & Melania plurimũ uos ſalutant. Has litteras de ſancta Bethlehem, ſancto preſbytero Innocentio dedi perferendas. Neptis ueſtra Paula miſerabiliter deprecatur: ut memores eius ſitis, & multũ uoș ſalutat. Incolumes uos & memores mei, domini noſtri Ieſu Chriſti tueatur clæmentia, domini uere ſancti atq; omniũ affectione uenerabiles patres.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Gratulatur eius induſtriæ, per quam hæreticorum factiones extinctæ ſint & extinguantur, qua quidẽ in re ſuum quoq; ſtudium teſtificatur.

HIERONYMVS AVGVSTINO

OMni quidẽ tempore beatitudinẽ tuã, eo quo decet honore, ueneratus ſum: & habitantẽ in te dilexi dñm ſaluatorẽ: & nunc (ſi fieri poteſt) cumulo aliquid addimus, & plene complemus: ut abſq; tui nominis mentione, ne unam quidem horam prætereat patiamur, qui cõtra flantes uentos ardore fidei perſtitiſti. Maluiſti (quãtum in te fuit) ſolus liberari de Sodomis, q̃ cũ pereũtib⁹ cõmorari. Scit qd dicã prudẽtia tua. Macte uirtute, in orbe celebraris: catholici te cõditorẽ antiquæ rurſum fidei uenerant̃ atq; ſuſpiciũt: & (qd̃ ſignũ maioris gloriæ eſt) omnes hæretici deteſtantur: & me pari perſequunt̃ odio: ut quos gladĩs nequeunt, uoto interficiant. Incolumem & mei memorẽ te Chriſti domini clæmentia tueat̃ domine uenerande & beatiſſime papa.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Significat palam extinctas ac damnatas hæreſes, clam & oblique adhuc moliri, & epiſcopum Hieroſolymitanum diſſimulanter fauere Arrianis.

Multi

A MVlti utroq; claudicant pede: & ne fractis quidē ceruicibus inclinantur: habentes affectum erroris pristini: cum prædicandi eandē non habeant libertatem. Sancti fratres qui cum nostra sunt paruitate, præcipue sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ, suppliciter te salutant. Fratres tuos dñm meum Alipiū, & dñm meū Euodiū, ut meo noie salutes, precor coronā tuā. Capta Hierusalē tenet a Nabuchodonosor, nec Hieremiæ uult audire cōsilia: qn potiꝰ Aegyptū desyderat, ut moriat in Taphnes, & ibi seruitute pereat sempiterna.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

De origine animarum, de qua rogatus erat, ut responderet quid sentiret, iubet ut potius ex Augustino discat, aut ex libris quos scripsit aduersus Ruffinum. Commētarios in Ezechielem, narrat sibi olim cœptos, uerum ob hostium barbarorum incursationes nondum absolutos. Duos commentarios operis initium, iubet ut a Fabiola petat. Oceani doctrinam ac probitatem collaudat.

HIERONYMVS MARCELLINO ET ANAPSYCHIAE.

TAndem ex Africa uestræ litteras unanimitatis accepi: & non me pœnitet impudentiæ, qua tacentibus uobis, epistolas meas frequenter ingessi, ut rescriptum mererer: & uos esse sospites, non alijs nunciantibus, sed uestro potissimum sermone cognoscerem. Sup animæ statu memini uestræ quæstiunculæ: imo maxime ecclesiasticæ quæstionis: utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesq; Platonici & Origenes putant: an a propria dei substantia, ut Stoici, Manichæus, & Hispaniæ Priscilliani hæreses suspicant; an in thesauro habeant dei, olim cōditæ: ut quidā ecclesiastici, stulta psuasione cōfidunt: an quotidie a deo fiant, & mittant in corpora: secundū illud quod in euāgelio scriptum est: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: an certe ex traduce: ut Tertullianus, Apollinarius & maxima pars occidentaliū autumant: ut quomodo corpus ex corpore: sic anima nascatur ex anima: & simili cum brutis animātibus cōditione subsistat. Super quo quid mihi uideat, in opusculis contra Ruffinum scripsisse me noui, aduersus eum libellum: quē sanctæ memoriæ
B Anastasio episcopo Romanæ ecclesiæ ædidit: in quo lubrica & subdola, imo stulta confessione, dum auditorum simplicitati illudere nititur, suæ fidei, imo perfidiæ illusit. Quos libros reor sanctum parentē uestrū habere Oceanum. Olim em̄ æditi sunt multis Ruffini libris aduersus calumnias respondentes. Certe habes ibi uirum sanctum & eruditum Augustinum episcopū: qui uiua, ut aiunt, uoce docere te poterit: & suam, imo per se nostram explicare sententiam. Ezechielis uolumen olim aggredi uolui: & spōsionem creberrimam, studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictādi exordio: ita animus meus occidentaliū prouinciarū, & maxime urbis Romanæ uastatione cōfusus est: ut iuxta uulgare prouerbiū, ppriū quoq; ignorarem uocabulū: diuq; tacui, sciens tēpus esse lachrymarū. Hoc autē anno cū tres explicassem libros, subitus impetus barbarorū: de quibus tuus dicit Vergilius: Lateq; uagātes Barchæi: & sancta scriptura de Ismahel, cōtra faciē omniū fratrū suoꝝ habitabit: sic Aegypti limitē Palæstinæ, Phœnices, Syriæ percurrit & instar torrētis cūcta secū trahens: ut uix manus eorū, misericordia Christi potuerimus euadere. Quod si iuxta inclytum oratorem, silent inter arma leges: quātomagis studia scripturarꝝ: quæ & librorū multitudine & silentio, ac librariorꝝ sedulitate, quodq; ppriū est, securitate & ocio dictantiū indigēt? Duos itaq; libros misi sanctæ filiæ meæ Fabiolæ: quorū exēpla si uolueris, ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia quippe temporis alios describere nō potui: quos cū legeris & uestibula uideris, facilis coniectura erit, qualis ipsa sit futura domus. Sed credo in dei misericordia, qui nos adiuuit in difficillimo principio supradicti operis, quod ipse adiuuet, & in penultimis prophetæ partibus, in quibus Gog & Magog bella narrant: & in extremis, in quibus sacratissimi & inexplicabilis templi ædificatio, uarietas, mensuraq; describitur. Sanctus frater noster Oceanus: cui uos cupitis cōmendari: tantus & talis est, & sic eruditus in lege dñi, ut absq; nostro rogatu instituere uos possit: & nostrā super cunctis quæstionibus scripturarū pro modulo cōmunis ingenij explicare sententiam. Incolumes uos & prolixa ætate florentes, Christus deus noster tueatur omnipotens dñi uere sancti.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Refellit eos qui nolebant eum, qui ante baptismum habuisset uxorem, & ea mortua post susceptum alteram duxisset, creari episcopū, & horum opinionem hæresim Cainam appellat, cȝcȝ & illis temporibus secus erat cautū cōstitutionibus episcoporū, & hodie iure pontificio, cȝ sentit Hieronymus. Atq; hoc quoq; unū est de nūero criminū, quæ Hieronymo Ruffinus obijcit, episcoporū cōstitutiōes cōtēpsisse.

Nunc fili

HIERONYMVS OCEANO NVM REPETENS MATRIMONIVM A BAPTISMO POSSIT FIERI SACERDOS.

C NVnc̄ꝫ fili Oceane fore putabā,ut indulgentia principis,calumniā ſuſtineret reorū: & de carceribus exeuntes,poſt ſordes ac ueſtigia catenarū dolerent alios relaxatos. In euangelio audit inuidus ſalutis alienæ: Amice, ſi ego bonus: quare oculus tuus nequā eſt? Conduſit deus oia ſub peccato:ut omnibus miſereatur:ut ubi abunda/uit peccatū, ſuperabundet & gratia. Cæſa ſunt Aegypti primogenita,& ne iumentum quidem Iſraeliticū in Aegypto derelictum eſt:Et cōſurgit mihi Caina hæreſis:atqꝫ olim emortua uipera:cōtritum caput leuat,quæ nō ex parte ut ante cōſueuerat,ſed totū Chriſti ſubruit ſacramentum. Dicit em̄ eſſe aliqua peccata:quæ Chriſtus nō poſſit purgare ſanguine ſuo: & tā ꝓfundas ſcelerū priſtinorꝫ inhærere corporibꝰ atqꝫ animis cicatrices:ut medicina illius attenuari nō queant. Quid aliud agit,niſi ut Chriſtus fruſtra mortuus ſit. Fruſtra aūt mortuus eſt:ſi aliq̄s uiuificare nō pōt. Mentit̄ Iohānes baptiſta:& digito Chriſtū & uoce demōſtrans:Ecce agnus dei:ecce q̄ tollit peccata mundi:ſi ſunt adhuc in ſæculo,quorꝫ Chriſtus peccata nō tulerit. Aut em̄ oſtendi ſunt nō eē de mūdo,quos Chriſti ignoret indulgētia:aut ſi de mūdo ſunt,eligendū e duobus alterꝫ. Liberati a peccatis,Chriſti potētiā ꝓbāt:Nō liberati,quaſi adhuc rei,imbecillitatē demōſtrāt. Sed abſit hoc de oīpotente credere,qd̄ in aliq̄ impotēs ſit. Oia quæ pater facit,& filius facit ſimiliter. Infirmitas filij redūdat ad patrē. Cūcta ouiculæ mēbra portata ſunt:totæ apoſtoli epiſtolæ,Chriſti gratiā ſonant. Et ne parū uideret̄ ſimplex gratiæ nūcupatio: Gratia(inqt)uobis,& pax multiplicet̄. Multiplicatio ꝓmittit̄,& a nobis paucitas affirmat̄? Quorſū iſta? Noſti ꝓblemata. Carteri⁹ Hiſpaniæ epiſcop⁹,homo & ætate uetus & ſacerdotio,unā añcꝫ baptiçaret̄, alterā poſt lauacrū priore mortua duxit uxorē:& arbitraris eū cōtra apoſtoli feciſſe ſententiā q̄ in catalogo uirtutum, epiſcopū unius uxoris uirū p̄ceperit ordinandū. Miror aūt te unū ꝓtraxiſſe in mediū, cū oīs mūdus his ordinatiōibus plenus ſit: nō dico de preſbyteris:nō de inferiori gradu: ad epiſcopos uenio, quos ſi ſigillatim uoluero noīare:tātus numerus cōgregabitur:ut Ariminēſis ſynodi multitudo ſuperet̄. Sed indecēs eſt,ſic unū tueri,ut plures accuſare uidearis: & quē ratiōe nō poſſis, ſocietate peccantiū defendas. Suſtinui Romæ a uiro æloquētiſſimo cornutū, ut dicit̄ ſyllogiſmū, ut q̄cunqꝫ me uerterē, ſtrictius tenerer. Vxorē(inquit)ducere peccatū eſt,an nō? Ego ſimplex & q̄ inſidias uitare neſcirē,dixi nō eſſe peccatū. Rurſum aliud ꝓpoſuit, in baptiſmate bona opa dimittunt̄, an mala? Et in hoc eadē ſimplicitate reſpōdi pc̄tā dimitti. Cū me ſecurū putarē, cœperūt mihi hincinde cornua increſcere,& abſconditæ prius acies dilatari. Si(inquit)uxorē ducere,nō eſt peccatū:baptiſmꝰ aūt peccata dimittit:qcqd nō dimittit̄ reſeruat̄. Illico mihi,quaſi a fortiſſimo pugile p̄cuſſus eſſem,ante oculos caligo obuerſari cœpit:ſtatim q̄ recordatus Chryſippei ſophiſmatis:Si mētiris:idcꝫ uere dicis mētiris:& in me reuerſus cōuerti in aduerſariū propoſitiōis ſtrophā. Quæſo inquā te ut reſpōdeas. Baptiſmꝰ hominē facit nouum,an nō? Vix dedit quod nouū faceret. Gradatim intuli:ex toto nouū facit,an ex parte? Reſpondit,ex toto. Deinceps interrogaui:nihil ergo ueteris hoīs in baptiſmate reſeruat̄? Mouit caput. Cœpi ꝓtinus texere: Si baptiſmꝰ nouū hoiem facit,& ex toto nouū creat,nihilq̄ in eo ueteris hoīs reſeruat̄,nō pōt nouo imputari,qd̄ in ueteri quōdā fuit. Primū ſpinoſulꝰ noſter obmutuit:poſtea uero Piſoniano uitio, cū loq̄ neſciret,tacere nō potuit. Sudare tamē frons, pallere genæ,tremere labia,hærere lingua, ſaliua ſiccari:& plus timore q̄ ætate cōtrahi:erupit aliq̄n. Nōne legiſti ab apoſtolo,uniꝰ uxoris uirꝫ aſſumi in ſacerdotiū:& rem nō tēpora definiri? Quia me ſyllogiſmis ꝓuocauerat:& uidebā tendere hominē ad interrogatiūculas tortuoſas,ſua cōtra illū tela iaciebā. Baptiçatos inquā apoſtolus elegit in epiſcopatū,an catechuminos? Reſpōdere nolebat. Ego tn̄ idip̄m ingerere:& ſecūdo ac tertio ſciſcitari cœpi. Nioben putares : quæ nimio fletu in lapidē uerſa eſt. Verti me ad auditores:nihil intereſt o boni iudices,aduerſariū uigilantē,an dormientē ligē,niſi q̄d̄ facilius eſt quieſcēti q̄ reluctanti uincula innectere. Si apoſtolus nō catechuminos in clerū elegit,ſed fideles: fidelis aūt ē q̄ epiſcopꝰ ordinat̄:uitia catechumini nō imputabunt̄ fideli. Torquebā iſtiuſmodi ſpicula & uibrātes haſtas in lethargicū dirigebā. Oſcitabat tādē, & quaſi ꝓ mētis crapulā ructās & nauſeās euomebat: Aplus dixit, Paulus hæc docuit. Proferunt̄ ergo apoſtoli epiſtolæ:una ad Timotheū,altera ad Titū. In prima ſcriptū erat:Si q̄s epiſcopatū deſyderat,bonū opus deſyderat. Oportet ergo epiſcopū irrep̄hēſibilē eſſe:uniꝰ uxoris uirū,ſobriū,prudentē,ornatū,hoſpitalē, doctorē,nō uinolētū,nō p̄cuſſorē:ſed modeſtū,nō litigioſum

A tigiosum,non auarũ,domũ suã bene regentẽ:filios habentẽ subditos cũ omni castitate. Si quis aũt domui suæ p̃esse nescit:quomodo ecclesiæ dei diligẽtiã adhibebit? Nõ neophytũ,ne in sup/
biã elatus,in iudiciũ incidat diaboli.Oportet autẽ eũ & testimoniũ habere bonũ,ab his q foris sunt,ut nõ in opprobriũ incidat & in laqueũ diaboli.Ad Titũ statim in principio hæc mandata ponunt.Huius rei gratia reliqui te Cretæ:ut ea quæ deerãt corrigas:& cõstituas per ciuitates p/
sbyteros,sicut ego tibi disposui.Si qs est sine crimine, unius uxoris uir,filios habẽs fideles,nõ in accusatione luxuriæ,aut nõ subditos.Oportet ergo episcopũ esse sine crimine tãq̃ dei dispensa
torẽ,nõ proteruũ, nõ iracundũ,nõ uinolentũ,nõ percussorẽ,nõ turpis lucri cupidũ: sed hospita/
lem,beniuolũ,prudentẽ,iustũ,sanctũ,continentẽ,obtinentẽ eum,qui secundũ doctrinã est fide
lem sermonem, ut possit exhortari in doctrina sana,& cõtradicẽtes reuincere.In utraq̃ episto/
la,siue episcopi, siue presbyteri(q̃q̃ apud ueteres ĩdẽ episcopi & presbyteri fuerint: quia illud nomẽ dignitatis est,hoc ætatis)iubent monogami in clerũ eligi.Certe de baptiçatis apostoli ser
monẽ esse,nemo dubitat.Si ergo oĩa quæ in ordinatiõe quærũt episcopi,nõ præiudicãt ordinã
do,licet ea ante baptisma nõ habuerit:quærit em̃ qd sit,& nõ quid fuerit,quare solũ nomẽ uxo
ris impediat:quod solum peccatũ non fuit? Dicis quia peccatũ nõ fuit:idcirco non est dimissum in baptismate. Rem nouã audio: quia peccatũ nõ fuit,in peccatũ reputabitur.Om̃ia scorta,& publicæ colluuionis sordes,impietas in deũ,parricidiũ,& incestus in parentes, atq̃ in extraordi
narias uoluptates utriusq̃ sexus mutata natura, Christi fonte purgãtur:uxoris inhærebũt ma/
culæ:& lupanaria thalamis præferentur? Ego nõ tibi imputo meretricũ exercitus:exoletorũ gre
ges,effusionẽ sanguinis: & instar suis in om̃i cœno libidinũ uolutabra: & tu mihi olim mortuã de sepulchro uxorculã ptrahis,quã ideo accepi, ne facerẽ quod feci? Audiãt ethnici messes ec
clesiæ:de quibus quotidie horrea nostra complentur : audiant catechumini,qui sunt fidei can/
didati:ne uxores ducant ante baptisma,ne honesta iungant matrimonia,sed Scottorũ & Açoto/
rũ ritu,ac de republica Platonis,promiscuas uxores,cõmunes liberos habeant: imo caueant
B qualecũq̃ uocabulũ coniugis:ne postq̃ in Christo crediderint:noceat eis quod aliquãdo nõ cõ
cubinas,nec meretrices,sed uxores habuerint.Recolat unusquisq̃ cõscientiã suã,& totius uulne/
ra plangat ætatis: cũq̃ uerũ iudicem priorũ se exhibuerit delictorũ: audiat increpantẽ Iesum:
Hypocrita eĩce primũ trabem de oculo tuo:& tũc uidebis eĩcere festucam de oculo fratris tui.
Vere scribarũ & pharisæorũ similes,culicẽ liquãtes & camelũ glutiẽtes,decimam9 mentã & ane/
thũ & dei iudiciũ p̃termittimus. Quid simile uxor & scortũ? Imputat infœlicitas cõiugis mor/
tuæ:& libido meretricia coronat? Ille si prior uxor uiueret,aliã cõiugẽ nõ haberet:tu ut passim ca
ninas nuptias iũgeres qd potes excusare? Forsitã timuisse te dicas,ne si matrimoniũ copulasses:
nõ posses aliquãdo clericus ordinari.Ille in uxore optauit liberos:tu in meretrice sobolẽ perdidi
sti. Illũ naturæ & benedictioni dñi seruientẽ:Crescite & multiplicamini,& replete terrã,cubiculo
rũ secreta texerũt: te subantẽ ad coitũ,publica facies execrata est.Ille quod licebat,uerecũdo pu
dore celauit:tu qd nõ licebat,impudẽter omniũ oculis ingessisti.Illi scriptũ est: Honorabiles nu
ptiæ, & cubile immaculatũ:tibi legit:Fornicatores aũt & adulteros iudicabit deus:& q corrũpit
tẽplũ dei:corrũpet illũ deus.Oĩa(inqt)nobis in baptismate cõdonata sunt crimina:nec post in/
dulgẽtiã,iudicis est metuẽda seueritas,dicẽte Apl̃o:Et hæc q dẽ fuistis,sed abluti estis:sed sanctifi
cati estis,sed iustificati estis in noĩe dñi Iesu Christi:& in spũ dei nostri.Oĩa peccata donata sũt,
bene & fideliter. Sed quæro quomodo tuæ sordes lotæ sint,& meæ mũdiciæ sordidatæ.Nõ di/
co ais tuas sordidatas,sed in eodẽ statu mãsisse q̃ fuerãt.Si em̃ sordes fuissent:lotæ utiq̃ fuissent
ut meæ.Rogo quæ est ista tergiuersatio:& acumen om̃i pistillo retusius? Quia non est peccatũ,
peccatũ est:quia nõ est sordidũ,sordidũ est.Nõ dimisit dñs,quia nõ habuit qd dimitteret:& qa
nõ dimisit:idcirco manet,qd dimissum nõ fuit.Quantã uim habeat baptisma:& aqua in Chri/
sto sanctificata gratiã,paululũ post docebo: interim iuxta uulgare prouerbium,Malo nodo,
malus cuneus reqrendus est.Hoc qd dicit,unius uxoris uirũ,põt & aliter differi.Ex Iudæis erat
Apostolus.Prima Christi ecclesia,de Israel reliquijs cõgregabat.Sciebat lege cõcessum,& exem
plo patriarcharũ ac Moysi familiare populo nouerat in multis uxorib9 liberos spargere:ipis q̃q̃
sacerdotib9 hui9 licẽtiæ patebat arbitriũ.Præcepit ergo,ne eãdẽ licẽtiã eccl̃iæ sibi uẽdicẽt sacerdo/
tes:ne

C tes:ne bina pariter & trina coniugia ſortiant̃,ſed ut ſingulas uno tẽpore uxores habeãt.Ne cõ tentioſum clames eſſe quod diximus:accipe & aliam explanationẽ:ne tibi ſoli liceat,non uolun tatẽ legi,ſed legẽ iungere uolũtati.Quidã coacte interpretant̃ uxores,pro eccleſijs:uiros,pro epi ſcopis debere accipi.Et hoc in Nicena quoq; ſynodo a patribus eſſe decretũ:ne de alia ad aliam eccleſiã epiſcopus tranſferat̃:ne uirginalis pauperculæ ſocietate cõtẽpta,ditioris adulteræ quæ/ rat amplexus:ut quomodo culpa & filiorũ uitiũ in λογισμοῖς,id eſt in cogitationibus accipiat̃:do muſq; diſpenſatio ad animã referat̃ & corpus: ita & uxores pontificũ dici eccleſias. De quibus in Eſaia ſcriptũ eſt:Mulieres properãtes de ſpectaculo uenite:nõ eſt eĩ populus habẽs intelli/ gentiã.Et rurſum:Mulieres diuites,ſurgite & audite uocẽ meã.Et in Prouerbijs:Mulierẽ fortem quis inueniet?Honorabilior eſt precioſis lapidibus,quæ talis eſt. Cõfidit in ea cor uiri ſui.Et in eodẽ uolumine:Sapientes mulieres ædificauerũt domum: inſipiens autem deſtruxit manibus. Nec hoc(inquiunt)epiſcopis uideatur indignum,cum de deo quoq; ſcriptum ſit: Sicut deſpicit uxor uirum ſuũ,ſic deſpexit me domus Iſrael.Et in Apoſtolo: Deſpondi enim uos uni uiro,uir ginem caſtam exhibere Chriſto.Mulierem aũt,id eſt γωαῖκα iuxta Græci ſermonis ambiguita tẽ:in his omnibus teſtimonijs uxorẽ potius intellige. Violenta eſt,inquies,& ſatis dura etiã hæc interpretatio.Redde igitur ſcripturæ ſimplicitatem ſuam: ne tuis contra te legibus dimicemus. Quæram & illud:Si quis & ante baptiſmum habuerit cõcubinã,& illa mortua,baptiçatus uxo/ rem duxerit,utrum clericus fieri debeat,an non?Reſpondebis poſſe fieri, quia concubinam ha buerit,non uxorem.Coniugales ergo tabulæ & iura dotalia,non coitus ab apoſtolo condẽnãt̃. Multos uidemus ob nimiam paupertatem,uxorum ſarcinã declinare,& ancillas ſuas habere,p uxoribus,ſuſceptoſq; ex his liberos colere ut ,pprios:q ſi forte ditati ab imperatore,ſtolam illi?

D meruerint,confeſtim apoſtolo colla ſubmittent,& inuiti inter uxores eas recipere cogentur. Sin autem principale reſcriptum,eadem tenuitas impetrare non quieuerit,cum Romanis legibus. ſcita eccleſiæ mutabuntur. Vide ne hoc quod dicitur:unius uxoris uirũ,unius mulieris poſſit in/ telligi, ut ad coitum magis referatur,q̃ ad dotales tabulas. Hæc uniuerſa proferimus,non quo ueræ & ſimplici intelligentiæ reſiſtamus,ſed ut doceamus te ſcripturas ſanctas ſic intelligere ut ſcriptæ ſunt:nec euacuare baptiſmum ſaluatoris:& totum patibuli ſacramẽtum irritum facere.

Reddamus quod pauloante promiſimus,& de ſchola rhetorum,aquarũ laudes & baptiſmi prædicemus.Rudis mundus, necdum ſole rutilante,nec pallente luna,nec aſtris micantibus,in/ compoſitam & inuiſibilem materiam,abyſſorum magnitudine,& deformibus tenebris oppri/ mebat.Solus ſpiritus dei, in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur:& naſcentem mũdum,in fi/ gura baptiſmi parturiebat. Inter cœlum & terram,medium extruitur firmamentũ:& iuxta He/ braici ſermonis ἐτυμολογίαν cœlũ,id eſt שָׁמַיִם ſamaim ex aquis ſortitur uocabulũ,& aquæ quæ ſuper cœlos ſunt,in laudes dei ſeparantur. Vnde & in Eçechiele propheta,Cryſtallũ ſuper Che rubim uidetur extenſum, id eſt compactæ & denſiores aquæ.Primũ de aquis,quod uiuit egre/ diat̃,& pẽnatos fideles de terra ad cœlũ leuat.Fabricat̃ homo de limo,& inter manus dei,aqua/ rum ſacramenta uerſantur.Plantatur paradiſus in eden:& unus fons in quatuor principia diui/ ditur:qui poſtea egrediens de templo,& contra ſolis ortum uadens: amaras aquas mortuaſq; uiuificat.Peccat mundus:& ſine aquarũ diluuio non purgatur.Statimq; columba ſpiritus ſan/ cti,expulſo alite teterrimo:ita ad Noe,quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat:& ramo refectio/ nis ac luminis,pacem orbi annũciat. Pharao cum exercitu ſuo, nolens populum dei permittere exire de Aegypto,in typo baptiſmatis ſuffocatur.Et in pſalmis de interfectione illius ſcribitur: Tu confirmaſti in uirtute tua mare:contribulaſti capita draconum in aquis,tu confregiſti capi/ ta draconis. Vnde & reguli & ſcorpiones arentia quæq; ſectant̃.Et poſtq̃ ad aquas uenerint, ὑδροφόβους & lymphaticos faciunt. Mara mutatur ſacramẽto crucis:& ſeptuaginta palmæ apo/ ſtolorum,dulcoratis legis gurgitibus irrigantur.Abraham & Iſaac puteos fodiunt,repugnãt al/ lophyli. Et Berſabeæ ciuitas iuramenti, regnumq; Solomonis nomẽ ſumit a fontibus.Rebec/ ca inuenitur ad puteum.Rachel propter aquas,ſupplãtatoris oſculo ſalutatur.Moyſes filias ſa/ cerdotis Madian aperto puteo ab iniuria uindicat.Præcurſor domini,in aquis fontiũ iuxta Sa lim,quod interpretatur pax ſiue perfectio,Chriſto populum parat. Ipſe ſaluator poſt baptiſ/

ma,&

A ma,& ſanctificatas ſuo lauacro Iordanis aquas,regnum cœlorum incipit prædicare.Primum ſi
gnum ex aquis facit.Samaritana uocatur ad puteum,ſitiens inuitatur ad potum.Nicodemo di
cit occulte: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu,non intrare eũ in regnum cœlorum.Quia
ab aquis cœperat,finiuit in aquis. Latus Chriſti percutitur lancea:& baptiſmi atq; martyrij pa
riter ſacramenta fundũtur. Poſt reſurrectionẽ mittit apoſtolos ad gentes,& præcipit eis,ut ba/
ptiçent eas in myſterio trinitatis. Pœnitet facti populũ Iudæorum:& ſtatim a Petro ad baptiſ/
ma mittitur.Antequã parturiat,parit Sion,& naſcitur gens ſimul.Paulus pſecutor eccleſiæ: & lu/
pus rapax Beniamin, Ananiæ oui ſubmittit caput:nec añ recuperat aſpectũ,q̃ curet baptiſmo
cæcitatem.Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum,lectione pphetica,Chriſti baptiſmati præ/
paratur. Mutat cõtra naturam Aethiops pellem ſuam,& pardus uarietates ſuas.Qui Iohan/
nis acceperant baptiſma,quia ſpiritum ſanctum neſciebant:iterum baptiçantur,ne quis puta/
ret gentibus ac Iudæis, aquas ſine ſpiritu ſancto ad ſalutem poſſe ſufficere.Vox domini ſuper
aquas, dñs ſup aquas multas,dominus diluuium inhabitare facit:Dentes eius ſicut grex detõ/
ſarum,quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellos habentes fœtus, & infœcunda non eſt in
eis.Si non eſt infœcũda,nec ſterilis,omnes habent ubera lacte rorantia,quæ cum apoſtolo poſ
ſint dicere:Filioli mei quos iterum parturio,donec Chriſtus formetur in uobis: & lac uobis po/
tum dedi,nõ eſcam. Micheas de baptiſmi gratia uaticinatur:Ipſe auertet & miſerebitur noſtri:
demerget iniquitates noſtras:& proiçiet in profundum maris omnia peccata noſtra.Quomo/
do in lauacro omnia peccata merguntur,ſi una uxor ſupernatat? Beati quorũ remiſſæ ſunt ini/
quitates,& quorum tecta ſunt peccata.Beatus uir,cui non imputabit dominus peccatum. Arbi
tror quod poſſumus & nos huic aliquid cantico iungere:Beatus uir,cui nõ imputabit dñs uxo
rem.Audiamus & Eçechielem filium hominis:quomodo de eius uirtute pronunciet,qui homi
nis futurus eſt filius.Aſſumam uos de gentibus,& aſpergam ſuper uos aquam mũdam:& mũ/
dabimini ab omnibus immũditijs ueſtris, & dabo uobis cor nouum,& ſpiritũ nouum.Ab om/
B nibus(inquit)mũdabo uos ſordibus.In oibus nihil prætermittit.Si ſordes emundant:quanto
magis munditiæ nõ coinquinãtur? Dabo uobis cor nouum,& ſpiritum nouum.In Chriſto ẽm
Ieſu:neq; circũciſio aliquid ualet: neq; præputiũ,ſed noua natura.Vnde cantamus canticũ no/
uum:& uetere homine depoſito,non ambulamus in uetuſtate litteræ, ſed in nouitate ſpiritus.
Hic eſt calculus nouus:cui nouum nomen inſcribitur:quod nemo ſcit legere, niſi qui illud acce/
perit. Quotquot eñ baptiçati ſumus in Chriſto Ieſu,in morte illius baptiçati ſumus.Cõſepul/
ti eñ ei ſumus per baptiſmum in morte:ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriam
patris:ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Totiens nouitatem legimus: & tam maculoſum
nomen uxoris,non poteſt ulla nouitate deleri? Conſepulti ſumus Chriſto in baptiſmate,& re/
ſurreximus per fidem operationis dei:qui ſuſcitauit eum a mortuis.Cũq; eſſemus mortui in de
lictis,& præputio carnis noſtræ,conuiuificauit nos cum illo,donans oñia delicta: delens quod
aduerſum nos erat chirographum decreti,quod erat cõtrarium nobis:& ipſum tulit de medio,
affigens illud cruci.Omnia noſtra cum Chriſto mortua ſunt,uniuerſa chirographi ueteris pec/
cata deleta ſunt, ſolum nomen uiuit uxoris? Dies me deficiet,ſi cuncta quæ ad potentiam ba/
ptiſmi pertinent:de ſcripturis ſanctis uoluero digerere: & natiuitatis ſecundæ, imo in Chriſto
primæ ponere ſacramenta.Antequã dictandi finem faciam(iam eñ intelligo menſuram me ex/
cedere epiſtolæ)uolo ſuperiora capitula,in quibus futuri epiſcopi uita deſcribitur,curſim expo
nere:ut apoſtolum non in unius uxoris elogio:ſed in omnibus quæ præcipit doctorem gentiũ
ſuſcipiamus.Simul obſecro:ne quis me in ſugillationem iſtius temporis ſacerdotum ſcripſiſſe,
quæ ſcripſi exiſtimet,ſed in eccleſiæ utilitatem. Vt eñ oratores & philoſophi deſcribentes qua/
lem uelint eſſe perfectũ oratorem, & philoſophũ,nõ faciunt iniuriam Demoſtheni & Platoni,
ſed res ipſas abſq; perſonis definiunt: ſic in deſcriptione epiſcopi,& in eorum expoſitione quæ
ſcripta ſunt, quaſi ſpeculum ſacerdotij proponitur. Iam in poteſtate & cõſcientia ſingulorũ eſt,
quales ſe ibi aſpiciant: ut uel dolere ad deformitatem, uel gaudere ad pulchritudinem poſſint.
Si quis epiſcopatum deſyderat,bonum opus deſyderat.Opus,non dignitatem:laborem, non
delitias:opus per quod humilitate decreſcat,non intumeſcat faſtigio.Oportet ergo epiſcopum

C irreprehenſibilem eſſe. Idipſum quoq; ad Titũ:Si quis eſt ſine crimine. Omẽs uirtutes in uno ſermone comprehendit:& pene rem contra naturam exigit.Si em̃ omne peccatum,etiã in ocioſo uerbo reprehenſione dignum eſt:quis eſt ille,qui abſq; peccato,id eſt ſine reprehenſione, uerſet in hoc mundo? Sed futurus paſtor eccleſiæ,talis eligitur,ad cuius cõparationẽ recte grex cæteri nominentur.Definiunt rhetores oratorẽ,qui ſit uir bonus,dicendi peritus.Ante uita:ſic lingua irreprehenſibilis quæritur: ut doctus merito ſuſcipiatur.Perdit em̃ authoritatem docendi, cuius ſermo,opere deſtruitur.Vnius uxoris uirum:de hoc ſupra diximus.Nunc hoc tantum admonemus:ut ſi unius uxoris uir,etiam ante baptiſmum quæritur: cætera quoq; quæ præcepta ſunt,ante baptiſmum requiramus.Neq; enim competit uniuerſa poſt baptiſmum, & unũ hoc mandatũ intelligere ante baptiſmũ. Sobriũ ſiue uigilãtem,νηφάλιον quippe utrũq; ſignificat. Prudentem, ornatum,hoſpitalem,doctorem.Sacerdotes qui miniſtrant in templo dei,prohibentur uinum & ſiceram bibere:ne in crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum: & ut ſenſus officium exhibens,deo uigeat ſemper & tenuis ſit.Quod autem infert prudentem, excludit eos, qui ſub nomine ſimplicitatis, excuſant ſtulticiam ſacerdotum.Niſi em̃ cerebrum ſanũ fuerit,omnia membra in uitio erunt. Ornatũ quoq; ἐπίτασις eſt prioris uerbi,id eſt irreprehenſibilis.Qui uitia nõ habet,irreprehenſibilis appellatur:qui uirtutibus pollet, ornatus eſt. Poſſumus & aliud intelligere ex hoc uerbo:iuxta illud Tullij:Caput eſt artis,decere quod facias. Sũt em̃ quidã ignorantes menſurã ſuã, & tãtæ ſtoliditatis ac uecordiæ:ut & in motu & in inceſſu,& in habitu, & in ſermone cõmuni,riſum ſpectantibus præbeant:& quaſi intelligẽtes quid ſit ornatus,comunt ſe ueſtibus & munditijs corporis, & lautioris menſæ epulas parant: cum omnis iſtiuſmodi ornatus & cultus, ſordibus fœdior ſit. Quod autem doctrina a ſacerdotibus expetatur: & ueteris præcepta ſunt legis:& ad Titum plenius ſcribitur.Innocẽs enim & abſq; ſermone conuerſatio:quantum exemplo prodeſt,tantum ſilentio nocet.Nam & latratu canum,bacu-
D loq; paſtoris,luporum rabies deterrenda eſt. Non uinolentũ,non percuſſorem. Virtutibus uitia oppoſuit. Didicimus quales eſſe debeamus,diſcamus quales non eſſe debeant ſacerdotes. Vinolentia ſcurrarũ eſt, & cõmeſſatorũ:uenterq; mero æſtuans, cito deſpumat in libidines.In uino luxuria,in luxuria uoluptas,in uoluptate impudicitia eſt.Qui luxuriatur,uiuens mortuus eſt:ergo qui inebriatur, & mortuus & ſepultus eſt.Noe ad unius horæ ebrietatem nudat femora ſua:quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat.Lot per temulẽtiam,neſciens libidini miſcet inceſtũ:& quẽ Sodoma non uicerat,uina uicerunt. Percuſſorẽ autẽ epiſcopum ille cõdemnat:qui dorſum poſuit ad flagella:& maledictus nõ remaledixit .Sed modeſtũ.Duob9 malis unum oppoſuit bonũ:ut temulentia & ira,modeſtia refrenent̃.Non litigioſum,non auarũ.Nihil em̃ impudentius arrogantia ruſticorũ,qui garrulitatẽ authoritatẽ putant: & parati ſemper ad lites,in ſubiectum ſibi gregẽ,tumidis ſermonibus tonant.Auariciã in ſacerdote uitandam,& Samuel docet:nihil coram populo eripuiſſe ſe cuiq; probans:& apoſtolorum paupertas,qui refrigeria ſumptuũ a fratribus accipiebant,& præter uictũ atq; ueſtitũ, nihil ſe aliud nec habere, nec uelle gloriabantur.Quã ad Timotheũ auariciam,ad Titum turpis lucri cupiditatem apertiſſime notat. Domũ ſuam bene regentẽ:non ut opes augeat,non ut regias paret epulas, non ut cælatas patinas ſtruat,nõ ut Phaſides aues lentis uaporibus coquat:q ad oſſa pueniant,& ſuperficiem carnis,non diſſoluant artifici temperamẽto: ſed ut quod populo præcepturus eſt,prius a domeſticis exigat. Filios habentem ſubditos,cũ omni caſtitate: ne ſcilicet imitentur filios Eli,qui in ueſtibulo templi cum mulieribus dormiebant:& religionem prædam putantes, quicquid optimum in hoſtijs erat,in ſuas delitias conuertebant. Non Neophytũ,ne in ſuperbiã elatus,in iudicium incidat diaboli.Mirari ſatis non queo,quæ hominum tãta ſit cæcitas, de uxoribus ante baptiſmum diſputare:& rem in baptiſmate mortuam, imo cum Chriſto uiuificatã in calumniam trahere,cum tam apertum euidenſq; præceptum nemo cuſtodiat.Heri catechumenus,hodie pontifex:heri in amphitheatro,hodie in eccleſia:ueſpere in circo, mane in altario: dudum fautor hiſtrionum,nunc uirginũ conſecrator.Num ignorabat apoſtolus tergiuerſationes noſtras:& argumentorũ ineptias neſciebat? Qui dixit unius uxoris uirũ,ipſe mandauit irreprehenſibilẽ, ſobriũ, prudentẽ, ornatũ,hoſpitalẽ,doctorẽ,modeſtũ:non uinolentum,non percuſſorem

A cuſſorẽ,nõ litigioſum,non auarũ,non neophytũ. Ad hæc oĩa claudimus oculos,ſolas uidemus uxores. Quod aũt aít: Ne in ſuperbiã elatus,incidat in iudiciũ diaboli: quis non exẽplo uerũ p/bet? Ignorat momentaneus ſacerdos humilitatem,& manſuetudinem ruſticorũ: ignorat blanditias Chriſtianas: neſcit ſeipſum contẽnere: de dignitate tranſfert᷑ ad dignitatẽ: non ieiunauit, nõ fleuit,non mores ſuos ſæpe reprehendit & aſſidua meditatione correxit, non ſubſtantiam pauperibus erogauit. De cathedra quodammodo ducit᷑ ad cathedrã, id eſt de ſuperbia ad ſuperbiam. Iudicium aũt & ruina diaboli,nulli dubium,quin arrogantia ſit. Incidũt in eam qui in puncto horæ, necdũ diſcipuli iam magiſtri ſunt. Oportet aũt eũ & teſtimoniũ habere bonũ ab his qui foris ſunt. Quale principiũ,talis & clauſula. Qui irreprehenſibilis eſt: nõ ſolũ a domeſticis: ſed & ab alienis cõſono ore laudat᷑. Alieni & extra eccleſiam,ſunt Iudæi,hæretici,atq; gentiles. Talis ergo ſit pontifex Chriſti: ut qui religioni detrahunt,uitæ eius detrahere nõ audeant. At nũc plæroſq; cernimus,uel fauorem populi,in aurigarũ morẽ precio redimere,uel tãto omnium hominũ odio uiuere: ut non extorqueant pecunia,quod mimi impetrant geſtibus. Hæc fili Oceane ſollicito timore perquire: hæc magiſtri eccleſiæ cuſtodire debebũt: hos in ſacerdotibus eligendis canones obſeruare: nõ iuxta propria odia & priuatas ſimultates,carpentẽq; ſemper authorẽ ſuum inuidiã,legem Chriſti interpretari. Vide quantũ ſit teſtimoniũ huius quẽ arguunt mariti,cui præter uinculũ cõiugale,& hoc ante baptiſmũ,nihil aliud ab æmulis obĵci poteſt. Qui præcipit nõ mœchandũ,ipſe dicit,& nõ occides. Si nõ mœchamur ſed occidimus,tranſgreſſores legis ſumus. Qui totam legem ſeruauerit & offenderit in uno,fit omniũ reus. Itaq; cũ oppoſuerint nobis uxorem ante baptiſmum,nos ab eis omnia quæ poſt baptiſmum præceptã
B ſunt requiramus. Prætereunt quod non licet: & obĵciunt quod conceſſum eſt.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

ET inſurgit mihi Caĩna hæreſis.) Quidam hic deprauauerant pro Caĩna Canina. De Caĩna hæreſi meminit Auguſtinus in libello ad Quoduultdeũ. Dicti ſunt Caĩni ſiue Caĩani, nam ita legit᷑, quod Caĩn ut ſanctũ uenerentur. Quod quo minus mireris, & Iudam Iſcarioten colunt, deniq; Sodomitas, Core, Dathan & Abyron. Blaſphemant legem,& deum legis authorẽ. Carnis reſurrectionẽ negãt, Quãq; Hieronymus reſpexerit ad hiſtoriã Caĩn, qui dixerit maius eſſe peccatũ ſuũ, q; ut ueniam mereret᷑. At hic aduerſarius Hieronymi dicebat eſſe qd᷑ nõ remitteret᷑ in baptiſmo. Ariminenſis ſynodi multitudo.) Hæc erat ſynodus, in qua Valens impera tor, palã abnegauit Arrianam hæreſim in frequentiſſimo epiſcopor, & laicorum cœtu, ut Ariminenſis cõcilij multitudo, pene in prouerbiũ abierit. Meminit eius rei Hieronymus in Dialogis Luciferiani & Orthodoxi. Cornutum ut dicitur ſyllogiſmũ.) Huiuſmodi ſyllogiſmos colligit Chryſippus: acerualem, quẽ ſoritẽ uocant, crocodiliten, ψευδόμερον, quẽ Seneca uertit mentientẽ, & κερατινόν, id eſt cornutũ, quod utrinq; occurat in qd᷑ impingas: id qd᷑ accidere ſolet in dilẽmate. Velut cũ interrogat aduerſarius, In baptiſmate bona opa dimittunt᷑ an mala? Si dixeris bona, incurris in alterũ cornu, & abſurde reſpondiſti. Si mala, incidiſti in alterũ. Ergo matrimoniũ manet, qd᷑ malũ nõ eſt. Chryſippei ſophiſmatis.) Hic Chryſippus, uſq; ad nugaciſſimã delirationẽ fuit in dialectica curioſus. Hieronym⁹ hoc loco ſignificat ſyllogiſmum qui dicit᷑ ψευδόμερος, id eſt mentiens, hoc eſt, qui refellit ſeipſum. Vt ſi quis dicat ſe mentiri. Nã ſi uere mentitur, hoc ipſo nõ mentitur quod mentitur. Et ſi nõ mentitur, hoc ipſo mẽtitur quod nõ mentitur. Itẽ Epimenides dicit Cretenſes eſſe mẽdaces. Si uerũ dixit. Non ſunt mendaces Cretenſes: cũ uerum dicat Cretenſis. Sin mentitus eſt. Nõ ſunt mendaces, quia falſum dixit, & ob hoc ipſum rurſum mendaces, quia Cretenſis mentitus eſt. Hæc tametſi non ſunt exacta ad ſummũ ius, ut uocant, dialectices, tamẽ ad explicandũ hunc locũ ſufficiunt. Sic eĩm de his ueteres dialectici nugabantur. Propoſitionis ſtropham.) Strophas uocat figuram orationis oblique tortam, ueluti ſi quis laudans uituperet, aut diſſuadens ſuadeat, aut placans incitet, a στρέφω quod eſt torqueo. Piſoniano uitio.) Extat inuectiua Ciceronis in Piſonẽ, in qua illi obĵcit hæſitantiam oris, balbutiem linguæ: & tamen cũ loqui neſciret, tacere non potuit. Nõ νεόφυτον.) Id eſt nuper inſitum, ſiue plantatũ, a νέον nuper, & φύω planto, ſiue gigno uel naſcor. Illud nomen dignitatis.) Nempe preſbyteri, πρεσβύτερος ſeniorem ſignificat. Et apud ueteres tanta erat ueneratio ſenectutis, ut honoris cauſa nomen hoc tribuerint. Et ſæpius apud Homerũ ὦ γέρον o ſenex, & γέρας honor ſiue premiũ: cũ γῆρας ſignificet ſenectutẽ. Epiſcop⁹ aũt nõ dignitatis, ſed officij uocabulũ eſt, ab ἐπισκοπεῖν, id eſt intẽdere & curam agere. Exoletorũ greges.) Exoleti grandiuſculi adoleſcentes. Significat aũt turpiter obſequioſos. Ethnici meſſes eccleſiæ.) Alluſit ad uerba Chriſti, meſſis quidẽ multa. Ex gẽtilibus eĩm augeẽt numerus fideliũ. Audiant Cathecumini.) Catechumini ſcribẽdũ eſt, a uerbo κατηχέω, quod eſt inſtruo ſiue erudio. Dictũ uidet᷑ ab ἦχος ſonus ſiue uox, quod myſteria olim nõ ſcriptis, ſed uoce traderent᷑. Fidei candidati.) Candidati qui ambiunt magiſtratũ. Vnde qui rem affectant, & oĩa faciũt ut aſſequãt᷑, ei⁹ candidati dicunt᷑, id eſt petitores. Quintilian⁹ filiũ ſuũ acutæ æloquẽtiæ cãdidatũ uocat. Et in uita diui Martini legis, qd᷑ bonis operibus egerit quẽdã baptiſmatis candidatũ. Scottorũ & Atticorũ ritu.) Hic uarius habet᷑ in exẽplaribus locus. Forte legendũ, Scottorũ & Açotorũ ritu, ut intelligamus bar

C barbarissimas nationes, quæ sine legibus uiuant, adeo, ut nec matrimonia nouerint. Plutarchus scribit Hyrcanos ante aduentũ Alexandri magni, nescisse matrimonia. Et Açotorũ luxuries etiã in Prouerbiũ abijt.

Mentham & Anethum.) Matthæus Anethum ponit, Lucas rutã. Te sudantẽ ad coitũ.) Quidam pro coitũ, scortũ habent. Ego pro sudantẽ, subantem lego. Nam apparet facile uerbũ hoc a sciolo quopiã immutatũ fuisse. Est aũt subare, suũ ritu moliri & sonare in coitu. Vtitur hoc uerbo Horatius in Odis, & diuus Hieronymus alibi. Et hæc quidem fuistis.) Legendum est, & hæc quidam, quod Græce est τινὲς, quod nihil habet cõmune cũ quidẽ, id est μὲν. Hydropas & Lymphaticos.) Quidã codex habebat hydrophabas. Ex quo legendũ conijcio hydrophobos, ὑδροφόβοι dicuntur Græce morsi a cane rabido, quod ij aquam horreant. Et Lymphatici dicuntur insani, & hoc ab aqua, unde quidam eam insaniam contrahi putant. Allophyli.) Id est diuersæ nationis. Nam φῦλον natio siue genus, & ἄλλο aliud. Sobrium siue uigilãtem.) Græce μεθύοντα, a uerbo μέθω, quod utrũq; significat, & sobrium atq; abstemium, & uigilantẽ, qđ ebrij plærumq; dormitabundi sint, qui bibunt aquam minimi somni. Quin & μέθαλια dicebãtur olim sacra, quæ absq; uino peragebantur, nec libabatur quicq; præter aquã. ἐπίτασιν.) Id est intensio, hoc est exaggeratio, ab ἐπιτείνω intẽdo. Plus em̃ est ornatũ esse uirtutibus q̃ carere uitijs. In aurigarũ morẽ.) Intelligit ni fallor aurigas certaminũ equestriũ, qui populi fauorem aliquando pecunia redimebant.

Quod minime impetrant.) Ita plærique codices habent, sed deprauate: legendũ est, mimi impetrãt. Mimi id est histriones gestibus impetrant, ut sibi populus faueat, nõ etiam numerant, ut quidam faciunt episcopi. Et mimi habetur in quibusdam exemplaribus emendatioribus.

ANTIDOTVS. Tametsi Hieronymus Cainam hanc hæresim uocat, & miro stomacho debacchatur in hunc aduersariũ: tamen illius sententiã sequitur ecclesia, non Hieronymi. Atqui decreta probant Hieronymi scripta citra exceptionẽ. Verũ hanc rem argumentis excutere, non est huius instituti.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruffinus subornarat Magnũ quẽdam oratorem Romanum qui quæreret ab Hieronymo, cur libris ecclesiasticis admisceret litteras gentilium, & sacra prophanis contaminaret. Huic rationem reddit, ostenditq; quatenus id liceat, & quorum exemplo id faciat.

HIERONYMVS MAGNO ORATORI ROMANO.

D SEbesium nostrũ tuis monitis profecisse: nõ tam epistola tua q̃ ipsius pœnitudine didicimus. Et mirũ in modũ, plus correptus placuit q̃ errans læserat. Certauerunt inter se indulgentia parentis & filij pietas: dum alter præteritorum nõ meminit, alter in futurũ quoq; officia pollicetur. Vnde & mutuo nobis tibiq; gaudẽdum est: quia nos filium recepimus: tu discipulum cõprobasti. Quod autẽ quæris in calce epistolæ tuæ: tur in opusculis nostris, sæculariũ litterarum interdum ponamus exempla: & candorẽ ecclesiæ, ethnicorũ sordibus polluamus: Responsum breuiter habeto. Nũq̃ hoc quæreres, nisi te totum Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres, si interpretes earum, omisso Volcacio euolue/res. Quis em̃ nesciat & in Moyse, & in prophetarum uoluminibus quædã assumpta de gentiliũ libris: & Solomonem philosophis Tyri, & nõnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Vnde in exordio prouerbiorum cõmonet, ut intelligamus sermones prudentiæ uersutiasq; uerborũ, parabolas, & obscurum sermonem, dicta sapientum, & ænigmata quæ proprie dialecticorum & philosophorũ sunt. Sed & Paulus apostolus Epimenidis poetæ abusus uersiculo est: scribẽs ad Titũ κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, id est, Cretẽses semp mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Cuius heroici hemistichiũ, postea Callimach⁹ usurpauit. Nec mirũ si apud latinos metrũ non seruet, ad uerbum expressa translatio, cum Homerus eadem lingua uersus in prosam: uix cohæreat. In alia quoq; epistola, Menandri ponit senariũ φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Id est, Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Et apud Athenienses in Martis curia disputans, Aratum testem uocat. Ipsius em̃ & genus sumus, quod Græce dicit, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Et est clausula uersus heroici. Ac ne parũ hoc esset, ductor Christiani exercit⁹ & orator inuictus pro Christo causam agens: etiam inscriptionem fortuitam, arte torquet in argumentũ fidei. Dicerat em̃ a uero Dauid, extorquere de manibus hostium gladium: & Goliæ superbissimi caput, proprio mucrone truncare: Legerat in Deuteronomio dñi uoce præceptum, mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & ungues corporis amputandos, & sic eam habendã in coniugio. Quid ergo mirũ, si & ego sapientiã sæcularem propter æloquij uenustatẽ: & membrorũ pulchritudinem, de ancilla atq; captiua Israelitidẽ facere cupio? & si quicquid in ea mortuũ est, idololatriæ, uoluptatis, erroris, libidinũ, uel præcido, uel rado? Et mixtos purissimo corpori uernaculos ex ea genero dño Sabaoth? Labor meus in familiã Christi proficit: stuprũ in alienã, auget numerũ conseruorum. Osee accepit uxorem fornicariam Gomer filiam Debelaim

& nascit

A & naſcitur ei de meretrice filius Ieçrael, qui uocatur ſemen dei. Eſaias nouacula acuta, barbam, & crura radit peccantium. Et Eçechiel in typo fornicantis Hieruſalem, tondet cæſariem ſuam, ut quicquid in ea abſq; ſenſu & uita eſt, auferat. Cyprianus uir æloquentia pollens & martyrio, Firmiano narrante mordet, cur aduerſus Demetrianū ſcribens, teſtimoniis uſus ſit prophetarū & apoſtolorū: quæ ille ficta & cōmenticia eſſe dicebat, & non potius philoſophorū ac poetarū, quorū authoritati ut ethnicus contraire nō poterat. Scripſerunt cōtra nos Celſus atq; Porphyrius: priori Origenes: alteri Methodius, Euſebius & Appollinarius fortiſſime reſpōderūt. Quorum Origenes octo ſcripſit libros. Methodius uſq; ad decem milia procedit uerſuū. Euſebius & Apollinarius uigintiquinq; & triginta uolumina cōdiderunt. Lege eos & inuenies nos cōparatione eorū imperitiſſimos: & poſt tanti tēporis ociū, uix quaſi per ſomniū quod pueri didicimus, recordari. Iulianus Auguſtus ſeptem libros in expeditione Parthica, aduerſum Chriſtum euomuit: & iuxta fabulas poetarū, ſuo ſe enſe lacerauit. Si cōtra hunc ſcribere tentauero, puto interdices mihi ne rabidū canē, philoſophorū & Stoicorū doctrinis, id eſt Herculis daua repercutiā. Quāq; Naçarenū noſtrū, & (ut ipſe ſolebat dicere) Galilæū ſtatim in prelio ſenſerit: & merce dē linguæ putidiſſimæ, contumeliis perfoſſus acceperit. Ioſephus antiquitatē approbās Iudaici populi, duos libros ſcripſit contra Appionem Alexandrinū grāmaticū: & tanta ſæculariū pfert teſtimonia, ut mihi miraculū ſubeat, quō uir Hebræus & ab infantia ſacris litteris eruditus, cunctam Græcorū bibliothecā euoluerit. Quid loquar de Philone, quē uel alterū uel ſecundum Iudæū Platonem critici pronūciant. Curram per ſingulos. Quadratus apoſtolorū diſcipulus & Athenienſis pontifex eccleſiæ: nōne Adriano principi, Eleuſinæ ſacra inuiſenti, librū pro noſtra religiōe tradidit? Et tantæ admirationi omnibus fuit: ut pſecutionē grauiſſimā, illius excellens ſedaret ingeniū. Ariſtides philoſophus, uir æloquentiſſimus, eidem principi Apologeticū pro Chriſtianis obtulit, contextū philoſophorum ſententiis: quem imitatus poſtea Iuſtinus, & ipſe philoſophus, Antonino pio & filiis eius ſenatuiq; librū cōtra gentiles tradidit, defendens ignominiam crucis: & reſurrectionē Chriſti tota prædicās libertate. Quid loquar de Melitone Sar-
B dēſi epiſcopo? Quid de Apollinario Hieropolitanæ eccleſiæ ſacerdote, Dionyſioq; Corinthiorum epiſcopo, & Taciano, & Bardeſane, & Hireneo Photini martyris ſucceſſore: qui Origenis hæreſeon ſingularū uenena, ex quibus philoſophorū fontibus emanarint: multis uoluminibus explicarūt. Pantænus Stoicæ ſectæ philoſophus: ob præcipuæ eruditiōis gloriā, a Demetriano Alexandriæ epiſcopo, miſſus eſt in Indiam, ut Chriſtū apud Brachmanas: & illius gentis philoſophos prædicaret. Clemens Alexandrinæ eccleſiæ preſbyter: meo iudicio omnium eruditiſſimus, octo ſcripſit Stromatum libros: & totidem ὑποτυπώσεων, & aliū contra gentes. Pædagogi quoq; tria uolumina. Quid in illis indoctū: imo quid nō e media philoſophia eſt? Hūc imitatus Origenes decem ſcripſit Stromateas, Chriſtianorū & philoſophorū inter ſe ſententias cōparans: & oia noſtræ religiōis dogmata, de Platone & Ariſtotele, Numenio, Cornutoq; cōfirmās. Scripſit & Milciades cōtra gētes uolumē egregiū. Hippolytus quoq; & Apollonius Romanæ urbis ſenatores, ppria opuſcula cōdiderūt. Extant & Iulij Aphricani libri: q tēporū ſcripſit hiſtorias: & Theodori: q poſtea Gregorius appellatus eſt, uiri apſticorū ſignorū atq; uirtutū: & Dionyſij Alexādrini epiſcopi. Anatolij quoq; Laodicenæ eccleſiæ ſacerdotis: necnō pſbyterorū Pāphili, Pierij, Luciani, Malchionis, Euſebij Cæſariēſis epiſcopi, & Euſtathij Antiocheni, & Athanaſij Alexandrini. Euſebij q̄q; Emiſeni, & Triphillij Cyprij, & Aſterij Scithopolitæ, & Serapionis cōfeſſoris. Titi quoq; Boſtrenſis epiſcopi. Cappadocū q; Baſilij, Gregorij, Amphilochij: qui oēs intantū philoſophorū doctrinis atq; ſententiis ſuos refarciunt libros: ut neſcias quid in illis primum admirari debeas, eruditionē ſæculi: an ſcientiam ſcripturarum. Veniam ad latinos. Quid Tertulliano eruditius, quid acutius? Apologeticus eius & cōtra gentes libri, cunctam ſæculi obtinent diſciplinam. Minutius felix cauſidicus Romani fori, in libro, cui titulus Octauius eſt: & in altero contra mathematicos: ſi tamen inſcriptio non mentitur authorē: quid gentilium ſcripturarum dimiſit intactum. Septem libros aduerſus gentes Arnobius ædidit: totidemq; diſcipulus eius Lactantius, qui de ira quoq; & opificio dei duo uolumina condidit: quos ſi legere uolueris, dialogorū Ciceronis in eis ἐπιτομὴν reperies. Victorino martyri in libris ſuis licet deſit eruditio,

C tamen nō deeſt eruditionis uoluntas. Cyprianus qđ idola dij̄ non ſint, qua breuitate, qua hiſtoriarū omniū ſcientia, quoꝝ uerborū & ſenſuū ſplendore perſtrinxit? Hilarius meorū confeſſor tēporꝝ & epiſcopus, duodecim Quintiliani libros & ſtilo imitatus eſt, & numero: breuiq; libello quē ſcripſit cōtra Dioſcoꝝ medicum, quid in litteris poſſit oſtendit. Iuuencus preſbyter, ſub Cōſtantino, hiſtoriā dn̄i ſaluatoris uerſibus explicauit: nec pertimuit euangelij̄ maieſtatē, ſub metri leges mittere. De cæteris uel mortuis, uel uiuētibus taceo: quorū in ſcriptis ſuis & uires manifeſtæ ſunt & uoluntas. Nec ſtatim praua opinione fallaris contra gentes hoc eſſe licitum, in alijs diſputationibus diſſimulandū: quia omnes pene omnium libri, exceptis his qui cū Epicuro litteras nō didicerūt, eruditionis doctrinæq; pleniſſimi ſunt. Quanq; ego illud magis reor, quod dictanti uenit in mentē, non te ignorare quod ſemp a doctis uiris uſurpatum eſt: ſed per te mihi proponi ab alio qūæſtionē, qui forte propter amorem hiſtoriarum Saluſtij̄, Calphurnius cognomento lanarius ſit. Cui quæſo ut ſuadeas, ne ueſcentiū dentibus edentulus inuideat: & oculos caprearum, talpa contemnat. Diues (ut cernis) ad diſputandum materia, ſed iam epiſtolaris anguſtia finienda eſt.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

OMiſſo Volcatio euolueres.) Volcatius cōmentaria ſcripſit in Ciceronem, ut teſtat Seneca. Pro Volcatio quidā inepti ſuppoſuerāt ſupcilio. O audaciā, ſtatim mutare, quod nō intelligas. Dialecticorū.) Ad hos refert uerſutias argutiarum, propter elenchos. Ad Titū.) κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί, id eſt, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres inertes, θηριον proprie beſtiam ſignificat noxiam, ut uiperam, crocodilum. Et ipſos uētres uocat, hoies uentri deditos. Hic uerſus celebris factus eſt ſyllogiſmo qui uocat, ψευδόμενος, id eſt mentiens, hūc em̄ in exemplū adducūt. Ponit ſenariū.) Nā eſt iābicus trimeter, φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, id eſt, Mores pbos, colloquia corrūpūt mala. Qđ Græce dicit τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.) Id eſt, Hui⁹ em̄ & genus ſum⁹: eſt hemiſtichiū Arati in Phænomenis, quod opus adhuc extat. Inſcriptionem fortuitā.) Quia inuenerat Athenis, aram inſcriptam ignoto deo. Eſt aūt maxime rhetoricū cum id quod ſuademus ut fiat, iam factū eſſe
D dicamus. Suadeo ut colatis deū, quē iam colitis, ſed ignotū. Itē de Leone narrat Philoſtratus, cū prodiſſet ad populum ſuaſurus concordiā, ſtatimq; populus riſiſſet obeſum, ut erat. Ridetis inquit? Eſt mihi uxor me craſſior, tamen unus lectulus capit cōcordes: diſcordes ne tota quidē domus. Atq; ita fortuitū riſum uertit in argumentū ſuadendæ cōcordiæ. Et mixtus.) Græci miſceri pro coire dicūt, quod & hic ſignificat. Vernaculos.) Vernas uernaculos uocat. Verna ſeruus eſt domi tuæ natus: quod genus ſeruorū ſimillimū erat liberis. Cōtumelijs pfoſſus.) Quid eſt cōtumelijs perfoſſus, an magnū ſi quis illi beluæ, maledixerit? Legendū igit̄, conto pfoſſus: ſic em̄ ſcribit Oroſius, dum poſt ſceleratiſſimū uotū, quo monachos & epiſcopos oēs incendio deſtinarat, ab obuio quodā equite conto ictus interijt. Vel alterum uel ſecūdū ludæū.) Codices diſſident. Legendū cenſeo, uel alterū, uel ludæū Platonē. Critici.) Critici uocabant̄ cenſores alienorū operum, a κρίνω iudico. ὑποτυπώσεως.) In quibuſdā libris additū eſt, id eſt, diſpoſitionū: opinor legendū expoſitionū. Nam ὑποτύπωσις eſt, cū res explicat̄ & oculis proponit̄. In eis ἐπιτομήν.) Id eſt compendiū ſiue abbreuiationē. Calphurnius.) Sæpius inculcat hunc Calphurniū Saluſtianū, nec adhuc liquet quiſnam ſit: niſi quod a calidis furnis & lanionibus dicta uidentur cognomina, ut luxurioſum intelligas ſimul & ferocem ac tyrannicū. Ruffinum em̄ opinor notat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS:

Refellit eorum errorem qui diaconum preſbytero æquabant: oſtendens quid ſit diſcriminis inter epiſcopum, ſacerdotem, preſbyterum & diaconum.

HIERONYMVS EVAGRIO.

LEgimus in Eſaia: Fatuus fatua loquetur. Audio quendā in tantā erupiſſe uecordiā: ut diaconos preſbyteris, id eſt epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat eoſdem eſſe preſbyteros quos epiſcopos: quid patitur menſarum & uiduarū miniſter: ut ſupra eos ſe tumidus efferat: ad q̄ꝝ preces, Chriſti corpus ſanguiſq; cōficitur? Quæris authoritatē? Audi teſtimoniū. Paulus & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu, oibus ſanctis in Chriſto ieſu, q ſunt Philippis, cū epiſcopis & diaconis. Vis & aliud exēplū? In actibus apoſtolorū, ad unius eccleſiæ ſacerdotes, ita Paulus loquit̄: Attendite uobis & cuncto gregi: in quo uos ſpūs ſanctus poſuit epiſcopos: ut regeretis eccleſiā dn̄i, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Ac ne quis cōtentioſe in una eccleſia plures epiſcopos fuiſſe contendat: audi & aliud teſtimoniū, in quo manifeſtiſſime cōprobat̄ eundē eſſe epiſcopū atq; preſbyterꝝ. Propter hoc reliqui te in Creta: ut quæ deerant corrigeres: & conſtitueres preſbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mandaui.

Si qs

A Si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles: non in accusatiõe luxuriæ, aut nõ subditos. Oportet eñ episcopũ sine crimine esse, quasi dei dispensatorẽ. Et ad Timotheũ: Noli negligere gratiã quæ in te est, quæ tibi data est ꝓphetiæ, ꝑ impositionẽ manuũ presbyterij. Sed & Petrus in prima epistola: Presbyteros (inquit) in uobis precor compresbyter, & testis passionum Christi: & futuræ gloriæ quæ reuelanda est, particeps, regere gregẽ Christi, & inspicere non ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum. Quod quidem Græce significantius dicitur ἐπισκοπεῖν, id est, super intendentes: unde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum uirorum testimonia? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quẽ Iesus amauit plurimum: qui de pectore saluatoris, doctrinarum fluẽta potauit. Presbyter, electæ dñæ & filijs eius: quos ego diligo in ueritate. Et in alia epistola. Presbyter, Caio charissimo, quẽ ego diligo in ueritate. Quod aũt postea unus electus est, qui cæteris præponeretur: in schismatis remediũ factũ est: ne unusquisq; ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ a Marco euãgelista usq; ad Heradam & Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat: aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum uocent. Quid eñ facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis ecclesia: altera totius orbis existimanda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam obseruant regulam ueritatis. Si authoritas quæritur: orbis maior est urbe. Vbicũq; fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis: eiusdẽ meriti, eiusdẽ est & sacerdotij. Potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, uel sublimiorem, uel inferiorem episcopum facit. Cæterum omnes apostolorũ successores sunt. Sed dicis, quomodo Romæ ad testimoniũ diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges ecclesiæ, uindicas? Omne quod rarum est, plus appe-
B titur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in ecclesia Romæ, presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus uitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconũ uiderim: & in domesticis conuiuijs, benedictiones presbyteris dare. Discant qui hoc faciunt, nõ se recte facere: & audiant apostolos. Non est dignum, ut relinquentes uerbũ dei, ministremus mẽsis. Sciant quare diaconi constituti sint. Legant acta apostolorum, recordentur conditionis suæ. Presbyter & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono cõprobetur: in quẽ crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinat' presbyter: nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorẽ. Et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamento: quod Aaron & filij eius atq; leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi episcopi & presbyteri & diaconi uendicent in ecclesia.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Legimus in Esaia.) Nempe capite trigesimo secundo: Fatuus eñ fatua loquet', & cor eius uana intelliget. Eandem sententiam, totidem uerbis extulit Euripides, μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, id est, stultus enim stulta loquitur. Quid patitur.) Græcam loquendi figuram, haud scio an imprudens expressit Hieronymus τί ἔπαθεμ, id est quid illi accidit: ita loquimur, cũ rem nouam & absurdam significamus. Et uiduarum minister.) Locus est in actis apostolorũ capite sexto, de creatis septẽ diaconis, qui, quo quietiores essent apostoli, mensæ ministrauerunt, unde διάκονος Græce minister appellat'. Verũ hic locus mihi uidet' nõ uacare mendo, quãcq; consentientibus exẽplaribus, nolui mutare scripturã, nec eñ legim⁹ diaconos ministrasse uiduis magis cq; cæteris Christianis. Fortasse legendũ, mẽsarũ minister, & uiduarũ successor, aut tale qpiam. Siquidem hinc orta fuit diaconorum institutio, quod crescente discipulorũ multitudine, natum sit murmur Græcorũ aduersus Hebræos, quod illorum uiduæ despicerentur in quotidiano ministerio, cum apostoli suas quasdã circũducerent, ut indicat & Paulus in priore epistola ad Corinthios cap. nono. Nũquid nõ habemus potestatẽ circũducendi sororem mulierculam, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini & Cephas? Atq; ob hanc causam, exclusis ut apparet a ministerio uiduis, ordinati sunt diaconi. Et inspi-

C cere,non ex.) In prima epistola Petri capite quinto.Sed uidetur Hieronymus paulo aliter legisse, ꝙ̃ nostra habent exemplaria,in quibus scriptū est ποιμάναται ἐπισκοποῦντες,id est pascite inspiciētes. Quā ꝙ̃ neutrum uerbum,cōmode latinis reddi poterat.Neq; em̄ ποιμαίνω simpliciter est pascere,seu regere, sed pascere gregem:& ἐπίσκοπεῖν,nō est inspicere cognoscendi causa,quod ea uox significat latinis,sed aduigilare,ut de necessarijs prouideas. Romæ siue Eugubij.) Oppidorū nomina sunt diuersis dissita locis.Eugubium in Italia est,Constantinopolis in Macedonia est, haud procul a Thracia, Rhegium in Græcia, Alexandria & Tanis in Aegypto,sed ita uidetur cōiunxisse,semper celebri urbi,frigidū aliquod oppidulum opponit, colligit em̄ episcopi dignitatē,non æstimari magnitudine ditionis,sed merito uitæ,officio oēs esse æquales. Pulegiū apud Indos.) Pulegium herba est in Italia uilis,quod illic passim nascatur. Apud Indos charissima,quod illic non proueniat.Contra piper,apud Indos uile,quod illic plurimū est, a nobis magno emitur quia rarum.

ANTIDOTVS.Quod episcopo minus tribuit dignitatis,ꝙ̃ his tēporibus uidenī possidere:nō ad hāc tempestatē,sed ad eam,in qua uixit Hieronymus referri debet.Si nostros uidisset episcopos,longe aliud dixisset.Præterea æquare uidetur omnes episcopos inter se,perinde quasi omnes ex æquo apostolis successerint,cum id soli tribuat̄ Romano pontifici. Nā æquat Eugubiensem episcopū cū Romano.Nec putat ullum episcopū alio minorem esse,nisi quatenus superat humilitate.Deinde nō putat,episcopum quouis sacerdote præstantiorem esse,nisi quod ius habet ordinandi. Verum hæc olim fortasse uera, nūc magna ex parte cōmutata sunt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Origenes ex sententia Platonis permittebat sapienti bonoq; uiro mendaciū,modo salutare ijs quorū gratia fieret.Et Hieronymus nō caruit omnino suspitione Origenici dogmatis.Nam huius secutus sententiā in cōmentarijs quos ædidit in epistolā ad Galatas scripserat,utroslibet Petrū ac Paulū,pro tempore simulatione usos.Petrū cū se subduceret a mensa,superuenientibus Hebræis. Paulū,cū illū in os acriter obiurgaret,ut per eū alios deterreret.Augustinus igit̄ adhuc iuuenis,blande quidē sed tamē suspicioseHieronymū admonet de hac re,negans in litteris diuinis ullā mendacij suspitionē esse recipiēdā. Deinde nō ꝓbat eiꝰ trāslationē ex Hebraica ueritate, qd̄ nefas eē duceret usq; a Septuaginta discedere authoritate.

D SCHOLIVM.

Regulā mordacius(ut fertur)tenerent.) Refragantibus licet oībus exemplaribus, lego mordicus, pro mordacius. Nam mordicus tenere dicimur,quod pertinacius tenemus,nō unguibus solum,uerū & dentibus. Neq; uero mihi displicuerit,si pro uiam,uim legamus.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

NVnq; æque quisq; tam facile cuilibet facie innotuit:q; mihi tuorū in dño studiorum quieta lætitia:& uere exercitatio liberalis.Quā ꝙ̃ ergo percupiā omnino te nosse:tamen exiguū quiddā tui minus habeo,præsentiā uidelicet corporis: quā ipsam etiā postea ꝙ̃ te beatissimus nūc episcopus:tūc uero iam episcopatu dignus, frater Alipius uidit,remeansq; a me uisus est,negare nō possum,magna ex parte mihi esse relatu eius impressam:& ante reditū cū te ille ibi uidebat,& ego uidebā,sed oculis eius.Non em̄ animo me atq; illū,sed corpore duos,qui nouerit dixerit,concordia dūtaxat & familiaritate fidissima: non meritis,quibus ille antecellit.Quia ergo me primitus cōmunione spūs,quo in unū nitimur: deinde illius ex ore iā diligis:nequa ꝙ̃ impudēter,quasi aliqs ignotus, cōmendo germanitati tuæ fratrē Profuturū, quē nostris conatibus,deinde adiutorio tuo uere ꝓfuturꝫ speramus:nisi forte qd̄ talis est:ut ipē tibi per eū fiā cōmendatior,ꝙ̃ ille ꝑ me.Hactenus fortasse scribere debuerā, si esse uellem epistolarū solenniū more cōtentus.Sed scatet animus in loquelas cōmunicandas tecū de studijs nostris quæ habemus in Christo Iesu dño nostro: qui nobis multas utilitates & uiatica quædā demōstrauit itineris, et iam per tuā charitatē nō mediocriter ministrare dignat̄. Petimus ergo,& nobiscū petit omnis Aphricanarū ecclesiarū studiosa societas:ut in interpretādis eorū libris qui Græce scripturas nostras ꝙ̃ optime tractauerūt: curā atq; operā impendere nō graueris.Potes em̄ efficere:ut nos quoq; habeamus illos tales uiros:& unū potissimū, quem tu libentius in tuis litteris sonas.De uertendis aūt in linguā latinā sanctis litteris canonicis,laborare te nollem:nisi eo modo quo Iob interp̄tatus es:ut signis adhibitis,quid inter hāc tuā & Septuaginta, quorꝫ est grauissima authoritas interp̄tationē distet,appareat.Satis aūt nequeo mirari:si aliqd adhuc in Hebraicis litteris & exemplaribꝰ inuenit̄, quod tot interp̄tes illius linguæ peritissimos fugerit.Omitto em̄ Septuaginta:de quorꝫ uel cōsilij,uel maiore spūs cōcordia,quasi unus homo esset:non audeo in aliquā partem certā ferre sententiam:nisi quod eis præminentē authoritatē in hoc munere sine controuersia tribuendā existimo.Ille me plus mouēt: q cū posteriores interp̄tarent̄,& uerborꝫ locutionūq; Hebræarꝫ uiā atq; regulas mordicus(ut fert̄)tenerent,non

A rent,non ſolũ inter ſe nõ conſenſerunt: ſed etiã reliquerũt multa:quæ tanto poſt eruenda & ꝑ/
denda remanerent.Si em̃ obſcura ſunt:te quoq; in illis falli potuiſſe creditur.Si autem manife/
ſta,ſuperfluum eſt te uoluiſſe explanare,quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua
charitate expoſitis cauſis,certum me facias obſecrauerim. Legi etiã quædam ſcripta,quæ tua
dicerentur, in epiſtolas apoſtoli Pauli:quarum unam ad Galatas,cum enodare uelles:uenit in
manus locus ille, quo apoſtolus Petrus, a pernitioſa ſimulatione reuocatur. Ibi patrocinium
mendacij ſuſceptum eſſe:uel abs te tali uiro,uel a quopiã,ſi alius illa ſcripſit:fateor non medio/
criter doleo, donec refellant̃: ſi forte refelli poſſunt,ea quæ me mouent.Mihi em̃ uidet̃ exitio/
ſiſſime credi aliquod in ſanctis libris haberi mendaciũ: id eſt eos hoies ꝑ quos nobis illa ſcriptu
ra miniſtrata eſt atq; conſcripta,aliquid in ſuis libris fuiſſe mentitos. Alia qppe quæſtio eſt: ſit
ne aliquãdo mentiri uiri boni:& alia quæſtio eſt:Vtrũ ſcriptorẽ ſanctarũ ſcripturarum mentiri
oportuerit:imo uero non alia,ſed nulla eſt quæſtio.Admiſſo em̃ ſemel in tantũ authoritatis fa
ſtigiũ,officioſo aliquo mendacio:nulla illorũ librorũ particula remanebit, quæ non ut cuiq; ui/
debit̃,uel ad mores difficilis,uel ad fidem incredibilis:eadem pernitioſiſſima regula, ad mentiẽ/
tis authoris conſiliũ officiũ q; referat̃.Si em̃ mentiebat̃ apoſtolus Paulus,cũ apoſtolũ Petrum
obiurgans diceret:Si tu,cũ ſis Iudæus,gentiliter & nõ Iudaice uiuis,quẽadmodũ cogis gẽtes Iu/
daiçare?Et recte illi uidebat̃ Petrus feciſſe:quem nõ recte feciſſe & dixit & ſcripſit: ut quaſi ani/
mos tumultuantiũ deliniret:Quid reſpondebimus,cũ exurrexerint peruerſi hoies,prohibentes
nuptias,quos futuros ipſe p̃nunciauit:& dixerint,totũ illud quod idẽ Apoſtolus de matrimo/
niorum iure firmando locutus eſt: propter hoies qui dilectione cõiugũ tumultuari poterãt, fuiſ
ſe mentitũ:ſcilicet nõ qd̃ hoc ſenſerit: ſed ut illorũ placaret̃ aduerſitas?Non em̃ opus eſt multa
cõmemorare.Poſſũt em̃ uideri etiã de laudib9 dei eſſe officioſa mendacia:ut apud hoies pigrio/
res,dilectio ei9 ardeſcat:atq; ita nuſq; certa erit in ſanctis litteris caſtæ ueritatis authoritas.Nõ/
ne attendimus eũdẽ apoſtolũ:cũ ingenti cura ueritatis cõmẽdandæ diceret?Si aũt Chriſtus nõ
B reſurrexit, inanis eſt p̃dicatio noſtra,inanis eſt & fides ueſtra.Inuenimur autẽ & falſi teſtes dei:
quia teſtimoniũ diximus aduerſus deũ,quod ſuſcitauit Chriſtũ,quẽ nõ ſuſcitauit. Si quis huic
diceret: quid in hoc mẽdacio perhorreſcis, cũ id dixeris,quod etiam ſi falſum ſit,ad laudem dei
maxime pertinet?Nõne huius deteſtatus inſaniã,qbus poſſet uerbis & ſignificationibus in lu/
cem,penetralia ſui cordis aperiret?Clamans non minore,aut fortaſſe etiã maiore ſcelere in deo
laudari falſitatem,q̃ ueritatẽ uituperari?Agendũ eſt igit̃,ut ad cognitionẽ diuinarũ ſcriptura/
rum talis homo accedat, qui de ſanctis libris tã ſancte & ueraciter æſtimet:ut nolit aliqua eo/
rum parte delectari per officioſa mendacia:potiuſq; id quod nõ intelligit tranſeat,q̃ cor ſuum
præferat illi ueritati. Profecto em̃ cũ hoc dicit:credi ſibi expetit, & id agit,ut diuinarũ ſcriptura/
rũ authoritatibus nõ credamus.Et ego quidẽ qualibuſcũq; uiribus,quas dñs ſuggerit,oĩa illa te
ſtimonia quæ adhibita ſunt,aſtruendæ utilitati mendacij,aliter oportere intelligi oſtenderem:
ut ubiq; eorũ firma ueritas doceret̃.Quã enim teſtimonia mendacia eſſe nõ debent,tam nõ de
bent fauere mendacio.Sed hoc intelligentiæ tuæ relinquo.Admota enim lectioni diligentiori
cõſyderatione,multo id fortaſſe facilius uidebis q̃ ego. Ad hanc autẽ cõſyderationem coget te
pietas,qua cognoſcis fluctuare authoritatẽ ſcripturarũ diuinarũ:ut in eis quod uult quiſq; cre/
dat:quod nõ uult,nõ credat:ſi ſemel fuerit perſuaſum,aliqua ratione illos uiros per quos nobis
hæc miniſtrata ſunt,in ſcripturis ſuis officioſe potuiſſe mentiri: niſi forte regulas quaſdã datu/
rus es:qbus nouerimus ubi oportet mentiri, & ubi nõ oporteat.Quod ſi fieri poteſt:nullo mo/
do mendacibus dubijſq; rationibus id explices quæſo.Nec me oneroſum,aut impudentẽ iudi/
ces:per hũanitatẽ ueraciſſimã dñi noſtri. Nã ut nõ dicã nulla:certe nõ magna culpa,meus error
ueritati fauet:ſi recte in te ueritas poteſt fauere mẽdacio.Multa alia cũ ſynceriſſimo corde tuo
loq; cupẽ, & de Chriſtiano ſtudio cõferre: ſed huic deſyderio meo nulla epiſtola ſatis eſt. Vbe
rius idipſum poſſum per fratrem Profuturũ,quẽ miſcendũ & alendũ dulcibus atq; utilibus ſer/
mocinationib9 tuis miſiſſe me gaudeo.Et tamẽ quãtũ uellẽ,nec ipſe(qd̃ eius pace dixerim)forſi/
tã capit,q̃ q̃ nihilo me illi p̃tulerim.Ego em̃ me fateor tui capatiorẽ,ſed ip̃m uideo fieri plenio
rem,q̃ me ſine dubitatiõe antecellit: & poſteaq̃ redierit(qd̃ dño adiuuãte ꝑſperato fiat curſu)

cũ eius

C cū eiꝰpectoris abs te cumulati particeps fuero:nō eſt impletur9,qđ in me adhuc uacuū erit,atq; auidū ſenſuū tuorū. Ita fiet,ut & ego etiā tunc egentior ſim,ille copioſior. Sane idem frater aliqua ſcripta noſtra fert ſecū,quibus legendis,ſi dignationē adhibueris:etiā ſyncerā fraternamq; ſcueritatem adhibeas quæſo. Non em̄ aliter intelligo quod ſcriptū eſt: Emendabit me iuſtus in miſericordia,& arguet me:oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū: niſi quia magis amat obiurgator ſanans,q̄ adulator unguens caput. Ego autem difficillime bonus iudex lego quod ſcripſerim,ſed aut timidior recto,aut cupidior. Video etiam interdū uitia mea: ſed ea malo audire a melioribus:ne cum me recte fortaſſe reprehēdero,rurſus mihi blandiar:& meticuloſam mihi uidear in me potius q̄ iuſtam tuliſſe ſententiam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iterum de eadem re ſcribit,oſtendens eum Pauli locum alia ratione potuiſſe exponi.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

HAbeo gratiam,quod pro ſubſcripta ſalutatione, mihi plenā epiſtolā reddidiſti:ſed breuiorē multo q̄ ex te uellem ſuſcipere tali uiro: a quo tempora quantalibet occupet,nullus ſermo prolixus eſt. Quā q̄ itaq; nos negociorū alienorū,eorūq; ſæcularium,curis circūſtemur ingentibus:tamen epiſtolæ tuæ breuitati,facile nō ignoſcerem:niſi cogitarem q̄ paucioribus uerbis meis redderetur. Quare aggredere quæſo iſtā nobiſcum litterariam collocutionem, ne multum ad nos diſiungendos liceat abſentiæ corporali: q̄q̄ ſimus in dño ſpūs unitate coniuncti,etiā ſi ab ſtilo quieſcamus atq; taceamus. Et libri quidem quos de horreo dñico elaboraſti,pene totum nobis te exhibent. Si em̄ ꝓpterea te non nouimus,quia faciem corporis tui non uidimus:hoc modo nec ipſe te noſti:nam tu quoq; non uides eam. Si aūt tibi non ob aliud notus es:niſi quia noſti animum tuum:& nos eum nō mediocriter nouimus in litteris tuis:in quibus benedicimus dñm,quod tibi & nobis omnibuſq; fratribus qui tua legunt,te talem dedit. Liber quidā tuus,inter cætera non diu eſt,quod uenit in manus noſtras:quæ ſit eius inſcriptio,neſcimus adhuc. Non em̄ hoc codex ipſe,ut aſſolet,in limina ri pagina prætendebat. Epitaphiū tamen appellari dicebat frater,apud quē inuentus eſt:quod ei nomē tibi placuiſſe ut inderetur crederemus, ſi eorum tantū hominū uel uitas, uel ſcripta legiſſemus,qui iam defuncti eſſent. Cum uero multorū & eo tēpore quo ſcribebatur:& nunc uſq; uiuentiū,ibi cōmemorentur opuſcula: miramur cur hūc ei titulū,uel impoſueris,uel impoſuiſſe credaris. Tamen utiliter a te conſcriptū eundē librū ſatis approbamus. In expoſitiōe quoq; epiſtolæ Pauli apoſtoli ad Galatas:inuenimus aliquid, quod nos multum moueat. Si em̄ ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint,uelut officioſa mēdacia:quid in eis remanebit authoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur: cuius pondere contentioſæ falſitatis ſubruatur improbitas? Statim em̄ ut protuleris: ſi aliter ſapit qui contra nititur: dicet illud quod prolatum erit,honeſto aliquo officio ſcriptorē fuiſſe mentitum. Vbi enim hoc non poterit: ſi poterit in ea narratione, qua exorſus Apoſtolus ait: Quæ autem ſcribo uobis: ecce coram deo quia non mentior: credi affirmariq; mentitus, eo loco ubi dixit de Petro & Barnaba: Cum uiderem,quia non recte ingrediebantur ad ueritatem euangelij? Si enim recte ingrediebantur illi:iſte mentitus eſt. Si autem ibi mentitus eſt:ubi uerum dixit? An ibi uerum dixiſſe uidebitur, ubi hoc dixerit, quod lector ſapit? Cum uero cōtra ſenſum lectoris aliquid occurrerit:officioſo mendacio deputabitur? Non enim deeſſe poterunt cauſæ,cur exiſtimetur: non ſolum potuiſſe, uerumetiam debuiſſe mentiri:ſi huic regulæ conceditur locus. Nō opus eſt hanc cauſam multis uerbis agere,præſertim apud te:cui ſapienter prouidenti dictum eſt ſatis. Nequaq̄ uero mihi arrogauerim:ut ingenium tuum diuino dono aureum,meis obolis ditare contendam: nec eſt quiſq̄ te magis idoneus,qui opus illud emendet. Neq; enim a me docendus es, quomodo intelligatur,quod idem dicit:Factus ſum Iudæis tanq̄ Iudæus:ut Iudæos lucrifacerem,& cætera: quæ ibi dicuntur compaſſione miſericordiæ,non ſimulatione fallaciæ. Fit enim tanq̄ ægrotus, qui miniſtrat ægroto,non cum ſe febres habere mentitur:ſed cū animo cōdolentis cogitat, quēadmodū ſibi ſeruiri uellet,ſi ipſe egrotaret. Nam utiq; Iudæus erat,Chriſtianus aūt factus,non Iudæorū ſacramēta reliquerat,quæ conueniēter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acce-

A bat acceperat.Sed ideo ſuſceperat ea celebranda,cum iam Chriſti eſſet apoſtolus:ut doceret nō eſſe pernitioſa his qui ea uellent ſicut a parentibus per legem acceperant cuſtodire, etiam cum in Chriſto credidiſſent:non tamen in eis iam conſtituerent ſpem ſalutis, quoniam per dominū Ieſum ſalus ipſa, quæ ipſis ſacramentis ſignificabatur, aduenerat. Ideoq; gentibus,quod in ſuetos a fide reuocarent onere graui & non neceſſario,nullo modo imponenda eſſe cenſebat. Quapropter non ideo Petrum emendauit,quod paternas traditiones obſeruaret:quod ſi face/re uellet,nec mendaciter,nec incongrue faceret:cuius em̄ iam ſupflua,tamen ſolita non nocerēt: ſed quoniam gentes cogebat Iudaiçare:quod nullo modo poſſet,niſi ea ſic ageret:tanc̄q; adhuc etiam poſt dñi aduentum neceſſaria ſaluti forent,quod uehementer per apoſtolatum Pauli ue ritas diſſuaſit.Nec apoſtolus Petrus hoc ignorabat,ſed id faciebat: timens eos qui ex circumci-ſione erant.Itaq; & ipſe uere correctus eſt: & Paulus uera narrauit: ne ſancta ſcriptura, quæ ad fidem poſteris ædita eſt, admiſſa authoritate mendacij,tota dubia nutet ac fluctuet. Non em̄ poteſt aut oportet litteris explicari,quanta & c̄q; inexplicabilia mala conſequant̄,ſi hoc cōceſſe-rimus.Poſſet autem oportune minuſq; periculoſe demonſtrari,ſi coram inter nos colloquere-mur.Hoc ergo Iudæorū Paulus dimiſerat quod malū habebant:& in primis illud, quod igno/rantes dei iuſticiam,& ſuam iuſticiā uolentes conſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Deinde quod poſt paſſionē & reſurrectionē Chriſti,dato ac manifeſtato ſacramēto gratiæ,ſecundū or/dinem Melchiſedek,adhuc putabant uetera ſacramenta,non ex cōſuetudine ſolēnitatis, ſed ex neceſſitate ſalutis,eſſe celebranda:quæ tamen ſi nunc̄q; fuiſſent neceſſaria, infructuoſe atq; ina-niter pro eis Machabæi martyres fierent. Poſtremo illud,quod p̄dicatores gratiæ Chriſtianos, Iudæi tāc̄q; hoſtes legis perſequebantur.Hos itaq; atq; huiuſmodi errores & uitia,dicit ſe dam nare,& ut ſtercora arbitratum:ut Chriſtum lucrifaceret,non obſeruationes legis ſi more patrio celebrarent̄: ſicut & ab ipſo celebratæ ſunt,ſine ulla ſalutis neceſſitate: nō ſicut Iudæi celebrādas
B putabant:aut fallaci ſimulatione, quod in Petro reprehenderat. Nā ſi propterea illa ſacramēta celebrauit:quia ſimulauit ſe Iudæū,ut illos lucrifaceret:cur non etiam ſacrificauit cum gentibus: quia & his qui ſine lege erant,tāc̄q; ſine lege factus eſt:ut eos quoq; lucrifaceret: niſi quia & illud fecit:ut natura Iudæus:& hoc totum dixit:non ut fallaciter ſe fingeret eſſe quod nō erat, ſed ut miſericorditer eis ita ſubueniendum eſſe ſentiret:ac ſi ipſe in eodem errore laboraret: nō ſcilicet mentientis aſtu,ſed cōpatientis affectu? Sicut eoipſo loco generaliter intulit: Factus ſum infir/mis infirmus,ut infirmos lucrifacerem:ut ſequens cōcluſio:Omnibus omnia factus ſum: ut om nes lucrifacerem: ad hæc referenda intelligatur, ut cuiuſq; infirmitatem tāc̄q; in ſeipſo miſeratus appareat. Non em̄ & cum diceret:Quis infirmatur,& ego non infirmor? infirmitatem alterius ſimulaſſe potius c̄q; doluiſſe,uolebat intelligi. Quare arripe obſecro te ingenuā & uere Chri/ſtianiam cum charitate ſæueritatem,ad illud opus corrigendum atq; emendandum, & παλινῳ/δίαν(ut dicitur)cane.Incomparabiliter em̄ pulchrior eſt ueritas Chriſtianorū: c̄q; Helena Græ/corum.Pro iſta em̄ fortius noſtri martyres aduerſus hanc Sodomam, c̄q; pro illa illi heroes ad uerſus Troiam dimicauerunt.Neq; ego hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias: quos abſit ut amiſeris: ſed ut aduertas:quos cum habeas ſanos & uigiles,neſcio qua diſſimulatione auertiſti: ut non intenderes quæ conſequantur aduerſa:ſi ſemel creditum fuerit poſſe honeſte atq; pie ac cipi,ſcriptorem diuinorum librorum in aliqua ſui operis parte mentiri. Scripſerā iam hinc ali quando ad te epiſtolā,quæ nō perlata eſt:quia nec is perrexit,cui perferendā tradiderā. Ex qua illud mihi ſuggeſtū eſt:cū iſta dictarē,quod in hac quoq; p̄termittere nō debui:ut ſi alia eſt ſen tentia tua,eadēq; eſt melior,timori meo libenter ignoſcas.Si em̄ aliter ſentis,uerumq; tu ſentis (nā niſi uer; ſit,melius eſſe nō pōt)ut nō dicam nulla,certe nō magna culpa, meus error ueritati fauet:ſi recte in quoc̄q; ueritas pōt fauere mēdacio. De Origene aūt qd̄ reſcribere dignatus es: iā ſciebā nō tantū in eccleſiaſticis litteris,ſed in oibus recta & uera quæ inuenerimus approbare atq; laudare:falſa uero & praua improbare atq; reph̄ēdere.Sed illud de prudentia doctrinaq; tua deſyderabā, & adhuc deſydero, ut nota nobis facias eaip̄a ei⁹ errata,qbus a fide ueritatis il/le uir tātus receſſiſſe cōuincit̄. In libro etiā q̄ cūctos,quor; meminiſſe potuiſti ſcriptores eccle/ſiaſticos,& eor; ſcripta cōmemoraſti,cōmodius ut arbitror fieret, ſi noīatis eis q̄s hæreſiarchas eſſe noſti,

C esse nosti(quãdo ne ipsos quidẽ prætermittere uolueris)subiungeres,etiã in quibus cauendi essent:quãq; nõnullos etiã prætermiseris,quod scire cuperem,quo cõsilio factũ sit. Aut si illud uolumen forte onerare noluisti,ut cõmemoratis hæreticis,non adderes,in quibus eos catholica dãnarit authoritas:quæso ne graue sit litterario labori tuo:quo non mediocriter per domini nostri gratiam in latina lingua sanctorum studia & accendisti & adiuuisti,id quod tibi per humilitatem meam fraterna charitas indicit,ut si occupationes tuæ sinunt,omnium hæreticorũ peruersa dogmata,qui rectitudinẽ fidei Christianæ usq; ad hoc tempus,uel imprudẽtia,uel imperitia,uel peruicacia deprauare conati sunt,uno libello breuiter digesta edas,in noticiã eorũ,qbus aut non uacat propter alia negocia,aut non ualent ꝓpter alienam linguã tam multa legere atq; cognoscere. Diu te rogarem,nisi hoc soleret esse indicium minus de charitate præsumentis. Hũc interea fratrem nostrum in Christo Paulum multũ cõmendo benignitati tuæ:cuius in nostris regionibus existimationi bonum coram deo testimonium perhibemus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cum non responderet Hieronymus,Augustinus eadem inculcat. Quod nouum testamẽtum exẽ Græcorũ fontibus restituerit probat. Cæterum nolit idẽ fieri in ueteri testamento,ex Hebræorum litteris:ac narrat in urbe quadam periculosum tumultum exortum inter episcopum ac populum, ob unam uoculã ab Hieronymo commutatam.

SCHOLIVM.

Quod euangelium ex Græco.) Hieronymus dicit se castigasse magisq; sensum q̃ uerba:quãq; nec illã habemus castigationem.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

D EX quo cœpi ad te scribere,ac tua scripta desyderare:nunc̃q; mihi melior occurrit occasio,c̃q; ut per dei seruum,ac ministrum fidelissimum mihiq; charissimũ,mea tibi afferret epistola,qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hunc certe ita spero litteras tuas, ut certius in hoc rerum genere quic̃q; sperare non possim. Nã nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit:nec gratia in promerendis,nec diligentia in custodiendis,nec alacritas in perferendis,nec fides in reddendis:tantum si aliquo modo merear: adiuuet dominus,& adsit cordi tuo,& desyderio meo:ut fraternam uolũtatem nulla maior uoluntas impediat. Quia ergo duas iam epistolas misi:nullam autem tuã postea recepi:easdem ipsas rursum mittere uolui,credens eas non peruenisse. Quod si & peruenerũt, aut fortasse tuæ potius ad me minime peruenire potuerunt:eaipsa scripta,quæ iam misisti, iterum mitte,si forte reseruata sunt. Sin minus,rursus dicta quod legam:dum tamen his respõdere nõ graueris:quod iam diu est,ut expecto primas etiam,quas ad te adhuc presbyter litteras præparaueram mittendas,per quẽdam fratrem nostrum Profuturũ, qui postea nobis collega fact9, iam ex hac uita migrauit:nec eas tunc ipse perferre potuit:quia continuo dum proficisci dispo/suit,episcopatus sarcina detentus:ac deinde in breui defunctus est,etiam nũc mittere uolui: ut scias in tua colloquia,quam olim inardescam:& quam uim patiar,quod a me tam lõge absunt sensus corporis tui:per quas adire possit ad animum tuum animus meus mi frater dulcissime, & in domini membris honorande. In hac autem epistola hoc addo,quod postea didicimus,ex Hebræo Iob a te interpretatũ,cum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiusdem prophetæ ex Græco æloquio uersam in latinum:ubi tamen asteriscis notasti, quæ in Hebræo sunt,& in Græco desunt. Obeliscis autem, quæ in Græco inueniuntur,& in Hebræo non sunt, tã mirabili diligẽtia, ut qbusdã in locis ad singula uerba singulas stellas uideamus, significãtes eadẽ uerba esse in Hebræo,in Græco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quæ uersa est ex Hebræo,non eadem uerborum fides occurrit. Nec parum turbat cogitantem, uel cur in illa prima tanta diligẽtia figantur asteriscí: ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus Græcis,quæ sunt in Hebræis: uel cur in hac altera quæ ex Hebræis est, negligentius hoc curatum sit: ut non eædem particulæ locis suis inuenirentur. Aliquid inde exempli gratia uolui ponere: sed mihi ad horam codex defuit,qui ex Hebræo est. Verũtamen quia præuolas ingenio,nõ solum quid dixerim:uerũetiã quid dicere uoluerim: satis(ut opinor) intelligis,ut causa reddita quod mouet ædisseras. Ego sane te mallem Græcas potius canonicas

nobis

A nobis interpretari ſcripturas, quæ Septuaginta interpretum authoritate perhibentur. Perdu/rum ẽ erit, ſi tua interpretatio per multas eccleſias frequẽtius cœperit lectitari, quod a Græcis eccleſijs latinæ eccleſiæ diſſonabunt, maxime quia facile contradictor conuincitur, Græco prola/to libro, id eſt linguæ notiſſimæ. Quiſqs aũt in eo quod ex Hebræo tranſlatum eſt, aliquo inſo/lito permotus fuerit, & falſi crimen intenderit: aut uix, aut nunq̃ ad Hebræa teſtimonia perue/nitur, quibus defendatur obiectum. Quod ſi etiam peruentum fuerit, tot latinas & Græcas au/thoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam conſulti Hebræi, poſſunt aliud reſponde/re: ũt tu ſolus neceſſarius uidearis, q etiã ipſos poſſis cõuincere: ſed tamẽ q iudicet, mirũ ſi potue/ris inuenire. Nam quidam frater noſter epiſcopus, cũ lectitari inſtituiſſet in eccleſia cui præeſt interpretationẽ tuam, mouit quiddam longe aliter abs te poſitum apud Ionam prophetã, q̃ erat omnium ſenſibus memoriæq̃ inueteratum: & tot ætatũ ſucceſſionibus decantatũ: factus eſt tantus tumultus in plæbe, maxime Græcis arguentibus, & inclamantibus calumniam falſita/tis: ut cogeret̃ epiſcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorũ teſtimoniũ flagitare. Vtrũ aũt illi im/peritia, an malicia hoc eſſe in Hebræis codicibus reſponderũt: quod & Græci & latini habebãt. Quid plura? coactus eſt homo uelut mendoſitatem corrigere, uolens poſt magnum periculũ, non remanere ſine plæbe. Vnde etiam nobis uidetur aliquando te quoq̃ in nonnullis falli po/tuiſſe. Et uide hoc quale ſit, in eis litteris, quæ nõ poſſunt collatis uſitatarum linguarum teſtimo/nijs emendari. Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo, quod euangeliũ ex Græ/co interpretatus es: quia pene in omnibus nulla offenſio eſt: cum ſcripturam Græcam contuleri/mus. Vnde ſi quiſq̃ ueteri falſitati cõtentioſus fauerit, prolatis collatiſq̃ codicibus, uel docetur
B facillime, uel refellitur. Et ſi quædam rariſſima merito mouent, quis tam durus eſt qui labori, tã utili non facile ignoſcat, cui uicem laudis referre nõ ſufficit? Quid tibi aũt uideatur, cur in multis aliter ſe habeat Hebræorum codicum authoritas, aliter Græcorum, quæ dicitur Septuaginta, uellem dignareris aperire. Neq̃ enim paruum pondus habet illa, quæ ſic meruit diffamari: & qua uſos apoſtolos, non ſolum res ipſa indicat: ſed etiam te atteſtatum eſſe memini: ac per hoc plurimum profueris, ſi eam ſcripturam Græcam quam Septuaginta interpretati ſunt, latine ue/ritati reddideris: quæ in diuerſis codicibus ita uaria eſt: ut tolerari uix poſſit: & ita ſuſpecta, ne in Græco aliud inueniatur: ut inde aliquid proferri, aut probari dubitetur. Breuem putabam fu/turam hanc epiſtolam, ſed neſcio quomodo ita mihi dulce factum eſt in ea progredi, ac ſi tecum loquerer. Sed obſecro te per dominum, ne te pigeat ad omnia reſpõdere: & præſtare mihi quã/tum potueris præſentiam tuam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Reſpondet tandem ad ſuperiores Auguſtini litteras Hieronymus, copioſe quidem, ſed ita ut Andaba/tas inter ſe cõmiſſos eſſe dicas. Nam Pauli locus de diſſimulatione ac ſimulatione tractat, non de menda/cio. Et Auguſtinus tantũ agit de mẽdacio. Suã interpretationẽ acriter tuet̃, & Auguſtini argumẽta de nõ uertendo ueteri inſtrumento reijcit, irridens fabulã illã de tumultu exorto inter plæbem & epiſcopum.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

TRes ſimul epiſtolas, imo libellos breues per diaconum Cyprianum tuæ dignatio/nis accepi, diuerſas (ut tu nominas) quæſtiones, ut ego ſentio, reprehenſiones opu/ſculorum meorum continentes. Ad quas ſi reſpondere uoluero, libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quantum facere poſſum: modum non egredi longioris epiſtolæ: & feſtinanti fratri moram non facere: qui ante triduum q̃ profecturus erat, a me epi/ſtolas flagitauit: ut pene in procinctu hæc qualiacũq̃ ſunt, effutire compelleret & tumultuario reſpondere ſermone, non maturitate ſcribentis, ſed dictantis temeritate: quæ plærũq̃ nõ in do/ctrinam, ſed in caſum uertitur: ut fortiſſimos quoq̃ milites ſubita bella conturbant: & ante co/guntur fugere, q̃ poſſint arma corripere. Cæterũ noſtra armatura Chriſtus eſt, & apoſtoli Pau/li inſtitutio: qui ſcribit ad Epheſios: Aſſumite arma dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo. Et rur/ſum: State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate, & induti loricam iuſticiæ, & calciati pedes in præ/parationem euangelij pacis: ſuper omnia accipientes ſcutum fidei, in quo poſſitis uniuerſa tela maligni ignita extinguere: & galeam ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum dei.

C His quondam telis rex Dauid armatus procedebat ad prelium: & quinq; lapides de torrẽte accipiens leuigatos,nihil aſperitatis & ſordium inter huius ſæculi turbines,in ſenſibus ſuis eſſe mõſtrabat:bibens de torrente in uia:& idcirco exaltauit caput: & ſuperbiſſimum Goliam,ſuo potiſſimum mucrone truncauit: percutiens in fronte blaſphemum: & in ea parte corporis uulnerans,in qua & præſumptor ſacerdotij Oçias, lepra percutitur & ſanctus gloriatur in dño dicẽs: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui dñe.Dicamus igitur & nos:Paratum cor meum deus, paratum cor meum,cantabo & pſallam in gloria mea.Exurge pſalterium & cithara,exurgam diluculo:ut in nobis poſſit impleri: Aperi os tuum,& ego adimplebo illud. Et dñs dabit uerbum euangeliçantibus uirtute multa. Te quoq; hoc ipſum orare non dubito:ut inter nos contendentes ueritas ſuperet.Nõ em̃ tuam quæris gloriã,ſed Chriſti.Cũq; tu uiceris,& ego uincam,ſi meũ errorem intellexero: & econtrario me uincente, tu ſuperas:quia non filij parentibus,ſed parẽtes filijs theſauriçant.Et in Paralipomenon libro legimus,quod filij Iſrael ad pugnandũ proceſſerint mente pacifica:inter ipſos quoq; gladios & effuſiones ſanguinis & cadauera pſtratorũ,non ſuam ſed pacis uictoriã cogitantes.Reſpondeamus igit̃ ad omnia:ac multiplices quæſtiones ſi Chriſtus iuſſerit,breui ſermone ſoluamus.Prætermitto ſalutatiõis officia,quibus meũ demulces caput:taceo de blanditijs,qbus reprehenſionẽ meã niteris conſolari:ad ip̃am cauſam ueniã.

Dicis accepiſſe te librũ meum a quodã fratre,qui titulũ non haberet,in quo ſcriptores eccleſiaſticos tam Græcos q̃ latinos enumerauerim.Cũq; ab eo quæreres(ut tuis uerbis utar)cur liminaris pagina non eſſet inſcripta,uel quo cenſeretur nomine: reſpondiſſe appellari Epitaphiũ:& argumentaris, quod recte ſic uocaretur, ſi eorum tantum uel uitas uel ſcripta ibi legiſſes, qui iam defuncti eſſent. Cum uero multorum & eo tempore quo ſcribebatur:& nunc uſq; uiuentium ibi commemorentur opuſcula, mirari te,cur ei hunc titulum impoſuerim.Puto intellige re prudentiã tuam,quod ex opere ipſo titulum potueris intelligere. Legiſti enim & Græcos & latinos, qui uitas uirorum illuſtrium deſcripſerunt, quod nunq̃ Epitaphiũ titulum indiderint,ſed de illuſtribus uiris:uerbi gratia, ducibus,philoſophis,oratoribus,hiſtoricis, poetis, epicis,phyſicis,tragicis,comicis. Epitaphium autem proprie inſcribitur mortuorum:quod quidem
D in dormitione(ſanctæ memoriæ)Nepotiani preſbyteri olim feciſſe me noui. Ergo hic liber uel de illuſtribus uiris:uel proprie de ſcriptoribus eccleſiaſticis appellandus eſt:licet a plæriſq; emẽdatoribus imperitis,de authoribus dicatur inſcriptus. Secundo loco quæris,cur dixerim in cõmentarijs epiſtolæ ad Galatas,Paulũ id in Petro nõ potuiſſe reprehendere, quod ipſe fecerat: nec in alio arguere ſimulationẽ, cuius ipſe tenebat̃ reus: & aſſeris reprehenſionẽ apoſtolicã,nõ fuiſſe diſpenſatoriam,ſed ueram:& me non debere docere mendaciũ, ſed uniuerſa quæ ſcripta ſunt ita ſonare,ut ſcripta ſunt.Ad quæ primum reſpondeo,debuiſſe prudentiã tuam præfatiũculæ cõmentariorũ meorum meminiſſe,dicentis ex perſona mea.Quid igitur ego ſtultus,aut temerarius,qui id pollicear,quod ille nõ potuit?Minime.Quin potius in eo mihi uideor cautior atq; timidior,quod imbecillitatem uirium mearum ſentiens,Origenis cõmẽtarios ſecutus ſum. Scripſit em̃ ille uir in epiſtolam Pauli ad Galatas quinq; propria uolumina:& decimũ Stromateon ſuorum librum, comatico ſuper explanatione eius ſermone cõpleuit. Tractatus quoq; uarios & excerpta,quæ uel ſola poſſent ſufficere,cõpoſuit.Prætermitto Didymũ uidentem meũ, & Apollinariũ Laodicenum,de eccleſia nuper egreſſum:& Alexandrum ueterem hæreticũ.Euſebium quoq; Emiſenum & Theodorum Heracleotẽ:qui & ipſi nõnullos ſuper hac re cõmẽtarios reliquerunt. E quibus ſi uel pauca decerperem:fieret aliquid,quod nõ penitus cõtemneret̃. Itaq; ut ſimpliciter fatear,legi hæc omnia:& in mente mea plurima coaceruans, accito notario: uel mea, uel aliena dictaui:nec ordinis,nec uerborum interdum,nec ſenſuũ memor. Iam dñi miſericordiæ eſt: ne per imperitiã noſtrã ab alijs bene dicta diſpereant:& nõ placeant inter extraneos,quæ placent inter ſuos. Si quid igitur reprehenſione dignum putaueras in explanatiõe noſtra,eruditionis tuæ fuerat quærere:utrum ea quæ ſcripſimus haberentur in Græcis: ut ſi illi nõ dixiſſent:tunc meam proprie ſententiam condemnares:præſertim cum libere in præfatione confeſſus ſim, Origenis cõmentarios me eſſe ſecutũ,& uel mea,uel aliena dictaſſe: & in fine eiuſdẽ capituli,quod reprehendis,ſcripſerim.Si cui iſte non placet ſenſus:quo nec Petrus peccaſſe, nec

Paulus

A Paulus procaciter oſtenditur arguiſſe maiorem:debet exponere,qua conſequentia Paulus in al
tero reprehendat,quod ipſe cõmiſit.Ex quo oſtendi me,non ex definito id defendere,quod in
Græcis legeram:ſed ea expreſſiſſe quæ legeram:ut lectoris arbitrio derelinquerẽ,utrum probã-
da eſſent,an improbanda. Tu igitur ne quod ego petieram faceres:nouum argumentũ repperi
ſti:ut aſſereres gentiles qui in Chriſtum credidiſſent,legis onere liberos:eos autẽ qui ex Iudæis
crederent,legi eſſe ſubiectos:ut per utrorũ q; perſonam,& Paulus recte reprehenderet eos qui
legem ſeruarent,quaſi doctor gentium:& Petrus iure reprehenderetur,qui princeps circũciſio-
nis,id imperauerit gentibus,quod ſoli q ex Iudæis erant,debuerũt obſeruare.Hoc ſi placet,imo
quia placet:ut quicunq; credunt ex Iudæis, debitores ſint legis faciendæ:tu ut epiſcopus in toto
orbe notiſſimus,debes hancpromulgare ſententiam:& in aſſenſum tuum omnes coepiſcopos
trahere.Ego in paruo tuguriolo cum monachis,id eſt cum cõpeccatoribus meis,de magnis ſta-
tuere non audeo,niſi hoc ingenue confiteri,me maiorum ſcripta legere:& in cõmentarijs ſecun-
dum omnium cõſuetudinem,uarias ponere explanationes:ut e multis ſequatur unuſquiſq; qd'
uelit.Quod quidem te puto & in ſæculari litteratura,& in diuinis libris legiſſe & probaſſe. Hãc
autem explanationem:quã primus Origenes in decimo Stromateon libro:ubi epiſtolam Pauli
ad Galatas interpretatur:& cæteri deinceps interpretes ſunt ſecuti:illa uel maxime cauſa ſubin-
troducunt:ut Porphyrio reſpondeant blaſphemanti,qui Pauli arguit procacitatem, quod prin
cipem apoſtolorum Petrum,auſus eſt reprehendere,& arguere in faciem: ac ratione conſtringe
re,quod male fecerit,id eſt in eo errore fuerit:in quo fuit ipſe,qui aliũ arguit delinquentẽ. Quid
dicam de Iohanne, qui dudũ in pontificali gradu, Cõſtantinopolitanã rexit eccleſiã:& proprie
ſup hoc capitulo latiſſimũ exarauit librũ: in quo Origenis & ueterum ſententiã eſt ſecutus. Si
igitur me reprehendis errantem,patere me quæſo errare cum talibus: & cũ me erroris mei mul-
tos ſocios habere pſpexeris: tu ueritatis tuæ ſaltem unũ aſtipulatorẽ proferre debebis. Hæc de
explanatione unius capituli epiſtolæ ad Galatas. Sed ne uidear aduerſus rationẽ tuã niti te-
B ſtium numero,& occaſione uirorum illuſtrium ſubterfugere ueritatem,nec manum audere con
ſerere,breuiter de ſcripturis exempla proponam. In actibus apoſtolorũ uox facta eſt ad Petrũ,
dicens:Surge Petre,occide & manduca:id eſt omnia animalia quadrupedum & ſerpentiũ terræ,
& uolatiliũ cœli.Quo dicto,oſtenditur nullum hominẽ ſecundũ naturã eſſe pollutũ,ſed æqua-
liter omnes ad Chriſti gratiam prouocari.Ad quod reſpondit Petrus.Abſit,quia nunq; man-
ducaui cõmune & immundũ.Et uox ad eum de cœlo ſecundo facta eſt,dicens:Quæ deus mun-
dauit,tu ne cõmune dixeris.Iuit itaq; Cæſaream:& ingreſſus ad Cornelium,aperiens os ſuũ di
xit: In ueritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor deus:ſed in omni gente qui timet eũ
& operatur iuſticiam,acceptus eſt illi.Deniq; cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos,& obſtupuerunt
ex circũciſione fideles,qui uenerant cum Petro,quod & in nationes gratia ſpiritus ſancti fuiſſet
effuſa.Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere poteſt:ut non baptiçentur hi,
qui ſpiritũ ſanctũ acceperunt,ſicut & nos? Et iuſſit eos in nomine Ieſu Chriſti baptiçari. Audie
runt autẽ apoſtoli & fratres,qui erant in Iudæa,quiã & gentes receperunt uerbum dei. Cũ autẽ
aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam,diſceptabant aduerſus illum,qui erant ex circũciſione,dicen-
tes:Quare introiſti ad uiros præputium habentes,& manducaſti cum illis? Quibus omni ratio
ne expoſita:nouiſſime orationem ſuam hoc ſermone concluſit.Si ergo eandem gratiam dedit
illis deus,ſicut & nobis,qui credidimus in dñm Ieſum Chriſtum:ego quis eram,qui poſſem pro
hibere deum? His auditis tacuerunt,& glorificauerunt deum,dicentes:Ergo & gentibus pœnitẽ
tiam deus ad uitam dedit.Rurſum cum multo poſt tempore Paulus & Barnabas ueniſſent An
tiochiam:& congregata eccleſia,retuliſſent quanta feciſſet deus cum illis: & quia aperuiſſet deus
gentibus oſtium fidei,quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres atq; dicebant: Niſi cir-
cũcidamini ſecundũ morẽ Moyſi,nõ poteſtis ſalui fieri. Cõmota igitur ſeditione nõ minima ad
uerſus Paulũ & Barnabã,ſtatuerũt aſcẽdere & ipſi q accuſabant,& hi q accuſabãt ad apoſtolos
& pſbyteros Hieroſolymã ſup hac quæſtiõe.Cũq; Hieroſolymã perrexiſſent,exurrexerunt qdã
de hæreſi phariſæorũ,qui crediderãt in Chriſtũ dicentes:Oportet circũcidi eos & præcipere illis,
ut ſeruent legem Moyſi.Et cum magna ſuper hoc uerbo oriretur quæſtio:Petrus ſolita liberta-

C te: Viri(inquit)fratres,uos ſcitis quoniã ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meũ au
dire gentes uerbum euangelij & credere:& qui nouit corda deus teſtimonium perhibuit, dans
illis ſpiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcreuit inter nos & illos,fide purificans corda il
lorum.Nunc autem quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum,quod neq; pa
tres noſtri,neq; nos portare potuimus?Sed per gratiam dñi noſtri Ieſu Chriſti credimus ſalua
ri,quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo,& in ſententiam eius Iacobus apoſto
lus,& omnes ſimul preſbyteri tranſierunt.Hæc non debẽt moleſta eſſe lectori, ſed & mihi & illi
utilia,ut probemus ante apoſtolum Paulum non ignoraſſe Petrum principem huius eſſe decre
ti,legem poſt euangeliũ non eſſe ſeruandam.Denicq; tantæ authoritatis Petrus fuit, ut Paulus
in epiſtola ſua ſcripſerit:Deinde poſt annos tres ueni Hieroſolymam uidere Petrum, & manſi
apud eũ diebus quindecim. Rurſumq; in cõſequẽtibus: Poſt annos quatuordecim aſcendi ite/
rum Hieroſolymam cum Barnaba,aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecũdum reuelationem,
& expoſui cũ eis euangeliũ quod prædico in gentib⁹,oſtendẽs,ſe nõ habuiſſe ſecuritatẽ p̃dican
di euangelij,niſi Petri & cæteror⁹ apoſtolor⁹ q cũ eo erant fuiſſet ſententia roboratũ. Statimq;
ſequitur.Separatim autẽ his,qui uidebantur aliquid eſſe,ne forte in uacuum currerem, aut cu/
curriſſem.Quare ſeparatim & non publice?Ne forte fidelibus qui ex numero Iudæorum, legẽ
putabant eſſe ſeruandam,& ſic credendum in domino ſaluatore,fidei ſcandalum naſceretur.Er
go & eo tẽpore cũ Petrus ueniſſet Antiochiã:licet hoc apoſtolor⁹ acta nõ ſcribant,ſed affirmãti
Paulo credendũ ſit:in faciẽ illi Paulus reſtitiſſe ſe ſcribit:quia reprehẽſibilis erat.Prius em̃ q̃ ue
nirent quidã a Iacobo, cũ gẽtibus edebat:cũ aũt ueniſſent,ſubtrahebat ſe & ſegregabat:timẽs
eos q ex circũciſiõe erãt.Et cõſenſerũt ſimulationi eius cæteri Iudæi: ita ut Barnabas adduceret
ab his in illã ſimulationẽ.Sed cũ uidiſſem(inquit)q d̃nõ recte ingrediebant ad ueritatẽ euãge/
lij:dixi Petro corã omnibus:Si tu cum ſis Iudæus,gentiliter & non Iudaice uiuis, quomodo co-
D gis gentes Iudaiçare? & cætera.Nulli ergo dubium eſt,quod Petrus apoſtolus ſentẽtiæ huius,
cuius nunc præuaricator arguitur,primus author extiterit. Cauſa autem præuaricationis,timor
eſt Iudæorum. Dicit em̃ ſcriptura, quod primum edebat cum gentibus:cum aũt ueniſſent qui/
dam a Iacobo,ſubtrahebat ſe & ſegregabat:timens eos qui ex circũciſione erant. Timebat autẽ
Iudæos,quorum erat apoſtolus:ne per occaſionẽ gentilium a fide Chriſti recederent: & imita-
tor paſtoris boni,perderet gregem ſibi creditum. Sicut ergo oſtendimus Petrum bene quidem
ſenſiſſe de abolitione legis Moſaicæ:ſed ad ſimulationem obſeruandæ eius timore cõpulſum:
uideamus an ipſe Paulus qui alium arguit,tale quid fecerit.Legimus in eodem libro: Peram/
bulabat aũt Paulus Syriam & Ciliciã confirmans eccleſias,peuenitq; in Derben & Liſtram: &
ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus,filius mulieris uiduæ fidelis,patre autẽ gen
tili. Huic aũt teſtimoniũ reddebãt qui Liſtris erant,& Iconio fratres.Hũc uoluit Paulus ſecum
proficiſci, & aſſumẽs circũcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis.Sciebant em̃ omnes,
quod pater eius gentilis eſſet.O beate apoſtole Paule qui in Petro reprehenderas ſimulatio/
nem,quare ſubtraxiſſet ſe a gentibus propter metum Iudæorum, qui ab Iacobo uenerant: cur
Timotheum filium hominis gentilis,utiq; & ipſum gentilem(neq; em̃ Iudæus erat,qui nõ fue/
rat circũciſus)contra ſententiam tuã circũcidi coegiſti? Reſpondebis mihi: Propter Iudæos, qui
erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoſcis in circumciſione diſcipuli uenientis ex gentibus:igno
ſce & Petro præceſſori tuo,quod aliqua fecerit metu fidelium Iudæorum.Rurſum ſcriptum eſt:
Paulus uero cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos,fratribus ualedicens nauigauit Syriam, & cum
eo Priſcilla & Aqla, & totõdit ſibi in Cenchreis caput:uotũ em̃ habuerat.Eſto ibi timore Iudæo
rum cõpulſus ſit facere quod nolebat, quare comã nutriuit ex uoto:& poſtea eam in Cenchreis
totondit ex lege, quod Naçaræi qui ſe deo uouerint, iuxta præceptum Moyſi facere conſue/
uerũt? Verum hæc ad comparationem eius rei quæ ſequitur parua ſunt.Refert Lucas ſacræ ſcri/
ptor hiſtoriæ:Cum ueniſſemus Hieroſolymam,libenter ſuſceperunt nos fratres:& ſequenti die
Iacobus & omnes ſeniores,qui cum eo erant,euangelio illius comprobato,dixerũt ei: Vides fra
ter,quot milia ſunt in Iudæa,qui crediderunt in Chriſto:& hi omnes æmulatores ſunt legis.Au
dierunt autem de te,quod diſceſſionem doceas a Moyſe:eorum qui per gentes ſunt Iudæorũ

dicens

A dicens non debere eos circũcidere filios ſuos:neq; ſecundum conſuetudinem ingredi. Quid er/
go eſt? Vtiq; oportet conuenire multitudinem. Audierunt enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac,
quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe. His aſſumptis,ſanctifica
te cum ipſis & impende in eos,ut radant capita:& ſcient omnes quia quæ de te audierunt falſa
ſunt: ſed ambulas & ipſe cuſtodiẽs legẽ. Tũc Paulus aſſumptis uiris,poſtero die purificatus:in/
trauit cum illis in templũ,annuncians expletionem dierum purificationis: donec offerretur pro
unoquoq; eorum oblatio. O Paule & in hoc te rurſus interrogo:cur caput raſeris,cur nudipeda
lia exercueris de cerimoniis Iudæorum: cur obtuleris ſacrificia: & ſecundum legem pro te ho/
ſtiæ fuerint immolatæ? Vtiq; reſpondebis,ne ſcandaliçarentur, qui ex Iudæis crediderunt. Si/
mulaſti ergo Iudæum,ut Iudæos lucrifaceres:& hanc ipſam ſimulationem Iacobus, & cæteri te
docuere preſbyteri:ſed tamen euadere non potuiſti: Orta em̃ ſeditione,cũ occidendus eſſes: ra/
ptus es a tribuno:& ab eo miſſus Cæſaream,ſub cuſtodia militum diligenti,ne te Iudæi quaſi ſi/
mulatorẽ ac deſtructorẽ legis occiderent. Atq; inde Romã perueniens,in hoſpitio quod tibi cõ/
duxeras,Chriſtũ & Iudæis & gentibus prædicaſti,& ſentẽtia tua,Neronis gladio cõfirmata eſt.
Didicimus,quod ꝓpter metũ Iudæorũ & Petrus & Paulus æqualiter finxerint ſe legis præce/
pta ſeruare. Qua igitur frõte,qua audacia Paulus in altero reprehẽdit,quod ipſe cõmiſit? Ego,
imo alij ante me expoſuerunt cauſam quã putauerant:non officioſum mendacium defenden/
tes,ſicut tu ſcribis:ſed oſtendentes honeſtã diſpenſationẽ:ut & apoſtolorũ prudentiam demon
ſtrarent,& blaſphemantis Porphyrij impudentiã coercerent,qui Paulum & Petrum puerili di/
B cit inter ſe pugnaſſe certamine:imo exarſiſſe Paulum in inuidiam uirtutum Petri,& ea ſcripſiſſe
iactanter,quæ uel non fecerit:uel ſi fecerit,ꝓcaciter fecerit:id in alio reprehendẽs quod ipẽ cõmi/
ſerit. Interpretati ſunt illi ut potuerunt. Tu quomodo iſtũ locum ædiſſeras:utiq; meliora dictu
rus:qui ueterum ſententiã reprobaſti? Scribis ad me in epiſtola tua(neq; em̃ a me docendus
es)quomodo intelligatur,quod idem dicit:Factus ſum Iudæis tanq̃ Iudæus, & cætera, quæ ibi
dicuntur compaſſione miſericordiæ:non ſimulatione fallaciæ. Fit em̃ tanq̃ eger, qui miniſtrat
egroto,non cum ſe febres habere mentitur:ſed cum animo cõdolentis cogitat,quẽadmodũ ſibi
ſeruiri uellet,ſi ipſe egrotaret. Nam utiq; Iudæus erat,Chriſtianus autem factus: non Iudæorũ
ſacramenta reliquerat:quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acce/
perat. Ideoq; ſuſcepit ea celebranda,cum iam Chriſti eſſet apoſtolus:ut doceret non eſſe perni/
tioſa his,qui ea uellent ſicut a parentibus per legem acceperant cuſtodire,etiam cum in Chriſto
credidiſſent:non tamen in eis iam cõſtituerent ſpem ſalutis: quoniam per dñm Ieſum ſalus ipſa
quæ illis ſacramentis ſignificabatur aduenerat. Totius ſermonis tui(quẽ diſputatiõe longiſſima
protraxiſti)hic ſenſus eſt:ut Petrus non errauerit in eo,quod his qui ex Iudæis crediderant pu/
tauerit legem eſſe ſeruandam: ſed in eo a recta linea deuiarit, quod gentes coegerit iudaiçare.
Coegerit aũt,non docentis imperio,ſed cõuerſationis exemplo. Et Paulus non contraria ſit lo/
cutus his,quæ ipſe geſſerat:ſed quare Petrus eos qui ex gentibus erant iudaiçare compelleret.
Hæc ergo ſũma eſt quæſtiõis,imo ſentẽtiæ tuæ:ut poſt euãgeliũ Chriſti,bene faciant Iudæi cre/
dẽtes,ſi legis mãdata cuſtodiãt:hoc eſt,ſi ſacrificia offerãt,quæ obtulit Paulus,ſi filios circũcidãt,
ſi ſabbatũ ſeruent,ut Paulus in Timotheo,& oẽs obſeruauere Iudæi. Si hoc uerũ eſt:in Cherin
thi & Hebionis hæreſim dilabimur:q credẽtes in Chriſto ꝓpter hoc ſolũ a patrib9 anathemati/
zati ſunt, qđ legis cerimonias, Chriſti euãgelio miſcuerũt:& ſic noua cõfeſſi ſunt,ut uetera non
amitterẽt. Quid dicã de Hebionitis, q Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Vſq; hodie ꝑ totas oriẽtis
ſynagogas inter Iudæos hæreſis eſt, quæ dicit Mineorũ:& a Phariſæis nũc uſq; dãnatur:quos
uulgo Nazaræos nuncupant,qui credunt in Chriſtũ filiũ dei natũ de uirgine Maria:& cum di/
cunt eſſe qui ſub pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit:in quem & nos credimus: ſed dũ uolunt
& Iudæi eſſe & Chriſtiani,nec Iudæi ſunt,nec Chriſtiani. Oro ergo te,ut qui noſtro uulnuſcu/
lo medendum putas,quod acu foratum,imo punctũ ut dicitur:huius ſentẽtiæ medearis uulne/
ri,quod lancea:&(ut ita dicam)phalaricæ mole percuſſum eſt. Neq; enim eiuſdem eſt criminis,
in explanatione ſcripturarum diuerſas maiorum ſententias ponere:& hæreſim ſceleratiſſimam
rurſum in eccleſiam introducere. Sin autem hæc nobis incumbit neceſſitas:ut Iudæos cum legiti

C mis ſuis ſuſcipiamus:& licebit eis obſeruare in eccleſijs Chriſti, quod exercuerunt in ſynagogis Satanæ:dicam quod ſentio:nō illi Chriſtiani fient,ſed nos Iudæos facient. Quis em̄ hoc Chriſtianorū patienter audiat,quod in tua epiſtola cōtinet. Iudæus erat Paulus,Chriſtianus aūt factus,nō Iudæorū ſacramēta reliquerat,quæ conueniēter ille populus & legitimo tpe quo oportebat acceperat: ideoq; ſuſcepit celebranda ea,cū iā Chriſti eſſet Apoſtolus:ut doceret nō eſſe pniciosa his qui ea uellent ſicut a parētibus p legē acceperant cuſtodire. Rurſum obſecro te:ut pace tua,meū dolorē audias. Iudæorz Paulus cerimonias obſeruabat,cū iam Chriſti eſſet apoſtolus:& dicis eas nō eſſe pniciosas his qui eas uellēt ſicut a parētibus acceperāt cuſtodire? Ego ecō trario loquar,& reclamante mūdo,libera uoce pnuncio:cerimonias Iudæorz & pniciosas eſſe & mortiferas Chriſtianis: & quicūq; eas obſeruauerit,ſiue ex Iudæis,ſiue ex gentibus,eū in barathrū diaboli deuolutū. Finis em̄ legis Chriſtus ad iuſticiā omni credēti,Iudæo ſcilicet & gentili. Neq; em̄ omni credēti erit finis ad iuſticiā,ſi Iudæus excipit. In euāgelio legimus:Lex & pphetæ uſq; ad Iohannē baptiſtā. Et in alio loco:ppterea ergo magis quærebāt eū Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum:ſed & patrē ſuum dicebat eſſe deū,æqualē ſe faciēs deo. Et iterū: De plenitudine eius nos omnes accepimus,gratiā pro gratia:quia lex per Moyſen data eſt,gratia aūt & uerit as p Ieſum Chriſtū facta eſt. Pro legis gratia quæ præterijt,gratiā euāgelij accepim⁹ pmanentē: & p umbris & imaginib⁹ ueteris inſtrumēti,ueritas p Ieſum Chriſtū facta eſt. Hieremias quoq; ex pſona dei uaticinat:Ecce dies ueniūt dicit dñs,& conſummabo domui Iſrael,& domui Iuda teſtamētū nouū:nō ſecūdū teſtamētū qd̄ diſpoſui patrib⁹ eorz,in die qua apphendi manū eorz,ut educerē eos de terra Aegypti. Obſerua qd dicat,quod nō populo gentiliū,ei qui ante nō receperat teſtamētū:ſed populo Iudæorz cui legē dederat per Moyſen,teſtamētū nouū euāgelij repromittat:ut nequaq; uiuāt in uetuſtate litteræ,ſed in nouitate ſpūs. Paulus aūt ſup cui⁹ nūc noie quæſtio uentilat,crebras huiuſmodi ponit ſentētias:e qbus breuitatis ſtudio pauca ſubnectam. Ecce ego Paulus dico uobis,qm̄ ſi circūcidamini,Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et iterz: Euacuati eſtis a Chriſto,qui in lege iuſtificamini,a gratia excidiſtis. Et infra: Si
D ſpū ducimini,iam nō eſtis ſub lege. Ex quo apparet,q ſub lege eſt:nō diſpenſatiōe(ut noſtri uoluere maiores)ſed uere(ut tu intelligis)eū ſpiritū ſanctū nō habere. Qualia aūt ſint p̄cepta legalia,dño docēte diſcamus. Ego(inqt)dedi eis p̄cepta nō bona, & iuſtificatiōes,in qbus nō uiuant in eis. Hæc dicimus:nō quo legē iuxta Manichæū & Marcionē deſtruamus:quā & ſanctā & ſpiritalē iuxta apoſtolū nouimus:ſed quia poſtq̄ uenit fides & tēporū plenitudo: miſit deus filiū ſuū natū ex muliere,factū ſub lege,ut eos q ſub lege erāt redimeret:ut adoptionē filiorz reciperem⁹;& nequaq̄ ſub pædagogo:ſed ſub adulto & dño hærede uiuam⁹. Seqt̄ in epiſtola tua: Nō ideo Petrū emēdauit,qd̄ paternas traditiōes obſeruaret:qd̄ ſi facere uellet,nec mendaciter, nec incōgrue faceret. Iterz dico: quādoqdē epiſcop⁹es, eccleſiarz Chriſti magiſter:ut ,pbes uerz eſſe qd̄ aſſeris:ſuſcipe aliquē Iudæorz,q factus Chriſtianus, natū ſibi filiū circūcidat:q obſeruet ſabbatū,q abſtineat a cibis q̄s de⁹ creauit ad utendū cū gratiarū actione,q quartadecima die mēſis primi agnū mactet ad ueſperā:& cū hoc feceris,imo nō feceris(ſcio em̄ te Chriſtianū,& rem ſacrilegā nō facturū)uelis nolis,tuā ſententiā reprobabis:& tunc ſcies opere,difficilius eſſe cōfirmare ſua:q̄ aliena rep̄hendere. Ac ne forſitan tibi nō crederemus, imo nō intelligeremus quid diceres(frequēter em̄ in longū ſermo protractus caret intelligentia:& dum non ſentitur, minus reprehendit̄)inculcas & replicas: Hoc Iudæorū Paulus dimiſerat,quod malum habebant. Qd̄ eſt malū Iudæorz quod Paulus dimiſerat? Vtiq; illud quod ſequit̄:quod ignorātes dei iuſticiā, & ſuā uolentes cōſtituere,iuſticiæ dei nō ſunt ſubiecti. Deinde quod poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti,dato ac manifeſtato ſacramento gratiæ ſecundū ordinem Melchiſedek:adhuc putabant uetera ſacramenta,nō ex cōſuetudine ſolēnitatis:ſed ex neceſſitate ſalutis eſſe celebranda:quæ tamē ſi nūq̄ fuiſſent neceſſaria,infructuoſe atq; inaniter pro eis Machabæi martyres fierent. Poſtremo illud,qd̄ p̄dicatores gratiæ Chriſtianos,Iudæi tāq̄ hoſtes legis pſequerent. Hos atq; huiuſmodi errores & uitia dicit ſe damnare:& ut ſtercora arbitrat̄,ut Chriſtū lucrifaceret. Didicimus per te: quæ apoſtolus Paulus mala reliquerit Iudæorum:rurſum te docēte diſcamus,quæ bona eorū tenuerit. Obſeruationes(inquies)legis:quas more patrio celebrāt: ſicut

ab ipſo

A ab ipso Paulo celebratæ sunt,sine ulla salutis necessitate.Id quid uelis dicere,sine ulla salutis ne-
cessitate,nō satis intelligo.Si em̄ salutem nō afferunt,cur obseruant? Si autē obseruanda sunt:
utiq; salutem afferunt:maxime quæ obseruata,martyres faciunt.Nō em̄ obseruarent:nisi affer
rent salutem.Neq; em̄ indifferentia sunt inter bonum & malum:sicut philosophi disputāt.Bo-
num est cōtinentia:malū est luxuria.Inter utrūq; indifferens,ambulare,digerere alui stercora,ca
pitis naribus purgamenta proiicere,sputis rheumata iacere.Hoc nec bonum,nec malum est: si-
ue em̄ feceris,siue non feceris,nec iusticiā habebis,nec iniusticiam.Obseruare autē legis cerimo-
nias,non potest esse indifferens:sed aut bonum est,aut malum est. Tu dicis bonum:ego assero
malum:& malum non solum his qui ex gentibus:sed & his qui ex Iudaico populo crediderūt.
In hoc ni fallor loco,dum aliud uitas,in aliud deuolueris.Dum em̄ metuis Porphyriū blasphe
mantem:in Hebionis incurris laqueos,his qui credunt ex Iudæis obseruandam legem esse de-
ternens.Et quia periculosum intelligis esse quod dicis,rursum illud superfluis uerbis temperare
conaris,sine ulla salutis necessitate:nō sicut Iudæi celebranda putant, aut fallaci simulatione,qđ
Paulus in Petro reprehenderat. Petrus igitur simulauit legis custodiam.Iste autem reprehen-
sor Petri,audacter obseruauit legitima.Sequitur em̄ in epistola tua: Nā si propterea illa sacra-
menta celebrauit,quia se simulauit Iudæū,ut illos lucrifaceret:cur nō etiā sacrificauit cū gētibus,
quia & his q sine lege erāt,tāq; sine lege factus est:ut eos quoq; lucrifaceret? nisi qa & illud fecit,
ut natura Iudæus:& hoc totū dicis:nō ut Paulus se fingeret esse quod non erat,sed ut misericor-
diter ita subueniendum esse sentiret,aç si ipse in eo errore laboraret,non scilicet mentientis astu,
sed compatientis affectu.Bene defendis Paulum,quod non simulauerit errorem Iudæorū: sed
uere fuerit in errore:Neq; imitari Petrū uoluerit mentientem:ut quod erat,metu Iudæorū dissi
mularet:sed tota libertate Iudæum esse se diceret.Noua clæmentia apostoli:dum Iudæos Chri
stianos uult facere,ipse Iudæus factus est.Non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem redu-
cere,nisi se luxuriosum probasset:& misericorditer(ut ipse dicis)subuenire miseris:nisi se miserū
B ipse sentiret. Vere enim miselli & misericorditer deplorandi, qui contentione sua & amore legis
abolitæ,apostolū Christi fecere Iudæum.Nec multum interest inter meam & tuam sentētiam:
qua ego dico, & Petrum & Paulum timore fidelium Iudæorum, legis exercuisse,imo simulasse
mandata.Tu autem asseris hoc eos fecisse clæmenter:non mentientis astu,sed compatientis af-
fectu: dummodo illud constet,uel metu,uel misericordia eos simulasse se esse quod non erant.
Illud autē argumentū quo aduersum nos uteris,quod & gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iu-
dæis Iudæus factus est:magis pro nobis facit.Sicut em̄ nō fuit uere Iudæus:sic nec uere gentilis
erat.Et sicut nō fuit uere gētilis: sic nec uere Iudæus erat.In eo aūt imitator gentiū est:quia p̄pu
tiū recipit in fide Christi:& indifferenter pmittit uesci cibis quos dānāt Iudæi,nō cultū,ut tu pu-
tas idolorū. In Christo em̄ Iesu, nec circūcisio est aliqd,nec præputiū,sed obseruatio mādatorū
dei. Quæso igit̄ te:& iterū atq; iterū obsecro:ut ignoscas disputatiunculæ meæ:& quod modū
meū egressus sum, tibi imputes, q coegisti ut scriberem,& mihi cū Stesichoro oculos abstulisti.
Neq; me putes magistrū esse mendacij,qui sequor Christū dicentem:Ego sum uia,ueritas,& ui
ta:nec potest fieri,ut ueritatis cultor, mendacio colla submittam.Neq; mihi imperitorum plæ-
beculam concites, qui te uenerant̄ ut episcopū:& in ecclesia declamantē,sacerdotij honore suspi
ciunt:me autem ætatis ultimæ & pene decrepitum,ac monasterij & ruris secreta sectantem par-
uipendunt.Et quæras tibi quos doceas,siue reprehendas.Ad nos em̄ tantis maris atq; terrarū
spacijs a te diuisos,uix uocis tuæ sonus peruenit.Et si forsitan litteras scripseris,ante eas Italia ac
Roma suscipiet, cōq; ad me cui mittendæ sunt,deferantur. Quod autem in alijs quæris episto-
lis:cur prior mea in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat & uirgulas prænotatas:& po
stea aliam translationem absq; his signis ædiderim:Pace tua dixerim,uideris mihi nō intellige-
re,quod quæsisti.Illa em̄ interpretatio Septuaginta interpretū est:& ubicūq; uirgulæ,id est obe
li sunt,significat̄ quod Septuaginta plus dixerint,cōq; habet̄ in Hebræo. Vbi aūt asteriſci,id est
stellulæ prælucentes,ex Theodotionis æditione ab Origene additū est:Et ibi Græca transtuli-
mus:hic de ipso Hebraico,qđ intelligebam⁹expressimus:sensuū potius ueritatē,cōq; uerbor̄ or-
dinem interdū cōseruantes. Et miror quomodo Septuaginta interpretū libros legas,nō puros,
ut ab eis æditi sūt, sed ab Origene emēdatos,siue corruptos p obelos & asteriscos:& Christiani

C hois interp̃tatiunculã nõ sequaris: p̃sertim cũ ea quæ addita sunt, ex hois Iudæi atq; blasphemi
post passionẽ Christi, æditiõe trãstulerit. Vis amator esse uerus Septuaginta interpretũ? Nõ le
gas ea quæ sub asteriscis sunt, imo rade de uoluminib9, ut ueterũ te fautorẽ ꝓbes. Qd' si feceris,
oẽs ecclesiarũ bibliothecas damnare cogeris. Vix em̃ unus aut alter inuenietur liber, qui ista nõ
habeat. Porro quod dicis nõ debuisse me interp̃tari post ueteres: & nouo uteris syllogismo: aut
obscura fuerũt quæ interpretati sunt Septuaginta, aut manifesta. Si obscura, te quoq; in illis fal
li potuisse credẽdũ est. Sin manifesta, illos in eis nõ falli potuisse ꝓspicuũ est. Tuo tibi sermone
respondeo. Oẽs ueteres tractatores qui nos in dño præcesserunt, & qui scripturas sanctas inter
p̃tati sunt: aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, tu quomodo ausus es post
eos disserere, quod illi explanare non potuerunt? Si manifesta, supfluũ est te uoluisse disserere,
quod illos latere non potuit: maxime in explanatione psalmorũ, quos apud Græcos interpre
tati sunt multis uoluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theo
dorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinarius Laodicenus, sex
tus Didymus Alexandrinus. Feruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula. Sed nũc de
integro psalmorũ corpore dicimus. Apud latinos aũt Hilarius Pictauiensis: & Eusebius Vercel
lensis episcopus, Origenem & Eusebiũ trãstulerunt, quorum priorem & noster Ambrosius in
quibusdam secutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos & tales inter
pretes, in explanatione psalmorũ diuersa senseris? Si enim obscuri sunt psalmi: te quoq; in eis
falli potuisse credẽdum est. Si manifesti, illos in eis falli potuisse nõ credit': ac per hoc utroq; mo
do superflua erit interpretatio tua, & hac lege post priores nullus loqui audebit: & quodcunq;
alius occupauerit, alius de eo licentiã scribendi nõ habebit. Quin potius humanitatis tuæ est, in
D quo ueniã tibi tribuis, indulgere & cæteris. Ego em̃ nõ tã uetera abolere conat9 sum: quæ linguæ
meæ hominibus emendata de Græco in latinum transtuli, cq; ea testimonia quæ a Iudæis præ
termissa sunt uel corrupta, proferre in medium: ut scirent nostri, quid Hebraica ueritas contine
ret. Si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. Bibat uinum uetus cũ suauitate, & nostra
musta cõtemnat, quæ in explanatione priorũ ædita sunt: ut sicubi illa nõ intelligũtur, ex nostris
manifestiora fiant. Qd' aũt genus interp̃tatiõis in scripturis sanctis sequẽdũ sit: liber quẽ scripsi
de optimo genere interp̃tandi, & oẽs p̃fatiũculæ diuinorũ uoluminũ, quas æditioni nostræ præ
posuimus, explicant: ad illasq; prudentẽ lectorẽ mittendũ puto. Et si me (uti dicis) in noui testa
mẽti emẽdatiõe susceperis, exponisq; causam cur susceperis: quia plurimi linguæ Græcæ habentes
scientiã de meo possint opere iudicare: eãdẽ integritatẽ debueras etiã in ueteri credere testamen
to, qd' nõ nostra cõfinximus: sed ut apud Hebræos inuenimus, diuina trãstulimus. Sicubi dubi
tas, Hebræos interroga. Sed dices: qd si Hebræi aut respõdere noluerint, aut mentiri uoluerint?
Tota frequẽtia Iudæorũ in mea interp̃tatiõe reticebit? Nullusq; inueniri poterit, q Hebrææ lin
guæ habeat noticiã? aut oẽs imitabũt illos Iudæos, quos dicis in Aphricæ reptos oppidulo, in
meã cõspirasse calumniã? Huiuscemodi em̃ in epistola tua texis fabulã. Quidã frater noster co
episcopus, cũ lectitari instituisset in ecclesia cui p̃est, interp̃tationẽ tuã, mouit qddã longe aliter
a te positũ, apud Ionã ꝓphetã, cq; erat omniũ sensibus memoriæq; inueteratũ: & tot ætatũ suc
cessionib9 decantatũ. Factusq; est tãtus tumultus in plæbe: maxime Græcis arguẽtib9 & indamã
tib9 calũniã falsitatis: ut cogeret' eps, ea qppe ciuitas erat, Iudæorũ testimoniũ flagitare. Vtrum
aũt illi imperitia, an malicia, hoc esse in Hebræis codicib9 Græcis respõderũt: qd' & Græci & lati
ni habeãt atq; dicebãt. Quid plura? Coactus est homo uelut mendaciũ corrigere, uolens post
magnũ periculũ nõ remanere sine plæbe. Vnde etiã nobis uidet' aliquãdo in nõnullis te quoq;
falli potuisse. Dicis me in Ionã ꝓphetã male qddã interp̃tatũ, & seditiõe populi cõdamãte, pro
pter unius uerbi dissonantiã episcopũ pene sacerdotiũ pdidisse: & qd sit illud qd' male interp̃ta
tus sim subtrahis, auferens mihi occasionẽ defensionis meæ: ne qcqd dixeris, me respõdente sol
uat': nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in mediũ: asserente illis tẽporibus Corne
lio & Asinio pollione me hæderam ꝓ cucurbita trãstulisse. Sup qua re in cõmentario Ionæ pro
phetæ plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco ubi Septuagin
ta interpretes cucurbitam: & Aquila cum reliquis hæderam trãstulerunt, id est κισσὸν in Hebræo
uolumine קִיקָיוֹן Cicaion scriptũ est: quã uulgo Syri elceroa uocãt. Est aũt genus uirgulti lata ha

bens folia

A bens folia,in modum pampini.Cũq; plantatum fuerit,cito conſurgit in arbuſculam abſq; ullis calamorum & haſtilium adminiculis,quibus & cucurbitæ & hæderæ indigent, ſuo trunco ſe ſuſtinens.Hoc ergo uerbum de uerbo ediſſerens:ſi ciceron tranſferre uoluiſſem: nullus intelligeret:ſi cucurbitam, id dicerem,quod in Hebraico non habetur.Hæderam poſui: ut cæteris interpretibus conſentirem.Sin autem Iudæi ueſtri,ut ipſe aſſeris,malicia uel imperitia hoc dixerunt eſſe in uoluminibus Hebræorum,quod in Græcis & latinis codicibus continetur:manifeſtũ eſt eos,aut Hebræas litteras ignorare,aut ad irridendos cucurbitarios uoluiſſe mentiri. Peto in fine epiſtolæ,ut quieſcentem ſenem olimq; ueteranum militare non cogas:& rurſum de uita periclitari. Tu qui iuuenis es:& in pontificali culmine conſtitutus,doceto populos: & nouis Aphricæ frugibus Romana tecta locupletato.Mihi ſufficit cum auditore & lectore pauperculo,in angulo monaſterij ſuſurrare.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.



Vi uitas uirorum.) Extat apud nos incerto authore,libellus de uiris illuſtribus,Plinij noie inſcriptus.Quidam Trãquilli eſſe putant.Item alter de claris oratoribus & grãmaticis.Extat & Ciceronis cõmentarium de claris oratoribus. Epicis,tragicis.) Epici dicũt Lyrici. στρωματέωμ ſuorũ.) Stroma poſſumus latine dicere,ſtragulas,a ſternendo,ſiue tapetia. Hinc aũt Origenes quædã opuſcula ſua uocauit στρωματέας,quaſi ſupellectilẽ. Cõmatico ſup his.) Cõma latini uocãt inciſionem.Vnde ſignificat orationem cõmatibus diſtinctam. Quod olim aliquoties etiam in oratione ſoluta faciebant. De hæreſi phariſæorum.) Hic hæreſim ſimpliciter ſectam uocat.In hoc phariſæi differebant a Sadducæis, quod & angelos eſſe crederẽt, & reſurrectionem futuram,quorũ utrũq; negãt illi.

Cerinthi & Hebionis.) Duo ſunt hæreſiarchæ. Vnde dicti Cerinthiani qui ijdẽ dicũtur Chiliaſtæ, & Hebionitæ:in hoc conueniunt quod utriq; exigunt a fidelibus circũciſionẽ & obſeruationem legis Moſaicæ. Phalaricæ mole.) Phalarica genus eſt machinæ bellicæ,nempe uelut ingens haſta,ferro præmunita,quæ neruis tortilibus magno impetu mittebaſ. Vergilius.Contorta Phalarica uenit,Fulminis acta modo. Illis temporibus Cornelio.) Arbitror legendum,illius temporis Cornelio & Aſinio Pollione,
B hoc eſt criticis & cenſoribus litteratorum, quaſi dixiſſet, illius temporis Ariſtarchi. Frequenter eñ.) Taxat ſtilum diui Auguſtini.Nec ſine cauſa. Siquidem eſt paulo uerboſior,& periodis in immẽſum productus. Quod illi ni fallor hinc accidit, quod nihil uellet omittere eorum quæ ſcribenti ueniebant in mẽtem:ueniebant autem permulta.Itaq; utcũq; infulciẽdum erat,quod nolebat abijcere.Quidam codices hoc loco addiderant hæc uerba,dũ nõ ſentiſ ab imperitis.Etenim illud,ab imperitis,uidetur aſſcriptũ in margine,uidelicet in fauorẽ Auguſtini,& id ſcriptor aliquis in contextum retulit. Metuis Porphyrium blaſphemantẽ.) Porphyrius, legem damnabat,quemadmodum Manichæus & Marcion.At Hebion & Cerinthus nimium tribuebant legi Moſaicæ. Aſteriſcos habeat & uirgulas.) Aſteriſcus Græce ſtellulã ſignificat.Obelus,ueru.Obeliſcus,paruũ ueru.Aſteriſcis illuſtrabãt,id quod approbabant, obelis iugulabant ſi quid adulterinum & ſuppoſiticiũ in libris iudicabant,Quemadmodũ olim in Homerum fecit Ariſtarchus.Porro uirgula oblonga,obeli ſpeciem imaginabatur. Si obſcura, tu quo.) Mire retorquet in ipſum dilẽma uitioſum, quod ἀντίστροφον uocãt. Vt cogereſ epiſcopus.) Hoc loco uideſ omiſſum nomen ciuitatis.Nam plæriq; codices ſic habent,Vt cogeretur epiſcopus,ea quippe ciuitas erat,Iudæorum teſtimonium flagitare.Ergo poſt epiſcopus,opinor poſitum fuiſſe nomen ciuitatis. Quod quia barbarũ erat,& Hieronymo ignotum,addidit, ea quippe ciuitas erat,hoc eſt,nã id erat nomen ciuitati. Vtrum autem.) Et hic uidentur aliquot deeſſe uerba,nempe incertũ eſt,aut aliquid ſimile.Rurſum ea uerba quæ adijciuntur,atq; dicebant:prorſus adulterina ſunt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Intellexerat Auguſtinus indigne ferre Hieronymum,quod audiſſet librum aduerſus ſe ſcriptũ. Id pernegat Auguſtinus,in hoc errans,quod is qui nunciarat,longam epiſtolam librum appellaſſet.

AVGVSTINVS HIERONYMO.



Vdiui peruenisſe in manus tuas litteras meas:ſed quod adhuc reſcripta non merui,nequaq; imputauerim dilectioni tuæ: aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnoſco dominum a me potius deprecandum:ut tuæ uoluntati det facultatem mittendi,quod reſcripſeris.Nam reſcribendi iam dedit,quia cum uolueris, facillime poteris. Etiam hoc quod ad me ſane perlatũ eſt: utrũ quidẽ crederem,dubitaui:ſed hinc quoq; tibi aliqd utrũ ſcriberẽ,dubitare nõ debui.Hoc aũt breue eſt,ſuggeſtũ eſſe charitati tuæ: a neſcio qbus fratribus mihi dictũ eſt,quod librũ aduerſus te ſcripſerim,Romãq; miſerim.Hoc falſum eſſe noueris:dñm meũ Ieſum teſtor,hoc me non feciſſe:ſed ſi forte aliqua in aliqbus ſcriptis meis reperiũtur,in quibus aliter aliquid cq; tu ſenſiſſe reperior:nõ cõtra te dictũ, ſed qd mihi uidebatur a me ſcriptum eſſe,puto te debere cognoſcere: aut ſi cognoſci non poteſt, credere debere.

C debere. Ita ſane hoc dixerim: ut ego nō tantū paratus ſim, ſi quid te in meis ſcriptis mouerit, fraterne accipere, quid contra ſentias: aut de correctione mea, aut de ipſa tua beniuolentia gauiſurus: uerū etiam hoc a te poſtulem & flagitem. O ſi licuiſſet & ſi non cohabitante, ſaltem uicino te in dño perfrui, ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id non eſt datum: peto ut hocip̄m quod in dño qua poſſumus ſimul ſimus, cōſeruari ſtudeas, & augeri ac perfici: & reſcripta quāuis rara non ſpernere. Saluta obſequio meo ſanctum fratrem Paulinianum, & omnes fratres q̄ tecum ac de te in dño gloriant̄. Memor noſtri exaudiaris a dño in omni ſancto deſyderio tuo, domine chariſſime, & deſyderantiſſime, & honorande in Chriſto frater.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Aperit Hieronymus de epiſtola, quā neſcio quis librum appellarat. Excuſat ſe quod nōdum reſponderit: adhortans illum ad mutuum amorem, nonnihil querens de Ruffini aduerſus ſe debacchatione.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

IN ipſo p̄fectiōis articulo, ſancti filij noſtri Aſterij hypodiaconi neceſſarij mei, beatitudinis tuæ litteræ ad me peruenerunt, quibus ſatisfacis, te contra paruitatē meā librū Romam nō miſiſſe. Hoc nec ego factū audierā, ſed epiſtolæ cuiuſdam quaſi ad me ſcriptæ per fratrē noſtrū Syſinniū diaconū huc exemplaria peruenerunt: in qua hortaris me, ut παλινωδίαν ſuper quodam apoſtoli capitulo canam: & imiter Teſichorū inter uituperationē & laudes Helenæ fluctuantē: ut qui detrahendo oculos perdiderat, laudando receperit. Ego ſimpliciter fateor dignationi tuæ: licet ſtilus & ἐπιχειρήματα tua mihi uiderent̄: tamen non temere exemplaribus litteratum credendum putaui, ne forte me reſpōdente læſus, iuſte expoſtulares, quod probare ante debuiſſem tuum eſſe ſermonem, & ſic reſcribere. Acceſſit
D ad moram ſanctæ & uenerabilis Paulæ, longa infirmitas. Dū em̄ languenti multo tempore aſſidemus: pene epiſtolæ tuæ, uel eius qui ſub tuo nomine ſcripſerat, obliti ſumus, memores illius uerſiculi. Muſica in luctu, importuna narratio. Itaq; ſi tua eſt epiſtola, aperte ſcribe, uel mitte exēplaria ueriora: ut abſq; ullo rancore ſtomachi in ſcripturarum diſputatione uerſemur, & uel noſtrum emendemus errorem, uel alium fruſtra reprehendiſſe doceamus. Abſit autē a me, ut quic q̄ de libris tuæ beatitudinis attingere audeam. Sufficit em̄ mihi probare mea: & aliena non carpere. Cæterum optime nouit prudentia tua: unūquēq; in ſuo ſenſu abundare, & puerilis eſſe iactantiæ, quod olim adoleſcentuli facere conſueuerant, accuſando illuſtres uiros, ſuo nomini famam quærere. Nec tam ſtultus ſum: ut diuerſitate explanationum tuarum, me lædi putem: quia nec tu læderis, ſi nos contraria ſenſerimus. Sed illa eſt uera inter amicos reprehēſio: ſi noſtrā perā non uidentes, aliorum (iuxta Perſium) māticam conſyderemus. Supereſt, ut diligas diligentem te: & in ſcripturarū campo, iuuenis, ſenem non prouoces. Nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus quantū potuimus: nunc te currente & longa ſpacia tranſmeante, nobis debetur ocium: ſimulq; (ut cum honore tuo & uenia dixerim) ne ſolus mihi de poetis aliquid p̄poſuiſſe uidearis, memēto Daretis & Entelli: & uulgaris prouerbij, quod bos laſſus fortius figat pedem. Triſtes hæc dictauimus: utinam mereremur complexus tuos: & collatione mutua, uel doceremꝰ aliqua, uel diſceremus. Miſit mihi temeritate ſolita, ſua maledicta Calphurnius, cognomento Lanarius: quæ ad Aphricā quoq; ſtudio eius didici peruenisſe. Ad quæ breuiter ex parte reſpondi: & libelli eius uobis miſi exemplaria, latius opus cum oportunum fuerit primo miſſurus tempore: in quo illud caui: ne in quoc̄p̄ exiſtimationē lædere Chriſtianam, ſed tantum ut delirantis imperitiq; mendaciū ac uecordiā confutarē. Memēto mei ſancte & uenerabilis papa: uide quātum te diligam, ut ne prouocatus quidem uoluerim reſpondere: nec credam tuum eſſe quod in altero forte reprehenderem. Frater cōmunis ſuppliciter te ſalutat.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

παλιμωδίαν.) παλῖμωδεῖν, ad uerbū ſonat recātare. Hiſtoria Teſichori, qui ob uituperatā Helenā oculos amiſit, recepit aūt recantatis ijs quæ ſcripſerat, eſt apud Platonē in Phædro. ἐπιχειρήματα.) Id eſt aggreſſiones: ſic em̄ oratores uocant argumētationes, nō multū differentes a ſyllogiſmis, niſi quod illa magis circa probabilia uerſantur c̄p̄ neceſſaria: ut author eſt Fabius libro quinto. Si noſtrā perā non uidentes.) Quidam hic legunt noſtra opera, pro noſtram peram, ſed deprauate. Alludit aūt ad Apologū Aeſopi, q̄ finxit ſingulos mortales, binas geſtantes peras ſiue manticas, alteram a tergo propendentem, alteram a fronte

A fronte. Magnam ac plenã uitijs noſtris, propendere a tergo: paruã in qua ſint aliena uitia pendere a fronte. Quo ſignificabat, nos oculatos eſſe in pſpiciendis alienis uitijs, in noſtris ipſorũ cecutire: unde & Perſius in Satyris. Vt nemo in ſe ſe tentat deſcendere nemo. Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Daretis & Entelli.) Eſt apud Vergilium in quinto Aeneidos libro, Dares Troianus iuuenis, prouocat Entellum ſenem ad certamen ceſtium: grauatim procedit Entellus, Darete multum exultante. Tandem lapſu & pudore prouocatus incandeſcit, recaleſcente uirtute ſenili, & adeo urget ceſtu iuuenem: ut ni Aeneas diremiſſet, occiſurus fuerit Daretem. Bos laſſus for.) Id ſumptum eſt a bubus triturã exercentibus. Etenim in quibuſdam regiõibus, boues circũacti per manipulos triticũ ungulis excutiunt: & quo bos laſſior, hoc magis ad trituram idoneus, propterea quod fortius figat pedem. Ita qui ſero prouocant ad iram, prouocati grauius incandeſcunt. Calphurnius.) Niſi fallor ſentit Ruffinum, quem ita ſubinde uocat, uelut indoctum, & culinæ q̃ litterarum ſtudioſiorem: alludens ad Perſianũ illud: Continuo Craſſum ridet Vulphernius ingens. Et centum Græcos curto centuſſe licetur: quandoquidẽ in nonnullis Perſij codicibus Calphurniũ legi, pro Vulphernio. Videtur autem uox conficta, a calido furno, ut & cognomentum Lanarij, a lanionibus, qui carnes uendunt in macello.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Cum adhuc erraret Auguſtinus in nomine libri: cum epiſtolam cogitaret, & tamen crebris litteris efflagitaret reſponſum: hortatur Hieronymus, ut certũ opus mittat cui uelit reſpõderi, luuenem admonẽs ne temere ſuoq; malo prouocet ſenẽ ad huiuſmodi certamen.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

CRebras ad me epiſtolas dirigis: & ſæpe compellas, ut reſpõdeam cuidam epiſtolæ tuæ, cuius ad me (ut ante iam ſcripſi) per fratrem Syſinnium diaconum exemplaria peruenerunt abſq; ſubſcriptione tua: & quã primũ per fratrem Profuturum, ſecundo per quẽdam alium te miſiſſe ſignificas: & interim Profuturũ retractũ de itinere: & epiſcopum conſtitutũ, ueloci morte ſubtractum: illum cuius nomen retices, maris timuiſſe diſcrimina, & nauigationis mutaſſe conſilium. Quæ cum ita ſint: ſatis mirari nequeo, quomodo ipa epiſtola & Romæ, & in Italia haberi a plæriſq; dicatur, & ad me ſolum nõ peruenerit: cui ſoli miſſa eſt: præſertim cum idem frater Syſinnius, inter cæteros tractatus tuos dixerit eam ſe
B non in Aphrica, non apud te, ſed in inſula Adriæ ante hoc ferme quinquennium repperiſſe. De amicitia omnis tollenda ſuſpitio eſt: & ſic cum amico, quaſi cum altero ſe loquendum. Nonnulli familiares mei & uaſa Chriſti, quorum Hieroſolymis & in ſanctis locis permagna copia eſt: ſuggerebant, non ſimplici animo a te factum, ſed laudem atq; rumuſculos & gloriolã populi requirentem: ut de nobis creſceres, ut multi cognoſcerẽt te prouocare, me timere: te ſcribere ut doctũ, me tacere ut imperitũ: & tandẽ repperiſſe, q garrulitati meæ ſilentiũ modũq; imponeret. Ego aũt (ut ſimpliciter fatear) dignationi tuæ, primũ idcirco reſpondere nolui: quia tuam liquido epiſtolam non credebam: nec (ut uulgi de quibuſdam prouerbiũ eſt) litum melle gladiũ. Deinde illud cauebam: ne epiſcopo cõmunionis meæ uiderer procaciter reſpondere, & aliqua in reprehendentis epiſtola reprehendere: præſertim cum quædam in illa hæretica iudicarem. Ad extremum: ne tu iure expoſtulares, & diceres: Quid eñ? epiſtolam meam uideras: & notæ tibi manus, in ſubſcriptione ſigna deprehẽderas: ut tam facile amicũ lederes: & alterius maliciã, in meã uerteres contumeliã? Igitur ut ante iam ſcripſi, aut mitte eandem epiſtolã, tua ſubſcriptam manu: aut ſenẽ latitantẽ in cellula laceſſere deſine. Sin autem tuã uis, uel exercere, uel oſtentare doctrinam, quære iuuenes & diſertos & nobiles: quorum Romæ dicuntur eſſe q̃ plurimi: qui poſſint & audeant tecum cõgredi: & in diſputatione ſanctarum ſcripturarum, iugum cum epiſcopo ducere. Ego quondã miles: nunc ueteranus, & tuas & aliorum debeo laudare uictorias, nõ ipſe rurſus effœto corpore dimicare: ne ſi me frequẽter ad reſcribendum impuleris: illius recorder hiſtoriæ, quod Hannibalẽ iuueniliter exultantem, Qu. Maximus patientia ſua fregerit. Oñia fert ætas: animum quoq;: ſæpe ego longos Cantando puerum memini me condere ſoles.

Nunc oblita mihi tot carmina: uox quoq; Mœrim Iam fugit ipſa. Et ut magis de ſcripturis ſanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia, omneſq; delitias iuueni delegans filio: oſtendit ſenectutem hæc, nec appetere debere, nec oblata ſuſcipere. Quod autem iuras te aduerſum me librum nec ſcripſiſſe: neq; Romam miſiſſe, quem non ſcripſeris: ſed ſi forte aliqua in tuis ſcriptis reperiantur: quæ a meo ſenſu diſcrepent: non me a te leſum: ſed a te ſcriptum, quod tibi rectum uidebatur: quæſo ut me patienter audias. Non ſcripſiſti librum: & quo-

modo

C modo mihi reprehenſionis a te meæ per alios ſcripta delata ſunt? Cur habet Italia, quod tu non ſcripſiſti? Qua ratione poſcis, ut reſcribam, ad ea quæ ſcripſiſſe te denegas? Non tam hebes ſum: ut ſi diuerſa ſenſeris, me a te leſum putem. Sed ſi mea cominus dicta reprehendas: & rationem ſcriptorum expetas: & quæ ſcripſerim, emendare compellas: & ad παλιμῳδίαμ prouoces, & oculos mihi reddas: in hoc lædit amicitia, in hoc neceſſitudinis iura uiolantur. Ne uideamur certare pueriliter: & fautoribus inuicem uel detractoribus noſtris tribuere materiam contendendi: hæc ſcribo, quia te pure & Chriſtiane diligere cupio: nec quicq̃ in mea mente retinere, quod diſtet a labijs. Non em̃ conuenit, ut ab adoleſcentia, uſq; ad hanc ætatem in monaſteriolo cum ſanctis fratribus labore deſudans, aliquid contra epiſcopum cõmunionis meæ ſcribere audeam: & eum epiſcopum, quem ante cœpi amare q̃ noſſe: qui me prior ad amicitias prouocauit, quem poſt me orientem in ſcripturarum diuinarum eruditione lætatus ſum. Igitur aut tuũ negato librũ ſi forte nõ tuus eſt: & deſine flagitare reſcriptum ad ea, quæ non ſcripſiſti: aut ſi tuus eſt, ingenue confitere: ut ſi in defenſionem mei aliqua ſcripſero, in te culpa ſit q̃ prouocaſti, non in me, qui reſpondere compulſus ſum. Addis præterea te paratum eſſe, ut ſi qd me in tuis ſcriptis mouerit, & corrigere uoluero, fraterne accipias: & non ſolum mea in te beniuolentia gauiſurum, ſed ut hoc ipſum faciam, deprecaris. Rurſum dico quod ſentio, prouocas ſenem, tacentem ſtimulas, uideris iactare doctrinam. Non eſt autẽ ætatis meæ putari maliuolum erga eum, cui magis fauorẽ debeo. Et ſi in euangelijs ac prophetis peruerſi homines inueniunt quod nitantur reprehendere: miraris ſi in tuis libris, & maxime in ſcripturarũ expoſitione, quæ uel obſcuriſſimæ ſunt: quædam a recta linea diſcrepare uideantur? Et hoc dico, nõ quod in operibus tuis quædam reprehendenda iam cenſeam: neq; em̃ lectioni eorũ unc̃q̃ operam dedi, nec
D horum exemplariorum apud nos copia eſt, præter Soliloquiorum tuorum libros, & quoſdam cõmentarios in pſalmos: quos ſi uellem diſcutere, non dicam a me qui nihil ſum, ſed a ueterum Græcorum docerem interpretationibus diſcrepare. Vale mihi amice chariſſime, ætate fili, dignitate parens: & hoc a me rogatus obſerua: ut quicqd mihi ſcripſeris, ad me primũ facias puenire.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Conatur placare Hieronymum, quem ſenſerat ſuis epiſtolis, nonnihil offenſum. Deplorat ſimultatem tam atrocem ortam inter Ruffinum & Hieronymum, quõdam amiciſſimos, adhortãs illos ad cõcordiã.

SCHOLIVM.

Grandibus atq̃.) Huc reſpexit, quod apud Vergilium, Entellus ſenex, ingentes duos ceſtus proijcit in medium.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

QVamuis exiſtimen antec̃q̃ iſtas ſumeres, ueniſſe in manus tuas litteras meas, quas per dei ſeruum, filium noſtrum Cyprianum diaconũ miſi: quibus certiſſime agnoſceres meam eſſe epiſtolam, cuius exemplaria illuc ueniſſe cõmemoraſti: unde iam me arbitror reſcriptis tuis, uelut Entellinis grandib⁹ atq̃ acrib⁹ ceſtibus, tãc̃q̃ audacem Daretem cœpiſſe pulſari atq̃ uerſari: nunc tamen eiſipſis reſpõdeo litteris tuis, quas mihi per ſanctum filium noſtrum Aſterium iam mittere dignatus es: in quibus multa in me comperi, tuæ beniuolẽtiſſimæ charitatis: & rurſus quædã nõnullius a me tuæ offenſionis indicia. Itaq̃ ubi mulcebar legens, ibi continuo feriebar: hoc ſane uel maxime admirans, quod cũ te dicas exemplaribus litterarum mearũ, ideo non temere putauiſſe credendum, ne forte te reſpondente, leſus iuſte expoſtularem: quod probare ante debuiſſes, meum eſſe ſermonem, & ſic reſcribere: poſtea iubeas ſi mea eſt epiſtola, aperte me ſcribere: aut mittere exemplaria ueriora, ut abſq̃ ullo rancore ſtomachi, in ſcripturarum diſputatione uerſemur. Quo em̃ pacto poſſumus in hac diſputatione ſine rancore uerſari, ſi me ledere paras? aut ſi non paras: quomodo ego te non ledente, abs te leſus iuſte expoſtularem: quod probare ante debuiſſes meum eſſe ſermonẽ: & ſic ſcribere, hoc eſt, & ſic lædere? Niſi em̃ reſcribendo leſiſſes, ego iuſte expoſtulare non poſſem. Proinde cum ita reſcribis, ut lædas, quis locus nobis relinquitur in diſputatione ſcripturarum ſine ullo rancore uerſandi? Ego quidem abſit ut lædar, ſi mihi certa ratione uolueris & potueris demõſtrare illud ex epiſtola apoſtoli: uel quid aliud ſcripturarum ſanctarum te uerius intellexiſſe, q̃ me: imo uero abſit, ut nõ cum gratiarumactione lucris meis deputem, ſi fuero te docente inſtructus, aut

A ctus,aut emendante correctus. Verũtamen tu mihi frater chariſſime,niſi te putares læſum ſcri
ptis meis,non me putares lædi poſſe reſcriptis tuis. Nullo enim modo id de te opinatus fuero,
quod te non arbitrans læſum,ſi tamen reſcribis ut lædas:aut ſi te non ſic reſcribente, ego pro-
pter nimiam ſtulticiam meam,lædi poſſe putatus ſum,hoc ipſo læſiſti plane,quod de me ita ſen
ſiſti. Sed nullo modo tu me:quẽ nunc̃q talem expertus es,temere talem crederes,qui litterarum
mearum exemplaribus,etiam cum ſtilum meum noſſes,temere credere noluiſti. Si em̃ non im-
merito uidiſti me iuſte expoſtulaturũ fuiſſe,ſi temere crederes eſſe litteras meas, quæ nõ eſſent
meæ:quanto iuſtius expoſtularem,meipſum temere putatum talem,qualem me expertus non
eſſet,qui putauiſſet? Nequac̃q ergo ita prolabereris:ut non te reſcribente quo læderer,me tamẽ
exiſtimares nimis inſipientẽ,etiã tali tuo reſcripto lædi potuiſſe. Reſtat igit̃ ut lædere me reſcri-
bendo diſponeres:ſi certo documẽto meas eſſe illas litteras noſſes. Atq; ita,quia non credo qd̃
iniuſte me lædendum putares:ſupereſt,ut agnoſcam peccatum meum: quod prior te illis litte-
ris læſerim,quas meas eſſe negare non poſſum. Cur itaq; conor contra fluminis tractum,ac nõ
potius ueniam peto? Obſecro ergo te per manſuetudinẽ Chriſti,ut ſi te læſi,dimittas mihi: nec
me uiciſſim lædendo,malum pro malo reddas. Lædes em̃,ſi mihi tacueris errorem meum: quẽ
forte inueneris in ſcriptis uel in dictis meis. Nam ſi ea in me reprehẽderis, quæ reprehẽdenda
non ſunt,te potius lædis c̃q me,quod abſit a moribus & ſancto propoſito tuo:ut hoc facias uo
luntate lædendi,culpans in me aliquid dente maledico,quod mente ueridica,ſcis nõ eſſe culpan
dum. Ac per hoc,aut beniuolo corde arguas,etiam ſi caret delicto quod arguendum putas: aut
paterno affectu mulceas,quem abĩcere nequeas. Poteſt em̃ fieri ut tibi uideatur aliud c̃q ueri-
tas habet:dum tamen aliud abs te non fiat,c̃q charitas habet. Nam & ego amiciſſimam repre-
henſionem tuam,gratiſſime accipiam:etiam ſi reprehendi non meruit, quod recte defendi po-
teſt. Aut agnoſcam ſimul & beniuolentiam tuam & culpam meam:& quantũ dominus donat,
in alio gratus,in alio emendatus inueniar. Quid ergo? fortaſſe dura:ſed certe ſalubria uerba tua
B tanc̃q ceſtus Entelli pertimeſcam. Cædebatur ille,non curabatur:& ideo uincebatur, non ſana-
batur. Ego autem ſi medicinalem correptionem tuam,tranquillus accepero,nõ dolebo. Si uero
infirmitas uel humana,uel mea etiam cum ueraciter arguitur,non poteſt non aliquantulum cõ-
triſtari:Melius tumor capitis dolet,cum curatur:c̃q dum ei parcitur & non ſanatur. Hoc eſt em̃,
quod acute uidit, qui dixit: utiliores eſſe plærumq; inimicos obiurgantes,c̃q amicos obiurgare
metuentes. Illi enim dum rixantur,dicunt aliquando uera quæ corrigamus:iſti autem minorẽ
c̃q oportet exhibent iuſticiæ libertatem,dum amicitiæ timent exaſperare dulcedinem. Quapro-
pter & ſi forte bos(ut tibi uideris)laſſus ſenectute corporis, non uigore animi:tamen in area do
minica,fructuoſo labore deſudans: Ecce ſum,ſi quid perperam dixi:fortius fige pedem. Non mi
hi eſſe debet moleſtum pondus ætatis tuæ,dummodo conteratur palea culpæ meæ. Proinde il-
lud quod in extremo epiſtolæ tuæ poſuiſti, cum magni deſyderĩ ſuſpirio, uel lego, uel recolo.
Vtinam(inquis)mereremur complexus tuos:& collatione mutua,uel doceremus aliqua,uel di-
ſceremus. Ego autem dico,utinam ſaltem propinquis terrarũ locis habitaremus:ut ſi non poſ-
ſent miſceri noſtra colloquia, litteræ poſſent eſſe crebriores. Nunc uero tanto locorum interual-
lo abſumus a ſenſibus noſtris,ut de illis uerbis apoſtoli ad Galatas:iuuenem me ad tuam ſan-
ctitatem ſcripſiſſe meminerim:& ecce iam ſenex,necdum reſcripta meruerim,faciliuſq; ad te exẽ
plaria epiſtolæ meæ peruenerint:neſcio qua occaſione præueniente,c̃q ip̃a epiſtola me curante.
Homo em̃ qui eam tunc acceperat:nec ad te pertulit:nec ad me retulit. Tantæ aũt mihi in litte-
ris tuis(quæ in manus noſtras peruenire potuerunt)apparent res:ut nihil ſtudiorũ meorũ mal
lem ſi poſſem,c̃q inhærere lateri tuo. Quod ego quia non poſſum,aliquem noſtrorum in domi
no filiorum erudiendum nobis ad te mittere cogito,ſi etiã de hac re tua reſcripta meruero. Nã
neq; in me tantũ ſcientiæ diuinarum ſcripturarum eſt:aut eſſe iam poterit,quantum ineſſe tibi
uideo. Et ſi quid in hac re habeo facultatis,utcũq; impendo populo dei. Vacare autem ſtudĩs
diligentius c̃q quæ populi audiunt inſtruendis, propter eccleſiaſticas occupationes omnino
non poſſum. Neſcio quæ ſcripta maledica ſuper tuo nomine ad Aphricam peruenisſe audiui-
mus. Accepimus tamen quod dignatus es mittere,illis reſpõdens maledictis. Quo perlecto fa-

C teor multum dolui,inter tam charas familiaresq; personas,cunctis pene ecclesijs notissimo amicitiæ uinculo copulatas,tãtum malum extitisse discordiæ.Et tu quidem quantũ tibi modereris, quantumq; teneas aculeos indignationis tuæ,ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis litteris eminet. Verũtamen si easipsas cum legissem,cõtabui dolore & obrigui timore, quid de me illa facerent, quæ in te ille scripsit,si in manus meas forte uenissent? Væ mũdo ab scandalis.Ecce fit,ecce prorsus impletur,quod ueritas ait:Quoniã abundauit iniquitas,refrigescet charitas multorũ.Quæ sibi em̃ iam fida pectora tuto refundant? In cuius sensus tota se procijciat secura dilectio? Quis denicq; amicus non formidetur,quasi futurus inimicus,si potuit inter Hieronymũ & Ruffinum,hoc quod plangimus exoriri? O misera & miseranda conditio.O infida in uoluntatibus amicorum scientia præsentium:ubi nulla est p̃scientia futurorũ. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem:quãdo ne ipse quidẽ sibi homo est notus in posterum? Nouit em̃ utcũq; uix forte nunc qualis sit;qualis aũt postea sit futurus, ignorat.Hæc porro nõ tantum scientia qualis quisq; sit:uerũetiam præsciẽtia qualis futurus sit,si est in sanctis & beatis angelis:quomodo fuerit beatus diabolus aliquando,cum adhuc bonus angelus esset,sciens futurã iniquitatẽ suam,& sempiternũ suppliciũ,omnino nõ uideo.De qua re si tamẽ eam nosse opus est:uellem audire quid sentias. Vide quid faciant terræ ac maria:quæ nos corporaliter dirimũt. Si hæc epistola mea,quã legis ego essem:iam mihi diceres quod quæsiui:nũc uero quãdo rescribes? quãdo mittes? quãdo perueniet? quando accipiam: & tamen utinam quandoq; fiat,quod tam cito fieri non posse c̃p uolumus,quanta possumus tolerantia sustinemus. Vnde recurro ad illa uerba epistolæ tuæ dulcissima,sanctiq; desyderij tui plenissima,& ea facio uicissim mea:utinã mereremur cõplexus tuos,& collatiõe mutua,uel doceremus aliqua,uel disceremus:si tamen esse ullo modo posset, quod ego te docerẽ. In his aũt uerbis,non iam tuis tãtum, sed etiã meis, ubi delector & reficior,& ipso c̃puis pendente & non attingente utriusq; nostrũ desyderio, non
D parua ex parte consolor:ibi rursus accerrimis dolorum stimulis fodior:dũ cogito inter uos quibus deus hoc ipsum quod uterq; uestrum optauit,largum prolixumq; concesserat:ut cõiunctissimi & familiarissimi mella scripturarũ sanctarũ pariter lãberetis,sic tantæ amaritudinis irrepsisse perniciem,quãdo non,ubi non,cui nõ homini, formidandã: cum eo tẽpore quo abiectis iam sarcinis sæcularibus,iã expediti dn̄m sequebamini:& in ea terra uiuebatis simul:in qua dn̄s humanis pedibus ambulans:pacem(inquit)meam do uobis,pacem meã relinquo uobis,uiris ætate maturis,& in æloquio dn̄i habitantibus uobis accidere potuit? Vere tentatio est uita humana sup terram.Heu mihi,qui uos simul alicubi inuenire nõ possum,forte ut moueor, ut doleo, ut timeo,prociderem ad pedes uestros,flerem quantũ ualerem,rogarem quantũ amarẽ. Nunc unũquẽq; uestrum pro seipso,nunc utrũq; pro alterutro,& pro alijs ac maxime infirmis,pro quibus Christus mortuus est:qui uos tanc̃p in theatro uitæ huius cum magno sui periculo spectãt, ne de uobis ea cõscribendo spargatis,quæ quãdoq; cõcordantes delere non poteritis, qui nunc cõcordare nolitis:aut quæ concordes legere timeatis,ne iterũ litigetis. Verũ dico charitati tuæ, nihil me magis c̃p hoc exemplũ tremuisse,cum quædã ad me in epistola tua legerem,tuæ indignationis indicia, non tã illa de Entello & boue lasso:ubi mihi potius hilariter iocari,c̃p iracũde minari uisus es: c̃p illud quod serio te scripsisse satis apparet: unde supra locutus sum plus fortasse c̃p debui,sed nõ plus c̃p timui:ubi aisti:Ne forte læsus iuste expostulares. Rogo te si fieri potest:ut inter nos quæram9 & differamus aliqd,quo sine amaritudine discordiæ,corda nostra pascant̃,fiat.Si autẽ non possum dicere,quid mihi emendandũ uideatur in scriptis tuis:nec tu in meis,nisi cum suspitione inuidiæ,aut læsione amicitiæ:quiescamus ab his:& nostræ uitæ salutiq; parcamus.Minus certe assequat̃ illa quæ inflat,dũ nõ offendatur illa,quæ ædificat.Ego me longe esse sentio ab illa perfectione:de qua scriptum est:Si quis in uerbo non offendit,hic perfectus est uir.Sed plane in dei misericordia puto me posse facile abs te petere ueniã,si quid offendi,quod mihi aperire debes:ut cum te audiero,lucreris fratrem tuum.Neq; em̃ quia hoc ꝓpter longinquitatem terrarũ non potes facere inter me & te,propterea debes sinere errare me.Prorsus(quod ad ipsas res quas nosse uolumus attinet)si quid ueri me tenere, uel scio, uel puto, uel credo,in quo tu aliter sentis:quantũ dat dn̄s,sine tua iniuria conabor asserere,Quod aũt ptinet

ad offen-

A ad offensionem tuam,cum te indignatum sensero,nihil aliud q̄ꝫ ueniam deprecabor. Nec omnino arbitrabor te succensere potuisse:nisi aut hoc dicerem quod nō debui: aut non sic dicerem ut debui:quia nec miror nos minus scire inuicem, q̄ꝫ scimur a coniunctissimis & familiarissimis nostris:in quorum ego charitatem fateor facile me totum proiicio,præsertim fatigatū scandalis sæculi:& in ea sine ulla sollicitudine requiesco.Deum quippe illic esse sentio,in quem me securus proiicio,& in quo securus requiesco.Nec in hac mea securitate, crastinū illud humanæ fragilitatis incertum,de quo superius gemui,omnino formido.Cum enim hominē Christiana charitate flagrantem,atq̄ꝫ mihi fidelem amicum factum esse sentio,quicquid ei consiliorum meorꝫ cogitationū q̄ꝫ cōmitto:non homini cōmitto,sed illi,in quo manet,ut talis sit. Deus em̄ charitas est:& qui manet in charitate,in deo manet & deus in eo:quā si deseruerit,tantū faciat necesse est dolorem:quantū manens fecerat gaudium. Verūtamen ex amico intimo factus inimicus:quærat sibi potius quod fingat astutus,non inueniat quod prodat iratus.Hoc autem unusquisq̄ꝫ facile assequitur,non occultando quod fecerit,sed non faciendo quod occultare uelit.Quod si misericordia dei,bonis pīsq̄ꝫ concedit:ut inter inimicos quoslibet futuros,liberi securiq̄ꝫ uersentur: aliena peccata sibi cōmissa non prodant: quæ prodi timent, ipsi nulla cōmittant. Cum em̄ falsum quid a maledico fingitur:aut omnino non creditur:aut certe integra salute,sola fama uexatur. Quod autē malum perpetratur hostis est intimus,etiam si nullius intimi loquacitate,aut lite uulgetur.Quapropter quis prudentium nō uideat, etiam tu q̄ꝫ tolerabiliter feras amicissimi quondam & familiarissimi incredibiles nunc inimicitias,consolante conscientia,& quemadmodū,uel quod iactitat, uel quod a quibusdā forsitan creditꝫ:in sinistris armis deputes, quibus nō
B minus q̄ꝫ dextris contra diabolū dimicatur. Verūtamen illū maluerim aliquo modo mitiorē,q̄ꝫ te isto modo armatiorē.Hoc magnū & triste miraculū est, ex amicitijs talibus ad has inimicitias peruenisse. Lætū erit, & multo maius,ex inimicitijs talibus ad pristinā concordiā reuertisse.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulus Orosius in fine historiæ suæ,testatur sibi cum Hieronymo fuisse colloquium,Libros duos, alterum de origine animæ,alterum de loco explicando ex epistolis Iacobi probat. Cæterū excusat se quod non responderit. Eos libros amice lector reperies in secundi tomi parte secunda.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

VIrum honorabilem fratrem meum:filium dignationis tuæ Orosium presbyterū, & sui merito & te iubente suscepi.Sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius sit,q̄ꝫ loqui:ita ut nostra studia cessarētꝫ:& iuxta Appium, canina exercereꝫ facūdia.Itaq̄ꝫ duobꝰ libellis tuis,quos meo nomini dedicasti:eruditissimis & oīi æloquentiæ splendore fulgētibus:ad tēpus respondere nō potui.Nō quo quicq̄ꝫ in illis reprehendendū putem : sed quia iuxta Apostolum, unusquisq̄ꝫ in suo sensu abundet, alius quidem sic,alius autem sic.Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarū sanctarum hauriri fontibus: a te positū atq̄ꝫ differtum est.Sed quæso reuerentiam tuā: parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos em̄ inter nos eruditiōis causa differimus.Cæterum æmuli & maxime hæretici,si diuersas inter nos sententias uiderint:de animi calumniabuntur rancore descēdere.Mihi aūt decretū est te amare,te suspicere,colere,mirari,tuaq̄ꝫ dicta,quasi mea defendere.Certe & in dialogo quē nuper ædidi:tuæ beatitudinis ut dignū fuerat recordatus sum:magisq̄ꝫ demus operā,ut pernicioſissima hæresis de ecclesijs auferatꝫ,quæ semp simulat pœnitentiā:ut docēdi in ecclesijs habeat facultatem:ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatꝫ.Sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ Eustochium & Paula:& genere suo,& exhortatione tua digne gradiuntꝫ:specialiterq̄ꝫ salutant beatitudinē tuā:omnis quoq̄ꝫ fraternitas,quæ nobiscū dño saluatori seruire conatur.Sanctū presbyterū Firmum,anno p̄terito ob rem earum Rauennā:& inde Aphricam,Siciliamq̄ꝫ direximus:quem putamus iam in Aphricæ partibus cōmorari. Sanctos tuo adhærentes lateri:ut meo obsequio salutes,precor. Litteras quoq̄ꝫ meas ad sanctū presbyterū Firmū direxi:q̄ si ad te uenerint,ei dirigere nō graueris. Incolumē te & mei memorē,Christus dīns custodiat,dīne uere sancte & beatissime papa. Grādē latini sermonis in ista puincia notariorꝫ patimur penuriā:& idcirco p̄ceptis tuis parere nō possum9:maxime in æditiōe septuagin ta:quæ asteriscis uerubusq̄ꝫ distincta est. Plæraq̄ꝫ em̄ prioris laboris ob fraudē cuiusdā amissim9.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Rogat ut ſuam epiſtolam curet Hieronymo reddendam, utq; eundem ſibi ſuis quoq; mitiget litteris.

AVGVSTINVS PRAESIDIO.

C SIcut præſens rogaui ſynceritatē tuā: nunc quoq; cōmoneo: ut litteras meas ſancto fratri & cōpreſbytero noſtro Hieronymo mittere nō graueris. Vt aūt nouerit charitas tua, quēadmodū etiā tu illi pro mea cauſa ſcribere debeas: miſi exēplaria litterarū, & mearū ad ipm, & ad me ipſius. Quibus lectis pro tua ſancta prudentia facile uidebis, & modū meū quē ſeruādū putaui, & motū eiꝰ, quē nō fruſtra timui. Aut ſi ego quod nō debui, aut quō nō debui aliquid ſcripſi, non ad illum de me: ſed ad meipſum potius fraterna dilectione mitte ſermonē: quo correctus petam ut ignoſcat, ſi meam culpam ipſe cognouero.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Reſalutat Auguſtinū, excuſans qd liberius reſpōderit, & rurſum de cucurbita meminit, hortās ut ſup hac re ſua legat cōmētaria: deniq; inuitās ut omiſſis cōtētioſis quæſtionibꝰ, uerſent in cāpo ſacrarū ſcripturarū.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

CVm a ſancto fratre noſtro Firmo ſollicite quærerē quid ageres, ſoſpitem te lætus audiui. Rurſum cum tuas litteras non dico ſperarem ſed exigerem, neſciente te ex Aphrica profectū eſſe ſe dixit. Itaq; reddo tibi per eū ſalutationis officia, qui te uni co amore cōplectit: ſimulq; obſecro: ut ignoſcas pudori meo, qd diu ut reſcriberē ꝓcipienti, negare nō potui: nec ego tibi, ſed cauſa cauſæ reſpōdit. Et ſi culpa eſt reſpondiſſe: quæſo ut patienter audias: multo maior eſt prouocaſſe. Sed faceſſant iſtiuſmodi querimoniæ: ſit inter nos pura germanitas: & deinceps nō quæſtionū, ſed charitatis ad nos ſcripta mittamus. Sancti fratres q nobiſcū dño ſeruiūt, affatim te ſalutant. Sanctos qui tecū Chriſti leue trahūt iugū, ꝑcipue ſanctū & ſuſpiciendū papā Alipiū: ut meo obſequio ſalutes precor. Incolumem te & memorē mei, Chriſtus deus noſter tueatur omnipotēs: dñe uere ſancte & beatiſſime papa. Si legiſti librū explanationū in Ionā, puto quod ridiculam cucurbitæ nō recipias quæſtionē. Sin autē amicus q me primus gladio petijt, ſtilo repulſus eſt, ſit hūanitatis tuæ atq; iuſticiæ accuſantē reD prehendere, nō reſpondentē. In ſcripturarū ſi placet cāpo ſine noſtro inuicem dolore ludamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Reſpondet accurate libro quo Hieronymus illi reſponderat de interpretatione loci qui eſt in epiſtola ad Galatas. Et cum Hieronymus adieciſſet ſe neceſſitate compulſum ut eam interpretationem ſequeretur, Auguſtinus eam difficultatem alia uia potuiſſe explicari demonſtrat.

AVGVSTINVS HIERONYMO.

IAmpridem charitati tuæ prolixam epiſtolā miſi, reſpondēs illi tuæ, quā per ſanctū filiū tuū Aſteriū, nunc iam nō ſolū fratrē: uerūetiam collegā meū miſiſſe te recolis: quæ utrū in manus tuas ꝓuenire meruerit: adhuc neſcio, niſi quod per fratrē ſynceriſſimū Firmū ſcribis: ſi ille qui me primū gladio petijt, ſtilo repulſus eſt: ut ſit hūanitatis meæ atq; iuſticiæ, accuſantē reprehendere nō reſpondentē. Hoc ſolo tenuiſſimo indicio, utcūcq; cōiecio legiſſe te illā epiſtolā meā. In ea quippe deploraui tantā inter uos extitiſſe diſcordiā: de quoꝝ tāta amicitia quaquauerſum eā fama diffuderat, charitas fraterna gaudebat. Qd nō feci reꝑhendendo in aliq germanitatē tuā: cuiꝰ in ea re aliquā culpā me cognouiſſe, nō auſus ſum dicere: ſed dolendo humanā miſeriam: cuius in amicitijs mutua charitate retinēdis: quātalibet illa ſit, incerta ꝓmanſio eſt. Verꝝ illud maluerā tuis noſſe reſcriptis: utrū mihi ueniā, quā poſcerā dederis. Quod apertius mihi intimari cupio: cuius hilarior quidā uultus litterarū tuarū, etiā hoc me impetraſſe ſignificare uideat: ſi tñ poſt lectā illā miſſæ ſunt: qd in eis minime apparet. Petis uel potius fiducia charitatis iubes, ut in ſcripturarū cāpo ſine noſtro inuicē dolore ludamus. Et qdē quātū ad me attinet ſerio nos iſta, cū ludo agere mallē. Qd ſi hoc uerbū tibi ꝓpter facilitatē ponere placuit: ego fateor maius aliqd expeto a benignitate uiriū tuarū prudētiaq; tā docta & ocioſa, ānoſa, ſtudioſa, ingenioſa diligētia: hæc tibi, nō tātū donāte, uerūetiā dictāteſpū ſancto: ut in magnis & laborioſis q̄ſtionibus, nō tācū ludentē in cāpo ſcripturarū: ſed in montibus anhelantē adiuues. Si aūt ꝓpter hilaritatē, quā eſſe inter chariſſimos differentes decet, putaſti dicendū eſſe, ludamus: ſiue illud apertū & planū ſit, unde colloquimur: ſiue arduū atq; difficile: hocipſum edoce obſecro te: quo nā modo aſſequi ualeamꝰ: ut cū forte aliqd nos mouet: quod nobis, & ſi nō cautius attendentibus certe tardius intelligentibꝰ nō probatū eſt: & quid nobis uideatur

A deat cõtra conamur asserere: si hoc aliquãta securiore libertate dicamus, nõ incidamus in suspi/
tionẽ puerilis iactãtiæ: quasi nostro nomini famã, uiros illustres accusando quæram9. Si aũt ali/
qd asperum refellendi necessitate depromptũ fuerit: quo tolerabile fiat, leniore circũfundamus
æloquio: ne litum melle gladiũ stringere uideamur. Nisi forte ille modus est, quo utrũq; hoc ui/
tiũ, uel uitij suspitionẽ caueamus, si cũ doctiore amico sic disputemus: ut qcqd dixerit necesse sit
approbare, nec quærẽdi saltẽ causa, liceat aliquãtulũ reluctari. Tũ uero sine ullo timore offẽsiõis,
tãq; in cãpo ludit: sed mirũ si nobis nõ illudit. Ego em̃ fateor charitati tuæ, solis eis scripturarũ
libris, qui iã canonici appellant, didici hũc timorẽ honorẽq; deferre: ut nullũ eorũ authorẽ scri/
bẽdo aliqd errasse firmissime credã. At si aliqd in eis offendero litteris, quod uideat cõtrariũ ue
ritati: nihil aliud q; uel mẽdosum ee codicẽ, uel interptẽ nõ assecutũ esse quod dictũ est, uel me
minime intellexisse nõ ambigã. Alios aũt ita lego: ut quãtalibet sanctitate doctrinaq; ppolle/
ant: nõ ideo uerũ putẽ, quia ipsi ita senserũt: sed quia mihi uel per illos authores canonicos: uel
probabili ratiõe, quod a uero nõ abhorreat, psuadere potuerũt. Nec te mi frater sentire aliquid
aliter existimo: prorsus inquã nõ te arbitror, sic legi tuos libros uelle, tãq; pphetarũ & apostolo
rũ: de quorũ scriptis qd omi errore careãt dubitare nefariũ est. Absit hoc a pia humilitate: & ue
raci de temetipo cogitatione, qua nisi esses pditus nõ utiq; diceres: utinã mereremur cõplexus
tuos, & collatiõe mutua, uel doceremus aliqua uel discerem9. Qd si teipm cõsyderatiõe uitæ ac
morũ tuorũ: nõ simulate, nõ fallaciter dixisse credo: quãtomagis æquũ est me credere apostolũ
Paulũ, nõ aliud sensisse q; scripserit: ubi ait de Petro & Barnaba: Cũ uiderẽ, qa non recte ingre
diebãt ad ueritatẽ euãgelij: dixi Petro corã oibus: Si tu cũ sis Iudæus, gẽtiliter & nõ Iudaice ui-
uis, quõ gẽtes cogis Iudaiçare? De q em̃ certus sim, qd me scribẽdo, uel loquẽdo nõ fallat: si falle
bat apls filios suos, quos iterũ parturiebat, donec in eis Christus, id est ueritas formaret. Qui-
bus cũ pmisisset dicẽs: Quæ aũt scribo uobis: ecce corã deo, qa nõ mentior: nõ tñ ueraciter scribe
bat: sed nescio qua dispẽsatoria simulatiõe fallebat, uidisse se Petrũ & Barnabã, nõ recte ad euã
B gelij ueritatẽ ingrediẽtes: ac Petro in faciẽ restitisse: nõ ob aliud nisi quod gẽtes cogeret Iudaiça
re. At em̃ satius est credere apostolũ Paulũ aliquid uere nõ scripsisse, q; apostolum Petrum nõ
recte aliquid egisse. Hoc si ita est, dicamus (quod absit) satius esse credere mentiri euangelium,
q; negatũ esse a Petro Christũ: & mentiri regnorũ librum, q; tãtum prophetam, a dño deo tam
excellenter electum, & in cõcupiscenda atq; abducenda uxore aliena cõmisisse adulterium, &
in marito eius necando, tam horrendum homicidiũ. Imo uero sanctam scripturam in sũmo: &
cœlesti authoritatis culmine collocatã, de ueritate eius certus ac securus legã: & in ea hoies, uel
approbatos, uel emẽdatos, uel dãnatos ueraciter discã, potiq; q; facta hũana: ne dũ in qbusdã lau
dabilis excellẽtiæ psonis aliquãdo credere timeo rephẽdenda: ipa diuina æloqa mihi sint ubiq;
suspecta. Manichæi plurima diuinarũ scripturarũ, qbus eorũ nefarius error clarissima sententia
rũ pspicuitate cõuincit: quia in aliũ sensum detorquere nõ possũt, falsa eẽ cõtendũt: ita tñ ut eã/
dẽ falsitatẽ, nõ scribẽtibus apostolis tribuãt: sed nescio qbus codicũ corruptoribus. Quod tamẽ
quia nec plurib9 siue antiquioribus exẽplaribus, nec pcedentis linguæ authoritate (unde latini li/
bri interptati sũt) pbare aliquãdo potuerũt: notissima oibus ueritate superati cõfusiq; discedũt.
Ita ne nõ intelligit prudentia sancta tua, quãta maliciæ illorũ patescat occasio: si nõ ab alĩs apli/
cas litteras eẽ falsatas: sed ipos apostolos falsa scripsisse dicam9? Nõ (inqs) credibile est hoc in Pe
tro Paulũ, quod ipse Paulus fecerat arguisse. Non nũc inquiro quid fecerit, sed quid scripserit
quæro. Hoc ad quæstionẽ quã suscepi maxime ptinet: ut ueritas diuinarũ scripturarũ ad nostrã
fidẽ ædificandã memoriæ cõmendata, nõ a qbuslibet, sed ab ipis apostolis: ac p hoc in canonicũ
authoritatis culmẽ recepta, ex omi parte uerax atq; indubitãda persistat. Nã si hoc fecit Petrus
qd facere debuit, mẽtitus est Paulus, quod eũ uiderit nõ recte ingredientẽ ad ueritatẽ euãgelij.
Quisqs em̃ hoc facit quod facere debet, recte utiq; facit: & ideo falsum de eo dicit: q dicit eũ nõ
recte fecisse, quod eũ nouit facere debuisse. Si aũt uerũ scripsit Paulus, uerũ est quod Petrus nõ
recte tũc ingrediebat ad ueritatẽ euãgelij. Id uero faciebat quod facere nõ debebat: & si tale ali
qd Paulus ipse iã fecerat, correctũ potius etiã ipum credã, coapostoli sui correctionẽ nõ potuis
se negligere: q; mẽdaciter aliqd in sua epistola posuisse. Et si hoc nõ in epistola qualibet, quãto/
magis in illa, in qua plocutus ait: Quæ aũt scribo uobis: ecce corã deo quia nõ mentior? Ego qdẽ

C illud Petrũ ſic egiſſe credo,ut gentes cogeret Iudaiçare.Hoc em̃ lego ſcripſiſſe Paulũ:quẽ mentitum eſſe non credo:& ideo non recte agebat hoc Petrus.Erat em̃ contra euangelĩ ueritatem:ut putarent qui credebant in Chriſtũ,ſine illis ueteribus ſacramentis ſaluos ſe eſſe non poſſe. Hoc em̃ contendebant Antiochiæ qui ex circũciſione crediderãt. Cõtra quos Paulus perſeueranter acriterq; cõfligit. Ipſum uero Paulũ,nõ ad hoc id egiſſe,quod uel Timotheũ circũcidit,uel Cenchreis uotũ perſoluit: uel Hieroſolymis a Iacobo admonitus cũ eis qui uouerant,legitima illa celebranda ſuſcepit:ut putari uideret̃ per ea ſacramenta etiã Chriſtianã ſalutem dari. Sed ne illa quæ prioribus,ut congruebant tẽporibus,in umbris rerum futurarũ deus fieri iuſſerat:tãcp̃ idololatriam gentiliũ damnare crederet̃. Hoc eſt em̃ quod illi Iacobus ait:auditũ de illo eſſe,quod diſciſſionẽ doceat a Moyſe. Quod utiq; nefas eſt:ut credẽtes in Chriſtũ diſcindant̃ a prophetis Chriſti,tãcp̃ eius doctrinã deteſtantes atq; dãnantes:de q̃ ipe Chriſtus dicit:Si crederetis Moyſi,credereti s & mihi:de me enim ille ſcripſit. Attende obſecro ipſa uerba Iacobi: Vides(inquit) frater quot milia ſunt in Iudæa, qui crediderũt in Chriſtũ:& hi oẽs æmulatores ſunt legis. Audierũt aũt de te,quia diſciſſionẽ doces a Moyſe,eorũ qui per gentes ſunt Iudæorũ,dicens:nõ debere circũcidere eos filios ſuos:neq; ſecundũ cõſuetudinẽ ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq; oportet cõuenire multitudinẽ,audierũt em̃ te ſupueniſſe:hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sũt nobis uiri quatuor,uotũ habẽtes ſup ſe:his aſſumptis ſanctifica te cũ ipſis,& impende in eos ut radant capita:& ſciãt oẽs quia quæ de te audierũt falſa ſunt:ſed ſequeris & ipſe cuſtodiẽs legẽ:de gentib⁹ aũt qui crediderũt nos mandauimus,iudicantes nihil eiuſmodi ſeruare illos,niſi ut ſe obſeruent ab idolis immolato,& a ſanguine & a fornicatione. Non ut opinor obſcurum eſt, & Iacobũ hoc ideo monuiſſe: ut ſcirent falſa eſſe quæ de illo audierant,hi qui cũ in Chriſtũ ex Iudæis credidiſſent:tamen æmulatores erant legis,ne per doctrinã Chriſti, uelut ſacrilega, nec deo mandante conſcripta damnari putarentur,quæ per Moyſen patribus fuerant miniſtrata:hoc em̃ de Paulo
D iactauerant:non illi qui intelligebant quo animo a Iudæis fidelibus obſeruari tunc iſta deberẽt, propter cõmendandã ſcilicet authoritatẽ diuinã,& ſacramentorũ illorũ propheticã ſanctitatẽ: non ꝓpter adipiſcendã ſalutẽ, quæ iã in Chriſto reuelabat̃,& per baptiſmi ſacramẽtũ miniſtrabat̃. Sed illi hoc de Paulo ſparſerant,qui ſic ea uolebant obſeruari,tãcp̃ ſine his in euangelio ſalus credentibus eſſe non poſſet. Ipm̃ em̃ ſenſerant uehementiſſimũ gratiæ prædicatorẽ & intentioni eorũ maxime aduerſum,docentẽ nõ per illã hominẽ iuſtificari,ſed per gratiã Ieſu Chriſti, cuius prænũciandæ cauſa,illæ umbræ in lege mãdatæ ſunt. Et ideo illi inuidiã & pſecutionẽ mouentes cõcitare,tãcp̃ inimicũ legis mandatorũq; diuinorũ criminabãt̃:cuius falſæ criminationis inuidiã cõgruentius deuitare nõ poſſet,cp̃ ut ea ipſe celebraret,quæ dãnare tancp̃ ſacrilega putabat̃:atq; ita oſtenderet,nec Iudæos tũc ab eis tãcp̃ a nefariis prohibendos,nec gentiles ad ea tãcp̃ ad neceſſaria cõpellendos. Nã ſi reuera ſic ea reprobaret,quẽadmodũ de illo auditũ erat: & ideo celebranda ſuſciperet:ut actione ſimulata,ſuã poſſet occultare ſententiã: nõ ei diceret Iacobus,& ſcient oẽs:ſed diceret:& putabũt oẽs quoniã quæ de te audierũt falſa ſunt, ꝑſertim quia in ipſis Hieroſolymis apoſtoli iam decreuerant:ne quiſcp̃ gentes cogeret Iudaiçare:non aũt decreuerant ne quiſcp̃ tunc Iudæos Iudaiçare prohiberet,cp̃uis etiã ipſos iam doctrina Chriſtiana nõ cogeret. Proinde ſi poſt hoc apoſtolorũ decretũ,Petrus habuit illam in Antiochia ſimulationẽ qua gentes cogeret Iudaiçare:quo iã nec ipſe cogebatur,cp̃uis propter cõmendanda æloquia dei,quæ Iudæis ſunt credita,nõ prohibebat̃. Quid mirũ ſi conſtringebat eũ Paulus libere aſſerere, qd̃ cũ cæteris apoſtolis ſe Hieroſolymis decreuiſſe meminerat. Si aũt hoc(qd̃ magis arbitror)ante illud Hieroſolymitanũ conciliũ Petrus fecit:nec ſic mirũ eſt,quod eũ uolebat Paulus nõ timide obtegere,ſed fidẽter aſſerere:quod eũ pariter ſentire iã nouerat: ſiue quod cũ eo cõtulerat euãgeliũ:ſiue quod in Cornelĩ centurionis uocatiõe,etiã diuinitus eũ de hac re admonitũ acceperat:ſiue quod antecp̃ illi quos timuerat,ueniſſent Antiochiã:cũ gẽtibus eũ cõueſci uiderat. Neq; em̃ negamus in hac ſententia fuiſſe iã Petrũ,in qua & Paulus fuit. Nõ itaq; tunc eũ quid in ea re uerũ eſſet docebat:ſed eius ſimulationẽ, qua gẽtes Iudaiçare cogebant̃ arguebat: nõ ob aliud:niſi quia ſic illa oia ſimulatoria gerebant̃,tãcp̃ uerũ eſſet qd̃ illi dicebãt,q ſine circũciſiõe ꝑputĩ atq; aliis obſeruatiõib⁹ quæ umbræ erãt futurorũ:putabãt credẽtes ſaluos eẽ nõ poſſe. Ergo & Timotheũ circũcidit propterea,ne Iudæis & maxime cognationi eius maternæ: ſic ui

derentur

A derent' qui ex gẽtibus in Chriſtũ crediderant deteſtari circũciſionẽ,ſicut idololatria deteſtanda eſt:cũ illã deus fieri p̃ceperit,hãc Satanas pſuaſerit.Et Titũ ꝓpterea non circũcidit,ne occaſionẽ daret eis qui ſine ulla circũciſione dicebãt credẽtes ſaluos eſſe nõ poſſe:& ad deceptionẽ gentiũ hoc etiã Paulũ ſentire iactarẽt. Quod ipſe ſatis ſignificat ubi ait:Sed neq; Titus qui mecũ erat cũ eſſet Græcus cõpulſus eſt circũcidi: propter ſubintroductos aũt falſos fratres qui ſubintroie/rãt pſcrutari libertatẽ noſtrã,ut nos in ſeruitutẽ redigerẽt:quib9 nec ad horã ceſſimus ſubiectio/ni;ut ueritas euãgelij ꝑmaneret apud uos.Hinc apparet qd eos captare intellexerit: ut nõ face/ret quod in Timotheo fecerat:& quod ea libertate facere poterat, qua oſtenderat illa ſacramen ta,nec tãq; neceſſaria debere appeti,nec tãq; ſacrilega debere dãnari.Sed cauendũ eſt uidelicet in hac diſputatiõe:ne ſicut philoſophi quædã facta hominũ media dicamus:inter recte factũ & peccatũ:quæ neq; in recte factis,neq; in peccatis numerent':& urgeamur eo,quod obſeruare le/gis cerimonias non poteſt eſſe indifferens:ſed aut bonũ,aut malum, Vt ſi bonũ dixerimus,eas nos quoq; obſeruare cogamur.Si aũt malum,nõ uere ſed ſimulate ab apoſtolis obſeruatas eſſe credamus.Ego uero apoſtolis,nõ tã exemplũ philoſophorũ timeo, quãdo & illi in ſua diſputa/tione ueri aliquid dicũt,q̃ forenſiũ aduocatorũ,quãdo in alienarũ cauſarum actiõe mentiunt'. Quorũ ſimilitudo,ſi in ipſa expoſitiõe epiſtolæ ad Galatas ad confirmandã ſimulationẽ Petri & Pauli putata eſt decenter induci: quid ego apud te timeam nomẽ philoſophorũ: qui nõ pro/pterea uani ſunt,quia oĩa falſa dicũt:ſed quia & falſis plæriſq; confidunt: & ubi uera inueniunt' dicere,a Chriſti gratia,qui eſt ipſa ueritas,alieni ſunt.Cur aũt nõ dicam præcepta illa ueterũ ſa/cramentorũ,nec bona eſſe,quia non eis homines iuſtificantur: Vmbræ em̃ ſunt prænunciantes gratiam, qua iuſtificamur: nec tamen mala,quia diuinitus præcepta ſunt, tẽporibus perſoniſq; congruentia:cum me adiuuet etiã prophetica ſentẽtia, qua dicit deus ſe illi populo dediſſe præ/cepta non bona.Forte em̃ propterea non dixit mala,ſed tantũ non bona,id eſt non talia,ut illis
B homines boni fiant,aut ſine illis boni nõ fiant. Vellem me doceret benigna ſynceritas tua:utrũ ſimulate quiſq; ſanctus orientalis cum Romam uenerit ieiunet ſabbato,excepto illo die paſca/lis uigiliæ? Quod ſi malum eſſe dixerimus,non ſolum Romanam eccleſiam,ſed etiam multa ei uicina,& aliquãto remotiora damnabimus,ubi mos idem tenetur & manet.Si autem non ieiu/nare ſabbato malum putauerimus,tot eccleſias orientis,& multo maiorẽ orbis Chriſtiani par/tẽ,qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi,ut mediũ quiddã eſſe dicamus,quod tamen ac/ceptabile ſit ei,qui hoc non ſimulate,ſed congruenti ſocietate atq; obſeruantia fecerit? Et tamen nihil inde legimus in canonicis libris præceptum eſſe Chriſtianis:quãtomagis illud malum di/cere non audeo, quod deum præcepiſſe ipſa Chriſtiana fide negare nõ poſſum:quia didici non eo me iuſtificari,ſed gratia dei per Ieſum Chriſtum dn̄m noſtrum? Dico ergo circũciſionẽ præ/putij, & cætera huiuſmodi,priori populo per teſtamentũ,quod uetus dicitur, diuinitus data ad ſignificationẽ futurorum,quæ per Chriſtũ oportebat impleri: quibus aduenientibus remanſiſ/ſe illa Chriſtianis legenda tantũ ad intelligentiam præmiſſæ prophetiæ,non aũt neceſſario fa/cienda:quaſi adhuc expectandũ eſſet,ut ueniret fidei reuelatio,quæ his ſignificabat' eſſe uentu/ra.Sed q̃uis gentibus imponenda non eſſent,non tamen ſic debuiſſe auferri a cõſuetudine Iu/dæorũ,tanq̃ deteſtanda atq; damnãda.Senſim proinde atq; paulatim feruente ſane prædica/tione gratiæ Chriſti,qua ſola noſſent credentes ſe iuſtificari ſaluoſq; fieri, nõ illis umbris rerum antea futurarũ,tunc iã uenientiũ atq; p̃ſentiũ,ut in illorũ Iudæorũ uocatiõe,quos præſentia car nis dn̄i,& apoſtolica tẽpora ſic inuenerãt,omnis illa actio cõſumeret' umbrarũ, hoc eis ſuffeciſſe ad cõmendationẽ:ut nõ tãq; deteſtanda & ſimilis idololatriæ uitaret',ultra uero nõ haberet pro greſſum,ne putaret' neceſſaria,tãq; uel ab illa ſalus eſſet,uel ſine illa eſſe nõ poſſet.Quod puta/uerũt hæretici,qui dũ uolunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani,nec Iudæi,nec Chriſtiani eſſe potuerũt. Quorũ ſententiã mihi cauendam,q̃uis in ea nũq̃ fuerim, tamen beniuolentiſſime admonere dignatus es: in cuius ſententiæ non conſenſionem, ſed ſimulationem Petrus timore inciderat: ut de illo Paulus ueriſſime ſcriberet:quod cũ eũ uidiſſet nõ recte ingredientem ad ueritatẽ euã/gelij eiq; ueriſſime diceret,quod gentes Iudaiçare cogebat:quod Paulus utiq; nõ cogebat. Ob hoc illa uetera ueraciter,ubi opus eſſet obſeruãs:ut dãnãda nõ eſſe mõſtraret,p̃dicãs tamẽ inſtã ter nõ eis,ſed reuelata gratia fidei,fideles ſaluos fieri:ne ad ea quẽq̃ uelut neceſſaria ſuſcipienda

C cõpelleret.Sic autẽ credo apostolũ Paulum ueraciter cuncta illa gessisse: nec tamẽ nunc quenq; factũ ex Iudæo Christianũ,uel cogo,uel sino talia ueraciter celebrare:sicut nec tu cui uidet Paulus ea simulasse cogis istũ,uel sinis talia simulare.An uis ut etiã ego dicã hãc esse sũmã quæstionis,imo sentẽtiæ tuæ:ut post euãgeliũ Christi:benefaciãt credẽtes Iudæi,si sacrificia offerãt,quæ obtulit Paulus,si filios circũcidãt,si sabbatũ obseruẽt,ut Paulus in Timotheo:& oẽs obseruauere Iudæi:dũmodo hæc simulate ac fallaciter agant? Hoc si ita est:nõ iã in hæresim Hebionis,uel eorũ q̃s uulgo Naçaræos nũcupãt, uel quãlibet aliã ueterẽ:sed nescio in quã nouã delabimur: quæ sit eo pniciosior:quo nõ errore,sed proposito est ac uoluntate fallaci.Quod si respondeas, ut te ab hac purges sentẽtia:tũc apostolos ista laudabiliter simulasse:ne scandaliçarent infirmi qui ex Iudæis multi crediderant: & ea respuẽda nõdum intelligebant: nunc uero cõfirmata per tot gentes doctrina gratiæ Christianæ: cõfirmata etiã per oẽs Christi ecclesias lectione legis & prophetarũ,quõ hæc intelligẽda nõ obseruanda recitent: quisquis ea simulãdo agere uoluerit, uideat insanire:cur mihi nõ licet dicere apostolũ Paulũ,& alios rectæ fidei Christianos: tũc illa uetera sacramenta paululũ obseruando,ueraciter cõmendare debuisse,ne putarent illæ prophe ticæ significationis obseruationes,a pijssimis patribus custoditæ tanq; sacrilegia diabolica a posteris detestatæ? Iam em̃ cũ uenisset fides,quæ prius illis obseruationibus p̃nũciata,post mortẽ & resurrectionẽ dñi reuelata est:amiserant tãq; uitã officij sui. Verũtamẽ sicut defuncta corpora,necessarioꝝ officijs,deducẽda erant quodãmodo ad sepulturã:nec simulate,sed religiose:nõ aũt deserenda continuo,uel inimicorũ obtrectationibus tanq; canũ morsibus proijcienda.Proinde nunc quisquis Christianorũ,quãuis sit ex Iudæis,similiter ea celebrare uoluerit,tanq; sopitos cineres eruens, nõ erit pius deductor,uel baiulus corporis,sed impi⁹ sepulturæ uiolator.Fa/
D teor sane in eo quod epistola cõtinet mea:quod ideo sacramẽta Iudæorũ,Paulus celebranda susceperat:cũ iam Christi esset apostolus:ut doceret nõ esse pernicioſa his qui ea uellent sicut a parentibus per legẽ acceperãt custodire,minus me posuisse,illo dũtaxat tẽpore,quo primum fidei gratia reuelata est.Tũc em̃ hoc nõ erat pernicioſum:progressu uero tẽporis erat pernicioſum: nisi ille obseruatiões ab oibus Christianis desererent:ne si tũc fierent:nõ discerneret quod deus populo suo per Moysen præcepit:ab eo quod in templis dæmoniorũ spũs immũdus instituit. Proinde potius culpãda est negligẽtia mea:quia hoc nõ addidi,q̃ obiurgatio tua. Verũtamen longe anteq̃ litteras tuas accepissem,scribens cõtra Faustũ manichæũ:quõ eundem locũ,q̃uis breuiter explicauerim : & hoc illic nõ p̃termiserim:& legere poterit si non dedigneꝫ benignitas tua:& a chariſſimis nostris p quos nũc hæc scripta misi:quõ uolueris tibi fides fiat:illud me ante dictasse,mihiq; de animo meo crede,qđ coram deo loquens,iure charitatis exposco nũq̃ mihi uisum fuisse:etiã nũc Christianos ex Iudæis factos sacramẽta illa uetera quolibet affectu celebrare:& quouis animo debere ab eis ullo modo coli:cũ illud de Paulo,semp ita senserim,ex q̃ illius mihi litteræ innotuerunt:sicut nec tibi uidet hoc tẽpore cuiq̃ esse simulanda ista, cũ hoc feciſſe apostolos credas.Proinde sicut tu ecõtrario loqueris:& licet reclamante(sicut scribis)mũdo libera uoce pronũcias, cerimonias Iudæorũ,& p̃niciosas esse & mortiferas Christianis: & quicũq; eas obseruauerit, siue ex Iudæis,siue ex gentibus,eũ in barathrũ diaboli deuolutũ: ita ego hãc uocem tuã omnino cõfirmo:& addo:Quicũq; eas obseruauerit,siue ex Iudæis,siue ex gentib⁹, nõ solũ ueraciter,uerũetiã simulate,eũ in barathrũ diaboli deuolutũ.Quid quæris ampli⁹? Sed sicut tu simulationẽ apostolorũ,ab huius tẽporis ratiõe secernis:ita ego Pauli apostoli ueracẽ, tunc in his oibus conuersationẽ,ab huius tẽporis q̃uis minime simulata cerimoniarũ Iudaicarum obseruatiõe secerno:quoniã tũc fuit approbanda,nũc detestanda.Ita q̃uis legerimus:Lex & prophetæ usq; ad Iohannẽ baptistã:& quia propterea quærebant Iudæi Christũ interficere: quia nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suũ dicebat deũ, æqualẽ se faciẽs deo:& quia gratiã pro gratia accepimus:& quoniã lex per Moysen data est:gratia autẽ & ueritas per Iesum Christum facta est: & per Hieremiã promissum est,daturũ deũ testamentũ nouũ domui Iuda,nõ secundũ testamẽtũ quod disposuit patribus eorꝝ:nõ tamen arbitror ipm dñm fallaciter a parẽtib⁹ circũcisum. Aut si hoc ꝓpter ætatẽ minime ꝓhibebat:nec illud arbitror eũ dixisse fallaciter leproso:quẽ certe nõ illa p Moysen p̃cepta obseruatio,sed ipe mũdauerat:Vade & offer ꝓ te sacrificiũ qđ p̃cepit Moyses in testimoniũ illis.Nec fallaciter ascẽdit ad diẽ festũ,usq; adeo nõ causa ostenta-

A ſa oſtẽtatiõis corã hoib9,ut nõ euidẽter aſcẽderit,ſed latẽter. At em̃ dixit idẽ Apoſtol9:Ecce ego Paul9 dico uobis:qa ſi circũcidamini Chriſt9 uobis nihil ꝓderit. Decepit ergo Timotheũ & fecit ei nihil ꝓdeſſe Chriſtũ? An qa hoc fallaciter factũ eſt:ideo nõ obfuit? At ipſe hoc nõ poſuit,nec ait:ſi circũcidamini ueraciter,ſicut nec fallaciter:ſed ſine ulla exceptiõe dixit:ſi circũcidamini Chriſtus uobis nihil proderit. Sicut ergo tu uis hic locũ dare ſentẽtiæ tuæ:ut uelis ſubintelligi,niſi fallaciter: ita nõ impudẽter flagito:ut etiã nos illic intelligere ſinas eis dictũ:ſi circũcidamini: q ꝓpterea uolebãt circũcidi,qđ aliter ſe putabãt in Chriſto ſaluos eſſe nõ poſſe. Hoc ergo animo: hac uolũtate, iſta intẽtione quiſqs tũc circũcidebaẽ, Chriſtus ei nihil omnino ꝓderat:ſicut alibi aperte dicit:Nã ſi per legẽ iuſticia:ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Hoc ergo declarat:quod & ipſe cõmemoraſti: Euacuati eſtis a Chriſto,q in lege iuſtificamini,a gratia excidiſtis. Illos itaqꝫ arguit q ſe iuſtificari in lege credebãt:nõ q legitima illa in ei9 honore,a quo mandata ſunt obſeruabãt intelligẽtes: & qua p̃nũciãdæ ueritatis ratiõe mãdata ſint,& quouſqꝫ debeãt perdurare. Vnde eſt illud quod ait:Si ſpũ ducimini:nõ adhuc eſtis ſub lege. Vnde uelut colligis apparet,q ſub lege eſt:nõ diſpenſatiue:ut noſtros putas uoluiſſe maiores,ſed uere,ut ego intelligo,eũ ſpm̃ ſanctũ nõ habere. Magna mihi uideẽ quæſtio:qđ ſit eſſe ſub lege ſic,quẽadmodũ Apoſtolus culpat. Neqꝫ em̃ propter circũciſionẽ hoc eũ arbitror dicere:aut illa ſacrificia,quæ tũc facta a patribus,nũc a Chriſtianis nõ fiunt:& cætera huiuſmodi:ſed hocip̃m etiã quod lex iubet:Nõ cõcupiſces:quod fatemur certe Chriſtianos debere obſeruare:atqꝫ euãgelica maxime illuſtratiõe p̃dicari. Legẽ dicit eſſe ſanctã,& mandatũ ſanctũ & iuſtũ,& bonũ. Deinde ſubiũgit: Quod ergo bonũ eſt, mihi factũ eſt mors? Abſit. Sed pẽtm̃ ut appareat peccatũ, p bonũ mihi operatũ eſt mortẽ:ut fiat ſupra modũ peccator:aut peccatũ per mãdatũ. Qđ aũt hic dicit peccatũ per mandatũ fieri ſupra modũ,hoc alibi ait:Lex ſubintrauit,ut abũdaret delictũ. Vbi aũt abũdauit delictũ,ſupabũdauit & gratia. Et alibi cũ ſuperius de diſpenſatiõe gratiæ loqueręt,qđ ipſa iuſtificet,uelut interrogãs ait:Quid ergo lex? Atqꝫ huic interrogatiõi cõtinue reſpõdit:Præuaricatiõis
B gratia poſita eſt:donec ueniret ſemẽ, cui ꝓmiſſum eſt. Hos ergo dãnabiliter dicit eẽ ſub lege,q̃s reos facit lex,nõ implẽtes legẽ, dũ nõ intelligẽdo gratiæ bñficiũ ad faciẽda dei p̃cepta,quaſi de ſuis uiribus ſuperba elatione p̃ſumunt. Plenitudo em̃ legis charitas. Charitas uero dei diffuſa eſt in cordib9 noſtris,nõ per noſipſos:ſed p ſpm̃ ſanctũ q datus eſt nobis. Sed huic rei quãtũ ſatis eſt explicandæ,,plixior fortaſſe,& ſui ꝓpriꝫ uoluminis ſermo debeẽ. Si ergo illud qđ lex ait: Nõ cõcupiſces,ſi hũana infirmitas gratia dei adiuta nõ fuerit,ſub ſe reũ tenet,& p̃uaricatorẽ potius dãnat,cꝫ liberat peccatorẽ:q̃ntomagis illa,q̃ ſignificatiõis cauſa p̃cepta ſunt circũciſio:& cætera q̃ reuelatiõe gratiæ latius innoteſcẽte neceſſe fuerat aboleri,iuſtificare neminẽ poterãt? Nõ tamẽ ideo fuerãt tãcꝫ diabolica gentiũ ſacrilegia fugiẽda:etiã cũ ipſa gratia iã cœperat reuelari: quæ umbris talibus fuerat p̃nũciata:ſed ꝓmittenda paululũ eis,maxime qui ex illo populo, cui data ſunt uenerãt. Poſtea uero tãcꝫ cũ honore ſepulta ſunt,a Chriſtianis oĩbus irreparabiliter deſerenda. Hoc aũt quod dicis, nõ diſpẽſatiue,ut noſtri uoluere maiores:quid ſibi uult oro te. Aut em̃ hoc eſt quod ego appello officioſum mẽdaciũ:ut hæc diſpẽſatio ſit officiũ,uelut honeſte mentiẽdi:aut qd aliud ſit oĩno,nõ uideo:niſi forte addito noĩe diſpenſatiõis, fiat ut mẽdaciũ nõ ſit mendaciũ. Quod ſi abſurdũ eſt:cur ergo nõ aperte dicis officioſum mendaciũ defendendũ:niſi forte nomẽ te mouet,quia non tã uſitatũ eſt in eccleſiaſticis libris uocabulũ officij,quod Ambroſius noſter nõ timuit,qui ſuos quoſdã libros utiliũ p̃ceptionũ plenos,de Officijs uoluit appellare. An ſi officioſe mentiaẽ qſqꝫ culpandus eſt,ſi diſpenſatiue approbãdus? Rogo te mẽtiaẽ,ubi legerit qui hoc putat:quia & in hoc magna quæſtio eſt:ſit ne aliquãdo mẽtiri uiri boni, imo uiri Chriſtiani,qualib9 dictũ eſt: Sit in ore ueſtro,eſt eſt,nõ nõ:ut nõ ſub iudicio decidatis. Et q cũ fide audiunt: Perdes oẽs q loquunt mendaciũ. Sed ut dixi & alia magna quæſtio eſt:eligat quod uoluerit qui hoc exiſtimat ubi mẽtiaẽ:dũ tamẽ a ſcribẽtibus authoribus ſanctarꝫ ſcripturarꝫ,& maxime canonicarũ,incõcuſſe credaẽ & defendaẽ oĩno abeſſe mendaciũ:ne diſpẽſatores Chriſti:de qbus dictũ eſt:Hic iam quæriẽ inter diſpenſatores,ut fidelis qs inueniaẽ: tãcꝫ magnũ aliqd ſibi fideliter didiciſſe uideanẽ ꝓ ueritatis diſpẽſatiõe mẽtiri,cũ ipa fides in latino ſermone ab eo dicaẽ appellata,quia fit quod dicit. Vbi aũt fit qđ dicit,mẽtiendi utiqꝫ nõ eſt locus. Fidelis igiẽ diſpẽſator apoſtolus Paulus,proculdubio nobis exhibet in ſcribendo fidẽ:quia

ueritatis

C ueritatis dispensator erat,nō falsitatis.Ac per hoc uerū scripsit uidisse se Petrū,non recte ingre-
dientē ad ueritatē euangelij:eiq; in faciem restitisse,quod gentes cogeret iudaiçare.Ipse uero Pe
trus,quod a Paulo fiebat utiliter libertate charitatis,sancta ac benigna pietate humilitatis acce-
pit:atq; ita rarius & sanctius exemplū posteris præbuit: quo non dedignarentur sicubi forte re
cti tramitē reliquissent,etiam a posterioribus corrigi:cꝫ Paulus,quo cōfidenter auderent,etiam
minores maioribus pro defendenda euāgelica ueritate, salua fraterna charitate resistere.Nam
cū satius multo sit a tenēdo itinere in nullo cꝫ in aliquo declinare: multo est tamē mirabilius &
laudabilius, libenter accipere corrigentem,cꝫ audacter corrigere deuiantē.Est laus itaq; iustæ li
bertatis in Paulo,& sanctæ humilitatis in Petro:quæ quantū mihi pro modulo meo uidet̄:ma
gis fuerat aduersus calumniantē Porphyriū defendenda,cꝫ ut ei daretur obtrectandi maior oc
casio:qua multo mordacius criminaretur Christianos fallaciter:uel suas litteras scribere:uel dei
sui sacramēta tractare. Flagitas a me,ut aliquē saltem unum ostendā:cuius in hac re sententiā
sim secutus: cū tu tam plures nominatim cōmemoraueris,qui te in eo,quod astruis p̄cesserunt:
petens ut in eo si te reprehendo errantē,patiar te errare cū talibus.Quor̄ ego fateor neminē le
gi:sed cū sint ferme sex,uel septē,horū quatuor authoritatē tu quoq; infringis. Nā Laodicenū.
cuius nomē taces:de ecclesia dicis nuper egressum.Alexādrū aūt ueterē hæreticū.Origenē uero
ac Didymū rep̄hēsos abs te,lego in recentioribus opusculis tuis:& nō mediocriter,nec de medio
cribus quæstionibus,cꝫuis Origenē mirabiliter ante laudaueris. Cū his ergo errare puto: quia
nec teipse patieris,cꝫuis hoc perinde dicat̄:ac si in hac sententia nō errauerint.Nā quis est qui
se uelit cū quolibet errare? Tres igit̄ restāt:Eusebius Emisenus, Theodorus Heracleotes:& quē
paulo post cōmemoras Iohannes:qui dudum in pontificali gradu,Constantinopolitanā rexit
D ecclesiā.Porro si quæras,uel recolas:quid hic senserit noster Ambrosius: quid noster itidem Cy
prianus:inuenies fortasse,nec nobis defuisse,quos in eo qd̄ asserimus sequeremur,quancꝫ sicut
pauloante dixi:tantūmodo scripturis canonicis hanc ingenuā debeā seruitutē: qua eas solas ita
sequar:ut cōscriptores earum,nihil in eis omnino errasse,nihil fallaciter posuisse non dubitem.
Proinde cū quæro tertiū:ut tres etiā ego tribus opponā: possem quidē(ut arbitror)facile reperi
re si multa legissem.Verūtamē ipse mihi pro his oībus,imo supra hos oēs apostolus Paulus oc
currit: ad ip̄m cōfugio, ad ip̄m ab omnibus qui aliud sentiūt litterar̄ tractatoribus,puoco,ip̄m
interrogans interpello & requiro in eo quod scripsit ad Galatas:uidisse se Petrum nō recte in
gredientē ad ueritatē euangelij:eiq; in faciē ꝓpterea restitisse,quod illa simulatiōe gentes iudai
çare cogebat.Vtrū uerū scripserit,an forte nescio qua dispensatiua falsitate mētitus sit: & audio
eū paulo superius, in eiusdē narratiōis exordio religiosa uoce mihi clamantē: Quæ autē scribo
uobis:ecce corā deo quia nō mentior.Dent ueniā quilibet aliud opinantes:ego magis credo tan
to apostolo in suis,& pro suis litteris iurāti:cꝫ cuiq; doctissimo de alienis litteris disputāti. Nec
dici timeo:sic Paulū defendere,quod nō simularit errorē Iudæor̄,sed uere fuerit in errore.Quo
niā neq; simulabat errorē,qui libertate apostolica,sicut illi tēpori cōgruebat:uetera illa sacramē
ta, ubi opus erat agendo,cōmendabat ea:nō solū Satanæ uersutia decipiendis hoibus,sed dei ꝓ
uidentia,p̄nunciandis rebus futuris ꝓphetice cōstituta.Nec uere fuerat in errore Iudæor̄: q nō
solū nouerat:sed etiā instanter & acriter p̄dicabat eos errare,qui putabāt gentibus imponenda.
uel iustificationi quorūcūq; fideliū necessaria.Quod aūt dixi eū factū Iudæis tancꝫ Iudæum,&
tācꝫ gentilem gentibus,nō mentiētis astu,sed cōpatiētis affectu:quēadmodū dixerim,parū mi
hi uisus es attēdisse,imo ego fortasse nō satis hoc explanare potuerim. Neq; em̄ hoc ideo dixi,
qd̄ misericorditer illa simulauerit:sed quia sic ea nō simulauit,quæ faciebat similia Iudæis:quē
admodū nec illa quæ faciebat similia gētibus,quæ tu quoq; cōmemorasti: atq; in eo me, qd̄ nō
ingrate fateor adiuuisti.Cū em̄ abs te quæsissem in epistola mea : quomodo putet̄ ideo factus
Iudæis tancꝫ Iudæus,quia fallaciter susceperit sacramenta Iudæor̄,cum & gentibus tancꝫ genti
lis factus sit: nec tamen susceperit fallaciter sacrificia gentium. Tu respondisti in eo factum genti
bus tancꝫ gentilē,quod præputium receperit:quod indifferenter permiserit uesci cibis,quos dā
nant Iudæi. Vbi ego quæro:utrum & hoc simulate fecerit? Qd̄ si absurdissimū atq; falsissimum
est: sic ergo & illa,in qbus Iudæor̄ consuetudini cōgruebat libertate prudenti,nō necessitate ser
uili,aut qd̄ est indignius dispēsatiōe fallaci potius cꝫ fideli.Fidelibus em̄ & his qui cognouerūt

ueritatem

A ueritatem,ſicut ipſe teſtatur, niſi forte &̄ hic fallit,omnis creatura dei bona eſt,&̄ nihil abiſcien-
dum quod cum gratiarumactione accipit̄. Ergo & ipſi Paulo,non ſolū uero,uerūetiam diſpen
ſatori maxime fideli,nō ſolū cognitori,uerūetiam doctori ueritatis:oīs utiq; in cibis creatura
dei,non ſimulate, ſed uere bona erat. Cur igitur nihil ſimulate ſuſcipiendo ſacrorū, cerimonia-
rūq; gentilium: ſed de cibis & præputio uera ſentiendo atq; docendo,tamen tanq; gentilis fa-
ctus eſt gentibus:& non potuit fieri tāq; Iudæus Iudæis:niſi fallaciter ſuſcipiendo ſacramēta Iu
dæorū? Cur oleaſtro inſerto obſeruauit diſpenſationis ueracem fidem:& naturalibus ramis nō
extra,ſed in arbore conſtitutis,neſcio quod diſpenſatoriæ uelamen ſimulationis obtendit? Cur
factus tanq; gentilis gentibus, quod ſentit docet,quod agit ſentit:factus autem tanq; Iudæus
Iudæis, aliud claudit in pectore, aliud ꝓmit in uerbis,in factis,in ſcriptis? Sed abſit hoc ſapere:
Vtriſq; em̄ debebat charitatem de corde puro,& conſcientia bona,& fide non ficta. Ac per hoc
omnibus omnia factus eſt,ut omnes lucrifaceret:nō mentientis aſtu,ſed cōpatientis affectu:id
eſt,non omnia mala hominū fallaciter agendo:ſed aliorū omnium malis omnibus,tanq; ſi ſua
eſſent, miſericordis medicinæ diligentiam procurando. Cū itaq; illa teſtamēti ueteris ſacramen
ta,etiam ſibi agenda minime recuſabat:non miſericorditer fallebat,ſed omnino nō fallens, atq;
hoc modo a dño deo illa uſq; ad certi temporis diſpenſationem iuſſa eſſe cōmendans:a ſacrile
gis ſacris gentium diſtinguebat. Tunc autē,nō mentientis aſtu,ſed cōpatientis affectu, Iudæis
tanq; Iudæus fiebat,quādo eos ab illo errore:quo uel in Chriſtū credere nolebāt,uel per uetera
ſacerdotia ſua,cerimoniarūq; obſeruationes ſe a peccatis poſſe mūdari, fieriq; ſaluos exiſtima-
bāt: ſic liberare cupiebat tāq; ipſe illo errore teneret̄:diligens utiq; ꝓximū tanq; ſeip̄m,& hæc
aliis faciēs,quæ ſibi ab aliis fieri uellet,ſi hoc illi opus eēt. Qd̄ cū dns monuiſſet, adiūxit:Hæc eſt
em̄ lex & prophetæ. Hunc compatientis affectū,in eadē epiſtola ad Galatas præcipit, dicēs:Si
præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto:uos qui ſpiritales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpi-
B ritu lenitatis,intendens teipſum,ne & tu tenteris. Vide ſi non dixit:fiere tanq; ille:ut illum lucri
facias. Nō utiq;,ut ipſum delictum fallaciter ageret:aut ſe id habere ſimularet:ſed ut in alterius
delicto,quid etiam ſibi accidere poſſet attenderet:atq; ita alteri tanq; ſibi ab altero uellet miſeri
corditer ſubueniret: hoc eſt non mentientis aſtu,ſed cōpatientis affectu. Sic Iudæo, ſic gentili,
ſic cuilibet homini Paulus in errore,uel peccato aliquo conſtituto,non ſimulādo quod nō erat,
ſed cōpatiendo,quia eſſe potuiſſet,tanq; qui ſe hominem cogitaret:omnibus omnia factus eſt,
ut omnes lucrifaceret. Teipſum ſi placet obſecro,te pauliſper intuere:teipſum inquam erga me-
ipſum & recole:uel ſi habes cōſcripta,relege uerba tua in illa epiſtola quā mihi per fratrem no-
ſtrum,iam collegam meum Cyprianum breuiorem miſiſti,cāq; ueraci,cāq; germano,cāq; pleno cha-
ritatis affectu,cum quædam me in te cōmiſiſſe expoſtulaſſes grauiter,ſubiūxiſti,In hoc læditur
amicitia: in hoc neceſſitudinis iura uiolātur,ne uideamur certare pueriliter & fautoribus inuicē,
uel detractoribus noſtris tribuere materiam contendendi. Hæc abs te uerba, non ſolum ex ani-
mo dicta ſentio:uerumetiam benigno animo ad conſulendum mihi. Deinde addis quod etiā
ſi non adderes,appareret,& dicis:Hæc ſcribo,quia te pure & Chriſtiane diligere cupio:nec quic
cāq; in mea mēte retinere quod diſtet a labiis. O uir ſancte mihiq; (ut deus uidet animam meā)
ueraci corde dilecte:hoc ipſum quod poſuiſti in litteris tuis:quod te mihi exhibuiſſe,non dubi-
to:hocipſum omnino apoſtolum Paulum credo exhibuiſſe in litteris ſuis,nō unicuilibet homi-
ni,ſed Iudæis & Græcis & omnibus gentibus filiis ſuis:quos in euangelio genuerat,& quos pa-
riendos parturiebat:& deinde poſterorum tot milibus fidelium Chriſtianorum: propter quos
illa memoriæ commēdabat̄ epiſtola: ut nihil in ſua mēte retineret quod diſtaret a labiis. Certe
factus es etiā tu, tāq; ego,non mentientis aſtu:ſed compatiētis affectu: cum cogitares tam me
non relinquendum in ea culpa,in quam me prolapſum exiſtimaſti,quā nec te uelles, ſi eo mo-
do prolapſus eſſes. Vnde agens gratias beniuolæ menti erga me tuæ,ſimul poſco,ut etiam mi-
hi non ſuccenſeas:quod cum in opuſculis tuis,aliqua me mouerent,motum meum intimaui ti-
bi: hoc erga me ab omnibus obſeruari uolens:quod erga te ipſe ſeruaui:ut quicquid improban
dum putant in ſcriptis meis:nec claudant ſubdolo pectore:nec ita reprehendant apud alios, ut
taceant apud me:hinc potius exiſtimans lædi amicitiā & neceſſitudinis iura uiolari. Neſcio em̄
utrum

C utrum amicitiæ Christianæ putandæ sint:in quibus magis ualet uulgare prouerbium: Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit, q̃ ecclesiasticum : Fideliora sunt uulnera amici, q̃ uoluntaria oscula inimici. Proinde charissimos nostros, qui nostris laborib⁹ syncerissime fauẽt, hoc potius quanta possumus instantia doceamus: quo sciant fieri posse, ut inter charissimos aliquid alterutro sermone contradicatur : nec tamen ipsa charitas minuatur : nec ueritas odium pariat quæ debetur amicitiæ : siue illud uerum sit, quod contradicitur : siue corde ueraci qualecunq; sit dicit̃, nõ retinendo in mẽte quod a labijs distet. Credant igitur fratres nostri familiares tui, qbus testimonium perhibes, quod sint uasa Christi, me inuito factum: nec mediocrem de hac re dolorem inesse cordi meo, quod litteræ meæ prius in multorum manus uenerint, q̃ ad te ad quẽ scriptæ sunt, peruenire potuerũt. Quo autem modo id acciderit, & lõgum est enarrare, & nisi fallor superfluum: cum sufficiat si quid mihi in hoc credatur, non eo factum animo quo putatur: nec omnino meæ fuisse uolũtatis, aut dispositionis, aut cõsensionis, aut saltẽ cognitionis ut fieret. Hoc si non credunt (quod deo teste loquor) quid amplius faciam nõ habeo. Ego tamen absit, ut eos credam, hæc tuæ sanctitati maliuola mente suggerere ad excitandas inter nos inimicitias, quas misericordia dñi dei nostri auertat a nobis: sed sine ullo nocẽdi animo, facile de hoĩe humana uitia suspicari. Hoc em̃ me de illis æquum est credere, si uasa sunt Christi, non in cõtumeliam: sed in honorem facta, & disposita in domo magna a deo, ad omne opus bonũ. Quod si post hanc attestationem meam, si in noticiam eorum uenerit facere uoluerint, q̃ non recte faciant, & tu uides. Quod sane scripseram, nullum me librum aduersus te Romam misisse: ideo scripseram: quia & libri nomen ab ipsa epistola discernebam. Vnde omnino nescio quid aliud te audisse existimaueram: & Romam nec ipsam epistolam, sed tibi miseram: & aduersus te non

D esse arbitrabar: qd' synceritate amicitiæ, siue ad admonendũ, siue ad te, uel me abs te corrigẽdũ fecisse me noueram. Exceptis autem familiaribus tuis, teipsum obsecro per gratiam qua redẽpti sumus: ut quæcũq; tua bona, quæ dñi pietate tibi concessa sunt in litteris meis posui: nõ me existimes insidioso blandiloquio posuisse. Si quid autem in te peccaui, dimittas mihi. Nec illud quod de te, nescio cuius poetæ factum: ineptius fortasse q̃ litteratius a me cõmemoratum est: amplius q̃ dixi, ad te trahas: cum continuo subiecerim, nõ hoc ideo me dixisse: ut oculos cordis reciperes, quos absit unq̃ ut amiseris, sed ut aduerteres, quos sanos acuigiles haberes. Propter solã ergo παλιμῳδίαν, si scripserim⁹ aliquid quod scripto posteriore destruere debeamus, imitãdam, non propter Stesichori cæcitatem quam cordi tuo, nec tribui, nec timui, attingendum illud existimaui: atq; identidẽ rogo: ut me fidenter corrigas, ubi mihi hoc opus esse ꝓspexeris. Quãq̃ em̃ secundũ honorũ uocabula, quæ iam ecclesiæ usus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit: tamẽ in multis rebus Augustinus, Hieronymo minor est: licet etiam a minore quolibet non sit refugienda, uel dedignanda correctio. De interpretatione tua iã mihi persuasisti: qua utilitate scripturas uolueris transferre de Hebræis: ut scilicet ea quæ a Iudæis p̃termissa, uel corrupta sunt ꝓferres in mediũ. Sed insinuare digneris peto a qbus Iudæis, utrũ ab eisipsis q ante aduentum dñi interpretati sunt: & si ita est, quibus uel quo nam eorum: an ab istis posterius, qui propterea putari possunt aliqua de codicibus Græcis, uel subtraxisse, uel in eis corrupisse, ne illis testimonijs de Christiana fide cõuincerentur. Illi autẽ anteriores, cur hoc facere uoluerint, nõ inuenio. Deinde nobis mittas obsecro interpretationem tuam de Septuaginta: quã te ædidisse nesciebam. Librũ quoq; tuum cuius mentionem fecisti de optimo genere interpretandi, cupio legere: & adhuc nosse quomodo coæquanda sit in interprete peritia linguarũ, coniecturis eorũ qui scripturas ædisserendo pertractant: quos necesse est etiã si recte atq; unius fidei fuerint, uarias parere in multorum locorum obscuritate sententias : q̃uis nequaq̃ ipsa uarietas ab eiusdem fidei unitate discordet, sicut etiam unus tractator secundum eandem fidem, aliter atq; aliter eundem locum potest exponere: quia hoc eius obscuritas patitur. Ideo autem desydero interpretationem tuã de Septuaginta, ut & tãta latinorum interpretum, qui qualescũq; hoc ausi sunt, quantum possumus imperitia careamus : & hi qui me inuidere putant utilibus laboribus tuis: tandẽ aliquando si fieri potest intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationẽ in ecclesijs legi, ne contra Septuaginta authoritatẽ tanq̃ nouũ aliquid proferẽtes, magno

scandalo

A ſcandalo perturbemus plæbes Chriſti,quarũ aures & corda illam interpretationem audire con ſueuerunt,quæ etiam ab apoſtolis approbata eſt. Vnde illud apud Ionam,uirgultum ſi in He/ bræo,nec hædera eſt,nec cucurbita,ſed neſcio quid aliud,quod trunco ſuo nixum,nullis ſuſten- tandum adminiculis erigatur, mallem iam in omnibus latinis cucurbitam legi. Non enim fru- ſtra hoc puto Septuaginta poſuiſſe:niſi qa & huic ſimile ſciebant. Satis me,imo fortaſſe plus cꝫ ſatis,tribus epiſtolis tuis reſpondiſſe arbitror,quarum duas per Cyprianum accepi,unam per Firmum. Reſcribe quod uiſum fuerit ad nos uel alios inſtruendos. Dabo autẽ operam diligen tiorem quantũ me adiuuat dñs,ut litteræ quas ad te ſcribo,prius ad te perueniant,cꝫ ad quen/ cꝫ,a quo latius diſpergantur. Fateor eñ nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me,quod de meis ad te factum iuſtiſſime expoſtulas. Tamen placeat nobis inuicem,nõ tantum charitas: uerũetiam libertas amicitiæ, nec apud me taceas,uel ego apud te,quod in noſtris litteris uiciſſim nos mo uet, eo ſcilicet animo qui oculis dei, in fraterna dilectione non diſplicet. Quod ſi inter nos fieri poſſe ſine ipſius dilectionis pernicioſa offenſione non putas,non fiat. Illa enim charitas quam tecum habere uellem profecto maior eſt,ſed melior hæc minor,cꝫ nulla eſt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Teſtatur ſe proximo anno ſcripſiſſe per Aſterium,nunc Præſidium Romam euntem per quẽ denuo ſcribit,cõmẽdat,nõ ut iuuetur pecunia qua nõ eget,ſed ut in amicitiã recipiatur. Queritꝫ ſe uexari tumul/ tibus hæreticorum. Illud annotandum in hac epiſtola, quod Alipium cum ſuum fratrem appellet, tamen papam nominat.

HIERONYMVS AVGVSTINO.

B ANno præterito per fratrem noſtrum Aſterium hypodiaconũ dignationi tuæ epi- ſtolam miſeram:promptum reddens ſalutationis officium:quam tibi arbitror red ditam. Nunc quoꝫ per ſanctum fratrem meum Præſidium diaconum: obſecro primum ut memineris mei. Deinde ut baiulum litterarum habeas commendatũ, & mihi ſcias germaniſſimum: & in quibuſcunꝫ neceſſitas poſtulauerit foueas atꝫ ſuſtentes: non quo aliqua re(Chriſto tribuente)indigeat:ſed quo bonorum amicitias auidiſſime expetat: & ſe in his coniungendis maximum putet beneficium conſecutum. Cur autem ad occidentem nauigauerit:ipſo poteris narrante cognoſcere. Nos in monaſterio conſtituti,uarijs hincinde flu ctibus quatimur:& peregrinationis moleſtias ſuſtinemus. Sed credimus in eo qui dixit: Confi/ dite,ego uici mundum:quod ipſo tribuente & præſule:contra hoſtem diabolum uictoriam cõ/ ſequamur. Sanctum & uenerabilem fratrem noſtrum papam Alipium:ut meo obſequio ſalu/ tes obſecro. Sancti fratres qui nobiſcum in monaſterio domino ſeruire feſtinant: oppido te ſa/ lutant. Incolumẽ te & memorem mei, Chriſtus dominus noſter tueatur omnipotens, domine uere ſancte & ſuſpiciende papa.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ingens apud Romanos odium ſibi conflauerat Hieronymus,quod Paulam & Euſtochium primarias fœminas traxiſſet ad monachorum inſtitutum,neꝫ caruit ſuſpitione quod Paulam adamaret. Huiuſmo di obtrectatorum obloquijs reſpondet:ac deplorat hominum maleuolentiam.

HIERONYMVS ASELLAE.

SI tibi putem gratias a me referri poſſe,non ſapiam. Potens eſt deus ſuper perſona mea ſanctæ animæ tuæ reſtituere quod meretur. Ego enim indignus, nec æſtimare uncꝫ potui,nec optare: ut mihi tantum in Chriſto largireris affectum. Et licet me ſceleratũ quidã putant:& omnib9 flagitijs obrutũ:& pro peccatis meis,etiã hæc par ua ſint:tamen tu benefacis,quod ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculoſum quippe eſt de ſeruo alterius iudicare:& non facilis uenia,praua dixiſſe de rectis. Veniet illa dies in qua & mecum dolebis ardere non paucos. Ego probroſus, ego uerſipellis & lubricus,ego mendax & ſatanæ arte decipiens. Quid enim eſt tutius:hæc uel credidiſſe,uel finxiſſe de inſontibus:an etiam de noxijs credere noluiſſe? O ſculabant̃ mihi manus quidam,& ore uipereo detrahebãt: & dolebant labijs: corde gaudebant. Videbat dñs & ſubſannabat illos:& miſerum me ſeruum ſuum,futuro cum eis iudicio reſeruabat. Alius inceſſum meũ calumniabatur & riſum:& ille uul/ tui detrahebat: hic in ſimplicitate aliud ſuſpicabatur. Pene certe triennium cum eis uixi. Multa

C me uirginum crebro turba circũdedit. Diuinos libros ut potui, nonnullis ſæpe diſſerui. Lectio aſ ſiduitatem, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid unc̃p in me aliter ſenſerint, c̃p Chriſtianum decebat? Pecuniam cuiuſc̃p accepi? Munera uel parua, uel magna nõ ſpreui? In manu mea, æs alicuius inſonuit? Obliquus ſermo, oculus petulãs fuit? Nihil mihi aliud obĳcit᷑ niſi ſexus meus: & hoc nũc̃p obĳcit᷑: niſi cũ Hieroſolymã Paula & Melania profici ſcunt᷑. Iſti crediderũt mentienti: cur nõ credũt neganti? Idẽ eſt homo ipſe qui fuerat: fatet᷑ inſontem: qui dudum noxium loquebatur: & certe ueritatem magis exprimunt tormenta c̃p riſus: niſi quod facilius creditur: quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, ut fingatur impellitur. Antec̃p domũ ſanctæ Paulæ noſſem: totius in me urbis ſtudia conſonabant. Omnium pene iudicio, dignus ſũmo ſacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damaſus meus ſermo erat. Dicebar ſanct⁹: dicebar hũilis & diſertus. Nũqd domũ alicui⁹ laſciuioris ingreſſus ſum? Nũqd me ueſtes ſericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarũ, quæ meã poſſet edomare mentẽ: niſi lugens atq; ieiunãs, ſqualẽs ſordibus, fletib⁹ pene cæca/ta, quã continuis noctibus miſericordiã domini deprecantẽ ſol ſæpe deprehẽdit. Cuius canticũ pſalmi: ſermo euangeliũ, delitiæ continentia, uita ieiunium. Nulla me potuit delectare: niſi illa quã manducantẽ nũc̃p uidi. Sed poſtc̃p eã ꝓ ſuæ merito caſtitatis uenerari, colere, ſuſpicere cœpi: omnes me ilico deſeruere uirtutes. O inuidia primum mordax tui. O ſatanæ callidĭtas ſemper ſancta pſequẽs. Nullæ aliæ Romanæ urbi fabulã præbuerũt: niſi Paula & Melania: quæ cõtẽptis facultatib⁹, pignoribuſq; deſertis: crucẽ dñi, quaſi quoddã pietatis leuauere uexillũ. Si balneas peterẽt, unguẽta eligerẽt, diuitias & uiduitatẽ, haberent materiẽ luxuriæ & libertatis, dñæ uocarent᷑ & ſanctæ. Nũc in ſacco & cinere formoſæ uolũt uideri, & in gehẽnã ignis cũ ieiunĳs &
D pœdore deſcẽdere: uidelicet nõ licet eis applaudẽte populo perire cũ turbis. Si gentiles hãc uitã carperẽt, ſi Iudæi, haberẽt ſolatiũ nõ placẽdi eis, q̃bus diſplicet Chriſtus. Nũc uero (proh nefas) noĩe Chriſtiani, p̃termiſſa domorũ ſuarꝝ cura: & proprĳ oculi trabe neglecta: in alieno oculo feſtucã quærunt. Lacerant ſanctum propoſitum: & remedium pœnæ ſuæ arbitrantur, ſi nemo ſit ſanctus: ſi oĩbus detrahatur: ſi turba ſit pereuntiũ: ſi multitudo peccantium. Tibi placet laſuare quotidie: alius has mundicies ſordes putat. Tu attagenem ructas: & de comeſo acipenſere gloriaris: ego faba uentrem impleo. Te delectant cachinnantium greges: me Paula Melaniac̃p plangentes. Tu aliena deſyderas: illæ contemnunt ſua. Te delibuta melle uina delectãt: illæ putãt aquam frigidam ſuauiorem. Tu te perdere exiſtimas, quicquid in præſenti nõ habueris, comederis, deuoraueris: illæ futura deſyderant: & credunt uera eſſe quæ ſcripta ſunt. Eſto inepte & inaniter, quibus reſurrectio corporũ perſuaſit: quid ad te? Nobis econtrario tua uita diſplicet. Bono tuo craſſus ſis: me macies delectat & pallor. Tu tales miſeros arbitraris: nos te miſerabiliorem putamus. Par pari refertur, & inuicem nobis uidemur inſanire. Hæc mi domina Aſella: cum iam nauem conſcenderem, raptim flens dolenſq; conſcripſi: & gratias ago deo meo, quod dignus ſim, quem mundus oderit. Ora autem ut de Babylone, Hieroſolymã regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonoſor, ſed Ieſus filius Ioſedech: ueniat Eſdras & reducat me in patriam ſuam. Stultus ego qui uolebam cantare canticum domini in terra aliena: & deſerto monte Sina, Aegypti auxilium flagitabam: Non recordabar euangeliſtæ, quia qui de Hieruſalẽ egreditur: ſtatim incidit in latrones, ſpoliatur, uulneratur, occiditur. Sed licet ſacerdos deſpiciat atq; leuites, Samaritanus ille miſericors eſt: cui cum diceretur: Samaritanus es, & dæmonium habes: dæmonium renuens, Samaritem ſe non negauit. Quia quem nos cuſtodem, Hebræi ſamaritem uocant. Maleficum quidam me garriunt: titulũ fidei ſeruus agnoſco. Magum uocant, & Iudæi dominũ meum. Seductor & Apoſtolus dictus eſt. Tentatio me non apprehẽdat, niſi humana. Quotam partẽ anguſtiarum perpeſſus ſum qui cruci milito? Infamiam falſi criminis imputarunt. Sed ſcio per bonam & malam famam peruenĭri ad regna cœlorum. Saluta Paulam & Euſtochium, uelit nolit mundus, in Chriſto meas. Saluta matrem Albinam, ſororemq; Marcellam, Marcellinã quoq; & ſanctam Fœlicitatem, & dic eis: Ante tribunal Chriſti ſimul ſtabimus, ibi apparebit qua mente quis uixerit. Memẽto mei exemplũ pudicitiæ & uirginitatis inſigne: fluctuſq; maris, tuis præcibus mitiga.

Onaſum

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

A Onasum obtrectatorem quempiam ridet,qui quod Hieronymus in suis libris aduersus uicia scripserat,ad suam contumeliam pertinere putabat.

HIERONYMVS ONASO.

MEdici quos uocant chirurgicos,crudeles putant, & miseri sunt. An non est miseria,alienis non dolere uulneribus:& mortuas carnes inclæmenti secare ferro? Non horrere curantem,quod horret ipse qui patitur,& inimicum putari? Ita se natura habet: ut amara sit ueritas,blanda uitia existimentur. Esaias in exemplum captiuitatis futuræ,nudus non erubescit incedere. Hieremias de media Hierusalem ad Euphratē fluuium Mesopotamiæ mittitur:ut inter inimicas gentes ubi est Assyrius,& castra sunt Chaldæorū ponat περίζωμα corrum pendū. Eçechiel stercore primū humano,deinde bubulo, panem de omni semente cōsperſum edere iubet: & uxoris interitū,siccis oculis uidet. Amos de Samaria pellitur. Cur quæso? Nempe ideo: quia chirurgici spiritales,secantes uitia peccatorum, ad pœnitentiam cohortabantur. Paulus apostolus:Inimicus(inquit)uobis factus sum uerum dicens. Et quia saluatoris dura uidebant æloquia:plurimi discipulorū retrorsum abierunt. Vnde non mirum est, si & nosipsi uitijs detrahentes,offendimus plurimos. Disposui nasum secare fœtentem,timeat qui strumosus est. Volo corniculæ detrahere garrienti,rancidulam se intelligat cornix. Nunquid unus in urbe Romana est:qui habeat trūcas in honesto uulnere nares? Nūquid solus Bonasus Segestanus caua uerba, & in modū uesicarū tumentia, buccis trutinatur inflatis? Dico quosdā scelere,periurio,falsitate,ad dignitatem nescio quam peruenisse. Quid ad te,qui te intelligis innocentem? Rideo aduocatum,qui patrono egeat:quadrante dignam æloquentiam nare subsanno:quid ad te,qui disertus es? Volo in nūmarios inuehi sacerdotes: tu q̄ dives es, quid irascaris? Clausum cupio suis ignibus ardere Vulcanum. Nunquid hospes eius es,aut uicinus:quod a delubris idoli niteris incēdia submouere? Placet mihi de laruis,de bubone,de noctua,de Niliacis ridere portentis. Quicquid dictum fuerit, in te dictum putas. In quodcū q̄ uitium,stili mei mucro cōtorquet, te clamitas designari. Conserta manu in ius uocas:& satyricū scriptorē in prosa arguis. An ideo tibi bellus uideris:quia fausto uocaris nomine? quasi non & lucus ideo dicatur,quod minime luceat:& parcæ,quod nequaq̄ parcant:& Eumenides furiæ,quod non sint benignæ: & uulgo Aethiopes uocent argentei. Quod si in descriptione fœdorum semper irascaris: iam tibi cū Persio cantabo. Optent te generum rex & regina,puellæ Te rapiant: quicquid calcaueris hoc rosa fiat. Dabo tamen cōsilium,quibus absconditis, possis pulchrior apparere. Nasus nō uideat in facie:sermo nō sonet ad loquendū:atq; ita & formosus & disertus uideri poteris.

SCHOLIA.

Quos chirurgicos.) Ita uocantur,qui nō medentur pharmacis,sed manibus,hoc est,sectionibus,ustu/ris & huiusmodi. Strumā.) Tumorē appellat,quē in naso quorūdā uidemus deformē. Trūcas in honesto.) Hemistichion est ex Aeneidos libro sexto. Nunquid Onasus.) Forte legendum,Bonasus. Nā id animal est,in Pæonia. Cuius meminit Plinius,ut sit alluſio ad bonū nasum:nā postea dicit: An ideo tibi bellus uideris, quia fausto uocaris nomine. Iam tibi Persium.) Est in satyra secūda. Hūc optent generū rex & regina,puellæ Hūc rapiant, quicquid calcauerit hic rosa fiat. Quāq̄ in hac epistola nihil uideo dignum Hieronymo: tamen non sum ausus mouere suo loco,quod in quibusdam illius stilum sapiat:alioqui petulantior,& inepto impetu.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ruffinus subornauerat Palladiū quendā Galatam, aduersus Hieronymū qui illius interpretationem calumniaret. Huius calumnias refellit,explicans officiū ueri interpretis. Imitatus est autem titulum Ciceronis, de optimo genere dicendi.

HIERO. AD PAMMACHIVM DE OPTIMO GENERE INTERPRETANDI.

PAulus apostolus præsente rege Agrippa,de criminibus responsurus, quod posset intelligere q auditur⁹erat,securus de causæ uictoria,statim in principio sibi gratulatur,dicens:De omnibus quibus accusor a Iudæis o rex Agrippa,existimo me beatum,cū apud te sim hodie defendendus,qui præcipue nosti cunctas quæ in Iudæis sunt consuetudines & quæstiones. Legerat em̄ illud Esaiæ:Beatus qui in aures loquitur audientis:& nouit tantū oratoris uerba proficere,quantū iudicis prouidētia cognouisset. Vnde & ego beatum me in hoc dūtaxat negocio iudico,quod apud eruditas aures imperitæ linguæ respon/

C surus sum: quæ obiicit mihi, uel ignorantiã uel mendacium, si aut nesciui alienas litteras uere interpretari, aut nolui: quorũ alterum error, alterũ crimen est. Ac ne forsitan accusator meus facilitate, qua cuncta loquit̃: & impunitate, qua sibi licere oĩa putat, me quoq; apud uos argueret ut papam Epiphanium criminatus est, hanc epistolam misi, quæ te & per te alios qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat. Ante hoc ferme bienniũ miserat Iohanni episcopo, supradictus papa Epiphanius litteras, arguens eũ in quibusdam dogmatibus: & postea clæmenter ad pœnitentiã prouocans. Harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiebantur: uel ob authoris meritũ: uel ob elegantiã scriptiõis. Erat in monasterio nostro uir apud suos haud ignobilis, Eusebius Cremonensis: qui cũ hæc epistola per multorũ ora uolitaret, & mirarent̃ eam pro doctrina & puritate sermonis, docti pariter & indocti: cœpit a me obnixe petere: ut sibi eã in latinũ uerterem: & propter intelligendi facilitatem apertius explicarem: Græci em̃ æloquij penitus ignarus erat. Feci quod uoluit. Accitoq; notario, raptim celeriterq; dictaui: ex latere in pagina breuiter annotans, quẽ intrinsecus sensum singula capitula continerent. Siquidem & hoc: ut sibi soli facerem, oppido flagitarat. Postulauiq; ab eo mutuo, ut domi haberet exẽplar: nec facile in uulgus ꝓderet. Res ita anno & sex mẽsibus transijt: donec supradicta interpretatio, de scrinijs eius nouo præstigio Hierosolymam cõmigrauit. Nam quidã pseudomonachus, uel accepta pecunia (ut pspicue intelligi dat̃): uel gratuita malicia (ut incassum corruptor nititur persuadere) compilatis chartis eius & sumptibus, Iudas factus est proditor: deditq; aduersarijs latrandi contra me occasionem: ut inter imperitos cõcionentur, me falsarium: me uerbum non expressisse de uerbo, pro honorabili dixisse charissimum: & maligna interpretatione quod nefas dictu sit, διαβέσιμον ὠσὶμ ἀπάμπωμ, id est reuerendũ auribus omniũ, noluisse transferre. Hæc & istiusmodi nugæ, crimi
D na mea sunt. Ac primũ anteq̃ de translatione respondeã, uolo interrogare eos, qui malicia prudentiam uocant: unde apud uos exẽplar epistolæ? Quis dedit? Qua fronte profertis, quod scelere redemistis? Quid apud homines tutum erit: si ne parietibus quidẽ & scrinijs nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia iudicũ, hoc uobis crimen impingerem: reos legibus subiugarem: quæ etiam pro utilitatibus fisci, noxijs delatoribus pœnas statuunt: & cum suscipiant proditionem, damnant proditorẽ. Lucrum uidelicet placet: uolũtas displicet. Dudum Eschiũ uirũ consularem: cõtra quẽ patriarcha Gamaliel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite damnauit, quod sollicitato notario, chartas illius inuasisset. Legimus in ueteribus historijs, ludi magistrũ qui Faliscorũ liberos prodiderat: uinctũ pueris traditũ: & ad eos quos ꝓdebat remissum: nec sceleratam populum Romanũ suscepisse uictoriã. Pyrrhũ Epirotarũ regẽ cũ in castris ex uulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabritius, quin potius uinctũ remisit ad dñm: ut scelus nec in aduersario comprobaret. Quod leges publicæ: quod hostes tuentur: quod inter bella & gladios sanctũ est: hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi, intutum fuit. Et audet quidã ex eis adducto supercilio & concrepantibus digitis eructare & dicere: Quid em̃ si redemit, si sollicitauit? fecit quod sibi profuit. Mira sceleris defensio, quasi non & latrones & fures & pyratæ faciant, quod sibi prodest. Certe Annas & Caiphas seducẽtes infelicem Iudam, fecerunt quod sibi utile existimabant. Volo in chartulis meis quaslibet inepti͂as scribere: cõmentari de scripturis, remordere lædentes, digerere stomachum, in locis me exercere cõmunibus: & quasi limatas ad expugnandũ sagittas reponere. Q̃z diu nõ profero cogitata, maledicta, nõ crimina sunt: imo ne maledicta quidẽ, quæ aures publicæ nesciant. Tu corrũpas seruulos, sollicites cliẽtes: & (ut in fabulis legimus) auro ad Danaen penetres, dissimulatoq; quod feceris, me falsariũ uoces: cũ multo peius crimen accusando in te confitearis, q̃ in me arguis. Alius te hæreticũ, alius te insimulat dogmatũ peruersorẽ. Taces ipse: respõdere nõ audes: interpretẽ laceras: de syllabis calumniaris: & totã defensionẽ tui putas, si tacenti detrahas. Finge in transferendo, uel errasse, uel intermisisse me quippiam. Hic totius negocij tui cardo uersatur: hæc tua est defensio. Num idcirco tu non es hæreticus, si ego malus interpres sim? Nõ hoc dico, quod te hæreticũ nouerim (sciat ille qui accusauit: nouerit ille qui scripsit) sed quod stultissimum sit accusatũ ab alio alium criminari: & cõfosso undiq; corpore, e dormiẽtis uulnere solatiũ quærere. Hactenus locutus sum, quasi aliqd de epistola cõmutauerim, & simplex translatio possit er-

rorem

A rorem habere,non crimen.Nunc uero cum ipſa epiſtola doceat nihil mutatū eſſe de ſenſu, nec res additas,nec aliquod dogma confictum,faciunt næ intelligendo,ut nihil intelligant: & dum alienā imperitiā uolunt coarguere,ſuam produnt.Ego em̄ nō ſolū fateor,ſed libera uoce profiteor, me in interpretatione Græcorū, abſq; ſcripturis ſanctis,ubi & uerborū ordo & myſteriū eſt, nō uerbum e uerbo, ſed ſenſum exprimere de ſenſu.Habeoq; huius rei magiſtrū Tulliū,q Protagorā Platonis:& Oeconomicon Xenophontis,& Aeſchynis ac Demoſthenis duas contra ſe orationes pulcherrimas tranſtulit.Quanta in illis prætermiſerit,quanta addiderit, quanta mutauerit: ut proprietates alterius linguæ,ſuis proprietatibus explicaret,non eſt huius tēporis dicere.Sufficit mihi ipſius tranſlatoris authoritas,qui ita in prologo earundem orationū locutus eſt.Putaui mihi ſuſcipiendum laborē utilē ſtudioſis,mihi quidē ipſi neceſſariū. Cōuerti em̄ ex Atticis duorū æloquentiſſimorū nobiliſſimas orationes,inter ſeq; contrarias,Aeſchynis & Demoſthenis: nec conuerti,ut interpres,ſed ut orator,ſententijs ijſdem & earū formis,tam figuris q̄ uerbis ad noſtrā conſuetudinē aptis.In quibus nō uerbū pro uerbo neceſſe habui reddere:ſed genus omne uerborū uimq; ſeruaui.Nō em̄ me annumerare ea lectori putaui oportere,ſed tanq̄ appendere.Rurſum in calce ſermonis:Quorū ego ait orationes, ſicut ſpero,ita expreſſero,uirtutibus utens illorū omnibus,id eſt ſententijs,& earum figuris,& rerum ordine:uerba perſequens eatenus:ut ea non abhorreant a more noſtro.Quæ ſi e Græcis oia cōuerſa non erunt:tamen ut generis eiuſdem ſint,elaborauimus.Sed & Horatius uir acutus & doctus, hoc idem in arte poetica erudito interp̄ti præcipit.Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus interpres.Terentius,Menādrum.Plautus & Cecilius,ueteres comicos interpretati ſunt.Nūquid hærent in uerbis:ac non decorem magis & elegantiam in tranſlatione conſeruant:q̄ ueritatē interp̄tationis?Hanc eruditi κακοζηλίαμ nūcupant.Vnde & ego doctus a talibus ante ānos circiter uiginti,& ſimili tunc quoq; errore deceptus,certe hoc mihi a uobis obijciendū neſciens: cum Eu-
B ſebij Cæſarienſis χρονικὸν in latinū uertērē,tali inter cætera uſus ſum præfatiōe.Difficile eſt alienas lineas inſequentē,non alicubi excidere: & arduū:ut quæ in alia lingua bene dicta ſunt,eundem decorem in tranſlatione cōſeruent.Significatū eſt aliquid unius uerbi,pprietate:nō habeo meū quo id efferam:& dum quæro implere ſententiā,longo ambitu, uix breuis uiæ ſpatia cōſūmo.Accedunt hyperbatorū anfractus,diſſimilitudines caſuum,uarietates figurarū.Ipm poſtremo ſuum:&(ut ita dicam)uernaculū linguæ genus.Si ad uerbū interpretor,abſurde reſonant: ſi ob neceſſitatē aliquid in ordine,uel in ſermone mutauero,ab interpretis uidebor officio receſſiſſe.Et poſt multa, quæ nunc proſequi ocioſum eſt,etiam hoc addidi.Quod ſi cui nō uidetur linguæ gratia in interpretatione mutari,Homerū ad uerbū exprimat in latinū.Plus aliquid dicā: eundē ſua in lingua proſæ uerbis interp̄tet̄:uidebis ordinē ridiculū:& poetā æloquētiſſimum uix loquentē.Verū ne meorū ſcriptorū parua ſit authoritas,q̄q̄q̄ hoc tantū probare uoluerim, me ſemper ab adoleſcentia non uerba, ſed ſententias tranſtuliſſe:qualis ſuper hoc genere præfatiuncula ſit, in libro quo beati Antonij uita deſcribitur: ipſius lectione cognoſce. Ex alia in aliam linguā expreſſa ad uerbum tranſlatio, ſenſum operit:& ueluti læto gramine,ſata ſtrangulat.Dū em̄ caſibus & figuris ſeruit oratio,quod breui poterat indicare ſermone, longo ambitu circūacta uix explicat.Hoc igitur ego uitans,ita beatū Antoniū te petente tranſpoſui: ut nihil deſit ex ſenſu,cum aliquid deſit ex uerbis.Alij ſyllabas aucupent̄ & litteras,tu quære ſententias. Dies me deficiet,ſi omnium qui ad ſenſum interp̄tati ſunt,teſtimonia replicauero.Sufficit in p̄ſenti nominaſſe Hilariū cōfeſſorē,q Homilias in Iob,& in pſalmos tractat9 plurimos in latinū uertit e Græco, nec aſſedit litteræ dormitāti:& putida ruſticorū interp̄tatiōe ſe torſit:ſed quaſi captiuos ſenſus in ſuā linguā, uictoris iure tranſpoſuit.Nec hoc mirū in cæteris ſæculi uidelicet, aut eccleſiæ uiris:cum Septuaginta interpretes & euangeliſtæ atq; apoſtoli idē in ſacris uolumi nibus fecerint.Legimus in Marco dicentē dn̄m, Tabita cumi,ſtatimq; ſubiectū eſt, quod interpretat̄,puella tibi dico ſurge.Arguat̄ euangeliſta mendacij,quare addiderit,tibi dico,cū in Hebræo tantum ſit,puella,ſurge.Sed ut ἐμφαϊτικώτερον faceret:& ſenſum uocantis atq; imperātis,exprimeret,addidit,tibi dico. Rurſum in Matthæo redditis ab proditore Iuda triginta argēteis: & empto ex eis agro figuli,ſcribit̄,tunc impletū eſt,quod ſcriptū eſt per Hieremiā prophetā di-

C centē:Et acceperunt triginta argenteos preciū appreciati,quod appreciauerunt a filiis Iſrael: & dederūt eos in agrū figuli,ſicut cōſtituit mihi dñs.Hoc in Hieremia penitus non inuenit,ſed in Zacharia,aliis multo uerbis,ac toto ordine diſcrepante:Vulgata quippe æditio ita ſe habet:Et dicam ad eos: ſi bonum eſt coram uobis:date mercedem mihi aut renuite.Et appenderūt mercedem meā triginta argenteos.Dixitq; dñs ad me:Pone illos in cōflatoriū,& conſydera ſi probatum ſit,ſicut probatus ſum ab eis.Et tuli triginta argenteos,& miſi eos in domo dñi in cōflatoriū. Quantū diſtet ab euāgeliſtæ teſtimonio Septuaginta tranſlatio, perſpicuū eſt.Sed & in Hebræo cū ſenſus idem ſit,uerba præpoſtera ſunt,& pene diuerſa.Et dixi(inquit)ad eos:Si bonū eſt in oculis ueſtris,afferte mercedē meā:& ſi non,quieſcite.Et appenderunt mercedē meā triginta argenteos.Et dixit dñs ad me:Proiice illud ad ſtatuariū,decorū precium,quod appreciatus ſum ab eis.Et tuli triginta argenteos,& proieci eos in domo dñi ad ſtatuariū.Accuſent apoſtolum falſitatis,quod nec cum Hebraico,nec cū Septuaginta cōgruat tranſlatoribus: &(quod his maius eſt)erret in nomine,pro Zacharia quippe Hieremiā poſuit.Sed abſit hoc de pediſſequo Chriſti dicere:cui curæ fuit non uerba & ſyllabas aucupari:ſed ſententias dogmatū ponere.Veniamus ad aliud eiuſdem Zachariæ teſtimoniū,quod Iohannes euangeliſta aſſumit iuxta Hebraicam ueritatem.Videbunt in quem compunxerunt,pro quo in Septuaginta legimus: καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς με,ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο, quod interpretati ſunt latini:Et aſpicient ad me,pro his quæ illuſerunt ſiue inſultauerunt. Diſcrepat euangeliſtæ,Septuaginta interpretū noſtraq; trāſlatio,& tamen ſermonum uarietas, ſpiritus unitate concordat.In Matthæo quoq; legimus dominū prædicentē apoſtolis fugam:& hoc ipſum Zachariæ teſtimonio cōfirmantē. Scriptū eſt ait:Percutiam paſtorē & diſpergentur oues.At in Septuaginta & in Hebræo multo aliter eſt.

D Non em̄ ex perſona dei dicitur:ut euangeliſta uult,ſed ex prophetæ deū patrem rogantis.Percute paſtorem,& diſpergentur oues.In hoc(ut arbitror)loco,iuxta quorundam prudentiā,euāgeliſta piaculi reus eſt:quod auſus ſit prophetæ uerba,ad dei referre perſonam.Scribit ſupradictus euangeliſta,ad angeli monitū,tuliſſe Ioſeph paruulum & matrē eius: & intraſſe in Aegyptum: ibiq; manſiſſe uſq; ad obitum Herodis:ut impleretur quod dictū eſt a dño per prophetam:Ex Aegypto uocaui filium meū.Hoc noſtri codices non habent:ſed in Oſee iuxta Hebraicam ſcribitur ueritatē:Quia puer Iſrael eſt,& dilexi eum:& ex Aegypto uocaui filium meū.Pro quo & in eodē loco Septuaginta tranſtulerunt:quia paruulus eſt Iſrael,& dilexi eū:& ex Aegypto uocaui filios eius.Num omnino repudiandi ſunt:quia iſtū locū qui ad Chriſti maxime pertinet ſacramentū,aliter trāſtulerunt? An danda potius uenia ut hominibus,iuxta Iacobi ſententiam dicentis:Multa peccamus omnes:& ſi quis in uerbo nō offendit:iſte perfectus eſt uir:& poteſt refrenare omne corpus.Illud uero quod in eodē euangeliſta ſcribit:Et ueniens habitauit in ciuitate quæ dicit Naçareth:ut impleret quod dictū eſt per ꝓphetas, quia Naçareus uocabit. Reſpondeāt λογοδαίδαλοι & faſtidioſi æſtimatores omniū tractatorū, ubi legerint,diſcantq; in Eſaia poſitū.Nā in eo loco ubi nos legimus atq; trāſtulimus: Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: in Hebræo iuxta linguæ illius ἰδίωμα,ita ſcriptū eſt:Exiet uirga de radice Ieſſe,& Naçareus de radice eius creſcet.Cur hoc omiſerūt Septuaginta:ſi nō licet tranſferre uerbū pro uerbo? Sacrilegiū eſt,uel celaſſe, uel ignoraſſe myſteriū. Tranſeamus ad cætera. Neq; em̄ epiſtolæ breuitas patitur diutius ſingulis immorari. Idem Matthæus loquitur. Hoc aūt totum factū eſt,ut cōpleretur qd' dictū eſt a dño per ꝓphetam dicentē:Ecce uirgo in utero habebit,& pariet filiū,& uocabunt nomen eius Emanuel.Quod Septuaginta tranſtulerunt:Ecce uirgo in utero accipiet,& pariet filiū,& uocabitis nomen eius Emanuel.Si uerba calūniamur:utiq; nō eſt idē,habebit & accipiet:neq; uocabunt & uocabitis.Porro in Hebræo legimus ita ſcriptū. Ecce uirgo concipiet & pariet filium,& uocabit nomen eius Emanuel.Nō Achaz qui arguebat infidelitatis,nō Iudæi qui erāt dñm negaturi:ſed uocabit(inquit)ipſa quæ concipiet, ipſa uirgo, quæ pariet. In eodē euāgeliſta legimus,Herodē ad aduentū magorū fuiſſe turbatū:ſcribiſq; & ſacerdotibus cōgregatis,ſciſcitatū ab eis ubi Chriſtus naſceret:illoſq; reſpondiſſe:in Bethlehem Iudæ:Sic em̄ ſcriptū eſt in ꝓpheta.Et tu Bethlehem terra Iuda:nequaq; minima es in ducibus Iuda:Ex te em̄ egredietur dux,q regat populū meū Iſrael.Hoc exemplū in uulgata æditione ſic

fertur

A fertur: Et tu Bethlehē domus Ephrata, modicus es ut sis in milibus Iuda, de te mihi egredietur ut sit princeps in Israel. Quāta sit inter Matthæū & Septuaginta uerborū ordinisq; discordia, sic magis admiraberis, si Hebraicum uideas, in quo ita scriptum est: Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in milibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dñator in Israel. Cōsydera gradatim, quæ ab euāgelista sint posita. Et tu Bethlehē terra Iuda. Pro terra Iuda, in Hebraico habet Ephrata: in Septuaginta, domus Ephrata. Et p, nequaq; minima es in ducibus Iuda, in Septuaginta legitur, modicus es ut sis in milibus Iuda: in Hebræo, paruulus es in milibus Iuda. Sensusq; cōtrarius est, Septuaginta sibi in hoc dūtaxat loco & Hebraico cōcordante. Euāgelista em̄ dixit, qđ nō sit paruulus in ducibus Iuda, cū e regione sit positū, paruulus quidē es & modicus: sed tamen de te mihi paruulo & modico egredietur dux in Israel: secūdū illud apostoli: Elegit infirma mūdi deus, ut cōfūdat fortia. Porro qđ sequit, qui regat, uel q pascat populū meū Israel: aliter in propheta esse pspicuū est. Hæc replico nō ut euāgelistas arguā falsitatis (hoc qppe impiorū est, Celsi, Porphyrij, Iuliani) sed ut reprehensores meos arguā imperitiæ: & impetrē ab eis ueniā, ut concedant mihi in simplici epistola: quod in scriptutis sanctis, uelint nolint, apostolis concessuri sunt. Marcus discipulus Petri ita suū orditur euangeliū: Principiū euāgelij Iesu Christi: sicut scriptū est in Esaia ppheta: Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā, qui p̄parabit uiā tuā ante te. Vox clamātis in deserto, parate uiā dñi, rectas facite semitas ei9. Hoc exēplū ex duob9 pphetis cōpositū est, de Malachia uidelicet & Esaia. Nā primū qđ dicit: Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā q p̄parabit uiā tuā ante te: in Malachiæ fine scriptū est. Sequēs aūt qđ infert: Vox clamātis in deserto &c. in Esaia legim9. Et quō Marcus statim in principio uoluminis sui posuit, sicut scri-
B ptū est in Esaia ppheta: Ecce ego mitto angelū meū, quod nō scribit in Esaia ut diximus: sed in Malachia, nouissimo duodecim pphetarū. Soluat hanc quæstiūculā imperita p̄sumptio: & ego erroris ueniā dep̄cabor. Idē Marcus inducit ad pharisæos saluatorē loquentē: Nūq; legistis qđ fecerit Dauid: quādo necessitatē habuit, & esuriuit ipse & socij eius, quō ingressus domū dei sub Abiathar pōtifice, & panes propositiōis comedit, qbus nō licebat uesci, nisi solis sacerdotib9? Legamus Samuelē: siue (ut in cōmuni titulo habet) Regnorū libros, ibiq; reperiem9 nō Abiathar scriptū esse: sed Abimelech pontificē, q postea a Doec cū cæteris sacerdotib9 Saul iubente pcussus est. Pergamus ad apostolū Paulū. Scribit ad Corinthios: Si em̄ cognouissent dñm gloriæ, non crucifixissent. Sed sicut scriptū est, Qđ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascēdit, quæ p̄parauit deus diligentibus se. Solent in hoc loco apocryphorū qdā deliramenta sectari & dicere, quod de Apocalypsi Heliæ, testimoniū sumptū sit: cū in Esaia iuxta Hebraicū ita legat. A sæculo nō audierūt, nec auribus pceperūt. Oculus nō uidit deus absq; te, quæ p̄parasti expectantibus te. Hoc Septuaginta multo aliter transtulerūt. A sæculo nō audiuimus, neq; oculi nostri uiderūt deū absq; te: & opera tua uera, & facies expectantib9 te misericordiā. Intelligim9 unde sumptū sit testimoniū: & tamē apostolus nō uerbū exp̄sit e uerbo, sed παραφρασικῶς eūdem sensum, alijs sermonibus indicauit. In epistola ad Romanos idem apostolus Paulus exemplū de Esaia sumens: Ecce (inquit) ponam in Sion lapidē offensionis, & petram scandali: discordat a translatiōe ueteri: & tamē cū Hebraica ueritate cōcordat. In Septuaginta em̄ contrarius sensus est. Nō ut lapidi offensiōis occurretis, neq; ut petræ ruinæ: cū apostolus quoq; Petrus hebræis Paulo q; cōsentiēs ita posuerit: Incredulis autē lapis offensiōis & petra scandali. Ex qbus uniuersis perspicuū est, apostolos & euangelistas in interp̄tatione ueterū scripturarū, sensum quæsisse nō uerba, nec magnope de ordine sermōibusq; curasse, dū intellectui res pateret. Lucas uir apostolicus & euāgelista, scribit Stephanū primū Christi martyrē in Iudaica cōcione narrantē: In septuagintaquinq; animab9 descēdit Iacob in Aegyptū: & defūctus est ipse, & patres nostri translati sunt in Sychē: & positi sūt in sepulchro qđ emit Abrahā p̄cio argēti, a filijs Emor patris Sychē. Hic locus in Genesi m̄to aliter inuenit, qđ scilicet, Abrahā emerit ab Ephrō Etheo filio Seor, iuxta Hebron quadringētis drachmis argēti spelūcā duplicē: & agrū circa eā, sepelieritq; in ea Sarā uxorē suā. Atq; in eodē legim9 libro postea reuertentē de Mesopotamia Iacob cū uxorib9 & filijs suis posuisse tabernaculū, añ Salē urbē Sychimorū, q̄ est in terra Chanaā, & habitasse ibi & emisse partē agri, in q̄ hēbat tētoria, ab emor patre sychē cētū agnis, & statuisse ibi altare, & in

C uocasse ibi deũ Israel. Abraham nõ emit specũ ab Emor patre Sychẽ: sed ab Ephron filio Seor: nec sepultus est in Sychem, sed in Hebron, quæ corrupte dicit' Arboch. Duodecim autẽ patriarchæ, nõ sunt sepulti in Arboch, sed in Sychẽ, qui ager non est emptus ab Abraham, sed a Iacob. Differo solutionẽ & istius quæstiũculæ: ut obtrectatores mei quærãt, & intelligant, nõ uerba in scripturis cõsyderanda, sed sensus. Vicesimi primi psalmi iuxta Hebræos idip̃m exordiũ est, qd dñs locutus est in cruce אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי, Eli Eli lamma azabthani, quod interp̃tatur: deus meus, deus meus quare me dereliquisti. Reddãt rationẽ, cur Septuaginta translatores interposuerint, respice in me. Ita em̃ uerterũt: Deus deus meus, respice in me, quare me dereliqsti. Respõdebunt utiq; nihil damni in sensu esse, si duo uerba sint addita. Audiãt & a me nõ periclitari ecclesiarũ statum, si celeritate dictãdi, aliqua uerba dimiserim. Longum est nũc euoluere, quanta Septuaginta de suo addiderint, quãta dimiserint, quæ in exẽplaribus ecclesiæ, obelis asteriscisq; distincta sunt. Illud em̃ quod legimus in Esaia: Beatus q habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: solent Hebræi deridere cũ audierint. Necnõ & in Amos post descriptionẽ luxuriæ: Stantia putauerũt hæc, & nõ fugientia. Reuera sensus rhetoricus & declamatio Tulliana. Sed quid faciemus ad authẽticos libros, in quibus hæc nõ ferunt' asscripta, & cætera his similia: quæ si ꝓferre nitamur, infinitis libris opus est. Porro quãta dimiserint, uel asteriscí testes ut dixi sunt, uel nostra interpretatio, si a diligenti lectore translationi ueteri cõferat': & tamẽ iure Septuagin ta æditio obtinuit in ecclesijs, uel quia prima est, & ante Christi facta aduentũ: uel quia ab apo/stolis, in quibus tamen ab Hebraico nõ discrepat, usurpata. Aquila aũt proselytus & contentiosus interpres, qui nõ solũ uerba: sed & etymologias uerborũ trãsferre conatus est, iure proijcit' a nobis. Quis em̃ pro frumento & uino & oleo possit, uel legere, uel intelligere, χεῦμα, ὀπωρισμὸν συλβότητα, quod nos possumus dicere fusionẽ pomationẽq; & splendentiã. Atqui non solum Hebræi habent ἄρθρα, sed ille κακόζηλος qui syllabas interpretatur & litteras, ut dicat σεια τὸν ὀυρα/
D νὸν © σεια τὴν γῆν, qd latina lingua omnino non recipit. Cuius rei exẽplũ nos ex nostro sermone capere possumus. Quanta enim apud Græcos bene dicuntur: quæ si ad uerbum transferamus, in latino nõ resonãt: & e regione, quæ apud nos placent: si uertant' iuxta ordinẽ, apud illos displicebũt. Sed ut infinita prætereã & ostendã tibi uir omniũ nobiliũ Christianissime, & Christianorũ nobilissime, cuiusmodi falsitatis me in epistolæ translatione reprehendant, ipsius epistolæ ponam cũ Græco sermone principiũ, ut ex uno crimine intelligant' & cætera, ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἀγαπητὲ μὴ τῇ οἰκίσει τῶν κλήρων φέρεσθαι, quod me ita uertisse memini. Oportebat nos dilectissime clericatus honore nõ abuti in superbiã. Ecce (inquiũt) in uno uersiculo quãta mendacia. Primũ ἀγαπητὸς dilectus est, nõ dilectissimus. Deinde οἴκισις existimatio dicitur, non superbia. Nõ em̃ dixit οἰδήματι, sed οἰκίσει. Quorum alterũ tumorem, alterum arbitriũ sonat. Totumq; quod sequit', clericatus honore non abuti in superbiam, tuum est. Quid agis o columen litterarũ, & nostrorũ temporum Aristarche, qui de uniuersis scriptoribus sententiam feras? Ergo frustra tanto tẽpore studuimus: & sæpe manum ferulæ subduximus. Egredientes de portu, statim impegimus. Igitur quia & errasse humanum est: & confiteri errorem prudentis: tu quicũq; reprehensor es: tu me obsecro emẽda præceptor, & uerbum de uerbo exprime. Debueras (inquit) dicere: Oportebat em̃ nos dilecte, non æstimatione clericorum ferri. Hæc est Plautina æloquentia, hic lepos atticus, & musarum (ut dicunt) æloquio comparandus. Completur in me tritum uulgi sermone prouerbiũ, Oleũ perdit & impensas, qui bouẽ mittit ad ceroma. Hæc non est illius culpa: cuius sub persona alius agit Tragœdiã, sed Ruffini & Melaniæ magistrorũ eius: qui illũ magna mercede nihil scire docuerũt. Nec rep̃hendo in quolibet Christiano sermonis imperitiã, atq; utinã Socraticũ illud haberemus: Scio, quod nescio. Et alterius sapiẽtis: Teipsum intellige. Veneratio ni mihi semp fuit: nõ uerbosa rusticitas, sed sancta simplicitas. Qui in sermone imitari se dicit apostolos: prius imitet' uirtutes in uita illorũ. In loquẽdo simplicitatem excusabit sanctimoniæ magnitudo: & syllogismos Aristotelis contortaq; Chrysippi acumina, resurgẽs mortuus cõfutauit. Cæterum ridiculum: si quis e nobis manens inter Crœsi opes, & Sardanapali delitias, de sola rusticitate se iactet, quasi omnes latrones, & diuersorum criminum rei diserti sint: & cruentos gladios, philosophorum uoluminibus, ac non arborum truncis occulant. Excessi mensu-

ram

A ram epistolæ, sed non excessi doloris modum. Nam qui falsarius uocor: & inter mulierum radios & textrina dilanior, contentus sum crimen abnuere, non referre. Vnde arbitrio tuo cuncta permitto: ut legas ipsam epistolam, tam Græcam q̄ latinam: & ilico intelliges accusatorum meorum nænias, & probrosas querelas. Porro mihi sufficit amicum instruxisse charissimū: & in cellula latitantē diē tātum expectare iudicij. Optoq; (si fieri potest: & si aduersarij siuerint) cōmentarios potius scripturaq;, q̄ Demosthenis & Tullij Philippicas tibi scribere.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

NOuo præstigio.) Præstigium uocat artem miram, qua oculis illuditur, uelut si quis corā adstet, inuisibilis tamen. Legimus in ueteribus.) Historia est apud Titum liuium primæ decadis libro quinto. Volo in chartulis.) Non sic accipiendū, quasi uere uelit eiusmodi: uerum intelligit hoc sibi citra ullius iniuriam licere si libeat. In locis exercere communibus.) Loci cōmunes, ut pro iusticia, contra iusticiam, contra libidinem, pro castitate. De ijs quidā etiā scripserunt: & nos in Copia nostra nōnihil attigimus. Videtur aūt Hieronymus in his locis studiosissime fuisse exercitat⁹. Auro ad Danaen penetres.) Fabulā Danaes quā pater turri æreæ incluserat, quāq; Iupiter uersus in hymbrem aureum stuprauit, Horatius ad hūc modū interpretatur in Odis, quasi significet, nihil tam esse sepositum & abstrusum, ad quod non penetretur auro, Inclusam Danaen turris ænea &c. Totius negocij tui cardo.) Cardinem latini uocant, quod Græci κεφάλαιον, id est caput. Faciūt næ.) Ex prologo Terentij in Andriā, Næ hic aduerbiū est cōfirmandi, quasi dicas, adeo intelligūt, ut nihil intelligāt. Et earū formis.) Extat hæc Ciceronis præfatio, quāq; orationes interciderūt. In ea sic legit. Sententijs ijsdē, & earū formis, tanq; figuris, uerbis ad consuetudinem aptis. Sentit em̄ Cicero se nihil mutasse de sentētijs, neq; formis earū, quas alij figuras uocant, uerba dūtaxat delegisse ad latini sermonis consuetudinē accōmoda. Sed genus omne.) Genus naturā uocat, puta pro splendido splendidū, pro uehemēti uehemēs, pro significanti significās. Sed tāq; appendere.) Annūerat, q uerba totidē uerbis reddit, more eorū, qui pro decem argenteis nūmis, decem reddunt. Appendit autē, qui pondus idem sententiæ reddit, uerbis nō omnino ijsdem: ut qui pro tribus nūmis unum reddat qui tribus æquipolleat.

Hanc eruditi κακοζηλίαν.) Id est peruersam imitationē, quoties inscite affectātes uirtutē aliquā, in uitiū labimur: ueluti si quis male affectans atticissimum, ieiunus euadat & aridus in dicendo: si quis copiā, in futilem incidāt loquacitatem: ita qui perperam affectat fidem in uertendo, fit ineptus. Cæsarienses χρονικόν.) Id est tēporariū. Nos annales possumus uertere. Alienas lineas.) Translatum a pictoribus. Hy-
B perbatorū anfractus.) Hyperbatū est transcensio quædā uerborū, ordinē perturbās. Id fit uel inuersione ordinis, uel interiectione, Anfractus aūt dicunt uiarū flexus. Vt ἐμφατικότερον.) Id est significantius. Cū em̄ subest in uerbis tacita quædā significantia, uocatur Emphasis: ueluti si quis dicat: Tu Cretensi fidē habes: Nō significat simpliciter hominē in Creta natū, sed perfidum, pro gentis ingenio. Assedit litteræ.) Assidet, qui nō audet digredi. Sumptū ab his qui assident egrotis. Putida rusticorū.) Putidū, anxiū uocat, ac morosum. Vnde putida uocamus molesta & insuauia. Quorsum hæc tam putida tendunt? Porro rusticorū, ego sane puto uocabulū submissitiū, nihil em̄ hoc loco significat. Legendū opinor xusticorū: quo q̄dē uerbo usus est Suetonius in Augusto. Xystus Græce porticus est, unde xystici siue xustici qui illic exercerentur, uelut athletæ. Ita uidet uocare Hieronymus circūforaneos illos, parūq; doctos. Quāq; uidetur alludere ad Græcā significationē huius uerbi ξύω quod est rado siue polio, unde xystus Græcis deducitur. Pro quo in septuaginta legimus.) Græca ex uestigijs restituimus ad hunc modū, Ὁ ἐπιβλέψομαι πρὸς μὲ, ἀμφ' ὧν ὠρχήσαντο, id est, & aspicient me, eo quod saltauerunt. Sic em̄ uerterūt Septuaginta, decepti similitudine litterarū. Respondeant rogo Dædali.) Manifestū erratū librarij. Logodædali legendum, sic em̄ Graeci uocāt artifices sermonis, a Dædalo architecto. Quāq; quicquid est ingeniosum, dædalū uocat. Vnde Vergilius, Dædala Circe. Sed παραφρασικῶς.) Antea dictū est quid sit paraphrasis. Nēpe liberior interpretatio, in qua nōnulla mutes. Vnde paraphrastæ. Auctenticos.) Authenticos scribendū. Nā Græci αὐθεντίαν potestatē & authoritatē uocāt. Fusionē.) χεῦμα, a χεώ fundo. ὀπωρισμὸν.) Ab ὀπῶραι, id est poma, hoc est arborū fructus. Splēdentiā.) σιλβότητα, id est relucentiā, a σίλβω, qd' est splendeo: quāq; accipit & pro niteo, quemadmodum nitent bene pasti. Apparet hūc locum sumptum ex psalmo quarto. Atqui solum Hebræi habent.) Hic locus adeo uarius habetur in exemplaribus, ut sensus nō possit liquido percipi. Quidā codices habent: quæ aut Hebræi nō solū habent arthra. κακόζηλος ille.) Ille indoctus affectator fidelis interpretationis. σείσῃ τὸν οὐρανόν.) Id est concute cœlum: σείσῃ τὴν γῆν, id est cōcute terrā. οἴησις,) Id est existimatio, ab οἶμαι, quod est puto. Columen litterarū.) Sic eos uocabant, in quibus præsidiū erat præcipuū ac decus. Terentius, Columen uero nostræ familiæ. Dictum est per Ironiam. Aristarchus.) Hic Aristarchus Homeri Rapsodias redegit in ordinem, & uersus adulteros obeliscis iugulauit, Homericos stellulis prænotauit. Vnde uelut in ,puerbij uicē abijt, ut censores alienorum operum Aristarchi dicantur. Lepos atticus.) Venustas peculiaris est Atticorum. Musarum æloquio.) Vnde dictū est musas si latine loqui uellent, Plautino more locuturas. Qui bouē mittit ad.) Oleum & operā perdere dicit, qui frustra laborat. Ceroma unguentum est, quo athletæ inungebantur: id conficiebatur ex oleo & certis terræ generibus. Porro ad palestram, & huiusmodi certamina, bos inutilis est. Ruffini & Melaniæ.) Alluſit ad colorem. Melan em̄ græce nigrū. Alibi quoq; iocatur in cognomē nigredinis. Teipsum intellige.) γνῶθι σαυτόν, id est, nosce teipsum: quod dictū q̄dā ascribūt Chiloni.

Resurgens

C Reſurgens mortuus confutauit.) Siquidem illi docent,hoc neceſſario conſequi:mortuus eſt,igitur nõ uiuit,quod a priuatione non ſit reditus ad habitũ. At Chriſtus ea confutat,qui uiuit,cum uere fuerit mortuus. Crœſi.) Crœſus Lydorum rex in opulentiæ prouerbium abijt. Sardanapalus.) Aſſyriorum rex,quauis muliere corruptior:mollicie ſua nobilitatus eſt. Inter radios.) Hoc loco intellige inſtrumẽta textoria. Demoſthenis & Tullij.) Intelligit inuectiuas: ſic enim appellat Cicero ſuas orationes habitas in Antoniũ, ad imitationem Olynthiacarũ,quas Demoſthenes dixit in Philippũ regẽ Macedonũ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Reſpondet ijs qui obtrectabant, quod de Græcis & Hebræis litteris quædam iam recepta mutaſſet, immodicam in Hieronymo doctrinam calumniantes,quaſi ſola inſcitia Chriſtianũ efficiat.

HIERONYMVS MARCELLAE.

ROſt priorem epiſtolam,in qua de Hebræis uerbis pauca perſtrinxeram:ad me repẽte perlatum eſt,quoſdã homunculos mihi ſtudioſe detrahere:cur aduerſum authoritatem ueterũ,& totius mundi opinionẽ,aliqua in euangelijs emendare tentauerim. Quos ego cũ poſſem meo iure cõtẽnere(Aſino quippe lyra ſupflue canit) :tamẽ ne nos ſupbiæ (ut facere ſolent)arguant,ita reſponſum habeant:nõ adeo me hebetis fuiſſe cordis,& tam craſſæ ruſticitatis(quã illi ſolam pro ſanctitate habent,piſcatorum ſe diſcipulos aſſerentes,quaſi idcirco ſancti ſint ſi nihil ſcierint)ut aliquid de dominicis uerbis,aut corrigendum putauerimus, aut nõ diuinitus inſpiratum:ſed latinorum codicum uitioſitatem: quæ ex diuerſitate librorum omnium comprobatur:ad Græcam originem (unde & ipſi tranſlata non denegant)uoluiſſe reuocare. Quibus ſi diſplicet fontis unda puriſſimi:cœnoſos riuulos bibãt: & diligentiã qua auiũ ſyluas, & concharum gurgites norunt: in ſcripturis legendis abijciant:ſintq; in hac re tantum ſimplices:& Chriſti uerba exiſtiment ruſticana:in quibus per tanta iam ſæcula,tantorum ingenia ſudauerunt,ut rationem uerbi,uniuſcuiuſq; magis opinati ſint q̃ expreſſerint. Apoſtolum arguãt imperitiæ, qui ob multas litteras inſanire dicatur. Scio te cum iſta legeris,rugare frontẽ,
D & libertatẽ meã rurſum ſeminarium timere rixarum:ac meum (ſi fieri poteſt)os digito uelle comprimere:ne audeam dicere quæ alij facere non erubeſcunt. Rogo quid a nobis libere dictũ eſt? Nunquid in lancibus,idola cælata deſcripſi? Nũquid inter epulas Chriſtianas,uirginalibus oculis baccharum ſatyrorumq; complexus innexui:aut unq̃ aliquẽ amarior ſermo pulſauit? Nunquid ex mendicis diuites fieri doluimus? Nunqd reprehẽdi hæreditarias ſepulturas? Vnũ miſer locutus: quod uirgines ſæpius deberent cum mulieribus eſſe, q̃ cum maſculis:totius oculos urbis offendi:cũctorũ digitis notor. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei,qui oderũt me gratis:& factus ſum eis in parabolam: & tu putas me aliquid deinceps locuturum? Verum ne Flaccus nobis rideat: Amphora cœpit inſtitui:currente rota,cur urceus exit? reuertimur ad noſtros bipedes aſellos : & illorũ in aure buccina magis q̃ cithara cõcrepamus. Illi legant,ſpe gaudentes, tempori ſeruientes. Nos legamus,ſpe gaudentes,domino ſeruientes. Illi aduerſus preſbyterum accuſationem omnino putent recipiendam : nos legamus, aduerſus preſbyterum accuſationem ne receperis:niſi ſub duobus,aut tribus teſtibus:peccantes autem coram omnib9 argue. Illis placeat humanus ſermo & omni acceptione dignus:nos cũ Græcis,id eſt cũ apoſtolo(qui Græce locutus eſt)erremus:Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Ad extremum illi gaudeãt gallicis canterijs : nos ſolutus uinculis & in ſaluatoris myſteriũ præparatus,Zachariæ aſellus ille delectet:qui poſtq̃ domino terga præbuit:cœpit Eſaiæ conſonare uaticinio: Beatus qui ſeminat ſecus omnem aquam,ubi bos & aſinus calcant.

TERTII TO
MI FI
NIS.

Parochia et Bridlia
quomodo differant fol 54.

Hier. Homil. in cant. Cant. f 80 lib 2

Ibidem de Sgrultura Moysis

Origenis errores 143.

Quare Hæretici Baptisati suscipiuntur fol 66

Cymeri populi apud quos Sol nunquam apparet ob nubium densitatem unde Cymmeri et tenebræ. fol 83.

Si culpa est rondisse quæso ut patienter audias multo maior est provocasse 160

Principes cum suscipiunt proditionem damnant proditorem.

Quæstio cur generalia creata fol 19. lib 1.

Quæstio qui dixerit contra spm sitam non remittetur ei lib 2 fol 62

Ibidem 12 quæstiones sequuntur Hier proposi ab Helidia fol 63 lib 2

Quærite mi muliere Talenti pithone lib 2. fol 109.

Protinus ad censum de moribus ultima fiet Quæstio.

Sancti pro nobis orant Adversus Vigilantium fol 56 ibidem de Cereis fuse satis

